

120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200

307
 308
 312/313
 313
 314
 315/316
 317
 318
 319
 320
 331
 340

B. L. VIII - 3



1-6-7

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
 GRANADA
 Sala: A
 Estante: 410
 Numero: 6

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
 GRANADA
 Sala: A
 Estante: 410
 Numero: 259

74

11/8 100 094

DES. ERASMI ROTERODAMI OPERVM. ^{+ aut seru dantur}

OCTAVVS TOMVS

THEOLOGICA EX GRAECIS SCRIP

PTORIBVS THEOLOGICIS AB IP SO IN LA
tinum fermonem transfusa complectens, quo
rum nomenclaturam uerfa pagina
facies indicat.

opus permissum.

*Opera omnia Erasmi cuius legenda
sunt multa in unum in unam
diuina ut uideat quae
sunt.*



*Corrigi esse libro per commissionem de
seniorum inquisitorum y estas conformes
et purgatis de anno de 1678.*

Augustin de Quirad

*Corrigi esse libro per commissionem de
seniorum inquisitorum conforme al expurgacione
de anno de 1632 en 6 de Noviembr de 1632.*

*Nonne magis expurgari conformes
el expurgacione del año de 1640
Ni conformes al de 1685.*

BASILEAE EX OFFICINA FROBENIANA
AN. M. D. XL.



214971472

IN HOC TOMO HAEC CONTINENTVR.

EX D. IOAN. CHRYSOSTOMO ARCHIEPISCOPO
Constantinopolitano uerfa.

Aduersus Iudaeos homil.	V.	pag.	5
De Lazaro & diuite homil.	IIII.	pag.	50
De uisione Esaie homil.	V.	pag.	83
De Philogonio martyre homil.	I.	pag.	104
De orando deum libri	II.	pag.	110
De Dauid & Saule, deq; tolerantia homil.	IIII.	pag.	119
Quum presbyter esset designatus homil.	I.	pag.	139
In psal. Cantate dominum canticum nouum homil.	I.	pag.	142
Quum Sartonius & Aurelianus acti essent in exiliū	I.	pag.	147
De fide Annae homil.	II.	pag.	152
Commentariorum in Acta apostolorum homil.	IIII.	pag.	162
Commentaria in Diui Pauli II. ad Corinthios epistolam homil.	VII.	pag.	186
Commentaria in totam Diui Pauli ad Galatas epistolam	pag.	129	
In epistolam ad Philippenses homil.	II.	pag.	272

EX ATHANASIO ARCHIEPISCOPO
Alexandrino.

De sancto spiritu epistola	II.	pag.	289
Contra Eusebium de Nicena Synodo epist.	I.	pag.	285
Apologetici II. aduersus eos qui calumniabantur quod in persecutione fugisset.		pag.	302
De passione domini ac de cruce homil.	I.	pag.	311
De eo quod scriptum est: Euntes in castellum quod &c.		pag.	318
De uirginitate, siue de exercitatione		pag.	332
De peccato in spiritum sanctum		pag.	339
De spiritu sancto liber		pag.	346

EX ORIGENE.

Eras. Roterod. De uita, Phrasi, docēdi ratione, & operibus Origenis, cum singulorum librorum Censuris.	pag.	362
Fragmentum Origenis in Euang. Matthaei	pag.	375

EX BASILIO.

Principium Esaie	pag.	413	
De spiritu sancto liber	pag.	420	
De laudibus teimij homil.	II.	pag.	457

SO SERENISSIMO LVSITANIAE REGI

IOANNI, HUIVS NOMINIS TERTIO, EMANVELIS
filio, Des. Erasmus Roterodamus s. d.



OLENT olim rex inclyte cultores agrorum, qui p̄ij memoresq; uideri studebant, ex his ipsis quae sibi credebant ex benignitate numinum prouenisse, singulorum munificentiam agnoscere, ueluti spicem coroniam offerentes Cereri, pampineam Baccho, populeam Herculi, rosaceam Veneri, existimantes earum rerum uberiores fore prouentum, si bonorum autorem aliquo munusculo demerissent. Hoc si fecit gentium superstitiosa religio, quanto magis aequum est, ut nos qui colimus agros melioris annoſae feraces, rei Christianae monarchis, quorum favore simul ac liberalitate, fouentur, aluntur, & ornantur honestissimarum studia literarum, ex ipsis studiis quibus per eos fruimur, aliquod gratiae uoluntatis indicium dare studeamus. Frequenter huc titillabant animum meum Inuictissimi Regis EMANVELIS patris tui, celebri per orbem fama, non aliter quam clarissima tuba praedicata uirtutes, Inter quas innumeras, haec singulari Christianorum omnium applausu excipiebantur, quod Ioannem cognomento bonae memoriae, primū huius nominis, decimum ordine Lusitaniae regem, ut stirpis auctorem habuit, ita factis emulatus tanta ingenij dextertate, regnū per se nō amplum, ueluti Spartam nactus, ut est in proverbijs, sic ornarit, ut uix ulli regnorum cedat, honestissimi nominis celebritate; Deinde quod ab urbe Cepta quae est ad Herculeas columnas; usq; ad Sinas Indiae ciuitate uastissimum pelagus antehac ob incurſionem barbarorum prorsus in nauigabile, suis praesidijs ingenti Christianae ditio nis emolumento, adeo pacatum reddidit, ut uix alio in mari nostris sit nauigatio tutior, obiter & Christianae religionis propagandae negotium agens, sparso uarijs in locis Catholicae pietatis seminario. Quod quo felicitus latiusq; propagetur, prouidit & illud singularis uiri sapientia, ne qua uictoriam ex barbaris partam praedandi suspitio corrumperet. Siquidē ex octo magnis Africae ciuitatibus, quas ideo tui maiores redegerunt in suam ditio nem, quod ex his potissimum erumpētibus, & huc sese recipientibus piratis, nulli in Indiam esset tuta nauigatio, ferunt ad uos nihil emolumenti redire, nisi quantum tuendae ditio ni impenditur. Atq; utinam hoc uestrum tam insigne beneficium, nō corrumperent quorundam monopoliā, per quos, sicut audio, fit, ut quattu multo commodior sit importatio, tamen precio rerum adeo nihil decesserit, ut multum etiam accreuerit, quaedam autem, ueluti saccharum, corruptiora quoque non modo chariora perferantur ad nos. Sed horum auariciae fortassis aliquando principum autoritas modum imponet. Interim animi uestri pietas non fraudatur sua laude. Atque his quidem pulcherrimis facinoribus applaudunt omnes quicunq; fauent Christiano homini: illa nos propius mouent, quod tanta benignitate cura que fouerit quum omnibus honestissimis disciplinis, tum praecipue Theologiae deditis. Nam animi pietatem Christiano rege dignam, literis etiam proditis aliquando testificatus est. His in qua egregijs rumoribus gestientem animum magis etiam accendebant quorundam hortatus, et flagitantium ut studiosorum omnium nomine, tantum studiorum patronum symbolo quopiam agnoscerem. Verum interim dum quaeritur aliquid quod eo non prorsus uideretur indignum, ille uir caelo dignus terris ereptus, ad tranquilliorē piorum sedem translatus est. Verum recanduit hic meus affectus simul atq; cognoui te rex inclyte, sic in patris successisse locum, ut ille non defunctus, sed in te iuuenē uix dum annos nato uirginis aetate, refluuisse uideatur, qui quicquid a patre cum laude coeptum erat absolueris, quicquid perfectum, comminueris, quicquid praclare gestum, aueris, si quid omisum, adieceris, Nam protinus suscepto regno, rem iudiciariam aduocatorum quaestu non nihil corruptam restituiſti, salaria decreta disciplinae cultoribus adauxisti, nauigandi facultatem instructissima classe communiſti, ditio nem tuam ab omnibus zizanij, quae sincerae pietatis laeuissimam segetem uiciabant, repurgasti. Nec iam contentus fuisse ac fouisse studiosū & in his praecipue Theologiae uel professores uel candidatos, ipse tam feliciter a teneris annis in Graecis patiter ac Latinis literis sub eruditissimis uiris,

in quibus est Ludouicus Teixera, qui cum mihi in Italia (ni prorsus nomine fallor) fuit arcta, nec minus amena familiaritas, quod ego sane inter meas felicitates numero: dein de in mathematicis disciplinis Astrologia & geographia, in rerum gestarum cognitione, quae praecipua regum philosophia, sic eruditus es, ut tuo exemplo possis, & cessantes & auersos ad disciplinarum amorem excitare. Iam quid fratrem tuum Ferdinandum commemorem, quem cum ceteris iure tibi charissimum, tamen praeter ceteros hoc nomine chariorem habes, quod in amplectendis, euehendisque studijs se tibi praebet unanimum. Quibus rebus fit, ut quam tibi cordi sunt honestissima disciplina, tam tu charus sis studiosis omnibus, in quorum uel extremam classem ascribi cupiam. Hinc itaque certa animo fiduciam, aut si quis malit, audaciam concepi, ut quod patri destinaram, illius felici memoriae, tuoque nomini persoluerem. Id cupienti molientique deus opinor porrexit materiam. Missus est huc e Venetia codex peruerustus Graece descriptus, in quo deprehendi complures Ioannis Chrysostomi conciones, quas antehac nemo uerterat, quum essent indignae quae delitecerent, imo quum uehementer esset e re Christiana, ut in manus omnium prodirent. Vix enim aliae mihi uidentur, quae perinde referant os illud aureum, ac plane mellitam suauiloquentiam. Satisque comoderes cecidit. Opus enim aduersus Iudaeos, omnium primum scripsisse traditur, adhuc lector Antiochenus. Ceterum libris de functione sacerdotali, quos scripsit iam diaconus, primam eloquentiae laudem inter huius lucubrationes tribuunt Graeci, hosque solos testatur sibi lectos Hieronymus, uidelicet ut omnium celeberrimos. Eos ante biennium, euulgaram Graecis formulis, quos meo quidem hortatu Latinos fecit Germanus Brixius Aluissiodorensis, Latini iuxta ac Graeci sermonis facundia sic exuberans, ut Chrysostomici fontis ubertatem sua propemodum superaret copia, uixque alio interprete mihi uideatur Chrysostomum audire loquentem. Sane feliciter quod habebamus huius doctoris elaboratissimum in parem incidit artificem. Mihi cesserunt haec non minus utilia, sed minus elaborata. Si quidem illa scripsit eruditissimo Basilio, haec parauit auribus promiscuae multitudinis. Porro quae nunc tui nominis auspicijs damus noua Latinis auribus, haec sunt.

Aduersus Iudaeos conciones quinque. De Lazaro quatuor. Toride de uisione Esaiam, & Osa rege, una de laudibus Philogonij, de qua digne sumenda eucharistia. Commentariorum in Acta, quonia de tituli fide subdubitabamus, gustum modo praebuimus, quod superest, ex eruditorum suffragijs, uel omisuri, uel addituri. Habebamus & alias Chrysostomi lucubrationes, sed prolixiores, quam ut nunc eas dare potuerimus, tot alijs studiorum argumentis distracti, ut in his uertendis coacti simus aliquoties ad dicendi compendium confugere. Sed illa dabuntur breui, si Christus aspirauerit. Nec enim in alio scriptore libentius oculum ac negocium nostrum collocamus. Nam hic profecto, si quis alius inter scriptores ecclesiasticos, omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Quis enim docet euidentius? Quis haereticos refellit acrius? Quis in mores declamat uel frequentius, uel liberius? At contra quis id facit popularius? Tanta charitatis suauitate condulat etiam illa, quae natura sunt amara. Quosdam uix ferimus adulantes, hunc & obiurgantem possis amare. Iam quanta ubique cura providentiaque pauperum, quam sollicita ad humanitatis officia cohortatio, quam diligens monachorum commendatio, quos tum mundus, opinor, habebat optimos? Omitto quod uix alius plura scripsit, nec in his ullum argumentum quod non tractet ea quae sunt Christianae pietatis, quum Augustinus noster, qui cum hoc polygraphia fortassis certare possit, tantum operae dederit grammaticae, dialecticae, musicae, ac profanae philosophiae questionibus: Harum disciplinarum quum Chrysostomus fuerit exacte doctus, Oratoriam enim sub Libanio rhetore, philosophiam didicit sub Andragathio, nullam tamen inquam praebet ostentationis speciem, sed oes cogit seruire pietati Christianae, sic admiscens quasi uinum generosum aqua modica diluas: Nusquam enim est aquae uel color, uel sapor, sed tamen sentis uinum esse suauius. Quumque tantus esset, tum eruditione, tum eloquentia, tamen incredibili quodam iuuandi studio, quicquid ferere scripsit accommodauit auribus populis, eoque ad huius captum demisit orationis habitum, quasi praceptor cum puero discipulo balbutat. Quod si cuncta dixit apud populum, quae hoc modo figurae scripta sunt, utrum magis admirari debeam nescio, illum ne qui tam assiduo concionandi labori suffecerit, an populum qui tam audis fuerit discendi quae sunt pietatis. Ad haec dubium uideri potest, an inter dicendum excipii passus sit uoces suas, quod in Augustini scriptis aliquod perspicuum est.

est, aut quoniam hoc probabile non est, utrum scripserit dicendus, an post dictionem quae dixerat in literas redegerit. Nam de scripto non dixisse, liquet ex ipsius scriptis, in quibus multa respondent ijs, quae casus fortuitus aut tempus praeter expectationem dabat, uelut solito frequentior alacriorque populis conuentus, indecora plebis acclamatio, aliudue simile. Fortasse quaedam scripsit, tanquam populo recitanda, qualia sunt Isocratis pleraque. Nec enim est uerisimile, lectori (nihil enim aliud erat quum scriberet aduersus Iudaeos) fuisse ius apud concionem loquendi, nisi forte tali lectori permissum est ut sua scripta recitaret populo. Iam nihil est tam reconditum in diuinis literis, quod ille tractando non reddiderit theatricum, ut ita loquar, ac populare. Sic eruit quae sunt abstrusa, sic ostentat, sic ingerit oculis: dicas esse quempia, qui singularis artificij tabula spectatores remoret, quam quo diutius ac propius inspicias, hoc magis aperit sese subinde noui quippiam, quod oculos sefellerat, & animaduersum recreet. Tali reuera tabulae similis est diuina scriptura, quam incomparabilis artifex spiritus ille caelesti penicillo nobis depinxit, ut in huius contemplatione iugiter uersantes, & huius mundi tedia fallamus, & semper aliquid nouae uoluptatis percipiamus ex cognitione rerum aeternarum. Atque demonstrator idoneus huius tabulae non possit esse, nisi qui sit ipse praeclearus artifex, & insigniter oculatus. Velut hic noster Lazarum ac diuitem producit in theatrum, sit enim hoc exempli causa propositum. Quis alius perspexisset, quae ille ibi monstrat? Quumque iam spectator credens nihil superesse parat abitum, ille reuocat, heus inquit, superest aliud cum primis annotati dignum: deinde rursus aliud ex alio monstrat, nec te patitur a tabula discedere, tandem adhuc audidum, & inhiantem dimittit. Metaphoris & collationibus, quoniam plurimum conducunt & ad lucem & ad iucunditatem orationis, frequenter utitur, in quibus inueniendis quidem mirus est, sed multo mirabilior artifex in tractandis: Tractantur autem ex circumstantijs, a pari, maiore & minore. Hic mirum quos gradus inuenit, uel deprimendi, uel exaggerandi. Addit subinde stimulos, nunc collaudans illorum docilitatem, nunc obiurgans segniciem, nunc pollicens se digna cognitu prolaturum si conspiciat attentos & audidos, nunc alijs atque alijs nominibus commendans argumentum quod tractaturus est: Nonnunquam repetens quae dixerat, nec raro faciens idem in eadem concione. Dedit hoc uir eloquentissimus multitudinis ingenio, rudi pariter atque obliuioso, quae nec intelligit, nisi dilucide crasseque tradas, nec meminit nisi subinde repetitum insisigas. Hoc admonui, ne quis loquacitatis nomine damnet, quod charitas, quae nihil aliud quaerit quam aedificare, dedit auditorum imbecillitati. Sic & Paulus apud Thessalonicenses, ad illorum ruditatem submisit sese, factus ut paruulus in medio eorum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Nec sententias argutas, nec epiphonemata captat usquam, quibus solet excitari concionis acclamatio, quod dictionis genus placuit Hieronymo & Ambrosio: nec iocos admiscet in quibus frequens est Tertullianus, frequentior Hieronymus: sed perpetua quadam orationis iucunditate facilitateque detinet auditorem, pietate delectans uerius quam facetia. Ecclesiasticus orator facile reperiet, quo deliniat auditorum, si perferat, ut norit ametque populus quod discit. Assatim est in ipsis arcanis literis quod uoluptate demulceat pios animos, etiamsi nihil illecebrarum ex poetarum aut mimorum salibus accersatur. Si qui docet ardet, facile accendit: si uehementer gaudet ijs quae docet, facile transfundet eundem affectum in animos auditorum. Hoc peccus, hoc os aureum foro profano destinatum Christus ad Euangelij praconium interuertit. Utinam tales oratores nunc haberet ubique Christianus orbis. Ab his enim praecipue pendet totius reipublicae disciplina. Ideo tam nihil penes tenemus de dogmatibus Euangelicae philosophiae, ideo sic frigemus ad ea quae sunt charitatis, ideo tam dubie credimus, quae debebant esse certissima, quia raro populus audit concionatores Euangelicos, rarius idoneos. Et tamen hodie commodior est conditio dicentium, quam olim fuit, Tum enim paganitatis reliquiae, gladiatorum patria, concursus equorum, athletae, pugiles, aliaque theatri certamina, plebem auocabant a concione sacra, nec Episcopis ullum aliud ius erat quam linguae. Ad haec in ipsis concionibus cogebantur quiddam e theatro patibiles, applausus, acclamationes, gestulationes frequenter indecoras, quibus uel corrumpi, uel interpellari poterat dicentis impetus. Et tamen Chrysostomus quotidie loquens populo frequens habebat auditorium. Quis enim non mallet talem uirum audire de rebus diuinis tanta suauitate differentem?

quam spectare gladiatores, aut equos currentes, aut ludere aleam? Nunc subfata sunt auro camenta publica, populus humilis & quietus magna religione prebet aures, nihil obfrepens, etiamsi quid absurdi proferatur è suggesto, & tamen concionatorum idoneorum mira est raritas, quum Episcoporum, sacerdotum ac monachorum tanta sit ubique copia. Proinde non postremæ laudis habetur inter tua benefacta, rex inclyte, quod hic quoque uigilat tua pietas, ut sint idonei, qui doctrinam euangelicam subministrēt populo. Erat omni decorum & opum genere florentissima Constantinopolis, uerum Arcadius imperator non existimabat suam ciuitatem & imperij summi sedem, sat splendidam, nisi & insignem haberet euangelij præconem, eoq; Ioannem Chrysostomum ad sacerdotij functionem, unde Nectarius decesserat, Constantinopolim euocauit Antiochia. Utinam Arcadij actuum optime rex exemplum æmularentur omnes principes, utinam ad Chrysostomi formam sacerdotes quam plurimi contenderent. Id si fieret, nec tot bellis, nec tot opinionum dissidijs concuteretur orbis, ac longius abessemus omnes & à Iudaismo simul & à paganismo, sed regnaret in nobis Christus, & sub illius uexillis felici tranquillitate fruermur. Denique latius sese profert Christianæ ditius pomæria, Vereor enim ne nostri mores partim in causa sine quo minus Turcæ, Mahometani, Saraceni, Moschobitæ, Græci, & si quæ sunt aliæ nationes semichristianæ, uel schismaticæ, sese adiungant ouili Christi, quo minus Iudæi respiciant à sua cæcitate, qua tot iam seculis detinentur: quos equidem demirabor, si tam dilucida Chrysostomi rationes, si tam urgentia scripturarum testimonia, non saltem huc adigant, ut pudeat pigeatq; tam diutina calamitatis. Apostolo Paulo debet hoc infelix hominum genus, quod adhuc superest, quod extat seminarium unde possit restitui. Is enim ad Romanos. Xl. spem bonam nobis fecit, fore ut aliquando respicentes agnoscant nobiscum uerum Messiam, ut fiat unus pastor & unum ouile. In hanc spem seruantur à nobis. Nolo enim inquit, uos ignorare fratres mysterium hoc, ut ne sitis apud uosmetipsos elati animo, quod excæcatio ex parte Iraheli accidit, donec plenitudo gentium aduenerit, & sic totus Irahel saluus erit, sicut scriptum est, Aduentet ex Sion, qui liberat, et auertet impietates à Iacob. Ac mox; quemadmodum enim & uos quondam increduli fuistis deo, nunc autem misericordiam estis consequuti per incredulitatem illorum, sic et isti nunc, increduli facti sunt, ex eo quod uos misericordiam estis adepti, ut & ipsi misericordiam consequantur. Rursus in eodem capite, docet Iudaicæ gentis ruinam non esse desperabilem. Num ideo inquit, impegerrunt ut conciderent? Absit. Sed per lapsum illorum salus contingit gentibus, in hoc ut eos ad æmulandum prouocaret. Quod si lapsus illorum diuitia sunt mundi, & diminutio illorum diuitia gentium, quanto magis plenitudo illorum? Vobis enim dico gentibus, quatenus ego quidem sum apostolus gentium, ministerium meum illustro, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, ut saluos reddam nonnullos ex illis. Si Iudæis à Christo deficientibus nos recepti sumus, ut illos uicissim ad æmulationem prouocemus, conadum est, ut in omni uita nostra resplendat ueritas, puritas & sinceritas Euagelica. Glorificemus & nos Euangelium nostrum. Id quidem in primis est Episcoporum ac sacerdotum, qui dicuntur angeli domini, ex quorum ore populus requirit legem dei sui: omnis tamen Christianus pro sua quisq; portione glorificare potest Euangelium, si spretis istis quæ sunt super terram, conuersationem habeat in cœlis. Sic enim futurum est, ut Turcæ simul & Iudæi uidentes opera nostra bona, glorificent patrem nostrum qui in cœlis est, cupiantq; in tale consortium ascribi. Neq; uero mediocre momentum adfert & tua pietas ad glorificandum Euangelium, dum alii ac foues qui sterilibus agris inspergant semina Catholicæ doctrinæ, qui quidem quo propius accesserint ad exemplum huius Chrysostomi, hoc plures allicient ad nostræ religionis communionem. Quod tibi rex inclyte, magno studio, singulariq; pietate molenti precor, ut summus orbis princeps, qui consilijs arcanis & inscrutabilibus moderatur, & in tantis tempestatibus ac procellis, tuetur ecclesiæ nauim, dexter aspirare dignetur. Habes hic inuicissimum Cæsarem Carolum, non minus unanimes tibi studio restituendi prouehendiq; religionem Christianam, quam affinitate iunctum. Dimissurus eram maiestatem tuam, sed illud prius admonendum duxi, ne quis offendatur imprudens. Loca quæ citantur è sacris uoluminibus, reddidimus iuxta Græcam lectionem quam in codice comperi. Græcorum autem lectio, non uidetur esse tantum septuaginta, sed ex Aquilæ quoq; Symmachii ac Theodotionis æditione temperata. Cæterum quo minus Latinam æditionem suppo-

suerim

suerim illud obstitit, quod aliquoties sententiæ tenor non quadrat ad nostram lectionem. Id frequenter accidit in nouo testamento, sed in uetere multo crebrior & insignior est lectio nis uarietas. Et consentiunt in citando Græci doctores, Gregorius Nazianzenus, Basilus, Chrysostomus, Athanasius, Theophylactus, Cyrillus, alijq; quorum eruditissimis lucubrationibus uehementer illustratur Christiana philosophia, ut uel ob hanc tantam utilitatem operæ precium fuerit, noui testameti libros iuxta Græcorum lectionem tradi Latinis auribus, quod à me pridem, magno reclamantium strepitu, sed ingenti studio forū fructu factum est. Idem ut ab alijs curaretur, in ueteris testamenti uoluminibus, maior etiam inuitauit necessitas. His uero qui nobis Cyrillum, Chrysostomum, ac Theophylactum uerterunt latine, quoniam uulgatam Latinorum uersionem supponere maluerunt, sape ridiculum quiddam accidit, ut aliud sonet uox contextus, aliud cithara commentarij. Quod si stulte faciat, qui nunc Cyprianus, Terullianus, Ambrosij & Augustini lectionem uelit ad nostram translationem corrigere, reclamantibus illorum commentarijs, multo minus id fieri conueniebat in uertendis græcis, apud quos Hieronymi translatio nunquam fuit recepta. Hanc igitur, rex inclyte, corollam ex Chrysostomi floribus contextam quam publico studioforum nomine deferimus, serena fronte dignaberis accipere. Maiestatem tuam sospitet prosperetq; dominus Iesus. Datum Basileæ. ix. Kalen. Aprilis. M. D. XXVII.

DIVI IOANNIS

CHRYSOSTOMI ADVERSUS IUDÆOS ORATIO

PRIMA INTERPRETE DES. ERASMO

ROTERODAMO



RURSUS infelices illi, mortaliumq; omnium miserrimi Iudæi ieiunaturi sunt, rursus Christi gregem muniamus necesse est. Quandoquidē & pastores, q̄ diu noxia bestia molesta non est sub illicem aut populum porrecti, fistula canunt, sinentes oues libere pro suo arbitratu pascere. Verū simul atq; senserint aliquid luporum incursionem imminere, mox abiecta fistula, fundam arripit, & omisso calamo, fustibus & saxis obarmat sese, proq; septis consistentes magno emissio iubilo, ingentiq; ululatu uociferantes, frequenter ipso clamore ferā priusquam irumpat abigunt. Idem & nos facimus. Superioribus enim diebus in scriptura, uelut in prato ludentes choreasq; ducentes, nihil in enarratione attingimus contentiosi sermonis, eo quod nullus esset, qui nobis obturbaret aut molestus esset. Cæterum quoniam hodie lupi omnibus fauiores Iudæi, oues nobis circumuallaturi sunt, ad pugnos & pugnam accingamur oportet, ne quid nobis ereptum cedat in prædam ferarum. Ne uero mirum uobis uideatur, si quum ieiunium illud post decem & eo amplius dies uenturum sit, nos ab hoc statim tempore munimus & armamus animas uestras. Quandoquidem & inter agricolas qui uigilantes & industrij sunt, quum habent uicinum torrentem, qui uexat leditq; segetem, non quū suo tempore torrens inundat uidelicet hyeme, sed tempus illud præuertentes & ripas obsepunt, & aggeres erigunt, & fossas agunt, deniq; modis omnibus sese præparant aduersus torrentis futuram uiolentiam: dum enim tranquillus est & stagnans, atq; angustus, facile est illi admoliri manus: uerum posteaquam increuit, multoq; aquarum impetu fertur uiolentus, non perinde facile est exundantibus obistere. Eoq; multo ante tempore præueniunt illius irruptionem, undique præparantes quicquid agros possit tutos reddere. Eundem ad modum & milites & nauæ & agricolæ & meliores facere consueuerunt. Siquidem & milites priusquam ueniat pugnandi tempus & thoracem abstergunt, & scutum si quid desit circumspiciunt, & frenos apparant, & equos omni diligentia nutriunt, cæteraq; omnia recte diligenterq; curant. Similiter & nauæ priusquam nauim in portum detrahant & clauum apparant, & instaurant

a 4 latera

latera, & remos dolant, & uela confarcinant, deniq; quicquid prætere ad totius nauis armaturam pertinet diligenter accurant. Quin & messorum consimili modo multis ante diebus, & falces acunt, & aream præparant, boues item & currum, breuiter quicquid ipsis ad messum ac tritum conducibile iudicant. Imò uideas omnes homines si quid rerum agendum est, prius ad eas apparatus facere, ut quum aduenerit rei gerendæ tempus facile conficiat quod est opus: Hos igitur & nos imitantes multis ante diebus præmunimus animas uestras, exhortantes uos ut impium hoc Iudæorum & sceleratum ieiunium effugiatis. Neque enim ita dixeris, ieiunanti, quin potius illud mihi ostendito, eos ex dei sententia ieiunare. Quod ni id fiat, quauis ebrietate sceleratius est ieiunium. *Ieiunia Iudæorum impii*

Neque enim solum considerandum est quid ab istis fiat, uerum illud etiam obseruandum, quam ob causam faciant. Etenim quod fit iuxta dei uoluntatem, quamuis uideatur tur improbum esse, tamen omnino Deo gratum est & acceptum. Contra quod fit præter dei uoluntatem, ac secus quam ille uult fieri, quanquam existimatur acceptum Deo, tamen est omnium pessimum & iniquissimum. Etiam si quis occidat hominem ita uolente Deo, quauis humanitate melius est hoc homicidium. Rursus si quis parcat & humanitatis officium collocarit in quempiam, præter dei sententiam, quauis cæde sceleratior est ista sanguinis parsimonia. Non enim ipsa eorum quæ fiunt natura, sed dei uoluntas ac decretum, efficit ut eadem uel bona sint uel mala. Ut autem intelligas hoc esse uerum, Achab quum aliquando regem quendam Syrorum cepisset, contra dei uoluntatem dedit illi uitam, & assensu dignatus est, denique multa cum honorificentia dimisit. Mox propheta quispiam accedens dixit ad sibi proximum, in nomine domini percutite me, ille uero noluit eum percutere. Dixit igitur ad illum, eo quod non audisti uocem domini, ecce tu fugies à me & percutiet te leo. Discessit ab illo, repperit eum leo & percussit. Ac mox propheta repperit alium hominem, cui dixit, percutite iam me: & percussit eum homo ille uulnerauitq; eum, ac propheta sibi obligauit faciem. Quid hoc absurdius fieri possit? Qui percussit prophetam euasit incolumis, qui pepercit dedit pœnas: nimirum ut intelligeres in iustis diuinis non oportere curiosum esse, examinareq; rerum quæ præcipiuntur naturam, sed nihil aliud quam obtemperare. Etenim ne prior ille ueritus parceret prophetae, non dixit illi simpliciter, percutite me, sed addidit, in uerbo domini, hoc est, deus præcepit, ne quare ulterius, Rex est qui hanc præscribit legem. Reuerere iubentis auctoritatem, summamq; cum animi promptitudine obtempera. At id facere non sustinuit, eoque pœnas dedit grauissimas, suo exemplo sequuturos adhortans, ut quicquid præceperit deus, per omnia obtemperarent moremque gererent in posterum. Vbi posterior ille percussisset eum & uulnerasset, propheta sibi caput obuinxit loro, & oculos obtextit, denique in eam speciem sese transformauit, ut à nemine posset agnosci. Cuius igitur rei gratia hoc fecit? Erat redarguturus regem & sententiam in eum laturus de salute regis Syriae. Is igitur quum, ut erat impius, semper odium gessisset aduersus prophetas, ne conspectum ipsum & agnitum ab oculis suis submoueret, eoque factio non reciperet correctionem, uelut propheta simul & faciem suam & negotij narrationem, uti & ipsi contingeret potestas dicendi quæ uolebat, & regis confessionem extorqueret. Etenim quum rex præteriret, clamore compellans eum dixit. Seruus tuus egressus est ad exercitum ut præliaretur, & ecce uir quidam adduxit ad me uirum dixitq;. Serua mihi hunc, quod si elapsus euaserit, erit anima tua pro anima illius, aut dependes argenti talentum. Et accidit, ut dum seruus tuus circumspiceret huc & illuc, & ecce uir non comparebat. Er dixit illi rex Israel: Ecce iudex tu apud me, occidisti. Et illico propheta detraxit uelamen ab oculis suis, & agnouit illum rex Israel, quod esset unus ex filiis prophetarum. Dixitq; ad illum: Hæc dicit dominus, Eo quod dimisisti uirum exitio dignum è manu tua, erit anima tua pro anima illius, & tuus populus pro populo illius. Vides quod non solum deus, sed & homines simili modo iudicant, non respicientes ad eorum quæ fiunt naturam, sed ad finem potius & causas ob quas fiunt. Ecce inquit etiam ipse rex, tu iudex apud me qui occideris, homicida es, inquit, eo quod hostem dimiseris. ob hoc enim propheta uelut addiderat & uelut in aliena causa sententiam elicuit, ut rex quod uerum & rectum erat pronunciarer, quod & accidit. Etenim postea quæ rex seipsum sua sententia condemnalet, detracto uelo, dixit propheta: Quonia tu dimisisti uirum exitio dignum è manu tua, erit

Sententia sua damnatus

tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius. Vides quas pro humanitate pœnas luerit rex, proque intempestua sanguinis parsimonia quo affectus est supplicio? Et hic quidem qui seruauit punitur, alter uero qui occidit comprobatus est. Igitur & Phinees, qui eodem temporis articulo, duplex perpetravit homicidium, uirumque simul cum muliere sustulit, sacerdotio honoratur, adeo non inquinauit manum sanguine, uerum etiam puriorem reddidit. Proinde quum uideris eum qui prophetam percussit esse seruatum, eum uero qui non percussit extinctum, & illum qui pepercit dare pœnas, rursus eum qui non pepercit approbatum, semper apud te potior sit ratio, quid deus præcipiat, quam quæ sit negotiorum natura: Quod si quid compereris illo comprobante geri, illud solum amplectere. Atque hac utentes regula & ieiunium hoc Iudæorum expendamus, ingens erit confusio, magnaq; iudicij perturbatio. Nam prædonibus raduntur latera, & monumentorum perossoribus, maleficisq; uerum idem patiuntur & martyres. Facta quidem sunt eadem, cæterum animus & causa quæ hæc fiunt, non est eadem, eoque plurimum est discriminis inter hos & illos. Quemadmodum igitur in illis non tormentum tantum expendimus, sed prius animus, & causam ob quam cruciatus inferuntur consideramus, & ob id martyres amamus, non quod cruciantur, sed quod ob Christum cruciatus ferunt. Contra latrones detestamur, non quia puniuntur, sed quod ob male facta puniuntur: Ad consimilem regulam & in hoc negotio Iudæorum, ratione eorum quæ fiunt subducito. Quod si uideris illos amore dei ieiunantes, amplectere quod fit. At si perspexeris illos hoc præter diuinam uoluntatem facientes, magis eos detestare, maioreq; odio prosequere quam ebrios, quum temulentie & comestationibus indulgentes. In hoc autem ieiunio non satis est causam inquirere, sed & locus & tempus consideranda sunt. Verum priusquam moueamus aciem aduersus Iudæos, lubes orationem uertam ad eos qui sunt nostri corporis membra, ac nostri quidem ordinis esse uidentur, cæterum illorum cultum sequuntur, quandoquidem horum causa totum hoc quicquid est laboris suscipi, atq; hac quidem ex parte dignos esse uideo grauiore condemnatione, quam Iudæos uniuersos. Id esse uerum non modo sapientes & cordati, uerum etiam quicumque uel paululum habent mentis ac rationis mecum fatebuntur. Nec enim opus est argumentis arte excogitatis, nec artificiosa probatione, nec prolixis sermonum ambagibus ad hoc demonstrandum, quum satis sit illos simplici percontatione interrogatos, ex ipsa responsione capere. Quid igitur percontabimur istorum quemque, qui in hisce rebus insaniunt? Christianus es? Quam igitur ob causam molestus es ecclesiae? Qui Persa est nonne quæ Persarum sunt curat? Barbarus, nonne Barbarorum ritus amulatur? Qui habitat in diuione Romanorum, nonne uestris utitur legibus? Age dic mihi, nonne si quis horum qui apud uos uiuunt, cum illis sentire fuerit deprehensus, inauditus, citraque examinationem punitur, etiam si multa habeat, quibus causam suam possit defendere? Et si quis apud istos extiterit, qui Romanis utatur institutis, nonne rursus idem perpetietur? Quomodo igitur tu qui ad impium illud uitæ institutum defecisti, aude sperare salutem? Neque enim exiguum interuallum est inter nos & Iudæos, neque de rebus leuibus aut uulgaribus inter nos est controuersia, ne tu unum & idem esse credas nostrum & illorum institutum, ac non miscenda misceas. Illi crucifixerunt Christum, tu crucifixum adoras, Vides quantum interest? Qui sit igitur, ut ad illos qui Christum occiderunt curras, profitens te adorare crucifixum? Neque uero ipse legem hanc fero, qua illos criminer, nec hanc accusationis formam inueni: An non scriptura simili modo accusat illos? Audi igitur quid dicat Hieremias aduersus eosdem illos, Abite in Cedar & uidete, emittite ad insulas Cettim & iudicate, num talia facta sint. Quæ nam ista? An gentes mutent deos suos, & isti non sunt dii. Vos autem mutastis gloriam uestram, in eam ex qua nihil utilitatis capietis. Porro quod dicit huiusmodi est. Illi, inquit, quum uenerentur simulachra, colantq; daemones & adorent, tam constant in errore, ut ne uelint quidem illa relinquere, & ad ueritatem conuerti. Vos autem qui uerum adoratis deum, relicta maiorum religione ultro ad aliena defecistis, neque tantum religiosa mentis præstans in ueritate, quantum illi præstant in suo errore. Proinde dicit: Si istiusmodi facta sunt, si mutarunt gentes deos suos, & isti non sunt dii, uos autem mutastis gloriam uestram, unde nullam capietis utilitatem. Non dixit mutastis deum uestrum, deus enim non mu-

Phinees ob homicidium sacerdotio honoratus

Causa facti martyrem

Christiani in diuissantes

Cap. 2

Impij constantiores in malo quam nos in bono

non mutatur, sed mutastis gloriā uestram. Neq; enim me læsistis, inquit, neq; ulla noxa ad me peruenit, uosmetipios affecistis ignominia, Meam gloriā non imminuistis, sed uestram ipsorum. Concedite sanē mihi ut hunc sermonem etiam ad nostros accōmmo- dem, si tamen par est illos appellare nostros, qui cum illis sentiunt. Abite in synagogas, & uidete num Iudæi mutaturi sint suū ieiuniū, num illi sub pascha nobiscū celebrarint ieiunium, num hunc diem unquam prætermiserint. Atqui hoc non est ieiunium, sed legis transgressio, sed error, sed peccatum: sed tamen illi nunquam mutarunt, uos autē muta- stis gloriā uestram, unde nihil utilitatis capietis, & ultro ad illorū ritus desciscistis. Quan- do paschæ ieiunium celebrarunt illi? Quando martyrum festos dies nobiscum egerunt? Quando diem epiphaniarū nobiscum cōmuniter celebrarunt? Illi non accurrunt ad ue- ritatem, & uos ad iniquitatem properatis. Iniquitatem autem dico, quandoquidem ista fiunt non suo tempore. Erat olim tempus quo conueniebat ista seruare, iam uero non est amplius. Eoq; quod tum iuxta legem fiebat, nunc præter legem fit. Concedite mihi, ut il- lud etiam Heliæ dicam aduersus eos. Quum enim ille conspiceret Iudæos impie uiuen- tes, & nunc quidē obtemperantes deo, nunc rursus idola colentes, ad hunc loquitur mo- dum. Quo usq; claudicatis utroq; poplite uestro? Si Dominus est deus, uenite & sequi- mini eum. Idem & ipse loquitur ad istos. Si Iudaismum putatis uerum esse, qua gratia ob- strepitis ecclesiæ? Quod si Christianismus uerus est, sicut re uera est, in eo manete, & il- lum sequamini. Particeps es nobiscum mysteriorum, age dic mihi, Christum adoras: ab illo bona petis, & cum illius hostibus festum celebras? Et quo tandem animo prodīs in ecclesiam? Verum hæc dixisse sufficiat ad illos qui prædicant se nobiscū sentire, quum quarant diuersa. Igitur & ad illos uolo dtrigere sermonem: Concedite mihi ut liceat do- ctrinam hanc altius repetere, quo perspicuum fiat, Iudæos nunc ieiunantes legem igno- rari. Etenim quum illos uolebat ieiunare, tum in crassabantur dilatabanturq;. Rursus ubi non uult eos ieiunare, mordicus tenent ieiuniū. Quum uellet illos uictimas offerre, ad simulachra properabant. Quum non uult illos celebrare festum diem, studio festum diem agūt. Et ideo Stephanus dixit ad illos: Vos semper spiritui sancto resistitis. In hoc, inquit, solum incubuistis, ut quæcunq; deus præceperit, his contraria faciatis, quemad- modum & nunc faciūt. Vnde id liquet: Nimirum ex ipsa lege. Siquidem in ipsis etiam festis Iudaicis, non tempus solum, uerum & locum obseruare iussit ipsa lex. Nam & de pascha quod erat apud ipsos differens loquitur ad hunc modum. Non potestis celebra- re pascha, in ulla ciuitatum earum quas dominus deus dat uobis. Sed quemadmodum decimoquarto die primi mensis, ita Hierosolymis iubet illud peragi, similiter & pende- costen, & hic loci simul & temporis obseruationē complexa est, dum post septē hebdo- madas iubet hoc festum celebrari, rursus, quum addit: In loco quem elegerit dominus deus tuus: sic & festum scenopegiæ & ieiuniū hoc instituit. Sed dispiciamus, utrum tan- dem horū est magis necessariū, locus an tempus. Et si non sint hæc inter se paria, utrum obseruandum est, tempus neglecto, loco, an neglecto tempore loci ratio tenenda est. Quod dico tale est: præcepit dominus ut in primo mense & Hierosolymis celebraretur pascha, uidelicet tempore pariter & loco præfinito. Ponamus igitur duos quospiam esse qui pascha celebrent, quorum alter præuaricetur locum, tempus obseruet. Rursus alter obseruet quidem locum, sed transgrediatur tempus. Atq; is qui tempus obseruat neglecto loco, celebret pascha in primo mense, sed alicubi procul extra Hierosolymā. Isti uero qui locum obseruat neglecto tempore pascha celebret Hierosolymis, non tamen primo mense sed secundo. Deinde uideamus uter horum duorum sit in crimine, uter proban- dus, is ne qui neglecto tempore locum seruauit, an qui loco neglecto tempus seruauit. Etenim si is qui tempus neglexerit ut intra ciuitatem pascha celebraret, uideatur appro- bandus, Contra qui seruato tempore locum neglexit, uocandus est in crimine, & impie- tatis reus peragendus, nimirum liquet, quod isti quoque legem uiolant, loco non suo fa- cientes quod faciunt, etiam si decies milies prædicent sese seruare tempus. Vnde igitur hoc nobis perspicuum est? uidelicet ab ipso Mose. Siquidem quum quidam essent cele- braturi pascha, adierunt Mosen dicentes: Nos impuri sumus super hominis anima, num omittemus offerre munus Domino iuxta tempus suum, in medio filiorum Israel.

Respondit

Respondit illis Moses: State hic & audiā quid præcepturus sit dominus de uobis. Et re- sponsum dedit dñs Mosei dicens: Homo quicumq; fuerit inter uos impurus super hominis anima, aut in longo itinere, aut in nationibus, faciet pascha mense secundo. Quod autē di- cit tale est. Quisquis, inquit, primo mense deprehensus fuerit in peregrinatione ne faciat pascha extra ciuitatē, sed mense secundo, ut uenire possit Hierosolymā, ac tempus negli- gat potius quam faciat extra ciuitatem, Ex hoc declarans quod obseruatio loci, temporis obseruatione magis est necessaria. Quid igitur habent isti quod dicāt, qui extra ciuitatem præscriptam faciunt pascha? Nam posteaq; transgrediuntur id quod magis est necessariū, nihil illos excusare potest eius obseruatio, quod minoris est momenti. Igitur etiam si decies milies uideantur seruare tempus, extrema legis transgressio est quod faciunt. Atq; id esse uerum, non hinc liquet tantū, uerum etiā ex prophetis. Quum non constet illos un- quam sacrificasse, neq; canticū cecinisse in terra aliena, neq; istiusmodi ieiuniū ieiunasse, quam ueniā promerentur isti? Attamen illi quidem expectantes reditū in ciuitatem suā, nihilo secius persistebāt in lege parentes illi, quæq; lex præscribebat implentes. Hoc enim lex ipsa illis fore promiserat. Isti uero hæc faciunt quū nullam habeant spem, fore ut pri- stinum ritum statim recipiant. Non habent, in quā, ullam spem, id ipsorū prophetarū testi- monio docere possumus, & tamen ne sic quidē possunt conquiescere. Iam ut maxime spe- rarent se ciuitatē recepturos, etiā tunc oportebat sanctos illos imitari, tum à ieiunijs, tum à ceteris obseruationibus abstinentes. Quod enim istiusmodi rerū nihil illi fecerint, audi- quid rogātibus responderint. Quū enim urgerent, cōpellerent, cogereq; barbari, ut ute- rentur organīs suis, dicerentq;, Cantate nobis canticū domini. Illi qui pulchre legis men- tem tenebant responderūt, non decere ut ista facerent extra Hierosolymā: quomodo in- quunt, cantabimus canticum dñi in terra aliena? Rursus tres illi pueri, qui uersabantur in Babylone dicebāt: Non est hoc tēpore princeps, neq; propheta, neq; dux, nō locus ut fru- strificemus in cōspectu tuo, & inueniamus misericordiā. At sanē multus erat ibi locus, car- terum quoniam ibi templum non erat, abstinebant à sacrificijs. Iam uero & ad alios per Za- chariam loquitur dñs, Num ieiuniū ieiunastis mihi per annos septuaginta? Senties de an- nis quos egerant in captiuitate. Quomodo ergo tu nunc ieiunas, dic mihi, quū tui maio- res nec sacrificauerint, nec festa celebrauerint? Id ex eo palam est, quod ne pascha quidem ibi celebrarunt. Nam ubi non erat sacrificiū, ibi ne festum quidem erat, eo quod omne fe- stum sacrificio tum peragi oportebat. Quod si pleniorē huius rei demonstrationem ex- hibere uelimus, audi quid dicat Daniel. In diebus illis etiam ego Daniel lugens, panē desi- derabilem non comedi, & uinum carnesq; non ingressæ sunt in os meū, & unguento non ungebar in hebdomadibus illis. Et factum est in decimo quarto die primi mensis uisi- sionem. Hic mihi diligenter auscultate. Ex his enim perspicuū est, quod tum pascha non celebraueritis. Quis sic? Dicam. Per dies azymorum, id est, quibus abstinebant à fermen- tatis, ieiunare Iudæis phas non erat. Hic autem dies uiginti unum, prorsus non attigit pa- nem. Et unde hoc docetur, dicit aliquis. Eo quod isti uiginti dies & unus inciderint in di- es azymorū. Id inde demonstratur, quod dicit, quarto & uigesimo die primi mēsis. At pa- scha festum uigesimo primo die finiebatur. Nam incipientes à decimoquarto die primi mensis: deinde diebus septem continuata celebritate, ad uigesimum primum diem perue- niebant. Attamen Daniel perseuerabat ieiunans etiam quum præterisset paschæ tempus. Nam quum cœpisset à tertio die primi mensis, ac deinde per dies uiginti unum cōtinuas- set, nimirum decimum quartum diem præterijt, & post hunc item alios decem ieiunauit. An non igitur isti exleges & impij, qui quum illi sancti uiri, in aliena terra nihil seruau- rint eorum quæ lex præscribebat, tamen per contentionem & peruicaciam diuersa faci- tant? Etenim si quilibet fuissent incogitantes parumq; circumspēcti, qui talia uel facerent uel dicerent, forsitan incogitantia negligentiaq; tribueret aliquis, quod ea non obserua- uerunt. Iam quum fuerint amantes dei, quum pijs, quum hi qui pro dei præceptis tradi- derunt animas suas, conspicuum est, eos haud quaquam per negligentiam fecisse quod rum extra Hierosolymam obseruare. Quin & aliud quiddam ex his perspicue colligitur longe maximum, uidelicet quod obseruationes, sacrificiorum, sabbatorum & nouilunio non præstantur, denique similitum rituum omnium ex superfluo additæ sunt Iudaicæ uitæ, ut neque si uirtutem seruentur

3. Reg. 18

Iudæi propo-
steri

Act. 7

Exodi 12

Iudæi contra
legē ieiunātHymnum can-
tate nobis
Psal. 136

C4p. 7

Ritus Iudæi
non præstantur
uirtutem

seruentur aliquid magni momenti conferre possint ad uirtutem, neq; si prætermittantur possint ex bono facere malum, aut pietatis studium quod in animo sitū est, aliqua ex parte imminuere. Illi igitur qui uitam angelorum nobis in terris ostenderunt, quum harum rerum nihil omnino peregerint, non uictimam macularint, nō festum diem obseruarint, non istiusmodi ieiunium susceperint, adeo tamen placuerunt deo, ut ipsam etiam naturam transcenderint, totoq; terrarum orbe superiores meritis suis, in dei cognitionem raperentur. Quid enim proferri queat quod cum Daniele conferatur? quid quod cum tribus pueris? quandoquidem illi quod est præceptum in euangelij maximum, quodq; bonorum omnium caput, ante proditum euangelium occuparunt, ipsiq; factis declararunt. Maiorem hac, inquit, charitatem nemo habet, quam si quis animam suam exponat pro amicis suis. Illi uero animā suam exposuerunt pro nomine dei. Nec hac parte solum admirandi sunt, uerum etiā ob hoc quod id nullius mercedis gratia fecerūt. Ideoq; dicebant, est deus in cœlo potens eripere nos: qui etiā si non eripiat, notū sit tibi rex nos non seruituros dñs tuis, sufficit nobis illa merces, quod propter deum morimur. Hæc præstiterunt, tamq; insignem uirtutē exhibuerunt, nihil eorū obseruantes quæ lex præscripserat. Ergo qua tantum inquit gratia deus ista præcepit, si non uolebat obseruari? Qua gratia tuā ciuitatem demolitus est? Nam alterū ē duobus illi faciendū erat si uoluisset illa manere, aut nō debet præcipere, ut ipsi uno tantū in loco sacrificia fierent, quum uos per oēs mundi plagas esset disperfurus: aut si uolebat uos eo in loco sacrificare, non solū debebat uos per uniuersum orbem dissipare, uerum etiā solam illā ciuitatem desertā & inaccessam reddere, in qua sola uictimas iusserat immolare. Quid igitur? An secum ipse inquit, pugnat deus, qui uno in loco sacrificari iusserit, & rursus ab hoc ipso loco quem præscripsit excludat? Nequaquam, imō magnopere sibi constat deus, neq; enim initio sibi uolebat offerri sacrificia. En ipsum prophetam adduco testem, qui loquitur hunc in modum: Audite uerbum domini principes Sodomorum, attendite sermoni dei uestri populus Gomorrae. Non ad Sodomitas & Gomorreos uerba faciens hæc loquitur, sed ad Iudæos. Sic autem appellat illos deus, quod imitantes illorum maliciam, sibi cognationem cum illis asciscerent. Similiter & canes illos appellat, & equos insanientes in fœminas, Non quod illorum esset transformatiua natura, sed quod illorum animalium incontinentiam imitarentur. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum? Cæterum qui Sodomis habitabant nunquam uisi sunt immolare uictimas, sed ad Iudæos sermo dei dirigitur, ob causam quam diximus, Sodomorum cognomina illis tribuens. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarū: dicit dominus. Plenus sum holocaustomatis arietum, & adipem ouis, & sanguinem hircorum ac taurorum nolo. Nequaquam ueniat in conspectū meū. Quis enim exquisiuit hæc omnia de manibus uestris? Audisti clarissimam uocem dicentem, quod in initio non postularit hæc de manibus uestris. Etenim si postulasset, similiter & priscos illos oēs, qui ante hos floruerunt, prius ad hoc uitæ institutum adegisset. Quo inquit igitur consilio hæc præcepit? Nimirū uestre morem gerens infirmitati, nō aliter quam medicus, uidens hominem febricitantem, morosum minimeq; sibi temperantem, si concupiscat frigidam bibere, ac ni accipiat perituum, ac plane futurum, ut uel ad laqueum fugiat, uel ē sublimi se præcipitem det, dum studet maius excludere malū, permittit quod minus est, cupiens illum à uio lenta morte reuocare. Consimilem ad modum fecit & deus, quoniā uidit illos insanientes, anxios, concupiscentes uictimarum oblationem, tamq; nisi acciperēt quod desiderabant paratos ut ad idola se deflectant, imō non solum paratos, uerum etiā eos iam prolapsos, permisit immolationem uictimarū. Atq; ut scias hanc fuisse causam, uel ex ipso tempore declaratur id quod dico. Siquidem post festum quod impijs demonibus celebrarāt, tum demum permisit illis immolationes pecudum, tantū non dicens, insanitis & uultis immolare uictimas, quin igitur mihi potius immolatis? Quanquā ne hoc quidem ita permisit, ut perpetuo liceret, sed prudentissimo consilio quod permiserat, rursus eripuit. Et quem admodum si medicus ille (nihil enim uetat eodem exemplo denuo uti) posteaquam indulsit appetitui laborantis, mox phiala ē suis aedibus allata præscribat ut ex hac sola bibat aquam: deinde persuaso ægroto, clam ijs qui ministrant præcipiat infringere phialam illam, ut eum clam nihilq; suspicantem auocet ab illa cupiditate bibendi frigidam, Iudem fecit deus permittendo sacrificia. Neque enim in ullo orbis loco permisit id fieri, nisi in

Ioan. 15

Maccabei

Quir deus
præcepit abo/
leuda

Sodomita di
Ei & Iudæi

Esai 1

Deus cœcesit
uictimas ne
confugerent
ad idola.

Simile

nisi in unis Hierosolymis. Mox ubi per breue tēpus sacrificassent diruit ciuitatē: & quem admodum ille fracto uase, ita deus subuersa ciuitate, uel inuitos illos abducere uoluit à uictimis. Etenim si clare palamq; dixisset, desistite, haud quaquā facile ab immolandi infania destitissent. Nūc autē loci adempti necessitate, clanculū illos ac dissimulāter abduxit ab oblationē infania. Sit igitur medicus quidē ipse deus, phiala uero ciuitas, sit ægroto ille, morosus Iudæorū populus. Deniq; frigida potio, sit uictimarū permissio cœcesioq;. Quem admodum igitur medicus fracto uase ægrorum cohibet ab intempestuo frigidi potus appetitu: sic & deus, euerfa ciuitate ipsa, adeoq; funditus diruta, ut omnibus facta sit inaccessible, Iudæos à sacrificijs abduxit. Nam si nō hoc agebat, quorū religionē illam in unū locum conclusit, qui nusquā non est præsens, qui implet uniuersa? Quorū cultum redegit ad uictimas, uictimas ad certū modum, modum ad tempus, tempus ad unā ciuitatem co'traxit, ac rursus hanc ipsam ciuitatem subuertit? Adde quod mirum est & incredibile, totus terrarum orbis conceditur Iudæis ad sacrificandum, ubi phas non est sacrificare, solum Hierosolymam illis adire non licet, in qua sola licet immolare. An non igitur uehementer etiam tardis clarū perspiciuntq; est, quā ob causam ea ciuitas fuerit subuersa? quemadmodum faber factis fundamentis, erectis parietibus, cōcamerata testudine, ipsaq; cōcameratione in unum lapidem in medio positū connexa, si eum tollat, totā ædificij compagem soluerit, Similiter deus quū eam ciuitatem fecisset quasi nodum totius religionis Iudæicæ, ac mox eam subuerterit, nōntne pariter & uniuersum eius ciuitatis statum dissoluit? Verū hæc enus aduersus Iudæos pugnatū esto. Nā hodie solū eminus in illos iaculis uelitati fumus, tantum locuti, quantū satis erat ad depellendum periculum à fratribus nostris, imō multo etiam amplius. Restat autem illud necessario, ut uos qui adestis adhortemur, ut multam sollicitudinē habeatis pro membris uestris, ne dixeritis, quid mea refert, quorū autem ego rerū alienarū curiosus sum & sollicitus? Dominus propter nos mortuus est, Tu uero ne sermonem quidem profers pro illo: Et quam inuenies ueniā, aut quam reperies excusationem? Quomodo ad Christi tribunal stabis cum fiducia, dic mihī, tot animarum exitium dissimulans. Vtinā mihī contingat, eō currentes uidere, nequaquā uobis opus esset, sed celerrimā adhibere correctionem. Quoties frater est ad meliora reuocandus, etiam si uitam oporteat impendere, ne serues. Imitare dominū tuum. Quod si famulum habes, si uxorem, multa cum austeritate illos domi cōtineas. Etenim si nō permittis illis, ut in theatrum eant, quanto magis à synagoga Iudæorum sunt arcendi: maius est hic scelus q; illic. Quod illic sit peccatū est, quod hic impietas. Hæc non ideo loquor, ut illos sinatis in theatrum ire: nam & istud huc malū est: sed ut ab illis arcentes, & ab his multo magis prohibeatis. Age dic mihī, quid spectaturus es curris, num homines tuba canētes? At oportuit domi sedentem gemitus ac lachrymas pro illis profundere, quod rebellant præcepto dei, quod diaboli habent cum ipsis choreas agentē: Nam ut ante dixi, quod sit præter uoluntatem dei, etiam si quando fuit permissum, postea uolatio legis est, & innumerabilū suppliciorum materia. Tuba canebant Iudæi, tum quū habebant sacrificia, nunc uero non est illis permissum idem facere. Proinde accipe iam qua de causa datae sunt illis tubæ. Fac, inquit, tibi tubas ductiles argenteas. moxq; cōmonstrans usum illarū subiicit, Et illis canite in holocaustomatis uestris. Vbi igitur est altare, ubi arca, ubi tabernaculū & sancta sanctorū, ubi sacerdos, ubi Cherubim gloriæ, ubi turribulum aureū, ubi propitiatorium, ubi phiala, ubi patera libato'tiæ, ubi ignis ille cœlitus demissus: Quū omnia amiseris nihil aliud retines quā tubas? Vides illos ludere uerius q; sacrificare? Verū quemadmodum illos culpatum quod legē transgredītur, ita multo magis uos incusamus quod ad transgressores legis cōcurritis: nec illos tantū qui eō concurrunt, uerum etiā eos quibus quū sit autoritas prohibendū suos, nolint tamen id facere. Ne mihī dixeris: Quid mihī cum illo cōmercij est? Alienus est, ignotus est. Dum modo sit fidelis, dum eorundē particeps mysteriorum, dum eadē iungatur ecclesia, & fratribus, & cognatis, & necessarijs, & cæteris omnibus est propinquior. Proinde quemadmodū non ipsi tantū fures dant pœnas, uerum etiā eadem pœna plectunt hi, quibus quū esset potestas uetandi, nō uetuerūt tamen: ita non sōtū qui impie agunt, uerum etiā illi qui quū possint ab impietate reuocare, tamē uel obpgritū, uel ob timiditatē, id facere nolunt, simili cū illis pœna plectuntur. Alioqui talentū illud quod acceperat ac defoderat seruus ille, reddidit integrū, attamen dat pœnas, eo quod nō auxerit.

Hierosoly
mis licebat im
molare

Hierosoly
ma quare
subuersa

Simile

Fraterne salu
tis cura

Tuba in ieiun
ijs Iudæis
Num. 10

Cognatio spi
ritualis

Peccati qui
peccantē nō
reuoat

rat lucrū: ita tu quidem etiam si ipse purus & innocens perseueres, ceterū non augeas ta-
lentum, nec fratrem pereuntem reuoces ad salutē, eadem quæ ille patitur patieris. Quid ma-
gni postulo, unusquisque uelstrum, unum mihi ex fratribus ad salutem reuocet. Hic sollici-
tus, hic quisque curiosus esto, quo nimirū in crastina cōmunionē multa cū fiducia cōparea-
mus, donaria deo ferētes, Donaria, inquit, omnium preciosissima si animas errantium reduxe-
rimus, etiam si cōtumelia fuerit ferenda, si toleranda uerba, breuiter siquid aliud his etiā
molestius sufferendū, omnia faciamus ut illos recuperemus. Quandoquidem & ægrotos
ferimus, calcibus ferientes, cōtumelios & cōuicijs incessentes, nec offendimur cōtumelios,
uerū nihil aliud uidere cupimus quā sanitatē hominis, per morbū indecora facietis. Quin &
medici uelstē saepe lacerauit ægrotans. At nō ideo à cura destitit ille. Qui sit igitur ut qui cor-
poribus consulunt, tanta utantur diligentia: nos animabus istorū pereuntibus celsemus,
perinde quasi existimemus nihil accidere graue, quā membra nostra putrescunt. At non
ita Paulus. Sed quomodo? Quis, inquit, infirmatur & non infirmor? Quis offenditur
& non uoror ego? Hunc ignem tu quoque concipe, & si conspexeris fratrem pereuntem,
quamuis conuicietur, quamuis uim & contumeliam inferat, quamuis uerberet, quamuis
minitetur se futurum hostem, aut aliud quilibet intenter, fac omnia perferas fortiter, ut
illius lucrificas salutem. Si ille fiat inimicus, deus tibi est amicus, magnisq; in die illo bo-
nis te remunerabitur. Vtinam autem hæc donet deus sanctorum uotis ac precibus, ut &
qui in errorem abducti sunt, recuperentur ad salutem, & uos in hoc uenatu uoti cōpotes
euadatis, & illi ipsi blasphemī, liberati ab impietate sua Christum agnoscant ab ipsis cruci-
fixum, ut omnes uno animo eodemq; ore glorificemus deum & patrē domini nostri Iesu
Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

2. Corin. 11

BIVSDEM ADVERSUS IVDÆOS ORATIO SECUNDA

Auiditas au-
diendi con-
suetudo



NDE tandem nobis hodie frequentior cōuentus factus est: Ad efflagitan-
dum quod polliciti sumus cōparauistis omnes, & in hoc aduenistis, ut argen-
tum igni probatum quod me uobis exhibiturū promiserā, accipiatis. Nam
eloquia, inquit, dei, eloquia pura, argentū ignitū probatū terra. Benedicimus
deus qui uobis tantum audiendi spirituales sermones inspirauit ardorem.

Simile
cōsuetudo

Quemadmodū enim homines uino & potationibus dediti, singulo quoque die simul atq;
surrexerūt, obambulant, curiosq; disquirunt, ubi cōpotationes agantur, ubi cōuiuia, ubi
cœnæ, ubi comestiones, ubi temulentia, phialæ, crateres, & pocula. Sic & uos quotidie
simul atq; surrexeritis curiose perquiritis, ubi nam futura sit exhortatio, ubi salubris admo-
nitio, ubi doctrina, ubi sermo ad sermonē Christi cōducēs. Quas ob res & nos quoque pro-
pensiore studio hoc quod polliciti sumus aggredimur, et quæ promissimus summa cū fide
præstabimus. Itaque pugna nobis cū Iudæis suscepta, exitū quē debuit sortita est. Trophæū
erectum est, & corona nobis parta est, & brachiū ex superiore dictione reportauimus. Si
quidem hoc susceperamus agendum, ut demonstrarem quod ea quæ sunt ab istis, sit
quædam transgressio legis præuaticatioq; nec aliud quā hominum aduersus deum ere-
cta machina bellumq; idq; deo auxiliante nobis accuratissime demonstratum est. Ete-
nim si ciuitatem suam essent aliquando recepturi, & ad pristinum uitæ statum redituri,
templumq; instauratum uisuri, quemadmodum aiunt ipsi, quanquam id nunquam est fu-
turum, ne sic quidem haberent iustam excusationem eorum quæ faciunt. Nam & tres illi
pueri, & Daniel ceteriq; oēs, qui uiuebāt in captiuitate, expectabant donec reciperent ci-
uitatem suā, ac post annos quadraginta uiderent patriæ solū, pristinisq; uiuerent legibus.
Atqui quū hoc illis palam & euidenter esset promissum, nō tamē ausi sunt quicquā eorū
facere iuxta legis ritus, quæ faciūt isti. Hoc pacto poteris & ipse Iudæo occludere os. Ro-
ga illū, qua de causa ieiunas, quū non habeas ciuitatē? Quod si dixerit: Quoniam spero me
recepturū ciuitatē. Dicit illi: Proinde quiesce, donec receperis. Nam illi sancti donec ad
patriam suam redirent, nihil eorū quæ tu facis ausi sunt facere. Vnde palam est, quod nūc
legem dei uiolas: etiam si, ut uis, recepturus sis ciuitatem, tamen pacta cum deo inita rescin-
dis, & in ipsum uitæ statum cōtumeliosus es. Igitur in oratione superiore diximus uestre
charitatis, quantum satis est ad retundendam Iudæorum impudentiam, & ad redarguen-
dam eorum præuaticationem. Ceterum quando nō hoc tantum nobis erat proposuimus,
ut illorum ora clauderemus, uerū ut ecclesiam copiosius de suis proprijs dogmatibus edo-

Templū Iu-
deorum, nun-
quam instau-
randum

ceremus

ceremus: age rursus & hoc ex abundantia demonstremus quod templum nunquā instaura-
bitur, neq; ad pristinum uitæ statum restituendi Iudæi sunt. Hoc pacto fiet ut & nos exa-
ctius noueritis apostolica dogmata, & illi cōtra ad maiore impietatē prolapsi cōuincan-
tur. Harum uero rerum testem adducemus nō angelum, non archangelum, sed orbis uni-
uersi principem dominum nostrum Iesum Christum. Is enim quum ingressus Hierosoly-
mam, uideret templum, dixit futurū ut Hierosolyma conculcetur à gentibus multis, do-
nec implerentur tempora gentium, uidelicet tempus significans usq; ad consumationem
mundi. Ac rursus hæc de templo cōminatus est loquens discipulis, non mansurum lapidē
dem super lapidē in eo loco qui non diruatur, uidelicet explanate prædicans eum pro-
fus abolendum, & in perpetuam solitudinē redigendum. Verum Iudæus omnino reijciat
hoc testimonium, nec recipiet ea quæ dicimus. Inimicus autē, inquit, meus est qui talia lo-
quitur, ego illum adegi in crucem, et quomodo recipiā illius testimonium? Atqui hoc ipsum
prodigiosum est o Iudæe, quod quū tu crucifixus es, ille postea abs te crucifixus est,
tunc ciuitatem tuam euertit, tuā gentem dissipauit, tuum populum per uniuersum orbem
disperdit, uidelicet re ipsa declaras se resurrexisse ac uiuere, atq; nunc agere in cœlis. Quo-
niam enim ex benefactis noluit potentiam illius cognoscere, per afflictionem ac suppli-
cia demonstrauit robur suum inuitabile pariter & inexpugnabile. At ne sic quidem cre-
dis, aut putas illum esse deum, ac totius orbis dominū, sed arbitraris hominē fuisse quem
libet è uulgo. Age igitur perinde quasi nihil aliud quā homo fuerit, ipsum æstimemus.
Quam aliquos uidemus homines quos in omnibus comperimus esse ueraces, nec ulla in-
re mentientes: horum etiam si fuerint hostes, modo sapiamus, dicta recipimus. Rursum si
uiderimus eos mentientes, etiam si in nonnullis ueraces fuerint, nec illa facile recipimus
quæ uere ab illis dicta sunt. Age nunc igitur consideremus Christi mores, & cuiusmodi
fuerit uita. Non enim hoc tantum quod diximus prædixit, clareq; pronunciauit, uerum
etiā alia multa, longo post tempore uentura, uaticinatus est. Proferamus igitur prædictio-
nes illas in medium, in quibus si uideris illum mendacem, ne hanc quidem recipito, neq;
putes illi fidem habendam. Contra si uideris illum in ceteris omnibus ueracem, & hanc
ipsam prædictionem euenisse, deinde quū uideas immensum temporum curriculum at-
testans ueritati eorum quæ prædixit, ne uelis ultra perfricare frontem, neq; rebus sole cla-
rioribus obstrepere. Videamus igitur quid præterea prædixerit. Accessit ad illum mulier
alabastrum habens unguenti preciosi, & effudit unguentum in caput illius accumbentis.
Hoc factū indigne ferentes discipuli dicebāt. Quin istud potius uenundatū est triginta de-
narijs, ac datum pauperibus? Hos reprehendens loquitur hunc in modum. Quid molesti
estis mulieri? bonum enim opus fecit. Dico enim uobis, quū prædicatū fuerit hoc Euan-
gelium in uniuersa terra, dicetur & hoc quod illa fecit, in ipsius memoriā. Vtrum ne men-
titus est, an dixit uerum? Euenit quod prædixit, an fuit inane uaticiniū? Interroga Iudæum
& si millies perfricauerit frontē, aduersus hanc prædictionem non poterit oculos attollere.
In omnibus enim ecclesijs appellari mulierem audimus. Sunt consules, duces, uiri, mulie-
res, nobiles, illustres, splendidi, in omnibus urbibus, & in quamcunq; orbis partē deuenē-
ris, summo cum silentio audiunt omnes huius mulieris officiū. Nec est ulla mundi plaga,
quæ factū hoc ignoret. Atqui quot reges multa magnaq; in multos cōtulerunt beneficia,
bella cum laude gesserunt, trophæa statuerunt, gentes gubernarunt, ciuitates erexerūt, &
innumeris cōmodis auxerūt rempublicā, & tamen cum suis benefactis silentio teguntur.
Item reginæ primariæq; cœmīne innumerabilia beneficia contulerunt in eos quibus im-
perabant, quæ ne de nomine quidem ulli notæ sunt. Hæc autem abiecta mulier, quæ tan-
tum effudit unguentū, toto terrarum orbe decātur. Ne temporis quidem tam immensa
longitudo memoriā illius uel extinxit, uel extinguet unquā, idq; quum factū ipsum non
esset insigne (Quid enim magni erat unguentum effunderet) neque persona esset celebris:
Erat enim mulier abiecta, neq; multi testes aderant. Nam inter discipulos res est gesta; ne-
que locus nobilis, neq; enim hoc fecit per theatrū transiens, sed in domo decem duntaxat
hominibus præsentibus. Attamen neq; personæ utilitas, neq; testium paucitas, neq; loci ob-
scuritas, neq; ulla res alia potuit illius abolere memoriā. Quin potius reginæ omnibus ac
regibus uniuersis celebrior est nunc hæc mulier, nec ulla ætas obliuioni tradidit quod fa-
ci-

Iudeorum
disperio

Fictio

Consensus
ueritatis

Matth. 28

ut exentit
cumstantias

clum est. Vnde idē dic mihi, aut quis hoc effecit? An non deus ipse, cui tum hoc officium præstatur, hanc samā per omnia terrarū loca disperfit? Proinde dic mihi, num huiusmodi prædicere, virtutis humanæ uideatur? Quis enim sanæ mentis, hoc dixerit? Nam prædicere quæ facturus esset, priusquā ab ipso fierent, mirū quidem ac prodigiosum; uerū prædicere quæ fuit ab alijs, efficereq; ut fides illis habeatur, sintq; cunctis perspicua, multo maius est, ac mirabilius. Rursum prædixit Petro: Super hanc petram ædificabo ecclesiā meam, & portæ inferi non praualebunt aduersus eam. Proinde dic age Iudæe, quid habes quod reprehendas aut redarguas ex ijs quæ dicta sunt? Quid habes quo doceas hanc prædictionem esse mendacem? An non testimoniū cum rebus consentit, etiam si mille modis ipse contendas in aduersum? Quot enim bella aduersus ecclesiā cōcitata sunt, quot exercitus instructi, quot arma mota, quod non afflictionū & uindictæ genus excogitatum, sartagine, catapultæ, lebetes, fornaces, lacus & præcipitia, bestiarū dentes, maria & proscriptioes, aliaq; innumera tormentorū genera, neq; dictis memoranda, neq; factis toleranda. Atq; hæc non tantū ab extraneis, uerū etiā à nostris domesticis. Nam ciuile quoddam bellū occupat omnia, uel quouis potius ciuili bello perniciosius. Neq; enim ciues modo cum ciuibus, uerum etiam cognati cum cognatis, domestici cum domesticis, amici cum amicis cōstabitantur; nihil tamen horū dissoluit ecclesiā, ac ne inferiorem quidem reddidit. Atq; id sanè mirū & incredibile, quod hæc in ipsis statim primordijs mora fuit. Nam si tum iruissent hæc acerba, posteaq; iam radices egerat, & per omnes mundi partes plantatū esset Euangeliū, haud perinde fuisset admirandum non fuisse subuersam ecclesiā. Cæterum quū in ipso doctrinæ exordio nuper iacto fidei semine, teneris etiam numerum auditorum mentibus, tot procellæ bellorū irruerint, res nostras non solum nulla ex parte fuisse diminutas, uerum etiam multam accessiōem adiunctam fuisse, hoc nimirū superat omne miraculum. Ne quis autē dicere possit, quod nunc ecclesia ob pacem à regibus præbitam cōstabilita sit, quū esset minor, quū uideretur imbecillior, tunc illam oppugnari permisit, uti cognoscas etiā quod nunc in tuto est, non acceptū esse ferendū paci quā præstant reges, sed à potentia dei proficisci. Id quo magis cognoscas esse uerū, reputa tecum, quā multi conati sint apud Græcos opiniones nouas, ac peregrinas uiuendi rationes inducere, ueluti Zenon, Plato, Socrates, Diagoras, Pythagoras, alijq; innumeri: attamen adeo non uicerunt, ut pleriq; ne de nomine quidē sint noti. Christus autē non modo præscripsit uitæ formā, uerum etiam hanc per totum terrarū orbem plantauit. Quam multa fertur Apollonius ille Tyaneus fecisse, uerū uti scires illa omnia esse conficta, uana, nihil habentia ueri, extincta sunt & sinē acceperunt. Jam ne quis arbitretur contumeliā esse Christi, quod de illo uerba facientes, Pythagore, Platonis, Zenonis, et Tyanei meminimus: non enim id facimus ex animi nostri sententiā, sed ad Iudæorū infirmitatē nos ipsos demittentes, qui credunt nihil aliud eum esse q̄ hominem. Itidem & à Paulo factum est. Is enim ingressus Athenarū urbem, non ex prophetis nec ex Euangelio cum illis disseruit, sed ab ara cepit exhortationē, Non quod aram illam ad faciendam fidem plus habere momēti crederet q̄ Euangeliā, neq; q̄ literas illic inscriptas potiores duceret prophetis: sed quoniam cum gentibus disputabat, quæ nulli nostrorū uoluminum credunt, à proprijs ipsorum dogmatibus ipsos aggressus est. Hinc est quod ait: Factus sum Iudæis Iudæus, his qui sine lege erant tanquā essem sine lege, quū sine lege nō essem deo, sed essem in lege Christi ut lucrificā eos qui sine lege sunt. Itidē & ueteris testamenti scriptura facit de deo Iudæis loquens. Sic enim ait: Quis similis tui in dijs domine? Quid ais propheta? Ita ne cōparatio est ulla dei ueri ac deorū falsorum? Non, inquit, hoc ut cōparationem inducam locutus sum, uerum quoniā ad Iudæos mihi erat sermo, qui magnificā de demonibus habent opinionem, ad illorū imbecillitatē memet accommodans, hoc docendū genere sum usus. Quoniam nam igitur nobis quoq; disputatio est aduersus Iudæos, qui Christū existimāt simplicem fuisse hominem, & hominem quem piā legis præuicatorem, propterea ab his quæ apud gentes in admiratione sunt induxi cōparationē. Quod si uultis me & eorū qui apud ipsos Iudæos eadem conati sunt uel aduersus discipulos, uel aduersus principes aut præfectos, sed protinus extincti sunt, exempla recensere, age conabimur & hæc demonstrare. Hoc igitur modo Gamaliel illis obturauit os. Quum enim uideret illos insatiētes, cupidoseq; effundendū

Matth. 7
Petra fundamētum ecclesie

Ecclesia immobilis & inuicta

Amplificatio

Hereses & philosophi ecclesie cedunt

Excipiat se quod in cōcio ne nominari eihnicos philosophos

1. Cor. 9

Psalm. 58

Hostiū armis aduersus ipsos pugnantium

effundendū sanguinis discipulorū, studens eos ab impotenti uelania cohibere, iussis paullisper secedere apostolis, sic ad illos uerba fecit: Prospicite uobis quid de his hominibus sitis faciuri. Ante hos enim dies exortus est Theudas, dicens se esse aliquem, & secuti sunt illum uiri quadringenti, & ille periit, & omnes quotquot ei paruerūt dispersi sunt. Et post illum exortus est Iudas Galilæus, qui cōcitauit turbam magnam, & mortuus est, discipuliq; illius perierunt. Et nunc dico uobis, prospicite uobis, quoniā si factū hoc fuerit ex hominibus, dissoluatur. Sin ex deo est, non potestis illud dissoluere, ne forte cōperiamini & aduersus deum pugnare. Vnde igitur manifestum est, fore ut quicquid ex hominibus sit dissoluatur? Experimentū, inquit, cepistis à Iuda & Theuda. Itaq; & hic qui ab istis prædicatur, si talis est quales fuerunt illi, nec diuina potentia peragit omnia, expectate paullisper, & ipse rerum euentus uobis faciet fidem, & ex ipso sine certū cognoscetis, utrum hic sit impostor, ut dicitis, ac legis transgressor, an deus uniuersa tempeās, ineffabilisq; potentia res mortaliū dispensans moderansq;. Quod dico factū est. Expectarunt, & ex ipsis factis declarata est diuina & inexpugnabilis potentia. Atq; hoc inuentū quod ad decipiendos plurimos adhiberū erat; rectorum est in caput diaboli. Nam quū uideret illum aduenisse, uolens illius obscurare aduentum, submisit deceptores aliquos, quo uidelicet & ille unusquispiā ex eorum numero putaretur. Quodq; de cruce fecit, procurans ut duō Iatro nes cum illo crucifigerentur. Idem fecit de illius aduentu, studens ueritatē admixto mendacio obscurare uerum nec illic prauauit, nec hic, quin magis hoc ipsum potentia Christi declarauit. Alioqui dic mihi, quid est in causa, ut quū tres fuerint crucifixi eodem loco, eodem tempore, sub iisdem iudicibus, illi sileantur, hic solus adoretur. Rursus quā ob rem tandem, quū plures nouam uiuendi rationē induxerint, ac discipulos habuerint, illorū nomen quidem hodie notum sit, hic per omnes mundi plagas colatur: Res enim potissimum elucescunt ex collatione. Confer ista mihi o Iudæe, ac discite ueritatis excellentiam. Quis impostor tot ecclesias toto terrarū orbe parauit? Quis ab extremis ad extrema mundi cultum suum protulit? Quis oēs subiectos habuit, idq; quū essent innumera obstaculæ? Nemo sanè. An nō igitur perspicuū est Christum non esse impostorem, sed sospitorem, sed beneficū, sed curatorem, sed principem uitæ nostræ? Proinde ad id quod erat propositum redibo, si prius unā adhuc prædictionē addidero. Non ueni, inquit, ut mitterem pacem super terrā, sed gladiū, non declarans quid ipse cuperet, sed rerū euentum prædicēs. Veni enim, inquit, separare hominē, excitare filium aduersus patrem suum, & nurum aduersus socram suam, & filiā aduersus matrem suam. Vnde hæc prædixit, si nihil aliud erat quam homo, & unusquispiā ē uulgo: Quod autem dicit, hunc habet sensum. Quoniā eueniet, ut in eadem domo unus sit fidelis, alter infidelis, deinde pater uelut filiū suum pertrahere ad impietatem, hoc ipsum prædicens ait: A deo uincet Euangelij potestas, ut filij quæ contemnunt patres suos, & filia matres, & parentes liberos. Non solum autē prius habebunt familiares contemnere, uerum etiam suam animam exponere, cunctaq; sustinere ac perpeti, ne pietatē ab se repellant, aut quicquā deserant eorū quæ nostræ conducunt prædicationi. Vnde hæc ille tum scire, tum efficere potuit, si fuit homo unusquispiā ē uulgo: unde illi uenit in mentem hæc cogitare, quod ipse filijs esset magis reuerendus futurus q̄ patres, quod parentibus dulcius q̄ liberi, quod uxoribus desiderabilior quam mariti, idq; non una in domo, neq; duabus, neq; tribus, neq; decem, neq; uiginti, neq; centū, sed ubiq; per orbem terrarum, in urbibus omnibus & regionibus, in terra pariter atq; in mari, & in parte mundi habitata simul & inhabitabili. Nec illud possis dicere, dixit quidem ista, uerum haud perduxit ad effectum. Complures igitur in primordijs ecclesiæ, atq; a deo nunc quoq; ob pietatē habentur odio, eijciuntur è paternis adibus, nec ad quicquā horum reuertuntur, abunde magnū solatiū esse ducentes, quod hæc ob Christū perpetiuntur. Dic mihi, quis hæc unquam potuit inter homines? Hic igitur qui hæc omnia prædixit, de mittere illa, de ecclesia, de bello hoc, idem prædixit templum ruiturū, Hierosolymā interituram, eamq; ciuitatem non amplius fore ciuitatem Iudæorū, quemadmodum fuit antea. Itaq; si mentitus est illa omnia, nec eueniunt quæ prædixit, diffide & his. Quod si uides illa clarissime euenisse, inq; dies singulos auferere, neq; inferorū portas aduersus ecclesiam praualere, si uides quod mulier illa fecit prædicari tanto iam tēpore per uniuersum

Exitus arguit facta unde sint

Christus solus occupauit totum orbem

Matth. 10
Veni mittere gladium, quod modo accipiendum

Eptilogus

A tempore colligit confirmationē

Simile

Exod. 32 Cap. 44

250

Quare Iudæis datae sunt prophetae

Clamane cessā Cap. 48

orbem, si homines qui illi crediderunt eum pluris faciunt quam parentes, quam uxores, quam liberos, quur quæso te, huic uni prædictioni resistis, præsertim quum ex ipso tempore testimonium illius silentium imponat impudentiæ tuæ? Quod si post excidium urbis non transissent nisi decem anni aut uiginti, aut triginta, aut quinquaginta, minime tamen decebat uel tum impudenter obistere, etiam si fuisset aliqua reluctandi reliqua occasio: iam uero si non quinquaginta tantum, sed & centum, imò his ac ter tantum annorum multoque amplius, præterijt post ciuitatē captā, nec interim ullum uestigium: aut umbra apparuit, pollicens rerum uestrarum mutationē, quur frustra, nullaque de causa impudentiā tuā obtines? Hæc factis erant ad demonstrandum uobis, nunquā fore ut templum restitueretur. Verum quando ueritas multis modis exuberat, omisisis Euangelij ad prophetas me uerto, quibus & maxime uidentur fidere: atque ex his perspicuum faciam, neque ciuitatem, neque templum unquam post hac restituentur. Quanquam nihil erat mihi necesse demonstrare quod non restitueretur. Neque enim hoc meum erat, sed illorum partes erant, docere quod esset restituendum. Nam ipse quidem ex ipso tempore congruum habeo testimonium, mihi patrocinians: ipsi contra quum ex ipso rerum euentu desiciantur, nec alioqui quicquam eorum quæ dicunt queant demonstrare, tamen nihil aliud quam ostentant sese, quum oporteat ipsos hoc testimonium exhibere quod exhibeo. Nam illa quæ dico, ex ipso rerum euentu deo esse uera. Corruit enim ciuitas, nec tam longo iam tempore instaurata est. Contra, quæ dicunt isti, nudis uerbis nituntur. Atqui debebant ipsi docere, futurum ut ciuitas rursus instauraretur, quando quidem in forensibus iudicijs uidemus sic fieri probationes. Nam quoties inter illos aliqua incidit controuersia, & alter alterum scripto conuenit, deinde is aduersus quem agitur inficiatur ea quæ obijciuntur, cogitur is qui negat postea testes & alias adferre probationes, quibus doceat non esse uera quæ scripto continentur, non is qui scriptum produxit. Eodem modo conueniebat & istos hic facere, nobisque in medium producere prophetam qui prædixerit omnino futurum ut ciuitas restitueretur. Nam quod prorsus est necesse, prophetas uobis prædixisse uenturum istius captiuitatis in qua estis finem, si uenturus est, nimirum perspicuum est omnibus qui uel inspexerint libros propheticos. Mos enim erat apud Iudæos uetus, ut propheta diuinitus afflatus prædiceret illis quæ imminerent, seu bona, seu mala. Qua gratia & quam obrem? Propter insignem illorum improbitatem & impudentiam. Alioqui fugisset illos, beneficia quibus afficiebantur, à deo proficisci, eaque quæ fiebant demonibus ascripissent, & bona illis imputassent. Ac nunc quidē cum illis egressis ex Aegypto, mare scissum esset, aliaque fierent, obliti quod hæc autore deo gererentur, ipsi qui dii non erant tribuebant ea quæ fiebant, dicentes Aaron: Fac nobis deos, qui præcedant nos. Videntur autem & Hieremias dicere: Sermonem quem locutus es ad nos sub nomine domini, non audiemus ex te, quoniam faciemus omnia quæ egredientur ex ore nostro, ut sacrificemus reginæ cœli, & immolemus illi uictimas, quemadmodum hacenus fecimus & nos, & patres nostri, & principes nostri, & repleti sumus panibus, & bene nobis erat, & mala non uidimus, & posteaque destitimus sacrificare reginæ cœli, & immolare illi uictimas, diminuti sumus omnes nos, & gladio fameque defecimus. Proinde ne quid eorum quæ contingunt simulachris imputarent, sed potius crederent & ultiones, & beneficia ipsis à deo proficisci, illas quidem ob peccata, hæc uero per dei bonitatem erga genus humanum, propheta diuinitus afflatus prædicebant illis euentura. Atque ut certius scias hanc esse causam prædictionis, uide quid dicat uocalissimus ille Elaias ad populum Iudaicum: Scio quod durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, hoc est inflexibilis, & frons tua ærea, hoc est impudens. Sic & nos frequenter soleamus eos qui nesciunt erubescere καλῶς ποσὶ ὄπισθεν, id est, æream habentes faciem appellare. Et annunciaui tibi quæ uentura erant in te prius, quando dicas, idola me seduxerunt, & sculptilia cōstatiliaque præceperunt mihi. Ac rursus, quoniam peruicaces quidam & elati, post euentum rei, perfricabāt frontē, perinde quasi non antea fuisset illis prædictum, propheta non solum futura prædicebāt, uerum etiam testes adhibebāt eorum quæ gerebant. Sic enim rursus loquitur idem Elaias: Da mihi testes uiros bone fidei, Uriam sacerdotē & Zachariam filium Barachie. Nec hoc cōtentus in nouo uolumine descriptam, deposuit prophetiā, quo postquam euenisset, ipse res de se ipsis testimonium ferret, quod afflatus

afflatus cœlesti multo ante tempore fuisset illis prædictum. Eoque non solum scripsit in uolumine, sed in nouo uolumine, quo posset in multum durare tempus, nec facile corrumpi, sed ex peccare euentum rerum quæ ibi cōtinebantur. Equidem esse uerum quod dico, uidelicet deum illis omnia uentura prædixisse, non ex his tantum, uerum & ex ipsis quæ illis acciderunt, tum bona tum mala, demonstrabo. Tres seruitutes grauissimas pertulerunt Iudæi, quarum nullam deus illis ingessit non prædixit, sed singula illis prædicenda curauit, & locum, et tempus, & personam, & afflictionis speciem, & reditum, aliaque cuncta summa cum diligentia prænuñciās. Ac primo loco dicam de captiuitate quam passi sunt in Aegypto. Deus loquens ad Abraham, his ferme uerbis uitur, Sciens scias, quod semen tuum peregrinum erit in terra non sua, & in seruitutem adigent, & affligent illud annis quadringentis. Gentem autem cuiuscumque seruerint ego iudicabo, dicit dominus. Quarta autem generatione reuenient huc cum apparatu copioso. Vides ut & numerum annorum expresserit, & seruitutis modum, quum non simpliciter, inquit, in seruitutem adigent, sed addit affligent. Audi quomodo Moses paulo post exponat afflictionem, Palea, inquit, non dantur famulis tuis, & iubent nos lateres facere, & flagris cædebantur quotidie: ut intelligas quid sibi uelit, in seruitutem adigent & affligent. Gentem autem, inquit, cuiuscumque seruerint ego iudicabo, significans Aegyptiorum submerisionem in mari rubro, quā in canticis describens Moses sic loquitur. Equum & ascensorem proiecit in mare. Mox & reditus modum, quod essent redituri cum multa stipulente, Sumite, inquit, comodato à suo quisque uicino & contubernali uasa aurea & argentea. Quoniam enim longo tempore seruerant, nec mercedem receperant, deus effecit ut in scientibus ac nolentibus etiam peteret, clamatque propheta dicens: Eduxit eos cum argento & auro, nec erat in tribubus eorum infirmus. Hæc est una seruitus exactissime prædicta. Age nunc & ad alteram captiuitatem uertamus sermonem, quam perussi sunt in Babylone. Nam & hæc accurate prædixerat Hieremias ita loquens, Sic ait dominus: Posteaquam impleti fuerint in Babylone septuaginta anni, uisitabo eos, & ponam erga uos uerba mea bona, ut redeatis in locum hunc, & conuertam captiuitatem uestram, & congregabo uos ex omnibus gentibus. & ex cunctis locis in quos dispersi uos, dicit dominus, & conuertam uos in locum unde uos demigrare feci. Vides ut rursus hic & ciuitatem expresserit & annorum numerum, & unde & quod esset illos congregaturus. Eoque Daniel non prius super his rogauit dominum quam uidisset annos septuaginta completos. Quis hæc dicit? Ipse Daniel ita loquens. Et ego Daniel faciebam opera regis, & admirabar uisionem, nec erat qui intelligeret, & intellexit in libris numerum dierum, qui fuit sermo domini ad Hieremiam prophetam, ad expletionem desolationis Hierosolymæ anni septuaginta, & dedi faciem meam ad dominum deum meum, ut exquirerem precationem & obsecrationem in ieiunio, sacco & cinere. Audisti quemadmodum hæc quoque captiuitas prædicta fuerit, & propheta non ausus fuerit preces ac supplicationem admouere deo ante tempus præfinitum, ne frustra temereque admouens audiret quod audiuit Hieremias: Ne rogaueris pro populo hoc, neque postularis pro illis, quoniam non audiam te. Verum ubi uidit uaticinium esse completum, simulque tempus uocare ad reditum, tunc orat, non simpliciter, sed in ieiunio, sacco & cinere, & quod in hominum moribus euenire solet, id fecit erga deum. Nos enim quum uidemus aliquos qui famulos post multa grauiaque commissa coniecerunt in uincula, non protinus in principio exordioque punitonis admouemus supplicationem, sed ubi sciuerimus illos aliquot dies temperatioris esse factos, tunc adimus heros, nacti iam et ab ipso tempore auxiliū: hoc sane & propheta fecit, posteaquam enim poenas dederant, haudquaquam dederant dignas admittis, attamen iam adit deum pro illis uerba faciurus. Quod si uidetur ipsam etiam deprecationem audiamus, Confessus sum enim, inquit, & dixi, Deus magne & admirabilis qui seruas pactum tuum & misericordiam tuam, ihs qui te diligunt, & seruant præcepta tua. Quid facis o Daniel, pro omnibus qui peccarant & offenderunt intercedens, eorum mentionem facis qui leges illius seruauerunt: Ergo indigni uenia sunt, qui præcepta illius uiolant? Non ob istos hæc loquor, inquit, sed ob horum progenitores, ob Abraham, ob Isaac, ob Iacob. Illis promissit, illis pollicitus est deus qui præcepta illius seruauerunt. Quoniam igitur hi nullo iure possunt petere salutem, idcirco progenitorum mentionem facio: ac ne putares quod de his uerba faceret, quum adiecisset, Qui seruas pactum

Prophetae fides

Gen. 15

Exod. 5

Gen. 15

Exod. 15

Captiuitas Babylonia

Dan. 9

Cap. 7

Oratio submissa simile

Vna excusa-
tio accusare
quod com-
missi
Iustus accu-
sator sui

Deu. 8

Gens impu-
densDan. 3
Cap. 9

Thren. 4

Dan. 9

pacium tuum & misericordiam tuam diligentibus te & seruantibus praecepta tua: mox subijctis, peccauimus, inique egimus, iniustitiam perpetravimus, excessimus, defleximus a praeceptis tuis, & a iudicijs tuis, non auscultauimus seruis tuis prophetis. Vna liquidem sola; purgatio peccatoribus reliqua est post peccata, uidelicet ut sua commissa confiteantur. Tu uero mihi considera & iusti uirtutem & iudaeorum improbitatem, Nam ille quidem nullius mali sibi conscius seipsum multa cum austeritate dānat dicens: Peccauimus, inique fecimus, iniustitiam perpetravimus: Hi uero malis innumeris pleni contra fecerūt dicentes, Seruauimus praecepta tua, & nunc beatos dicimus alienos, et restituitur qui patrant iniquitatem ac peccata. Quemadmodum enim solent iusti post iusta facta modeste agere, ita solent mali post admissa scelera laudare sese. Qui nullius peccati sibi conscius erat, dicebat: Iniquitatem fecimus, defleximus a praeceptis tuis, Contra qui innumerabilium facinorum libi conscij erant dicebant: Seruauimus praecepta tua. Atque haec eo loquor, ut alterum uitemus, alterum imitemur. Post haec quoniam attigerat illorum peccata, narrat & uindictam ac poenam quam dederunt, & ex hoc deum ad misericordiam reuocare cupiens ait: Et uenit super nos execratio quae scripta est in lege Mosi serui dei, quia peccauimus. Quae nam est ista execratio? Vultis ne legamus illam? Nisi serueritis, inquit, domino deo uestro, inducet super uos gentem impudentem, & non audies uocem illius, & eritis numero pauci. Hoc idem declarantes tres illi pueri, palamque facientes quod ob ipsorum peccata accidisset hoc uindictae genus, & ipsi pro communibus peccatis confessionem proferentes, dicebant: Tradidisti nos in manus hostium impiorum, inimicissimorum, desertorum, ac regi iniusto & sceleratissimo, terram quae transgressa est. Vide quomodo completa est illa execratio quae dicit: Eritis numero pauci. Rursus quod dicit, Adducam in uos gentem impudentem: Idem hoc & Daniel hic recte significans dicit: Venerunt super nos mala, qualia non acciderunt sub omni caelo, praehis quae facta sunt Hierosolymis. Quae tandem istar Matres liberos suos comederunt. & hoc sane praedicit Moses: ceterum Hieremias ostendit euenisse. Ille quidem loquitur. Ciuitas tenera ac deliciofa, cuius enim non cepit experientiam pes eius ut insisteret, in uestigio propter teneritudinem ac delicias, attinget impiam mentem, & suos ipsius filios comedet. Hieremias autem declarat hoc euenisse dicens, Manus mulierum miserabilium aggressae filios suos. Quamquam autem peccata illorum qui peccauerant elocutus esset, & ultionem in medium adduxisset, nec sic quidem illos ex his iudicat dignos qui seruentur. Vide bonitatem famuli. Siquidem hic quum ostendisset quod non dum digna meritis essent perpeffi, nec his quae multa licet pertulerant, dissoluissent quae pro commissis debebant, mox confugit ad dei misericordiam, & ad solam illius bonitatem erga genus humanum dicens. Et nunc domine qui eduxisti populum tuum e terra Aegypti, & fecisti tibi nomen, ut hic est dies, peccauimus, iniquitatem fecimus. Et quemadmodum illos, inquit, non ex ipsorum benefactis saluos fecisti, sed afflictionem uidens, & angustias & clamorem illorum exaudiens, sic & nos libera a praesentibus malis, propter solam bonitatem tuam erga genus hominum. Nam aliud nullum habemus ius sperandae salutis. Haec loquutus, multaque lamentatus, mox inducit ipsam ciuitatem ceu mulierem aliquam captiuam, & ait; Ostende faciem tuam super sanctificationem tuam, inclina aurem tuam & audi, aperi oculos tuos & uide interitum nostrum ciuitatisque tuae, in qua inuocatum est nomen tuum sanctum. Postea quae circūspectis hominibus neminem uidit qui possit deum reddere propitium, ad aedificia confugit, & ciuitatem ipsam obijcit, eiusque desolationem ponit ob oculos, atque ad haec deflexo sermone deum propitium reddit. Id perspicuum est ex his quae sequuntur. Verum quod dicebam, oportet enim ad id quod erat propositum reuertī, quando haec obiter interiecta sunt, non simpliciter, neque temere, sed ut animos uestros aliquantisper resocillarem ex perpetuis contentionibus fatigatos. Age redeamus igitur, unde digressi haec diximus, demonstremusque, quod ea quae Iudaeis erant uentura, diuinitus praedicta sunt illis exacte plenaeque. Iam enim duas captiuitates sermo noster demonstrauit illis accedisse, quemadmodum a prophetis erat praedictum, idque non casu, neque praeter expectationem. Superest ut ubi tertiam adiecerimus de hac qua nunc tenentur dicamus, doceamusque perspicue, quod nullus propheta promissit illis futurum ut ullo pacto ab his malis in quibus nunc sunt soluantur autem

aut liberentur. Quae est igitur tertia? Quae facta est sub Antiocho cognomento Illustri. Nam Alexander Macedonum rex, ubi Dariū Persarū regem deuicisset, in sese transfudit imperium. Hoc autem extincto, quatuor post illum reges successerunt, e quorum uno prognatus Antiochus, longo post tempore & templū incendit, & sancta sanctorū deuastauit, & sacrificia sustulit, & Iudaeos subegit, denique totā illorum religionē ac ritus destruxit. Et haec omnia ad unū usque diem exactissime praedicta sunt a Daniele, & quando haec essent futura, & quomodo, & a quo, & qua ratione, & ubi finem acceptura, & quā tandem mutationē sortitura. Hoc autē euidentius perspicietis ubi uisionē ipsam audieritis, quam sub similitudinis inuolucro proposuit propheta. Arietis uocabulo designans Dariū regem Persarū, hirci uero Graecorum regem, uidelicet Alexandrum Macedonem, quatuor cornua uocant eos, qui post illum extiterunt, postremū cornu ipsum signat Antiochum. Quin praestat ipsam audire uisionem. Vidi, inquit, uisionē, & sedebam in Vbal, Vbal locum quem priam dicit, Persarū lingua sic illum appellans, Et sustuli oculos meos & uidi, & ecce aries unus stans in Vbal, & erant illi cornua excelsa, & unum excelsius caeteris, & excelsum illud peruenit usque ad extrema, & uidebam arietem mouentem cornu contra mare, & boream, & notum, & omnes bestiae non steterunt in conspectu eius, nec erat qui eriperet de manu illius, & faciebat iuxta uoluntatem suam, & magnificatus est, & ego intelligebam. De potentia loquitur Persica, quae peruasit totam terram. Deinde de Alexandro Macedonum rege loquens dicit. Et ecce hircus caprarum uenit ab austro super faciem uniuersae terrae, & non tangebatur terram, & hircus illi prominebat cornu in medio oculorum ipsius. Deinde narrans congressum Alexandri cum Dario eiusque uictoria uiribus partam, Venit, inquit, hircus usque ad arietem habentē cornua, & efferatus est in eum, & percussit arietem, Dicendum est enim cōpendio, & contriuit utrunque cornu illius, nec erat qui eriperet de manu illius. Post haec narrans mortē Alexandri, & quatuor regū successionē, & quum hic inualesceret, inquit, contritū est cornu magnum, & exorta sunt quatuor cornua sub illo, ad quatuor uentos caeli. Hinc trāsiens deinceps ad Antiochi regnū uenit, et declarans quod ex horū uno sit ortus, sic fere ait: Ex uno prodijt cornu ualidū, & exaltatum est uehementer, supraque modum ad notum & orientē: deinde designans, quod Iudaicā ditionem funditus destruxit, Post haec, inquit, per eum sacrificiū turbatum est delictio, Et factū est, & successit illi prospere, & sanctū desolabitur, & datum est contra sacrificiū peccatum, altari sublato, sanctis conculcatis, idoli statuuntur intus, & hostias immolauit daemones impijs, & proiecta est in terrā iustitia, propter mala quae fecit, Et successit illi prospere. Deinde re perens denuo hanc eandem quae sub Antiocho Illustri facta est captiuitatē, exciditque ac desolationem templi, etiam ipsum tempus addidit, Exorsus denuo ab Alexandri regno usque ad finem libri, commemorans obiter & omnia quae Ptolemæi & Seleuci consuetudines inter sese fecerūt, quaeque horum ductores gesserunt, dolos, uictorias, exercitus, pugnas nauales, praedia pedestria. Deinde progressus in Antiochum desinit iterum, dicens, Brachia ex ipso exorientur, & prophanabunt sanctum, & transferent continuationē, Continuationem appellās, solennes & quotidianas uicinas: & inferent in illam abominationē, & eos qui uiolant testamentū: hoc est praetuaricātes Iudaeos abducent in ruinas, secum habebunt ac transferent: & populus cognoscens deum suum praualebit: Maccaeorum res significans, quae acciderunt sub Iuda & Simone & Ioanne: & prudentes populi intelligent ad multa, & infirmabuntur in gladio & flāma: nimirum iterū narrans incendiū ciuitatis: & in captiuitate & in direptione dierū, & quum infirmati fuerint, adiuuabuntur adiutorio paruo, Significās quod in medijs illis malis poterūt respirare, & emergere ex afflictionibus, quibus inuoluti sunt. Et adiungetur illis multi in ruinis, & ab intelligentibus, infirmabuntur. His autē uerbis significat futurū ut multi etiā stantes cadant. Deinde causam etiam aperit, ob quā permittit deus illos in tantis malis uersari. Quae nā est ea? Ut intendant, inquit, in illis, & eligat ac dealbeant usque ad terminū temporis. Propter haec enim, inquit, haec permittit deus, ut eos repurgaret, ostenderetque qui essent inter illos probati. Deinde commemorans regis illius potentiam ait, ut faciat iuxta uoluntatem suam, & exaltabitur & magnificabitur. Mox blasphemum illius animum significās addit. Aduersus deum deorum, inquit, loquetur superba, & prosperabitur, donec consummet iram: declarans quod non ex proprio

Visto Danielis

Daniel. 8

Vbal, Hieron.
uertit paludēFinit Danielis
Cap. 12quid de aegypto
mors, q. Hiero-
nymus uertit
iuge sacrificiū

Daniel. 11

Daniel. 11

Dan. 12

proprio consilio, sed propter iram dei aduersus Iudaeos ille sic inualuerit. Tandem ubi dixit quanta mala per alios complures facturus esset, tum Aegypto tum Palestina, quomodo rediturus sit & quo uocante & qua urgente causa: postea narrat earum rerum commutationem: praeterea quod Iudaei posteaquam per haec omnia poenas dederint nanciscuntur aliquod auxilium, misso angelo in illorum subsidium. In tempore enim illo, inquit, exorietur Michael princeps magnus, qui praefectus est filijs populi tui, & erit tempus afflictionis, quale non fuit ex quo gentes fuerunt in terra, usque ad tempus illud, & in tempore illo salua fiet omnis multitudo, quae reperietur descripta in libro, hoc est qui digni sunt salute. Verum ne nunc quidem adhuc demonstratum est de quo fuit instituta quaestio. Quid autem hoc est? Videlicet quod illis etiam tempora praefinierit in his malis, uelut illis, annos quadringentos & postea septuaginta. Videamus igitur, an his quoque praefiniat tempus aliquod. Vbi uero licebit hoc inuenire? In his quae post haec dicentur, Quoniam enim audierat multa magnaque mala, Ciuitatis incendium, subuersionem, familiarum captiuitatem, postea desiderat finem illorum discere, & quae futura sit earum calamitatum commutatio, Percontans autem loquitur hunc in modum: Domine quis est istorum finis? Et dixit, ueni huc Daniel, quoniam signati sunt sermones, uidelicet recte significans obscuritatem eorum quae dicerentur usque ad temporis finem. Mox causam aperies quare ista permisit euenire mala, donec eligatur, inquit, & dealbent, & igni examinentur multi, & inique agent iniqui, & intelligant omnes impij, & cordati intelligent. Deinde quanto tempore sint illos commutatura haec mala praedicens ait, A tempore transmutationis endelechismi. Sic autem uocabatur quotidianum sacrificium. Nam hoc perpetuum est, frequens et continuum. Erat autem mos Iudaeis & uesperis & sub auroram & singulo quoque die sacrificium offerre deo. Atque hac de causa sacrificium illum endelechismum, id est, assiduitatem siue continuationem uocabant. Itaque ueniens Antiochus hunc morem sustulit, & immutauit, hoc est quod ait angelus, A tempore transmutationis endelechismi, hoc est a tempore quo commutabitur hoc sacrificium. Sunt autem dies mille duceti & nonaginta, hoc est, tres anni cum dimidiato, ac paulo amplius. Deinde quod tum esset futurus horum malorum finis ac terminus subiicit: Beatus qui sustinuerit, ac peruenerit usque ad dies mille trecentos & triginta quinque, Ducentis nonaginta addens quadraginta quinque. Quoniam enim in mense & dimidio mensis accidit ut fieret ille conflictus, in quo uictoria illa pura facta est, & omnium malorum urgentium commutatio, quum ait: Beatus qui sustinuerit ad dies mille trecentos triginta quinque, rerum immutationem declarat. Neque simpliciter dixit qui peruenerit, uerum quoniam multi eorum qui impietatem perpetrarant uiderunt commutationem, non eos simpliciter dixit beatos, sed eos qui testimonium praebuerant in diebus afflictionum, nec a pietate descuerant ac deinde conseruati sunt relaxationem, nec amplius patiebantur, quae merito patiebantur qui non perdurarant in tempore certaminis ac probationis bonorum ac malorum, ut instabiles in bono, temerarijque amici reperirentur. Eorum non simpliciter dixit qui peruenerit, sed qui sustinuerit & peruenerit. Age, quid his esse potest dilucidius? Vides ut non usque ad annum unum, aut mensem, sed ad unum usque diem summa cura & captiuitate & captiuitatis solutionem praedixerit propheta. Atque ut sciat is quod haec non loquor ex coniecturis, age proferamus & alium testem eorum quae dicta sunt, quem illi grauissimum habent autorem, Iosephum loquor: qui calamitates illorum tragicas descripsit, ac uetus testamentum omne ueluti paraphrasi fusius explicauit, qui fuit post Christi aduentum, & captiuitatem a prophetis praedictam commemorans, de hac quoque disseruit, Danielis uisionem enarrans, de ariete, de hirco, de quatuor cornibus, de postremo post illa exorto. Et ne quis habeat suspecta quae a nobis dicta fuerint, age referamus & illius uerba. Quoniam enim laudasset Danielem, supra modum extulisset, ceteris omnibus prophetis anteponens, ad hanc uenit uisionem ac dicit: Reliquit autem nobis suorum scriptorum monumenta, unde nobis huius prophetiae exacta & inuicibilem certitudinem praestitit. Ait enim, Susis, quae Persidis est metropolis, quum exisset in campum cum socijs suis, subito terremotu concussioneque oborta, deprehensum fuisse solum fugientibus ceteris: & ipse quidem turbatus pronus in faciem concidit innixus ambabus manibus: dein ubi quispiam tangeret eum interea, iuberetque surgere ac uidere quae post multas aetates ciuibus essent euentura, erecto monstratum ait fuisse

ἡμεῖς ἡμῶν

Iudaea Antiquitatis lib. 8 Cap. 14

fuisse arietem ingentem, cui multa quidem enata sunt cornua, sed horum postremum excellentius fuisse ceteris. Deinde sustulisse oculos ad occasum, uidisseque hircum qui per aerem impetu ferebatur. Hunc congressum fuisse cum ariete, & cornibus inuolutum bis eum in terram deiecisse, conculcasseque. Atque hircum fuisse uisum excellentiorem, e fronte producetem cornu maximum, non adglutinatum sed agnatum. Quatuor autem ad singulos obuersa uentos, ex his aliud minus exortum fuisse scripsit, quod increuit. Dicebat autem qui illi haec ostendebat deus, futurum ut gens ipsius bellum gereret, ac ciuitatem uel subuerteret, templum confunderet, sacra prohiberet: futurum autem ad dies mille ducentos & nonaginta. Haec quidem uidit in campo iuxta Susas Daniel quae scripsit: Declarat autem quod deus exposuerit quid sibi uellent, quae per uisum apparuerant, uidelicet quod aries indicaret regna Persarum ac Medorum, cornua uero reges futuros, extremum autem ac postremo natum, regem esse, qui hos omnes praecessurus esset tum opibus tum gloria. Ceterum hircus significabat & ex Graecis oriturum regem, qui bis congressus cum Persa praelio superaret, ablaturus uersum illius principatum. Significatum autem fuisse per magnum cornu, quod erat in fronte hirci, primum regem, et quatuor illorum exortum. Exciso autem illo significari, iuxta quatuor cornua singulorum successorum exortum post mortem primi regis, foreque ut regnum illius inter multos diuideretur, quandoquidem primus ille, nec filios, nec fratres esset habiturus, eosque pluribus annis regnatos in orbe terrarum. Ex his rursum oriturum regem quendam qui expugnaturus esset, & leges illius gentis & religionem ac ritus sublaturus, tum sacrilegio spoliaturus templum, ac per triennium uetiturus fieri sacra. Haec sane iam eueniunt omnia. Passi sunt ista Iudaei ab Antiocho, cui cognomen Illustri, sicut Daniel multis ante annis praedixerat scripsitque euentura. Age quid his possit esse euidentius? Nunc tempus est, nisi uideamur esse molesti, ut ad id quod quaerebatur reuertamur, cuius gratia hanc praesentem captiuitatem ac seruitutem reliquaque omnia hodie mouimus. Agedum igitur nunc uigilantibus animis auscultate. Non enim nobis de rebus uulgaribus certamen est, Absurdum enim fuerit alios in certaminibus olympiacis quotidie a medio noctis usque ad meridiem perdurare, expectantes ut uideant, cui cessura sit corona, nudoque capite excipere solis radios, nec prius abscedere, quam de certamine fuerit pronunciatum: nos uero nunc quum certamen sit non de tali corona, sed de corona immortali, defatigari ac tedio affici. Itaque quod tres captiuitates praedictae fuerint antequam acciderent, una quae annos habebat quadringentos, altera septuaginta, tertia tres ac dimidiatum, haecenus satis est nobis demonstratum: Age superest ut & de hac loquamur. Quod autem & de hac uaticinatus sit propheta, rursum eundem Iosephum adducamus testem, qui res Iudaeas optime nouit. Postquam enim illa dixerat, audi quid post subiiciat. Eodem autem, inquit, modo Daniel & de Romanorum principatu scripsit, quodque ab illis tollenda esset Hierosolyma ac desolandum templum. Tu uero illud mihi considera, quod tamen Iudaeus esset Iosephus, tamen ueritus est uestram imitari peruicaciam, Etenim quum dixisset subuertendam esse Hierosolymam, non ausus est adde re quod esset restituenda, neque tempus aliquod certum praescribere: sed quoniam sciebat, prophetam non praefinisse tempus, quanquam superius enarrans Antiochi uictoriam, ac desolationem, & dies & annos exprellerat, quantumque temporis esset duratura, de uictoria Romanorum, nihil istiusmodi loquutus est: tantum hoc scripsit, quod esset in solitudinem redigenda Hierosolyma, templumque diuendum, Ceterum quod esset aliquando uenturus finis desolationis non addidit, eo quod uideret ne prophetam quidem haec addidisse. Haec autem omnia, ut ait, Christo monstrante conscripta reliquit, ut qui legerint, & euenisse conspexerint, Danielem admirentur ob honorem illi a deo habitum. Vbi igitur dixerit Daniel, fore ut templum redigeretur in solitudinem, nos deinceps consideremus. Nam ubi praeterea illam in sacco & cinere perfecerat, uenit ad eum Gabriel, & ait: Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum & super ciuitatem sanctam. Ecce hic, inquit, aliquis, & tempus expressum est. Tempus, non captiuitatis, sed post quantum temporis esset reditura captiuitas. Possumus & aliud tempus dicere, quoadiu esset duratura captiuitas, rursum tempus post quod esset uentura. Septuaginta, inquit, hebdomades abbreviate sunt super populum tuum: non ait super populum tuum, non super populum meum. Atqui propheta dixerat, ostendat faciem tuam super populum tuum, sed deus illum posthac pro alieno ducit, propter audaciam. Mox & causam exprimit: donec inueteratcat delictum & con

Iosephus habet sexaginta sex

Haecenus Iosephus

Dan. 9

Populus dei & con

Et consummentur peccata. Quid est hoc, donec consummentur peccata? Multa, inquit, peccant, sed malorum finis tunc erit, quum dominum suum occiderint: & hoc dixit Christus, Implete mensuram patrum uestrorum, Servos occidistis, addite & herilem sanguinem. Vide quomodo concordant sententiae, Christus dixit implete, Propheta ait, donec consummetur delictum, & signentur peccata. Quid enim est signentur: ne quid praeterea reliquum fiat, & adducat iustitiam sempiternam. Quid autem est aeterna iustitia, nisi quae a Christo data est: Et donec propheta quoque signet visionem & inogatur sanctus sanctorum, hoc est, sistere oportet posthac prophetias, hoc enim est signare, sistere unctioem, sistere visionem. Ideo Christus dixit. Lex & prophetę usque ad Ioannem. Vides ut hec omnino minentur desolatione, ac seclerum malefactorumque vindictam: Non enim indulturum se, sed incubiturum peccatis illorum, minatur deus. Quando tandem hoc factum est: quando prorsus sublatae sunt prophetiae, quando unctio sic est sublata, ut nūquam sit reditura: Et si nos fileamus ipsi lapides clamabunt, adeo manifesta est ipsa rerum uox: nec enim possunt aliud tempus proferre, quo haec gesta sunt, quam hoc longum ac magnum, sed maius etiam futurum. Posthac exactius etiam de his loquens ait, Et cognosces & intelliges ab exitu sermonum, ut respondeas, ut aedificetur Hierusalem, donec regnet Christus, Hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duae. Hic mihi diligenter auscultate, nā hic est totius quaestionis cardo: hebdomades septem & hebdomades sexaginta duae cōficiunt annos quadringentos octoginta tres. Nec enim hic dicit hebdomadas dierum aut mensium, sed annorum. Nam a Cyro usque ad Antiochum qui dictus est Illustris, & captiuitate illam sunt anni trecenti nonaginta quatuor. Itaque declarans quod non de captiuitate sentiat, quae fuit sub Pompeio, Vespasiano & Tito, ulterius profert tempus: mox docens nos, unde oporteat supputare, demonstrat non esse numerandum a die reditus. Sed unde tandem? Ab exitu sermonum, ut respondeas, & aedificetur Hierusalem. At non fuit extructa sub Cyro, sed sub Artaxerxe cognomento Longimano. Post descensum enim rursus ascendit Cambyses, deinde de Magi, post hos Darius Hystaspae filius, deinceps Xerxes Darii filius, post hunc Artabannes, post Artabannem Artaxerxes Longimanus imperauit Persidi. Et dum hic regnum obtineret anno uigesimo regni illius Neemias reuersus ciuitatem instaurauit, & haec Esdras accuratissime descripsit. Nos igitur hinc quadringentos octoginta annos numeremus, & haud dubie ueniemus ad hanc subuersionem. Eoque dicit: Aedificabitur platea & murorum ambitus. Quum igitur, ut ait, restituta fuerit suumque statum receperit, ex hoc supputa hebdomadas septuaginta, & uidebis hanc captiuitatem nondum sortitam finem esse. Atque hoc ipsum euidentius etiam aperiens, quod mala quibus nunc tenentur non sunt habitura: a finem, ad hunc ferme modum loquitur. Post hebdomadas autem septuaginta abolabitur unctio, & iudicium non erit in ea, & ciuitatem & sanctum perdet, cum eo qui praecedit & uenturus est: & cōcidentur tanquam in diluuium, neque supererunt reliquiae, neque radix quae repullulet, & usque ad finem belli abbreviati internecionibus. Rursus loquens de hac captiuitate dicit: Tolleretur sacrificium & libamen, ac praeterea, super templum, abominatio desolationis, consummatio dabitur ad desolationem. Heus Iudae audis consummationem, quid adhuc superest quod expectes? Rursus post haec, quid autem est post haec? hoc est praeter haec quae dicta sunt, post sacrificiorum & libaminis sublationem, & aliud maius accedet malum. Quod nam hoc dicit? Super templum abominatio desolationis, Hieronimus enim uocat templum, abominationem autem desolationis uocat statuam quam collocauit in templo, is qui ceperat ciuitatem, Et usque ad consummationem, inquit, desolationis. Quam ob rem dicit Christus, qui iuxta carnem fuit posterior Antiocho Illustri, uaticinans imminens urbis excidium, ac declarans quod de hac praedixerit Daniel: Quum, inquit, uideritis abominationem desolationis, de qua loquutus est Daniel propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Quoniam enim omne simulachrum & hominis effigies apud Iudaeos appellabatur abominatio, recte significans statuam illam, simul aperuit & quo tempore, & simul quo rege captiuitas esset uentura. Quod autem de Romanis haec dicta sunt, & ipse Iosephus quemadmodum ante docuimus alleuerauit. Quid igitur uobis reliquum est quod loquamini? Quum reliquas captiuitates praedictum prophetarum, certum & praefinitum tempus expresserunt, in hac nullum tempus praefiniunt, Quin potius contrarium addunt, uidelicet captiuitatem usque ad consummationem duraturam. Porro quod

Consummari peccata quomodo dicuntur

Luc. 16

Res loquitur

Hebdomades annorum

Statua Adriani

quod haecenus dicta uana non sint, age a rebus etiam ipsis exhibeamus testimonium. Nam si Iudaei nunquam tentassent aedificare templum, dicere poterant, Si uoluissimus aggredi templi instauracionem, omnino potuissimus & perfecissimus. Nunc autem res ipsa demonstrat eos non semel aut bis, sed ter aggressos & impetum fecisse non aliter quam fit in certaminibus Olympiacis, ut nulli dubium esse possit, quin ecclesiae sit uictoria. Qui enim igitur hoc aggressi sunt? Nimirum illi qui semper resistunt spiritui sancto, qui res nouas mouent, qui seditiones concitant. Post deuastacionem quae facta fuit sub Vespasiano ac Tito, sub Adriano mota seditione, conati sunt pristinae temp. instaurare, haud quaquam intelligentes quod arbitrio dei bellum gereretur, iubentis in perpetuum eam ciuitatem deuari. Porro deo bellante superare impossibile est. Impetu igitur facio in Caesarem, rursus eum adegerunt, ut funditus deleteret ciuitatem, deuictis ac subactis illis: omnibusque reliquis abolitis, ne in posterum possent impudenter agere, statuam suam in loco collocauit. Deinde sciens futurum ut illa tempore collaberetur, quo illius uictoriae notam immedicabilem intreret, & illius impudentiae monumentum, nomen suum ciuitatis uinis impositum. Quonia enim ipse dicebatur Aelius Adrianus, ideo & ciuitati nomen Aeliae iussit imponi, inde & Aelia dicitur in hodiernum usque diem, cognomine uictoris & uersoris. Post hunc sub Constantino rursus eadem aggressi sunt. At ille amputatis illorum auribus, ac rebellionis signo impresso corpori illorum, per omnia loca circumferebat illos, ceu fugitiua macchia ac uerberones, corporibus mutilatis conspicuos illos faciens omnibus, ac eos qui per omnes regiones erant sparsi erudiens, ne in posterum eadem conarentur. Sed haec, inquit, prisca & obsoleta. Imo potius hoc notum est etiam ijs qui inter uos sunt seniores. Quiddam etiam dicitur sum, ualde iuuenibus clarum ac perspicuum. Non enim gestum est sub Adriano aut Constantino, sed sub imperatore, qui fuit aetate nostra ante annos uiginti. Etenim quum Iulianus qui imperatores omnes superauit impietate, uocaret illos ad sacrificandum idolis, & ad suam impietatem pertrahere conaretur, ac mox obiret illis priscum culturae ritum, dicens: A uestris maioribus deus hoc modo cultus est, etiam nolentes tum fatebantur haec quae nos nunc demonstrauimus, quod phas non esset extra ciuitatem immolare uictimas, sed totam inquiebant religionem uiolant, quicumque sacrificant in terra aliena. Proinde si uis nos uidere sacrificantes, redde nobis ciuitatem, restitue templum, exhibe nobis sancta sanctorum, colloca aram, & sacrificabimus nunc, quemadmodum olim. Nec puduit sceleratos & effrontes haec pollicere a uiro impio paganoque, & impuras manus uocare ad extructionem sanctorum, nec intelligebant se conari impossibilem rem, neque perpendebant, quod si homo illa demolitus esset, potuisset homo illi sea restitueret. Verum quum deus esset qui ciuitatem illorum subuerterat, fieri nequaquam potuit, ut quae deus decreuerat, unquam uertere humana potentia. Nam quae deus sanctus, inquit, statuit, quis dissipabit: ac manum illius excelsam quis auertet? Sicut enim quaecumque ille statuerit uolueritque manere, nullus homo potest demoliri: ita quaecumque destruxerit uolueritque manere diruta, nemo poterit instaurare. Verum esto sane, templum reddiderit, aram blimi poterat uobis demittere: qui si defuisset, impium & impurum fuisset sacrificium. Ob hoc enim perierunt filij Aaron, quod ignem alienum induxerint. Nihilominus ad omnia obcaecati, obsecrabant ac supplicabant, ut cum ipsis susciperet & aggredederetur instauracionem templi. At is quidem & pecunias impendit, & praefectis dedit negocium, uiros priuatos & artifices undiqueque accessi iussit, nihil non fecit, nihil non tentauit, paulatim ac sensim hoc agens, speransque futurum, ut si posset illos ad sacrificandum inducere, facile illos reuocaret ad cultus simulacrorum. Simul & illud fore sperabat insanus ille ac uecors, ut Christi sententiam frustraretur, quae non patitur templum illud instaurari. Verum is qui comprehendit sapientes in ipsorum astutia, protinus ipsis factis declarauit illi, quod dei decretum omnibus est potentius, quodque ualida sunt opera sermonum dei. Nam simul atque tentassent hunc impium conatum, coepissentque nudare fundamenta, multamque terram exhausissent, restaretque ut iam struendam aggredederetur, protinus ignis exiliens e fundamentis exulsiit multos, & intemptiuam pertinaciam interrupit. Haec ubi rescituit Imperator, quanquam tanta uesania deditus erat illi negotio, ueritus tamen ne ultra progressus in suum ipsius caput ignem accerseret, destitit, extinctus cum tota gente. Et tunc si redeas

Hierosolyma dicta Aelia

Blauij

Dei decretis frustra restituit homo

Ignis e caelo

Templi instauratio miraculo interrupta

Hierosolymam, conspicies nuda fundamenta: quod si causam quæ rās haud altam quàm hanc audies. Huius rei nos omnes testes sumus. Nostra enim ætate hæc nõ ita pridem acciderunt. Iam considera uictoriam insignem. Non hoc accidit sub pñs Casaribus, ne qui dicere possint, quod Christiani superuenientes opus perfici uetuerunt: sed tum quum res nostræ essent afflictæ, quum omnes de uita periclitaremur, quum omnis libertas esset subblata, quum floreret paganismus, quum fideles alij quidem in ædibus suis latitabant, alij uero in solitudines demigrarāt, foraq; fugerant, tum demum hæc acciderunt, ne qua istis uel impudens reliqua fieret occasio tergierlandi. Etiam ne adhuc dubitas Iudæe, quum perspicias & ex Christi prædicatione, & ex prophetarum uaticinijs, & ex ipsarum rerum demonstratione testimonium aduersus te confirmatum? Verum nihil mirum est. Istius modi quippe fuit tua natio ab initio, effrons & peruicax, semperq; rebus euidensibus repugnare solita. Vultis, ut & alios prophetas in uos armetas, qui hoc ipsum aperte dicunt, futurum quod uestra ditio, uestraq; religio finem esset sortitura: nostra contra effloritura, totoq; terrarum orbe prorogāda, Christi præconium, aliudq; sacrificiorum genus inducendum ijs quæ apud uos fuerunt abrogatis? Audi Malachiam, qui ceteris prophetis fuit posterior: nondum enim Esaiæ aut Hieremias produco testimonium, neque cuiusquam aliorum, qui præcesserūt captiuitatis tempus, ne dicere possis, quod hæc mala quæ prædixerunt, acciderint in captiuitate: sed adduco prophetam, qui fuit post reditum è Babilone, ac post ciuitatis instaurationem, deq; rebus nostris aperte uaticinatus est. Etenim posteaquam redissent, ac restituta ciuitate templum extruxissent, hanc præsentem desolationem narras futuram sacrificiorumq; sublationem, hoc fermè pacto sub persona dei loquitur Malachias, Accipiam facies uestras dicit dominus omnipotens, quoniam ab ortu solis usque ad occasum, nomen meum glorificatum est inter gentes, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo, & sacrificium purum. Vos autem prophanastis illud. Quando hæc euenerunt Iudæe? Quando in omni loco incensum oblatum est deo? Quando sacrificium purum? Non possis aliud proferre tempus, quàm hoc, posteaquam Christus aduenit. Quod nisi de hoc tempore prædixit, nisi de nostro sacrificio uaticinatus est, sed de Iudaico, etiam legi repugnat propheta. Nam quum Moses ueter ullo alio in loco sacrificium fieri, præterquam in eo quem elegit dominus deus, quumq; ille in unum locum sacrificia illa concluderet, nimirum propheta dicens, quod in omni loco incensum adolendum sit, ac sacrificium purum, aduersatur ac repugnat Mosi. Verum nulla est inter illos pugna, neque dissensio. Ille de alio loquutus est sacrificio, & hic de alio post uaticinatus est. Vnde hoc declaratur? Tum ex his quæ dicta sunt, tum ex alijs plurimis signis. Ac primum ex ipso loco. Non enim in una ciuitate, quemadmodum sub Iudæis, sed ab exortu solis usque ad occasum prædixit hanc culturam esse celebrandam. Præterea ex sacrificij modo, siquidem puram illam appellans, declarauit de qua loqueretur. Denique à personis offerentijs. Non enim dixit in Israel, sed in Gentibus. Ac ne putares, quod in una duabusue aut tribus ciuitatibus hoc culturæ genus instaurationem esset, non simpliciter dixit in omni loco, sed ab ortu solis usque ad occasum, demonstrans quod quantum terræ sol aspicit, tantundem & euangelium esset occupaturum. Purum autem dicit sacrificium quasi prius illud fuisset impurum, non quidem suapte natura, sed iuxta uoluntatem offerentium. Et ideo dixit: incensum abominatio est mihi. Quanquam & alioqui si quis ipsum hoc sacrificium conferat cum illo, ingens immensumq; discrimen inueniet, ut iuxta comparationis rationem solum hoc purum dici mereatur. Quodq; de lege & gratia dixit Paulus, ne glorificatum quidem fuit, quod erat glorificatum propter eminentem gloriam: idem & hic iure dixerimus, uidelicet quod hoc sacrificium cum illo collatum solum dici debeat purum. Non enim per fumum ac nidorem, non per sanguinem ac redemptionis precia, sed per spiritus gratiam offertur. Audi igitur & alium prophetam hoc idem prædicentem, quod dei cultus non circūscribendus esset loco, sed ipsum omnes deinceps homines essent laudaturi. Sophontas autem ad hunc fermè modum loquitur, Illucescet dominus super omnes gentes, & abolebit omnes deos gentium, & adorabunt illum è suo quisque loco. Atqui non dixit hoc Moses, sed uno in loco sacrificari iussit. Quum igitur audias prophetas hoc dicentes ac uaticinantes, quod non in unam ciuitatem, neque in unum locum cōpellendi sint homines, sed suæ quisque domi sedens culturus deum, quod aliud

Christi aduentus

Dent. 16

Consensus corū que uidentur pugnare

Iudæorū sacrificia impura

Cap. 2

aliud possis afferre tempus quàm hoc præsens? Audi sanè quo pacto & euangelia & apostoli cum prophetia concordent. Hic dixit, Illucescet dominus, Apostolus ait: Illuxit gratia dei salutaris. Hic, inquit, super gentes, Ille, super omnes homines. Hic dixit, Abolebit deos gentium, Ille erudiens nos, ut abnegantes impietatem ac mundanas concupiscentias, sobrie & iuste & pie uiuamus. Rursum Christus Samaritanæ dixit: Crede mihi mihi, quod uenturum est tempus, quando nec in monte hoc, nec Hierosolymis adorabitis patrem. Spiritus est deus, & qui cum adorant, in spiritu & ueritate oportet adorare. Hæc autem dicebat, simul & necessitatem tollens obseruadi loci, & culturæ sublimius magisq; spirituale genus inducens. Ex his igitur rursum poterat demonstrari, quod posthac neque sacrificia, neque sacerdotium, neque regnum apud Iudæos futurum sit. Nam per urbem uersionem hæc omnia potissimum semel probata sunt: attamen poteramus & alios prophetas allegare, qui hoc expressè loquuntur: sed uideo uos orationis longitudine fatigatos, uereorq; ne frustra temereq; uidear esse molestus. Quapropter polliceor me hæc alio tempore absolaturum. Illud interim rogabo uos, ut fratres uestros seruetis, ab errore reuocetis, ad ueritatem reducat. Nihil enim profuerit audisse, nisi facta demōstrentur, quæ cum dictis consentiant. Etenim quæ dicta sunt, non propter nos dicta sunt, sed propter infirmos, ut illi postquam hæc à uobis didicerint, & à praua cōsuetudine fuerint liberati, syncerum & germanum præsent Christianismū, fugiantq; prauas Iudæorum synagogas, siue quæ sunt in ciuitate, siue in suburbij, speluncas latronum, dæmonū habitacula. Proinde ne deseratis illorum salutem, sed omnia facientes, nihil non tentantes, agros reducite ad Christum, ut & in hoc seculo & in futura uita recipiamus præmium benefactis nostris longe maius: Gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, qui cum & per quem patri gloria una cum spiritu sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Veteris ac noui testamenti concordia

Ioan. 4

Iudæorum synagoga dæmonum habitacula

EIVSDEM ORATIO TERTIA

Quum superiori die prolixius differuisset aduersus Iudæos, atq; hinc raucedinem uocis contraxisset, hanc deinceps orationem habuit.

BESTIÆ donec in syluis pascūt, & ab hominibus negligūt, mitiores sunt, minusq; sauae, Verum ubi uenatores eas captas in ciuitates adduxerint, atq; inclusas extimularint, ut pugnent cum ijs qui bestijs obijciuntur, protinus irruentes ubi carnem degustauerūt, & sanguinem humanum biberunt, postea non facile abstinent à talibus epulis, sed multa cum auditate ad eandem decurrunt mensam. Hoc sanè & nobis usu uenit, quoniam nunc cum Iudæis pugnam suscepimus, & impetu aduersus illorum impudentes contradictiones facto, rationes illorum subuertimus, omnemq; celsitudinem erigentem sese aduersus cognitionem dei, & cogitationes captiuas duximus ad parendum Christo, maior etiam nos cepit aduersus illos belandi cupiditas. Sed quid faciam? Videtis mihi uocem factam imbecillioem, idemq; mihi nunc accidere, quasi si quis miles concisus aliquot ex hostibus, magnoq; animo impressione facta in hostium condensatam aciem, pluribus prostratis, mox fracto gladio consternatus ad suos sese referat. Quin potius quod nobis accidit periculosius est. Nā militi qui fregit gladium, licet ab alio quoquam astantium ensē eripere, suumq; animum exerere, multamq; strenuitatem ostendere. Cæterum si uox labore, nõ licet ab alio uocem mutuo sumere. Quid igitur suffugiemus & nos? At non permittit hoc uestra charitatis tyrannus ac uolentia. Vereor & patris præsentiam, & uestram reuereor promptitudinem. Proinde conabor & ea quæ supra uires meas sunt. Omnia commitemus & precibus huius, & charitati uestræ. Ne uero uestrum quisquam reprehendat orationem, uelut intempestiuā, si quum martyres uos hodie uocent, nos superfedentes illorum exponere certamina, aduersus Iudæos exuimur. Nā & ipsis martyribus hic sermo est exoptator. Ex nostris enim laudationibus, nihil illis splendoris accrescet. Quid enim egeant linguis nostris, quorum certamina superant naturam humanā, quorum præmia uim ingenij nostri uincunt. Detulerunt hanc uitam, conculcarunt carnificinas ac tormenta, despexerunt mortē, ad celum euolarunt, erepti sunt è fluctibus rerum humanarum, in tranquillum enauigauerunt portum, haud quaquam aurum argentum ue, aut uestes preciosas, sed thesauros quos nemo

Simile

Simile

Disimile

Exui dicitur qui se expedit ad pugnam, à palestribus ductum

potest eripere importantes, tolerantiam, fortitudinem & charitatem. Nunc in Pauli chorum peruenit, ante coronas suas, expectatione coronati alacres ac gestientes, eo quod iam de futuro incerti esse desierunt. Quid igitur istis opus sit oratione nostrarum? Hoc igitur argumentum illis gratius. Ex nostris enim laudationibus, quemadmodum antea coeperam dicere, nihil illorum gloriae accesserit. Ceterum ex nostris adversus Iudæos conflictationibus multum illis adiungatur gaudij, et libenter auscultaturi sunt, maxime sermones eos qui pro gloria dei dicuntur. Iudæos in primis inuisos habent martyres, quandoquidem ab illis crucifixum maxime diligunt. Nam isti dicebant: Sanguis eius super nos, & super filios nostros: Illi vero sanguinem proprium effuderunt eius amore, quem illi occiderunt. Hos igitur sermones libenter audient. Ergo quod si hæc Iudæorum seruitus finem esset habitura, hoc quoque prædicturi fuerint propheta, & nequaquam silentio præterituri, satis declarauimus, posteaquam docuimus omnes captiuitates, ut à prophetis prædictæ fuerant, in illos uenisse, Primum in Aegypto, deinde in Babylone, tertiam sub Antiocho Illustri. Demonstrauimus enim harum unicuique & locum & tempus fuisse prædictum in sacris literis. Huic uero presenti nullus propheta præfinit tempus. Verum quod esset uentura, omniaque desolatura, dittonem insuper & religionem translatura, quantoque tempore post reditum in Babylone uentura, prædixit Daniel. Ceterum quod sit habitura finem, quodque aliquando sistenda sint ista mala, nec ille patefecit, nec quisquam aliorum prophetarum. Quin contra magis prædixit quod ad finem usque duratura esset hæc seruitus. Attestatur his quæ diximus & ipsum tempus, quod iam tantum peractum est, nec ullum initium ad hunc usque diem bonæ commutationis ostendit, idque quum crebro iam conati sint instaurare templum. Nam semel & iterum ac tertio, sub Adriano, sub Constantino, sub Iuliano conatus illorum interruptus est. Primum quidem à militibus, rursus ab igni promicante è fundamentis, & illorum importunam peruicaciam coercente. Iam uero lubens illos roga uerim, qua de causa quum tantum temporis in Aegypto uersati receperint statum suæ ciuitatis, ac rursus abducti in Babylone redierint Hierosolymam, tertio sub Antiocho tam multa passi mala, ad pristinum reuersi sint statum, ac denuo sacrificia, altare, sancta sanctorum, breuiter omnia cum pristina receperint dignitate, nunc nihil simile factum fuerit. uerum quum centum anni, imò bis tantum, imò ter, imò quater tantum, multoque amplius annorum præterierit (Nam hic quingentesimus ex eo tempore agitur annus) ne significationem quidem ullam eius mutationis uidemus aliquid de apparere, sed res illis funditus collapsas, ac ne per somnium quidem ullam spem eis ostendi, quemadmodum prius. Etenim si peccata sua obijcerent dicentes, Quonia peccauimus deo, offendimusque, ideo non recipimus nostram regionem, & si qui prius quum à prophetis accusarentur assidue, non erubescabant, atque illis atrociter exprobrantibus homicidia negabant, istem nunc confiterentur, damnarentque propria peccata, lubens de integro unum quencumque illorum interrogauerim, ob quæ tandem peccata ò Iudæe, extra Hierosolymam agis tanto tempore? Et quid istuc nouum est aut mirum? Non enim nunc tantum in peccatis uiuistis, prius in iustitia recteque factis soliti uiuere. Nōne iam olim ab initio in innumerabilibus peccatis uersabamini, an nō innumera reprehendit in uobis Ezechiel propheta, quum inductis duabus meretricibus Oolla & Oolliba loquitur hunc in modum, Lupanar edificatum est in Aegypto, & insanistis in Barbaros, & alienos deos coluistis. Quid porro? quum mare finderetur, quum petrae rumperentur, quum tot miracula fierent in deserto, nōne uitulum adorastis? Nōne Mosen nunc lapidibus impetentes, nunc alij atque alij modis frequenter conati estis occidere? Nōne adhuc perseverabatis blasphemias iacentes in deum? Nōne Beelphegor immolastis? nōne filios uestros, ac filias sacrificastis demonijs? nōne omne peccatorum genus perpetrastis? nōne propheta uobis sub persona dei loquitur, *Psal. 94* Quadraginta annos infensus fui generationi huic, & dixi semper errant corde? Qui fieri potuit, ut tum uos non auerfaretur deus, sed post macerationem filiorum, post tantam improbitatem, post ineffabilem ingratitude, etiam prophetam apud uos esse passus est, magnum illum Mosen, signaque edidit miranda ac prodigiosa, quæque sub alio mortalium nemine facta sunt. Hæc inter uos contigerunt. Nebula super uos testudinis uice porrecta, columna tædæ loco uos præcedente, hostibus uobis ultro cedentibus, ciuitatibus sola prope modum uoce captis, non armis uobis opus erat, non acie, non pugna, tantum insonantibus tur-

Transitio per epilogum

ad dōs āuāp

Cap. 23

Num. 17

Num. 25

Psal. 94

Nubes & columna ignis

his tuba, & ultro moenia corruerunt. Suppeditatus est uobis nouus quidam & inauditus commeatus, de quo clamat propheta, dicens: Panem cœli dedit eis, panem angelorum comedit homo. Quibus igitur de causis dicite mihi, tunc aspernantes deum, simulachris immolantes, liberos maciantes, prophetas lapidibus obruentes, aliaque innumera scelera perpetrantes, tantam beneuolentiam estis consequuti, tantam à deo prouidentiam? Nunc uero quum nec idola colatis, nec liberos occidatis, nec prophetas lapidatis, in perpetua degitis captiuitate? Non enim tum alius erat deus quam nunc est. An nō idem est qui tum illa gubernabat, & quæ nunc fiunt operatur? Quid igitur in causa fuit, ut quæ grauioribus peccatis abundaretis, uerius fuerit erga uos dei beneficentia; nunc uero qui leuiora peccetis, prorsus uos auerletur, perpetueque tradiderit ignominia? Etenim si uos nunc ob scelera reijcit, multo magis hoc tunc conueniebat facere. Quod si tunc uos sustinuit impie uiuentis, nunc multo magis oportebat sustinere, quum nihil simile committatis. Quam ob rem igitur non sustinuit? Si uos pudet causam dicere, ego dilucide profitebor, immo potius non ego, sed ipsa rerum ueritas loquetur. Posteaquam Christum occidistis, posteaquam in dominum inieciistis manus, posteaquam sanguinem illum preciosum effudistis, propterea non est uobis reliqua corrigendi spes, neque uenia, neque purgatio. Tum enim quæ per audaciam perpetrastis, in seruos perpetrastis, in Mosen, in Esaiam, in Hieremiam: Tum tamen si impietas aliqua committebatur, tamen audacia nondum processerat usque ad malorum caput. Nunc autem omnia ueterum facinora uestris sceleribus occultastis, nec uobis ullum reliquistis locum atrociora committendi, ob insaniam qua debacchati estis in Christum. Eoque nunc grauioribus luitis poenas. Etenim si hæc non est causa uestre reiectionis qua nunc tenemini, quare deus uester tum uos occidentes liberos uestros tolerauit, nunc autem à talibus abstinentes auersatur? Siquidem occiso Christo maius grauiusque scelus commisitistis, quam si maciastis liberos. Agedum igitur dicite mihi, etiam ne post hæc sustinebitis illum uocare impostorem ac legis transgressorem, ac non potius aliquid secedentes uos ipsos occultabitis, qui coram oculis obtueamini tam manifestam & euidenter ueritatem? Etenim si impostor erat Iesus, quemadmodum dicitis, legisque transgressor, par erat ut hanc etiam laudem ferretis, qui talem occideritis. Nam si Phinees unico tantum perempto homine, totam numinis iram aduersus populum exardescentem sedauit (Sterit enim, inquit, Phinees & placauit & cessauit quassatio) tamque multos homines eripuit ab ira diuina unius hominis cæde, multo magis hæc uobis oportuit accidere, si legis transgressor erat quæ uos crucifixistis. Quare igitur quæso Phinees, uero legis transgressore perempto, iustus habitus est & sacerdotio honoratus, Vos autem quum in cruce egeritis uerum impostorem, ut dicitis, deoque aduersantem, qui sit ut non solum nō feratis laudem & honorem, uerum etiam acerbiora passi sitis, quam tum quum filios uestros maciaretis? An non istud perspicuum est, etiam uehementer tardis & hebetibus, quod posteaquam aduersus seruatorem ac principem orbis impie egeritis, talis uindicta de uobis sumpta sit? Et nunc sanè abstinetis à nefario sanguine, & sabbata seruatis, tum uero ipsum etiam sabbati diem uiolabatis. At ecce deus per Hieremiam iussit parci ciuitati uestre si desisteretis gestare onera sabbato. Sed hoc nunc facitis, neque tollitis onera sabbato, attamen ne sic quidem uobis reconciliatur ille. Nam peccatum illud uestrum omnium erat maximum, ut ista uobis excusatio de peccatis, superuacanea sit. Non enim ob cætera uite commissa, sed propter illud facinus estis in istis calamitatibus. Quod si sic haberet, deus haud uos fuisset ad istum modum auersatus, etiam si innumera alia peccata commisissetis. Id quum perspicuum sit ex his omnibus quæ dicta sunt, ex hoc quod diciturus sum erit dilucidius. Quid autem hoc? Audimus deum crebro per prophetas dicentem maioribus uestris, uos quidem eratis digni malis innumeris, at ego non facio propter nomen meum, ne prophanetur inter gentes. Non propter uos ego facio domus Israel: sed propter nomen meum. Sen sus autem hic est, Eratis quidem grauioribus digni supplicijs ac poenis, uerum ne quis diceret, quod deus quum ob inopiam uitium non posset seruire, reliquit Iudæos in manibus hostium, auxiliabor & prospiciam uobis. Itaque si legis transgressor erat Christus, quem uos crucifixistis, etiam si decies mille peccata commisissetis, multo etiam prioribus illis grauiora, profecto propter hoc factum seruasset uos deus, ne nomen ipsius pollueretur; ne ipse crederetur non esse magnus, neue quis diceret quod ipsius causa hæc patere-

Manna psal. 77

Iudei immo labant filios demonijs Math. 20

Christus innocens occisus psal. 105 Argumentum ab euentis

Cap. 17

Deus propter nomen suum parat indignis

σαλπιγγος
λαμπροτε
ραυ

Quæ apud Iu
dæos religio
σηλωσις uel
ticiij genus
apud Iudæos

Exo. 25

Ignis celestis
Leuit. 9

Vox de pro
piciatorio

mini. Quod si uideretur ob suam ipsius gloria relaxare peccata, multo magis hoc nunc erat
facurus, & maculationem hanc acceptam habuisset, ac multitudinē peccatorū uestrorum
deleuisset. Ceterū, quoniam ut apparet, uos perpetuo auerſatur, palam est quod per hanc
iram ac perpetuam derelictionē, demonstrat etiam uehementer impudentibus, eum qui a
uobis occisus est, non fuisse transgressorem legis, sed ipsum legis conditorē, & innumera
bilium honorū autorē uobis aduenisse. Eoq; uos qui impie fecistis aduersus illū, in contu
melia & ignominia degitis: nos uero qui illum adoramus, honore uos omnes præcedimus,
perq; dei gratiam, uenerabiliores uobis omnibus sumus, & in maiore dignitate constituti.
Et unde liquet inquit, quod nos repulit deus: Quæſo te etiamnum opus est hoc uerbis
demonstrare, quum ipsa res clamitet, ac uocem tuba clariorē emittat, tum per urbis euer
sionem, tum per templi destructionē: tum per cætera omnia. Verum homines, inquit,
nobis hæc intulerunt, non deus. Imò deus ista potissimum effecit. Quod si hæc hominibus
imputas, illud rursum considera, quod ut homines ista fuerint ausi, nisi deo placuisset haud
quaquam potuissent ad effectum perducere. Quum igitur redisset ille barbarus totā Per
sidem secum ducens, sperās fore ut uniuersos ex insidijs adortos caperet, ciuitatem totam
uelut lagena quadam ac reti conclusam habebat: tunc demum, tum inquam, quoniā de
us erat uobis propitijs, absq; bello, sine cōflictu, sine prælio centum octoginta milibus mi
litum interfectorum Assyriorū apud uos relictis, ita fugit, ut satis haberet si solus euaderet
incolumis. Verū & alia bella innumerabilia frequenter istum ad modum iudicauit deus:
itidem & nunc nisi ipse esset qui semel uos deseruit, haud quaquam potuissent ciuitatē ue
stram diruere ac tēplum uastare, nequaquā huc usq; tanto tempore mansisset solitudinis
calamitas, nequaquam uobis saepe conantibus instaurationem conatus inuacui cecisset.
Iam non ex his solum, uerum etiam ex alijs conabor uobis facere fidem, quod non si apte
uirtute uobis ista fecerunt Romanorū imperatores, sed quia deum habuistis iratum, qui
uos deseruerat. Etenim si quod gestum est humanum erat opus, oportuit uestras calamit
ates excidio finiri, nec longius proferrī uestram ignominiam. Ponamus enim iuxta ue
stram sententiam, moenia ab hominibus fuisse subuersa, ciuitatem dirutam, altare deie
ctum, num & illud ab hominibus factum, quod Prophetæ cessarunt: num & spiritus
gratiam sustulerunt: num alia quæ apud uos fuere magnifica destruxerunt: ueluti uo
cem de propiciatorio reddi, uim unctionis, declarationem quæ fiebat in lapidibus sacer
dotum: neque enim Iudaica religio origines omnes habebat ex inferioribus, sed plures
ac magnificentiores superne è cœlis. Hoc autem dico: Permissit sacrificia fieri. Altare qui
dem erat ex inferioribus, quemadmodum gladius & ligna, nec non sacerdos. Cæterum
ignis uenturus in adyta illa uictimasque consumpturus, è supernis habet originem. Nec
enim homo inferebat ignem in templum, flamma è sublimi immissa suo ministerio con
summabat hostiam. Rursum si quando cognoscendum erat aliquid, è propiciatorio, uox
quæpiam è medio Cherubim prodibat, prædicens futura. Rursum è lapidibus qui erant
in pectore summi sacerdotis, id uocabant declarationem, relucebat fulgor quidam fu
tura significās. Præterea quoties esset aliquis inungendus, deuolabat spiritus gratia, & in
silliebat in unguentum. Hæc autem administrabant prophetæ. Quin & nebula frequen
ter & fumus adyta corripiebat. Itaque ne Iudæi perfricta fronte hominibus imputarent
suarum rerum uastationem, non solum ciuitatem deus passus est dirui ac templum uas
tari, uerum etiam illa quæ cœlitus habebant originem è medio sustulit, uidelicet ignem,
uocem, è lapidibus reddi solitum fulgorem, & huius generis alia uniuersa. Proinde quum
tibi Iudæus dixerit, homines nos expugnarūt, homines insidijs adorti sunt, dicito illi: Pro
fecto nequaquam expugnassent homines, nisi deus hoc permisisset. Verum esto sanè, mu
rum uestrū diruerint homines, num & ignē ex alto deuehi uetuit homo: Num uocem assi
due ex propiciatorio audiri solitam inhibuit homo: Num declarationē in lapidibus, num
sacram unctionem: num cætera omnia sustulit homo: An nō deus hæc omnia submouit:
Nemini nō perspiciū est, sed qua de causa sustulit: An nō manifestū est ideo fecisse, quod
uos odisset, quodq; semel auerſatus esset. Nequaquā inquit, sed quoniam ciuitate care
mus, ideo caremus & istis. Quin potius, ut ex abundantia impudentia illorum ora elauda
mus, age & hoc scripturarum testimonijs demonstramus, quod templi apparatus nō fue
rit causa destructionis cæterorum à prophetis prædictæ, sed ira dei, & quod magis etiam
ipsum

ipsum prouocant inſanientes in Christum, quàm tum quum uitalum adorarent. Nam
quum uaticinaretur Moses, nec templum erat, nec altare, sed quum perſisterent in innu
meris impietatibus, tamen prophetiæ donum non cessauit. Verum & hic ipse egregius
uir, & alij rursus præter hunc septuaginta tum exitere propheta: nec id solum, uerum &
post datum templum reliquamq; toram culturam: deinde hoc incenso, cunctisq; de porta
tis in Babylonem, rursus extiterūt Ezechiel & Daniel, qui nec sanctia sanctorū aspicerent,
nec altari assisterent, sed in media barbarorū regione & impurorum hominum cōfortio
agentes spiritu repleti futura prædicebant, idq; de rebus multo tum pluribus, tum admi
rabilioribus quàm præcesserant, ac diuinā uisionem uiderunt, quatenus ipsis uidere licuit.
Itaq; dicite mihi, quam ob causam non habetis nunc prophetas: An non perspiciū est
hanc esse causam, quod deus uos reppulerit: Sed quā ob causam reppulit: Clarū item &
hoc, quod ob illum crucifixum, & impiū illud facinus. Vnde hoc liquet inquis: Ex hoc
quod quū ante hac impie uiueretis, nihil non obtinebatis: nunc uero quū uideamini mo
destius uiuere post crucē, atrociores luitis pœnas, neq; quicquā eorū contigit habere quæ
prius habebatis. Vt autē & ipsis prophetis hoc euidenter & expresse testificantibus, præ
sentium malorū causam intelligatis, audite quid dicit Esaias, quomodo prædicit simul &
uenturam omnibus per Christum beneficentiā, & uestram improbā ingratitudinem. Li
uore inquit, eius nos sanati sumus, salutē indicans per crucem omnibus oblatam. Deinde
de nostri similibus loquens subiecit: Oēs ut oues aberrauimus, homo in uia sua errauit.
Tum crucis modum explicās sic loquitur. Sicut ouis ad occisionē ductus est, & ut agnus
in cōspētu tondentis ipsum, sine uoce fuit. Hic non aperit os suū. Et ubi licet hoc uidere:
In nefasto prætorio Pilati, quū tam multa, inquit, testimonia præferrent aduersus ipsum,
nihil eis respondit Iesus. Et dixit ad illum præses: Audis q; multa in te testificantur: Ve
rum nihil respondit, sed stabat tacitus. Hoc olim cœlitus afflatus propheta dixerat: Sicut
ouis ad occisionē ductus est, & sicut agnus corā se tondente mutus. Post hæc exponens
iniquitatem in prætorio perpetrata, ait: In deiectione eius iudiciū sublatum est. Nemo
tum illi iuxta iuris rationem de illo suffragiū tulit, sed falsa potius aduersus illum recipie
bant testimonia. In causa erat quod tum nolebat elabi. Nam si uoluisset, omnia turbasset,
conculcassetq; Etenim si id tēporis quo pendebat in cruce, saxa disſidit, orbem terrarum
obscurauit, solis radios auerit, noctem medio die per uniuersam terram induxit, idem po
tuisset in prætorio facere. Verum noluit, mansuetudinē ac lenitatem exhibēs. Eoq; dicit:
In deiectione illius sublatū est iudiciū. Deinde demonstrans, quod non esset unusquili
ber è uulgo, subiecit: Generationē eius quis enarrabit: Quis enim est: De quo dicit: Tolle
tur de terra uita eius. Ideo & Paulus dicit: Vita nostra abscondita est cum Christo in deo.
Quum apparuerit Christus uita nostra, tūc & uos apparebitis cū illo in gloria. Sed quod
dicere proposueram ut demonstrarem, quod propter hunc sustinuerint præsentia mala,
tempus est ut ipsum Esaiam inducam loquentem. Vbi nam hoc est inquis: Post dictum
prætorium, post occisionē, post assumptionē, ubi dixit: Tolle tur de terra uita eius, & sub
iecit: Et dabo improbos pro sepultura eius, & diuites p morte illius. Non simpliciter dixit
Iudæos, sed improbos. Quid enim illis improbius esse possit, qui post tot tantaq; accepta
beneficia, beneficū occiderūt: Nisi hæc euenerūt, nisi nūc uiuatis in ignominia, nisi omni
bus quæ maiores habuerunt estis priuati, nisi corruit uestra ciuitas, nisi templum uestrum
uersum est in rutnam, deniq; nisi uestræ calamitates superant omnem tragœdiam, ne cre
das ò Iudæe. Contra si res ipsæ clamitant, si quod prædictum erat à prophetis perfectum
est, quid frustra, quid incassum obtines tuam impudentiam: Nam ubi illa apud uos uene
randa, ubi pōtifex, ubi stola et rationale, ubi declaratio: Ne uero mihi istos patriarchas di
xeris, caupones, negociatores, iniquitate plenos. Dic mihi qualis est sacerdos, quū non sit
uetus illud oleum, neq; quicquā omnino ueteris sanctimonia: Dic, inquam, mihi, qualis
sacrificus, quum non sit sacrificiū, neq; altare, neq; cultura: Vis tibi recitem leges de sacer
dotio, quomodo solent olim consecrari, ut intelligas quod qui nunc apud uos dicitur pa
triarchæ nō sint sacerdotes, sed per simulationem, sacerdotum agant personam, nec aliter
ludant quàm histriones in scena, imò ut uerius dicam, nec sustinere possint sacerdotis per
sonam: nō dico iuxta ueritatē, uerum ne iuxta simulationē quidem sacerdotij. Excute igi
tur, recordare quomodo tum Aaron factus sit sacerdos, quot hostias pro illo immolarit

Prophetia
sublata in
deis

Prophetia
de Christo
Esa. 35

Math. 27

Hoc negat
Bedda

Col. 3

Esa. 55

συναδου
σπος argu
mentorū

Moses, quot pecudes prostrauerit, quomodo illum lauerit, quomodo illū unxerit, extre-
 mum auriculæ, manū dexteram, in sancta sanctorū introduxerit. Post hæc iussit præscri-
 pto septem dierum numero manere intus. Quin potius operæ precium est audire uerba
 illorum. Hæc, inquit, unctio Aaron & unctio filiorū eius. Et dixit dñs ad Moſen, dicens:
 Assume Aaron & filios eius, & stolas & unctiois olei, & uitulū pro peccato, et arietem,
 & conuoca Synagogam ad ostium tabernaculi testimonij. Et dixit Moſes uniuersæ mul-
 titudini congregatæ sermonem quē mandarat dominus, & posteaq; applicuisset illos (di-
 cendum est enim compendio) lauit eos aqua, induit tunica, cinxit zona, induxit ependy-
 ten, imposuit humerale, præcinxit illum ac substrinxit, imposuit rationale, imposuit decla-
 rationem & ueritatem, & mitram imposuit capiti illius, & super mitrā laminam auream,
 deinde sumpto oleo conſperſit altare, & sanctificauit illud, & uasa, & basim sanctificauit
 ex eodem, & effudit ex eo in caput Aaron, et filijs illius similiter fecit, et adduxit uitulum.
 Quum autē occidisset eum, posteaq; Aaron cum filijs suis imposuissent manus, sumpsit de
 sanguine, & imposuit cornibus altaris, & purificauit altare, & sanguinē effudit in basim,
 & sanctificauit illud, ut propiciaret super illud. Deinde posteaq; quadā ex his mactasset,
 alia foris, alia intus, adduxit rursus alium arietem, & ipsum immolauit in holocaustum,
 & iterum adduxit arietem consummationis, & rursus Aaron cum filijs imponente ma-
 nus, occidit, rursusq; sumens de sanguine eius super extremū auriculæ Aaron dextræ, &
 super extremum manus dextræ, & super extremum pedis dextri, simili modo fecit & fi-
 lijs illius. Deinde sumēs hostias imposuit manibus Aaron & filiorum eius, ac sic obrulit.
 Et sumpto sanguine, rursus ex oleo conſperſit super Aaron & stolas illius, & super filios
 eius, & super stolas eorū, et sanctificauit eos, & iussit coqui carnes in atrio tabernaculi te-
 stimonij, illiq; eis uesci, & ab ostio tabernaculi testimonij ne egrediamini, inquit, dies se-
 ptem, donec impleat dies ordinationis uestræ. Septē enim diebus cōsummabit manus ue-
 stras, ut propicietur pro uobis. Quū igitur dicit, qd his rebus legitime iniūtiatus sit Aaron,
 his purificatus, his sanctificatus, per hæc placauerit deū, nihil autē horū nūc fiat, neq; uicti-
 ma, neq; holocaustum, neq; sanguinis aspersio, neq; olei inunctio, nec adit tabernaculum
 testimonij, neq; ad præſinitū dierum numerū sedeat intus, profectio palam est, quod sa-
 cerdos qui nunc apud istos est, impurus sit ac nefastus, illegitimus ac prophastus, deniq;
 quod non propiciet, sed prouocet. Etenim si non poterat aliter cōſecrari, nisi hisce ritibus,
 omnino necesse est, totum sacerdotium illorum non cōſistere. Vides à me merito dictum,
 quod non solum à ueritate, uerum etiam ab ipsa rei simulatione procul absunt. Nec ex his
 tantum, uerum etiam ex alijs discere licet, quanta tum fuerit sacerdotij dignitas. Proinde
 quum aduersus Aaron seditionem mouissent homines quidam scelerati perditiq;, conan-
 tes eum à principatu depellere, & de honore cum illo disceptarēt, mansuetissimus Moſes
 cupiens illis, rebus ipsis facere fidem, quod nō ut fratrem aut cognatum, aut familiarem
 euexisset illum ad eum honorem, sed dei parens ædicto tradiderit illi sacerdotiū illud, ius-
 sit ut unaquæque tribus uirgam adferret, idem præcepit Aaron: quum attulissent, omnes
 accepit, & intus reposuit, eo facto iussit expectari diuinum iudiciū, quod per uirgas illas
 esset proferendum. Deinde quum simul omnium reliquorum uirgæ manerent in eodem
 habitu, sola uirga Aaron germinauit, frondesq; produxit ac fructus, ut intelligerēt quod
 naturæ dominus illum delegisset denuo, literarum uice folijs utens. Etenim qui initio di-
 cebat: Germinet terra herbam graminis, eiusq; uim ad fructificandum excitauit, idem &
 illud lignum quod erat aridum & infrugiferum, fecit ut absq; terra, sine radice germina-
 ret. Ac nunc quidem illa uirga simul & illorum malitiam & dei iudiciū declarat, non emit-
 tens quidem uocem, sed ipso aspectu quauis tuba clarius exhortans, ne quid talium faci-
 norum in posterum aggredierentur. Nec hoc modo tantum, sed alio quodam argumen-
 to deus declarauit eum sacerdotem. Etenim quum multi mota aduersus illum seditione,
 appeterent ipsius honore (principatus enim res est, pro qua depugnari solet, eo quod ex-
 petatur à multis) iussit ut illatis thuribulis, & imposto thymiamate, cœlitus expectarent
 sententiam. Atq; illis adolentibus, terra dehiscens, omnes absorbuīt, & eos qui ipsis con-
 senserant foculosq; sumperant, ignis è cœlo demissus exulsit. Tum ne quod acciderat
 temporis progressu deletum obliuione iaceret, neue admirabilem hanc dei sententiam
 ignorarent posteri, præcepit Moſes, ut thuribula sublata applicarent ad altare, ut quem-
 admodum

Cōfirmatio sacerdotij

Virga Num. 17

Vindicta in eos qui despi- ciunt sacerdot.

admodum uirga sine uoce uocem emisit ipso cōspectu, itidem & hæc per ora posteriorum
 uoluntaria cunctis commemorarentur, admonitura consultatq; minoribus, ne maiorum
 amentia imitarentur, ne quando simili pœna plecterentur. Ad hunc modum olim sacer-
 dotes creabantur, nūc uero lusus meri sunt risusq;, quæ sūt apud Iudæos omnia, pudor &
 cauponatio, plena immensæ impietatis. Hos igitur se queris dic mihi, qui pertinaciter solēt
 semper tum facere tum dicere omnia, quæ dei legibus aduersantur ad horū synagogas ac-
 curris: nec metuis, ne fulminis impetus cœlitus emicās exurat caput tuū. An ignoras eos
 qui ipsi quidem non prædantur, sed tamen in prædonum speluncis conspecti fuerint, cas-
 dem dare pœnas cum prædonibus? Quid autem loquor de prædonibus, profectio scitis
 omnes ac meministis, quod apud nos scelerati quidam & impostores stauas principis
 demoliti sunt. Quid factum? Non illi tantum qui facinus ausi fuerant, sed quotquot sim-
 pliciter præſentes erant ijs quæ gerebantur, quoniam uidebantur illis assentiri, in iudici-
 um abrepti, eadem cum illis pœnas dederunt. Tu uero ubi pater afficitur contumelia,
 ubi filius laesitur conuictis, ubi spiritus sanctus contemnitur, eò studes accurrere? Age
 dic mihi, non metuis, non horreſcis, quum te ipsum in loca prophana impuraq; conſiſ-
 sis? Dic mihi, quid habebis quod excuses, quam sperabis ueniam, qui uolens te ipsum in bara-
 thrum immittas, in præcipitium des? Neque enim mihi illud dixeris, quod illic sita est lex,
 & prophetarum libri. Neq; enim ista res locum reddit sanctum. Vtrum enim maius est,
 libros esse repositos in loco, an loqui ea quæ sunt in libris? Perſpicuum est melius esse si ea
 quæ sunt in scripturis, num os illius sanctificatum est: Non potes dicere, sed permansit
 id quod erat diabolus. Quid autem demones? quum prædicarent ac dicerent: Isti homi-
 nes serui dei altissimi sunt, annunciantes uobis uitam salutis, an ideo illos in apostolorum
 ordinem referemus? Nequaquam, imò nihilominus execramur illos odimusq; quàm an-
 tea. Ergo quum uerba prolata non sanctificent, libri repositi sanctificant? Minime. Qua-
 tandem ratione id consequitur? Imò hoc nomine odi synagogam, quod legem habeat ac
 prophetas, & nunc etiam amplius odi, quàm si nihil istorum haberet: Quare ita tandem?
 Quoniam hinc habent eſcam uariarq; fraudis materiā, qua simpliciores alliciant. Quan-
 do quidem & Paulus spiritum illum loquentem magis quàm tacentem inſectatus est. Et
 enim molestia tedioq; affectus, inquit spiritui: Exi ab illa. Qua de caufa? Quontam clama-
 bat: Isti homines serui dei altissimi sunt. Tacentes enim nō perinde decepiſſent simplices,
 loquentes autem multos simpliciores erant attracturi perſuaſurūq;, quo nimirū & alijs in
 rebus sibi aufcultarent. Siquidem ut ostium aperirent suis fraudibus, possentq; in poste-
 rum mentiri confidentius, propterea uera quoq; nonnulla cōmiſcebant, non aliter quàm
 qui litiſera miſcent uenena, os poculi melle circūſinentes, efficiunt ut facilius accipiatur
 malum. Hanc ob caufam et Paulus potissimū afficiebatur molestia, festinabatq; illis occu-
 dere os, quod sibi autoritatē usurparent, nequaquā ipsis cōgruentem. Hanc ob caufam &
 ipse Iudæos odi, quod quum legem habeant, legem uiolant, & hoc modo simpliciores in-
 ſecare conantur. Non perinde graue crimen admitterēt, nisi quū credant prophetis, diffi-
 derent Christo. Nunc uero sibi omnem ueniæ spem ademerunt, qui quum se facient pro-
 phetis credere, contumelijs afficiunt eum quem illi prædixerunt. In summa, si credis illos
 esse sanctos, eo quod illic lex & prophetarū libri repositi sunt, superest ut et idola & idolo-
 rum templa pro sanctis ducas. Quondam enim quū bellum teneret Iudæos, uictores Azot
 dei ceperunt arcam, inq; suum templum intulerūt. An ideo sanctum erat illorū templum
 quod haberet arcam? Nequaquā, sed prophanum, sed impurum: id protinus ipsis factis
 declaratum est: ut hostes intelligerēt uictoriam ipsis ceſſiſſe, non ob impotentiam dei, sed
 ob iniquitatem eorū à quibus colebatur, arca capta in aliena terra uim suā ostendit, idolo-
 bis in solum deiecto, effecit, ut etiam comminueretur. Tantum aberat ut locum sanctifica-
 ret, ut locū etiam expugnaret. Verum hic quæ nam est arca penes Iudæos, ubi nō est pro-
 piciatorium, non unctio, non testamenti tabula, non sancta sanctorum, non uelum, non
 summus sacerdos, non thymiamata, non holocaustum, non uictima, nō alia quæ tum arcam
 illis reddebant uenerandam? Mihi quidem Iudæorū, quæ nunc habent, arca nihilo me-
 lius habere uidetur, ijs quæ uenēt in foro, imò peius habet. Nam hæc nihil ledere possunt,
 si quis adeat, illa uero quotidie multā noxā inferit ijs qui accesserint. Fratres ne sitis pueri
 sensibus

Iudæorum blasphemias

Antithesis

Externa non faciunt sanctū

1. Cor. 4

sensibus, sed malicia parvuli estote: eosque qui ad ista stupent, ab hoc intemptivo ceteramine liberantes, erudite quid oporteat timere reuererique, non istam arcam, sed quod concurrentes ad illam uiolant templum dei, per conscientiam ad Iudaismum propensam, per intemptiuam istam obseruationem. Quotquot, inquit, in lege iustificamini, a gratia excidistis. Hoc oportet timere, ne in die illo audiat ab eo qui uos iudicaturus est: Discedite, non noui uos: communicastis enim cum his qui me crucifixerunt, ad Iudaeorum qui impie agebant in me, ac legem uiolabant, synagogas concurristis. Atqui ego quidem templum illorum subueri, & in ruderum aceruum uerti templum illud uenerabile, templum res uerendas & horrendas continens. Vos autem habitacula negotiationum nichilo meliora speluncis latronum colitis. Etenim si tunc quum esset Cherubim, quum arca, quum adhuc spiritus floreret gratia, dixit: Fecistis illud speluncam latronum, aut ut refert Ioannes, domum negotiationis, propter iniquitates ac caedes illorum: Nunc postquam illos spiritus deseruit gratia, cunctaque illa magnifica sublata sunt, etiam quum deo pugnantibus impiam istam religionem celebrant, quid addere possit aliquis ut nominatis synagogis reperiat illis dignam impietatem? Etenim si iam tum erat spelunca latronum, quum statum suum obtineret, nunc etiam si lupanar, si transgressionis locum, si diaboli speluncam, si animarum exitium dixeris, si totius perditionis praecipitum ac barathrum, denique quicquid addideris, minus quam pro rei dignitate dixeris. Templum cupis uidere, ne curas ad synagogam, sed ipse fias templum. Vnicum templum diruit deus Hierosolymis, & innumerabilia erexit illo longe uenerabiliora. Vos, inquit, templum estis dei uiuentis. Hanc domum exorna, omnem exige cogitationem malam, ut fias preciosum membrum Christi, ut fias templum, deinde & alios redde tales: & quemadmodum quum uides pauperes non facile praetercurris, ita quum uideris aliquem ad synagogam currentem, ne dissimules, sed oratione ceu freno quodam cohibitum reducas ad ecclesiam. Haec est maior elemosyna quam illa, imo maior quam decem milia talentorum, quam hic mundus uideri uersus, quantus quantus undique patet oculis. Si quidem homo est toto mundo preciosior, huius enim causa & coelum, & terra, & mare condita sunt & sol & stellae. Pende igitur quanta sit dignitas eius cuius saluti consulitur, & ne contempseris illius curam. Nam etiam si pecunia uim immensam dinumerarit aliquis, nihil simile praestiterit ei quod praestat is qui seruat animam, & abducens ab errore ad pietatem manu reducit. Qui dederit pauperi, famem soluit: qui Iudaismum correxerit, impietatem extinxit. Ille paupertati solatium adhibuit, hic iniquitatem inhibuit: ille corpus liberauit a dolore, hic animam eripuit a gehenna. Ostendit thesaurum, ne deseratis lucrum. Non est quod hic paupertatem causemini, non est quod mendicitatem praetexatis, uerba tantum infumenda sunt, sermonis modo fit impendium. Ne pigremur igitur, sed omni studio uenemur fratres nostros, eisque uel inuitis in domum nostram pertractis prandium apponamus, ad mensam communionem illos asciscamus hodie, ut ubi nostro in conspectu ieiunium soluerint, satisque declarauerint, fideque plenam fecerint, quod in melius correcti sint, & sibi ipsis & nobis aeterna bona conciliet, gratia ac bonitate domini nostri Iesu Christi, qui cum & per quem patri uera cum spiritu sancto gloria, imperium, honor, & adoratio in aeuum.

Gal. 5

Templum uere sanctum

1. Cor. 6

Contentio

Pertrahi uult ad solutionem ieiunij Iudaici

EIVSDEM ADVERSUS IYDAEOS ORATIO QVARTA

MTRVM uos pugnae huius cum Iudaeis susceptae fatietas cepit, an uultis ut rursus hodie quoque materiam eandem tractemus: Quanquam enim multa sunt iam dicta, attamen arbitror uos sic affectos, ut cupiatis huiusmodi de rebus iterum audire. Etenim qui non fatiatur amore erga Iesum, is nec unquam fatiabitur pugna aduersus eos suscepta, qui Iesum oderunt. Super haec, & alioquin nobis hic sermo necessarius est. Super sunt enim adhuc festorum Iudaeorum reliquiae. Sed quemadmodum illorum tubae multo sceleratiorum erant istis qui sonant in theatris, & ieiunia quauis ebrietate & comestatione erant improbiora: ita & tabernacula quae nunc apud illos figuntur nichilo sunt honestiora diuersorij, in quibus scorta uersantur ac tibiae. Ne quis autem orationis huius audaciam reprehendat. Nam ausus est extremus sum, magis impietas secus de illis opinari. Quum enim aduersus deum contendat ac spiritus sancto resistent, quum non de illis feramus sententiam: Erat olim hoc festum uenerabile quum iuxta legem fieret, deique iussu. Nunc autem non amplius, eo quod tota illius dignitas

Scenopodia Iudaeorum

gnitas sublata est, eo quod contra dei mentem celebratur. Quicquid maxime uiolant legem praescriptam, hi maxime omnium sunt qui nunc uidentur ea celebrare. At contra nos sumus qui maxime legem ueneramus, qui eam uelut hominem senio defectum, quiescere sinimus, nec in caueas hominibus differas protrahimus posteaquam incanuit, neque praeter aetatem certare compellimus. Nunc enim nec esse legis tempus, neque uetustae religionis, satis ante demonstrauimus. Age igitur quod superest hodie persoluamus. Satis quidem erat ex prophetis omnibus demonstrasse, quod nunc extra Hierosolymam tale quippiam facere, transgressio legis sit & impietas. Nam si uerum esset quod isti semper ubique iactantes praedicant, futurum ut ciuitatem denuo recipiant, ne sic quidem possent a uiolatae legis crimine liberari: attamen nos ex abundantia hoc quoque demonstrauimus, quod nec ciuitas sit instauranda, neque praesens reipublicae status sint recepruri. Hoc autem demonstrato reliqua omnia in confesso sunt, uidelicet quod neque sacrificiorum ritus, neque holocaustorum, neque legis uis, nec alia pars ulla status illius consistere poterit. Primum enim praecipit lex, ut ter in anno omne masculinum ascenderet in templum, ceterum deiecto templo hoc fieri nequaquam poterat. Rursus praeeperat, ut qui profluuii seminis laboraret, quilepra contaminatus esset, quae menstruo fluxu teneretur, quae peperisset, offerret sacrificia. Atqui nec hoc fieri potest quum desit locus, nec extet altare. Iussit cani sacros hymnos, & hoc ante declarauimus tum ipso loco uetari, tum a prophetis damnari accusantibus illos ac dicentibus, quod foris legerent legem, & appellarent confessionem. Quum igitur ne legere quidem fas fuerit extra ciuitatem, quomodo legem seruare poterunt extra ciuitatem? Hanc ob causam & minitans illis dicit: Non uisitabo filias uestras, quum stuprum admiserint, neque nurus uestras, quum moechatae fuerint. Quid autem hoc est? Recitata ueteri lege conabor uobis reddere dilucidius. Quae est igitur illa lex? Si mulier prauaricata fuerit a uiro suo, eumque negligens despexerit, dormieritque aliquis cum illa coitu seminis, & latuerit oculos uiri, nec testis fuerit aduersus illam, nec fuerit deprehensa: ac super ipsum quidem spiritus zelotypiae, ceterum ipsa non fuerit contaminata. Sensus horum uerborum hic est: Si mulier, inquit, moechata fuerit, & uir habeat illam adulterij suspectam, ille quidem suspicabitur. Et si non fuerit testis, nec uterus coarguens, ducet, inquit, illam ad sacerdotem, & offeret donum illius, ordeaceam farinam. Quum ira tandem, non siliginem, non triticam farinam, sed ordeaceam quoniam id quod gerebatur luctus erat, & incusatio suspicioque, forma sacrificij domesticam calamitatem imitabatur, eoque dicit: Non effutabo super illam oleum, neque impones illi thus (Nam contrahendus est sermo) Adducet illam sacerdos, sumetque puram aquam in uase sicili, & sumet de terra quae est in pavimento, sumptamque conijcet in aquam, statuetque mulierem, & adiurabit illam ac dicit: Si non es transgressa, nec polluta sub uiro tuo, salua esto ab aqua redargutionis. Quod si transgressa es ac polluta, & aliquis tecum concubuit, det Dominus te in execrationem, ac detestationem in medio populi. Quid est in execrationem, ac detestationem? Ut dicant, ne mihi accidat quod accidit illi mulieri. Ut reddat Dominus uterum tuum inflatum, & ingrediatur aqua execrata, infletque uentrem tuum: & dicit mulier, fiat, fiat. Et erit si fuerit polluta, ingrediatur aqua redargutionis, & inflabit uentrem illius, & erit mulier execrabilis. Quod si non fuerit polluta mulier, erit innocua, & profeminabit semen. Ergo postquam in captiuitatem abducti sunt, neque quicquam horum fieri potest, quum nec tabernaculum habeant, nec offerantur hostiae, dominus comminans dixit: Non uisitabo filias uestras quum stuprum admiserint, nec nurus uestras, quum moechatae fuerint. Vides legem a loco uim habere? Ex hoc perspicuum est ne sacerdotum quidem esse posse, quum desit ciuitas. Quemadmodum enim fieri non potest, ut imperator sit, si non sit exercitus aut diadema, non purpura, non alia quae regnum commendant, comprobantque: ita nec sacrificus esse potest sublata hostia, uerita oblatione, sanctis conculcatis, toto reru statu abolito. Nam his rebus omnibus constabat sacerdotium. Sufficiebat igitur nobis ad probationem, quemadmodum dicere ceperamus, quod neque sacrificia, neque holocaustomata, neque reliqua purificationes, neque praeterea quicquam obseruationis Iudaicae redituum sit. Supererat, ut demonstraretur, nunquam fore ut templum instauraretur. Nam quemadmodum omnia sunt abrogata, si non sit templum, & si quid uideatur fieri, facinus est aduersus legem commissum: ita posteaquam ratio demonstrauit

Leuit. 15

Zelotypiae re medium

simile

Iudaeorum ritus nunquam restituentur

monstravit nunquam fore ut templum redeat ad pristinum statum, eadem opera & illud demonstratum est, quod neque ceteri ritus & cultus ad pristinum statum sint redituri. Non sacerdos erit quispiam, non rex. Etenim si non erat permittum uti quis ex ipsorum cognatione quamvis plebeius, seruiret alienigenis, multo magis fas non erat ipsum regem alieni generis subijci. Verum quoniam hic contendimus conamurque, non tantum ut illis obturemus os, uerum etiam ut uestram charitatem erudiamus: age hoc ipsum aliunde demonstrabimus, uidelicet quod illis & sacrificiorum & sacerdotij finis sit, adeo ut nunquam amplius ad pristinam consuetudinem hæc sint reditura. Quis igitur hæc dicit? Admirandus ille ac magnus propheta Dauid, declarans enim quod omne sacrificiorum genus esset eius, & aliud inducendum, loquitur hunc in modum: Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tui. Annunciaui & loquutus sum. Vides prophetae sapientiam, ubi dixisset, multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, stupefactus admiratione diuini opificij, nihil dicit de conditione rerum nobis conspicuarum, cæli, terræ, maris, & aquæ, & ignis, non de stupendis illis prodigijs, quæ acciderunt in Aegypto, non de cæteris huiusmodi oraculis. Sed quæ dicit esse miracula? Sacrificium & oblationem noluisse. Quid obsecro dicit? An istud stupendum est ac mirandum? Nequaquam, inquam, non enim hoc solum uidit, sed cælitus edocuit prospiciebat oculis prophetis futurum ut gentes adducerentur: & quomodo qui prius erant additi dijs, colebantque lapides, inferiores ipsis brutis, repente uisum reciperent, omniumque dominum agnoscerent, ac relicta impura demonum cultura, pure citraque sanguinem deum colerent: simulque intelligens quod non illæ solum, sed & Iudæi infirmiores relicta hostiarum, holocaustorum aliorumque corporalium rituum obseruatione, ad nostram & ipsi philosophiam adducerentur: simulque reputans ineffabilem dei erga genus humanum charitatem, quæ superat omnem intellectum, et attonitus admiratione tantæ mutationis futuræ, & quam mirabiliter ista deus in alium ordinem translaturus esset, & homines ex demonibus facturus angelos, ac uitæ genus induciturus cælis dignum. Tunc quod hæc omnia essent futura uetere sacrificio abolito, & altero in illius locum inducio per corpus Christi: quod sacrificium admiratus ac stupefactus dicebat: Multa tu fecisti deus meus mirabilia tua, & ex persona Christi totum hoc uaticinium adit. Sanè quum dixisset: Sacrificium & oblationem noluisse, subiicit: Corpus autem adaptasti mihi. De corpore loquens dominico, comuni pro toto orbe sacrificio, quo nostras purificauit animas, peccata dissoluit, mortem extinxit, cælos aperuit, multasque ac magnas spes nobis ostendit, cæteraque præparauit omnia: quæ quidem & Paulus uidens exclamauit, dicens: Rom. II O altitudo diuitiarum, sapientiæ ac scientiæ dei, quam imperscrutabilia sunt iudicia eius, & inperuestigabiles uitæ eius. Hæc igitur omnia prospiciens dicebat: Multa tu fecisti domine deus meus mirabilia tua. Deinde quum ex persona Christi dixisset: Holocaustomata & pro peccato non probasti, subiunxit, Tunc dixi, ecce adsum; quoniam perfectioris doctrinæ tempus est. Nam imperfectiora per seruos erant docenda, sublimiora uero & humanam superantia naturam per ipsum legis autorem, ideo & Paulus dicebat: Multipharie multisque modis deus loquutus patribus nostris per prophetas, extremis hæc diebus loquutus est nobis per filium, quem constituit heredem omnium. Ac rursus Ioannes: Lex Ioan. I per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Itaque hæc summa legis laus est, quod ea naturam humanam illi doctore præparauit. Deinde ne putares hunc esse parauit Christi recentem deum, aut aliquid nuper inuentum adferre, audi quid dicit: In capite libri scripto ptum est de me. Iam olim meum aduentum prædixerunt prophetae, & in initio librorum meæ diuinitatis cognitionem obiter hominibus aperuerunt. Itaque quum deus dicit in initio conditi mundi: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, tecteno Filiius deus significatus in est priori contraria, sed hoc quoque uoluisse deum, ut illo sacrificio antiquato in eius locum Genesi hoc induceretur (Nam erat correctionis uehementia non contrarietas aut pugna) ubi dixisset: In capite libri scriptum est de me, subiicit: Ut facerem uoluntatem tuam deus, uolens solus Christi prætermissa mentione hostiarum, holocaustorum, oblationum, laborum, ac sudorum, stus gratis iustificat ait: Annunciaui iustitiam in ecclesia magna. Quid hoc est, annunciaui iustitiam in ecclesia magna

magis: Non dixit, dedi; sed, annunciaui. Quid tandem igitur? non ex beneficijs, nec laboribus, nec penatione, sed ex sola gratia iustificauit genus nostrum. Quod & Paulus declarans dicit: Nunc autem absque lege iustitia dei manifestata est, iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, non per ullum sudorem aut laborem. Et hoc assumpto testimonio hunc in modum loquitur: Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam rerum imaginem, singulis annis iisdem hostijs quas semper offerunt, nunquam potest accedentes perfectos reddere. Hoc ingrediens mundum dicit: Sacrificium & oblationem noluisse, corpus autem adaptasti mihi: significans ingressum unigeniti in mundum per carnis dispensationem. Sic enim ad nos uenit, non locum loco commutans (qui namque conueniat hoc in eum, qui est ubique, quique cuncta complet) sed per carnem nobis factus conspicuus. Cæterum quoniam non solum aduersus Iudæos est nobis pugna, uerum etiam aduersus gentes, ac multos hæreticos: age profundiorum sensum quendam hic uobis aperiamus, quaramusque quid tandem sibi uelit, quod quum Paulus innumerabilia haberet testimonia, quæ docerent cessare legem ueteresque ritus, huius meminit: neque enim simpliciter, neque fortuito id fecit, sed ratione ac sapientia quadam ineffabili. Quod enim alia quoque habuerit testimonia, tum maiora, tum uehementiora si uoluisset adducere, omnes confitebuntur. Esaias enim ait: Non est mihi uoluntas in uobis, plenus sum holocaustomatibus arietum, & adipe agnorum & sanguinem taurorum & hircorum nolo, neque si ueneritis in conspectum meum. Quis enim exquisiuit hæc de manibus uestris. Si obtuleritis similitudinem, frustra facietis. Incentum abominatio mihi est. Et alibi rursus: Non nunc aduocauit te Iacob, neque molestiam tibi exhibui Israel, non glorificasti me sacrificijs, neque seruisi mihi in donis, neque tibi molestus fui in thure, neque parasti mihi argento suffitum. Hieremias autem: Ad quid mihi thus & Saba offeras, & cinnamomum e terra longinqua? holocaustomata uestra non delectarunt me. Ac rursus: Holocaustomata uestra cum sacrificijs uestris. Et comeditis carnes. Et alius in super prophetarum sic ait: Aufer a me strepitum cantionum tuarum, & canticum organorum tuorum non audiam. Rursus alibi, quum Iudæi dicerent: An accipiet dominus in holocaustomatibus, si dedero primogenita mea pro impietate mea, fructum uentris mei pro peccato animæ. Propheta increpans illos dicebat: Annunciaui tibi homo quid sit bonum, & quid dominus deus querat abs te, ut diligas misericordiam, & facias iudicium & iustitiam, ut paratus sis ambulare post dominum deum tuum. Dauid quoque sic dicebat: Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quam igitur ob rem quum tot posset adferre testimonia, per quæ deus uideatur illa sacrificia rejicere, neomenias, sabbata, dies festos, omnibus illis omisis huius unius meminit: Non simpliciter id factum, neque fortuito: sed iam causam dicemus. Multi infideles & ex Iudæis ipsis pugnantes aduersus nos, dicunt ueterem religionem antiquam esse, non quod ipsa esset imperfecta, neque quod inducta sit maior, nostra uidelicet religio, sed propter improbitatem eorum, qui tunc offerebant sacrificia. Esaias itaque dicit: Si extenderitis manus uestras, auertam oculos meos a uobis, si multiplicaueritis obsecrationem, non exaudiam uos. Mox causam addens prosequitur: Manus uestræ sanguine plenæ. Hoc autem non est sacrificia accusare, sed offerentium iniquitatem criminari. Et ideo non accepta habuit sacrificia, quod ea manibus impuris offerrent. Rursus quum Dauid dixisset: Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos, adiecit dicens: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinam, & abiicisti sermones meos post tergum tuum, si uidebas furem currebas cum eo, & cum adultero ponebas portionem tuam: os tuum abundauit malicia, & lingua tua contexebat dolos: sedens aduersus fratrem tuum obrectabas, & aduersus filium matris tuæ ponebas offendiculum. Vnde perspicuum est, quod hic ob has etiam causas reiecit sacrificia, quoniam furabantur, quoniam fratribus iniuriabantur. Sed quum unusquisque prophetarum inquit, accuset offerentes, fatentur omnes deum has ob causas aspernatum fuisse nostra sacrificia. Sed Paulus illis plagam salutis magnam inflixit, & abunde illorum impudentiæ silentium imposuit hoc testimonio. Quum enim uellet ostendere, quod ipsam Iudæorum religionem, ut imperfectissimam reiecit irritamque fecisset, hoc assumpsit testimonium, in quo accusatio offerentium nulla est, sed ipsius religionis imperfectio nuda per se declaratur. Propheta enim nulla in re ac-

Imperfecta Iudæos, simpliciter sic loquitur: Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem adaptasti mihi, holocaustomata, & pro peccato non probasti. Idq; exponens Paulus ait: *Iudeorum religio* Tollit prius, ut posterius statuatur. Nam posteaquam dixit, sacrificium & oblationem noluiſti, deinde addidit, corpus autem adaptasti mihi: quoniam ostendit aliud inductum sacrificium, nullam præterea spem dedit, futurum ut illud restitueretur. Et hoc ipsum interpretans Paulus dixit: Per oblationem hanc sanctificati in uoluntate Christi. Si enim sanguis taurorum & hircorū, & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad carnis emundationem, quāto magis sanguis Iesu Christi, qui per spiritum æternū obtulit semetipsum immaculatum, emundabit conscientiam uestram ab operibus mortuis. Itaq; quod illud sacrificium antiquatum est, & aliud in eius locum inductum, quodq; post hac illud non sit restituendum, satis ex his demonstratum est. Age, iam superest, ut quod dudum conatus sum demonstrare, illius sacerdotij ritus post hac non exoriturus, neque denuo redituros, euidenter hoc palamq; scripturis ipsis dilucidum faciamus, pauca prius uobis præfati, quo fiat euidentior eorū quæ dicuntur enarratio: Abrahā reuerſus ē Perſide genuit Isaac, Isaac deinde Iacob, Iacob duodecim patriarchas, ex quibus profectæ sunt duodecim tribus, magis autem tredecim, quandoquidem loco Ioseph duo ipsius filij Ephraim & Manasse extiterunt tribuum principes, & quemadmodum unicuiq; filiorum Iacob, tribus cognomine respondebat, Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Nephtalim, Gad, Aser, Beniamin, sic sub Ioseph duo illius filij cognomen indebant tribubus, & appellabantur, altera quidem Ephraim, altera uero Manasse. Harum itaque tredecim, cæteræ quidem omnes agros habebant ac prouentus multos, & agricolabantur omnes, reliquaq; omnia exercebāt ad uictum pertinentia. Cæterum tribus Leui sola honorata sacerdotio à negocijs ad uictum pertinētibus liberata erat, neq; colebāt agros, neq; tractabant officia, neq; præterea quicquam huius generis exercebant, sed soli sacerdotio uacabant, ac decimas accipiebāt à toto populo tum frumenti, tum ordei. Ex his enim rebus illis portionē dabant omnes, & hic erat illis prouentus. Nec phas erat ex ulla alia tribu sacerdotem unquā fieri. Ex hac enim tribu factus est Aaron, nimirum de tribu Leui, ac per successionem illius posterij sacerdotium accipiebant, neq; quisquam unquam ex alia tribu creatus est. Hic itaq; Leuitæ decimas ab illis accipiebant, & sic alebantur. Sed ante Iacob, sub Isaac, sub Abraham quum nondum esset Moſes, nondum scripta lex, nondum Leuiticum sacerdotium esset proditum, non tabernaculum, non templum esset, non tribus discretæ, nō Hierusalem extaret, quum nullus omnino in Iudæos rerum principatum occupasset, fuit quidam Melchisedec, rex idem & sacerdos, typus enim futurus erat Christi, cuius & scriptura manifeste meminit. Quū enim Abraham irruptione facta in Perſas, ac fratris filio Loth ex illorum manibus erepto, omnibus spolijs direptis rediret, hostibus uirtute deuictis, hunc in modum de Melchisedec loquitur scriptura. Et Melchisedec rex Salem obtulit panem ac uinum, erat enim sacerdos dei altissimi, & benedixit Abraham, dixitq; Benedictus es Abraham deo altissimo, qui condidit cælum & terram, & benedictus deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos sub manus tuas. Et dedit illi decimas ex omnibus Abraham. Si quis igitur prophetarū extitit qui dicat, quod post Abraham postq; sacerdotiū illud, & hæc sacrificia atq; oblationes exoriturus esset sacerdos alius, non ex illa tribu, sed ex alia, ex qua nunquam creatus est sacerdos, non secundum ordinē Melchisedec, manifestum est quod uetus sacerdotiū cessauit, aliud autem nouum in illius locum inductū est. Nam si futurum erat ut uetus illud obtineret, non secundum ordinē Melchisedec, sed secundum ordinem Aaron, oportuit hoc explicare. Quis igitur hoc dicit? Hic ipse, qui de sacrificijs loquutus, de Christo differens hoc quoq; alicubi dicit: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Deinde ne quis de uulgarium hominum aliquo suspicaretur illud esse dictum, non dicit hoc Esaias, neq; Hieremias, neq; quisquam alius propheta priuatæ conditionis, sed ipse rex, ut intelligeres quod non possit hominem appellare suum dominū, sed deum solum. Nam si priuatus fuisset, fortassis aliquis improborū dixisset illum de homine loqui. Quomodo enim si de quopiam hominum hæc loquutus fuisset Dauid, dixisset quod homo à dextris consedisset ineffabilis ac summæ illius maiestatis? Hoc enim impossibile. De hoc uero ait: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Deinde ne putares eum imbecillum esse minusq; potentem: Tecum

Tecum, inquit, principatus est in diebus potentie tue. Manifestius etiam declarans addidit: Ex utero ante luciferum genuit te. Ante luciferum nullus hominum fuit genitus. Tu sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedec. Non dixit secundum ordinē Aaron. Proinde percontare Iudæum, si sacerdotium uetus non est antiquandum, quam ob causam induxit alium sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, & non secundum ordinem Aaron. Per hoc igitur ipsum rem euidentiorē reddidit. Quū enim dixisset de Christo, quemadmodum & alibi loquitur: Tu sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedec, subiunxit, de quo multus nobis sermo & enarratu difficilis. Deinde quū increpasset discipulos (dicendum est enim breuiter) ait: Quis est ille Melchisedec? & adducit historiam quæ loquitur hoc modo. Hic occurrit Abrahæ reuertenti à concisione regum benedixitq; illi, cui & decimas impartitus est Abraham. Post aperiens considerationem figuræ: Contemplamini autem quantus sit iste, inquit. Hoc autem nō simpliciter dixit, sed ostendere cupiens, quod maius sit sacerdotium nostrum quam Iudæorum, atq; in ipsis typis præueniens rerum excellentia declaratur. Nam Abrahā Isaac erat pater, auus Iacob, proauus Leui, siquidem Iacobi filius erat Leui. Ex Leui sacerdotiū apud Iudæos sumpsit originem. Verum hic Abraham progenitor Leuitarum ac Iudaicorum sacerdotum, sub Melchisedec, qui typum gerebat nostri sacerdotij, laici locum obtinuit, idq; duplici modo declarauit. Primum quod illi dederit decimas. Nam laici sacerdotibus dabant decimas. Deinde quod benedictionem accepit ab eo. Etenim laici à sacerdotibus benedictionem accipiunt. Rursum considera quanta sit excellentia nostratis sacerdotij, quandoquidem Abraham patriarcha Iudeorū, progenitor Leuitarū comperitur benedictionē accipere à Melchisedec, illiq; dare decimas. Nam horum utrunq; narrat uetus testamentū, & quod Melchisedec benedixit Abrahæ, & quod decimas ab eo accepit. His igitur in medium adductis Paulus dicebat: Considerate quantus est iste. Quis? Melchisedec inquit, cui etiam decimas Abrahā ex præcipuis dedit, ipsorū patriarcha. Et quidē hi qui sunt ex filijs Leui, sacerdotiū accipientes, mandatum habent, ut decimas accipiant à populo, hoc est à fratribus suis, quanquā egressis è lumbis Abrahæ. Quod autē dicit tale est: Leuitæ, inquit, qui apud Iudæos sunt sacerdotes, mandatiū acceperunt iuxta legem, ut decimas acciperēt ab alijs Iudæis, attamen omnes Leuitæ progeniti sunt ex Abraham, quemadmodum & reliquus populus, nihilominus decimas accipiūt à fratribus suis. Melchisedec uero qui non ducit originē ab illis, neq; enim ex Abrahā progenitus erat, neq; ex tribu Leuitica, sed ex alio genere, decimauit Abraham, hoc est decimas accepit ab Abraham, nec id solum, uerum & aliud quiddam fecit. Quid autē hoc? quod eidem qui promissiones habebat, uidelicet Abraham, benedixit. Et quid hoc, inquit, significat? quod hoc sacerdotiū illo multo sit inferius. Quomodo? Citra omnē controuersiam quod minus est à maiore benedictionem accipit. Itaq; nisi Abraham progenitor Leuitarū fuisset inferior Melchisedec, nequaquā ille huic benedixisset, neq; hic illi decimas dedisset. Deinde uolēs ostendere quod per Melchisedec aduenerit hoc sacerdotiū, subiicit dicens: Et, ut ita loquar, hoc est propemodū per Abrahā etiā ipse Leui qui decimas accipiebat decimatus est. Quid est decimatus est? Decimas dedit Melchisedec & ipse Leui, qui nondum erat genitus per patrem ipsius, inquit: Adhuc enim in lumbis patris erat quū occurreret Abrahæ Melchisedec. Nam ideo hoc occupans dixit. Cuius igitur causa hæc dicebat? Subiicit dicens: Si consummatio igitur erat per Leuiticū sacerdotium; populus enim sub illo legē accepit, quid opus erat deinde secundum ordinē Melchisedec exoriri alium sacerdotem, qui non dicatur iuxta ordinem Aaron? Quid autem est quod dicit? Si res, inquit, erāt perfectæ quæ gerebantur apud Iudæos, neq; lex erat umbra futurorū bonorum, sed ipsa totum efficiebat, nec futurum erat ut cuiquā alteri concederet, neq; ut sacerdotium prius cessaret, qua de causa propheta dixit: Tu es sacerdos in æternū secundum ordinē Melchisedec, dicendum enim erat secundum ordinem Aaron. Et idcirco ait: Si consummatio per Leuiticum sacerdotiū erat, quid deinde opus erat secundum ordinem Melchisedec exoriri sacerdotem alium, qui nō diceretur secundum ordinem Aaron? Ex hoc enim liquet, quod illud finē accepit, aliud in illius locum inductū sit multo melius ac sublimius. Hoc autē euictio, simul & illud in cōfesso est, quod alius etiā uita status sacerdotio congruens, simul inducendus esset, neq; non legislatio melior, nimirū nostra. Quod sanè demonstrans Paulus dicebat: Translato enim:

facerdotio, necessario sit & legis translatio. Quoniam autem plerumque legalia circa sacerdotij ministerium consistebant, prius autē sacerdotium profligatum est, nimirū alio in illius uicem inducto, legislationem etiam meliorem in illius locum inducti oportuit. Post hæc declarans de quo hæc dicat ait: De quo enim dicuntur hæc, alterius tribus particeps fuit, ex qua nullus uacabat altari. Manifestum est enim quod ex Iuda exortus est dominus noster, in quam tribum nihil de sacerdotio Moses loquutus est. Quum igitur clarū sit Christum ex illa esse tribu, nimirum ex Iuda, & sacerdotem iuxta ordinē Melchisedec, porro Melchisedec esse multo honorabiliorem Abrahamo, nimirū & illud undique constat, quod etiā aliud pro alio inducitur sacerdotiū, multo quā prius fuerat sublimius. Nam si typus talis, etiam Iudaico sacerdotio splendidior erat, multo magis ipsa ueritas, quod tractans idem apostolus, dixit: Amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedec exoritur alius rex, qui non sit iuxta legē præcepti carnalis, sed iuxta uirtutem uitæ incorruptibilis, quod nullum illius præceptum erat carnale. Non enim oues mactare, neque uictulos iussit, sed uirtutem animi curare, & hoc pacto deum colere, & horū præmia uitam nobis designauit, quæ nunquā corrumpetur. Ac rursum mortuos nos sub peccatis ueniens suscitauit, & in uitam reduxit destructa duplici morte, altera peccati, altera carnis. Quoniam igitur uenit, propter hoc dicit: Non iuxta legem præcepti, sed iuxta uirtutem uitæ incorruptibilis. Iam igitur & illud quod restabat demonstratū est, quod translato sacerdotio, legis quoque translationē fieri cōueniebat. Attamen & hoc ipsum expressē se licebat demonstrare, prophetasque testes rursus adducere, quod & lex esset transferēda, quod reipublice status in melius transmutāndus, & quod nunquam rex aliquis Iudæus exoriturus sit. Verum quoniam tantum est dicendum, quantum auditor possit capere, nec omnia simul, nec acruatim, illis in aliud tempus dispensatis, hic sermone finiemus, exhortantes uestram charitatem, memineritis eorū quæ dicta sunt, & hæc illis quæ prius dicta sunt annectatis: quodque prius rogauimus idem & nunc rogamus, ut fratres uestros reducat ad salutē, multā sollicitudinē habeatis pro membris neglectis. Propter hoc enim nos tantū laborū suscipimus, non ut uulgari more loquamur, neque ut plausum strepitūque feramus, sed ut auulsos, ad uitam ueritatis reducamus. Ac ne quis mihi dicat, nihil mihi est cum eo negocij, utinam contingat mihi mea ipsius negocia recte gerere, Nemo suū ipsius negocium recte gerere potest, neglecta proximi salute, propter hoc & Paulus ait: Nemo quod suum est querat, sed quisque quod alterius, sciēs quod sua cuiusque utilitas in proximi utilitate sita est. Sanus es tu, sed oculus tuus infirmatur, hoc est, est agrotus. Itaque si uere sollicitus fueris pro ægro tante, magis dolebis, & imitaberis in hoc quoque beatū illum qui dicit: Quis infirmus & ego non infirmor, quis offenditur & ego non uoror? Etenim si quū duos obolos dederimus, paulumque pecuniæ insumperimus in pauperes, gaudemus, si poterimus animas seruare quanto maiore uoluptatis fructum capiemus? quantum autē in futuro seculo recipiemus gaudium? Nam ibi quoque quoties conueniemus multam capiemus uoluptatem ex congressu, reminiscētes officiorum, quæ uicissim alij in altos præstitimus. Deinde quū illos conspexerimus ad tribunal illud metuendum, multæ fiducię participes erimus: & quemadmodum qui iniuria afficiunt, qui usurpant aliena, qui rapiunt, qui mala innumera proximis inferunt, quū illuc uenerint eosque uiderint qui hæc passi sunt (uidebunt enim uidebunt, in quā omnino, id quod perspicuum est & ex diuīte illo & Lazaro) neque os aperire poterunt, neque habebunt quod dicant aut excusent, sed multo pudore magnaque condemnatione repleti ex illorum aspectu, ad ignea flumina adducuntur: Idem qui bene uiuunt, qui docent, qui instituunt, ubi uiderint eos quos seruauerunt, illic patrocinantē ipsi, multa fiducia replebunt. Et hoc Paulus declarās dixit: Gloria uestra sumus, quemadmodum & uos nostra. Quando hoc? In die domini nostri Iesu Christi, Ac rursus Christus ex **Luce 16** hortatur, dicēs: Facite uobis amicos ex mammona iniquitatis, ut quū defeceritis, accipiāt uos in æterna sua tabernacula. Vides quod multa fiducia nobis contingit ab his, quos hic nostro beneficio iuuerimus. Quod si ubi pecunia duntaxat insumit tot sunt coronę, tanta merces, tanta remuneratio: ubi iuuatur anima qui fieri potest, ut non multa magnaque nobis contingant bona? Etenim si Tabitha illa, quæ uiduas uestiebat, quæ paupertati subueniebat, à morte in uitam reuocata est, & lachrymæ eorum qui beneficijs affecti fuerant animam in corpus reduxerunt, quū nondum uenisset resurrectio, quid facient hominum lachrymæ

chrymæ per te seruatorum? Quemadmodum enim hanc circumstantes uideat uitam ex mortua reddiderunt, sic & te tunc circumstantes qui nunc per te seruati fuerint, efficiant, ut multam experiaris humanitatē, & ex incendio gehennę eripiant. Hæc igitur scientes non ad præsentem horam tantū seruidi simus & uigilantes, sed ignem quē habetis nunc, ex citate egressi foras, iustantesque curate salutē ciuitatis. Quod si ignoretis, disquirite ubi sint qui his malis agrotāt. Sic enim & nos uobis promptius lubentiusque loquemur, ipsis factis cognoscentes quod non in petram semen iacimus, & uos ipsi circa uirtutis exercitationem eritis alacriores. Quemadmodū in pecunijs, qui duos lucratus est aureos proclius est ad decem ad uiginti colligendos congregandosque. Sic usu uenit & in uirtute, qui fecerit bonū opus, officium uel præstiterit, extimulationem aliquam aut exhortationē ad agendum sumit, ut alia quoque benefacta aggrediatur. Vt igitur & fratres seruemus, & nobis ipsis ueniam pro peccatis, imò potius multam fiduciā reponamus, denique curemus & illud, ut à cæteris omnibus nomen dei glorificetur, cum uxoribus, liberis, & famulis ad hęc ueniat & in dagine egressi, extrahamus diaboli laqueis captos ab illo iuxta ipsius uoluntatē: nec prius delistamus, quā quicquid per nos prestari poterit præstiterimus, siue pareant, siue non pareant. Quin potius impossibile est, ut Christiani quum sint, non pareant: sed ne uel hanc excusationem habeatis illud dico. Si post quā multa uerba exhauseris, & quicquid per te præstari poterit expleueris, uideris illū non obtemperare, adducto ad sacerdotes, & omnes per dei gratiam potentur uenatu, totumque tuū erit, qui illum adduxeris. Expedi ut hæc & uxores dicant uiris, & uiri uxoribus, & filij parentibus, & patres filijs, & amici amicis. Dicant hæc & Iudę, & hi qui nobis quidē cōiuncti uidentur, sed cū illis sentiunt, quod nobis aliquod studium est, ac sollicitudo, uigilantięque pro fratribus nostris ad illos uero currentibus. Et oēs ante nos, illos corrigent, qui quū nostræ professionis sint, tamen illō cōmeant. Quin potius nemo posthac ausurus est ad illos cōfugere, sed erit corpus ecclesię purum. Deus autem qui uult omnes homines fieri saluos, & ad agnitionē ueritatis uenire, & uos ad istum uenatum corroboret, & illos ab hoc errore liberet. Denique cunctos ad salutem reuocatos dignos reddat cœlorū regno, in gloriā eiusdem domini nostri ac seruatoris Iesu Christi, cui gloria & imperiū, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM ADVERSVS IVDÆOS. ORATIO QUINTA



Praeteriit ieiunium Iudæorū, imò potius ebrietas Iudæorū. Est enim & absque uino ebrietas, est & in sobrietate temulentia luxuriosaque comestatio. Quod si nemo posset absque uino temulentus esse, nequaquam propheta diceret: Vae ijs qui ebrj sunt & non à uino: si non esset sine uino ebrietas, haud quaquam dixisset Paulus: Nolite inebriari uino in quo est luxuria. Nā quemadmodū uino, sic & alio modo possit aliquis inebriari. Eoque dixit, nolite inebriari uino. Est enim ebrietas & in ira, & in absurda concupiscentia, & in avaritia, & in amore glorię, denique in alijs innumeris affectibus. Ebrietas enim nihil aliud est, quā excidisse à recta ratione, deliratioque & sanę mentis priuatio. Non solum igitur qui multū exhaurit merum, uerum etiam qui alium quempiam morbum alit in animo, uehementer ebrius esse iudicabitur. Etenim qui mulieris alienę tenetur amore, qui scortis uacat, ebrius est. Et quemadmodum is qui multum ebibit merum, seseque ingurgitauit, illiberales uoces effundit, aliudque pro alio uideri: sic & hic ueluti mero quopiā, sua cupiditate repletus, neque sana profert uerba, sed obscœna omnia, sed perniciofa, sed illiberalia, risusque plena, aliaque pro alijs uidet, cæcutiens ad ea quæ cernuntur. Quod si cui mulieri stuprum inferre concupiscit, hanc ubique imaginans, non aliter quā mente captus, ac delirans, in cōuenticulis, in conuiujs, in omni tempore, in omni loco, & si innumera hominū milia ipsum alloquantur, ne audire quidem uideatur, sed ad illam tantū intentus est animus, nec aliud somniat quā peccatum, habetque suspensa omnia, metuit omnia, nihilo melior animatē quod alligatū scutica impellitur. Rursum quem tenet ira, ebrius est. Similiter & huic turget facies, uox fit asperior, oculi fiunt sanguinolenti, mens obtenebratur, prudētia submergitur, lingua tremat, oculi intorquentur, aures alia pro alijs audiunt, nimirum ira longe grauius quā ullum merum soleat percellente cerebrum, tempestatem concitante, turbationemque gignente insedabilem. Quod si ebrius est, quē tenet concupiscentia, irāue, multo magis homo impius & in deū blasphemus, illiusque legibus repugnans, quicquid hanc intempestiuam Iudæorum pertinaciam nunquam

Simile

Dissimile

Prima cautio ne peccetur, de lapsis tamē non desperandum

Gen. 2

Gen. 4 secundum LXX. Noua interpretatio

quam uult effugere, ebrius est insanitq; deterius affectus quam hi qui comessantur, quicq; mente capti sunt, licet ipse morbum suum non sentire uideatur. Nam id maxime conuenit ebrietati, etiam sensu uacare malorum, quæ turpiter committit. Quemadmodum igitur illud est grauisimum in mente captis & attonitis, quod quæ agrotent, nec hoc ipsum sentiant se esse agrotos: sic & Iudæi, nunc quum sint ebrii, non sentiunt tamen morbum suum. Præterijt igitur illorum ieiunium, quauis ebrietate foediùs. Nos autem ne remittamus pro fratribus nostris sollicitudinem, neq; posthac existimemus ullam illorum curam esse importunam: sed quemadmodum faciunt milites, ubi cõmisso prælio uerterint in fugam aduersarios, ab insectatione redeunt, nõ protinus currunt ad tabernacula, sed prius ad conficiendus locũ profecti, tollunt eos qui ex ipsorũ numero caesi sunt, ac uita quidem defunctos terra occultunt, cæterũ si quos uiderint inter mortuos spirantes adhuc, nec letale uulnus habentes, ipsi in tentoria sublati, multam adhibent curationẽ extrahendo telo, accersitis medicis, absterfo sanguine, pharmacis porrectis, reliquaq; omni curatione admota ad sanitatem reducunt. Et nos igitur quoniã opitulante dei gratia Iudæos persequuti sumus armatis aduersus illos undiquaq; prophetis, reuersi ad nos uideamus, num qui fratru nostrorũ ceciderint, num qui ab ieiunio intercepti sint, num qui illis in festo cõmunicarint: ac neminem quidem tradamus sepultura, sed potius sublato omnes curemus. Nam sub externis quidem hostibus, qui semel conciderit, animamq; efflarit, fieri nõ potest ut miles eum recuperet & ad uitã reuocet. Cæterũ in hoc bello prælioq; etiam si qui letale uulnus acceperit, fieri potest ut auxiliante nobis dei gratia eum ad uitam reducamus. Non enim hæc naturæ mors est, quemadmodum illa, sed uoluntatis ac propositi. Voluntate autem mortuam licet denuo suscitare, animaq; mortis datæ persuadere licet, ut ad suam uitã redeat, suumq; dominũ agnoscat. Agite ne defatigemur fratres, neq; deessemur, neq; desistamus, neq; quisquã illa uerba dicat, quod ante ieiuniũ illis cauere oportuerit, omnemq; mouere lapidẽ: nunc uero postea quam ieiunatu est, posteaquam peccatum admissum est, posteaquã iniquitas consummata est, quæ superest utilitas? Etenim si quis nouit quid sit fratri cõsulere, nouit & illud, quod nunc potissimũ oporteat admouere manus, omnemq; studium impendere. Neq; enim tantũ ante peccatum admissum conuenit fratris saluticauere, uerũ & post lapsum manus porrigendæ sunt. Etenim si deus ab initio fecisset istud, tantumq; nobis consulisset ante peccatũ, post peccatum neglexisset hominem, passusq; fuisset perpetua in ruina iacere, nullus adhuc nostrum unquã salutem fuisset cõsequutus. Verum hoc nõ facit deus, quippe amans humani generis ac misericors, nostraq; salutis auidissimus. Quin & post peccata multam præstat sollicitudinẽ, quandoquidem & Adæ cauit ante peccatũ, dicens e quouis ligno quod est in Paradiso comedens comedes, e ligno uero cognitionis boni maliq; non comedetis, sed quocunq; die comederitis morte moriemini. Ecce & facilitate legis & largitate concessorũ & acerbitate supplicij, & ipso sine illationis prospexit ne peccaret. Non enim dixit, post unũ aut duos tres uel dies, sed in ipso die quo comederitis, morte moriemini. Deniq; cunctis quibus cauere oportuit modis, cauit homini, attamen ubi post tantã prouidentiam, eruditionem, exhortationẽ, beneficentiã lapsus est, nec obtẽperauit iussis diuinis, nõ dixit deus, quã iam restat utilitas? Comedit, cecidit, transgressus est legẽ, credidit diabolo, despexit præceptũ dei, accepit uulnus, mortuus est, neci traditus est, in damnationis sententiã incidit. Quid posthac est quod illi loquamur? Nihil horum dixit, sed protinus ad illũ uenit, alloquutus est, cõsolatus est, ac rursus aliud admouit remedium, uidelicet laborem ac sudorem, nec prius destitit omnia facere, conari omnia, donec naturã collapsam restituisset atq; à morte liberasset, & ad cœlum prouexisset, maioraq; quam perdidit homini bona dedisset, factis ipsis docens diabolu quod his insidijs nihil profecisset, sed quod homines eiectos e paradiso, paulo post uisurus esset in cœlis angelis permixtos. Idem fecit in Cain. Siquidẽ & illius priusquã peccaret, cauerat salutem, denunciato periculo dicens: Peccasti, quiesce, ad te cõuersio illius, et tu illius dominaberis. Vide sapientiã prudentiamq; dei. Hoc metuis, inquit, ne te frater spoliet prærogatiua primogenitorũ, propterea quod mihi charus est, ne principatũ sibi usurpet tibi debitum. Nam primogenitos, posterius genitis oportebat honorabiliores esse. Bono, inquit, animo sis, ne metue, ne hac de causa despondeas animũ: ad te cõuersio eius, & tu dominaberis illius. Quod autẽ dicit hunc habet sensum, Mane in honore primogeniti, & esto fratri tuæ refugium,

refugium, umbraculum, ac patrocinium, imperaque & dominare illius, tantum ne ad patricidium prosilias, neque ad impiam illam feraris occisionem. Verum ne sic quidem auscultauit neque conqueiuit, sed cæde semet ipsi, dextram in fratrum immisit iugulum. Quid igitur? num dixit deus, Sinamus illum in posterum. Quis posthac erit profectus? Perpetrauit parricidium, mastrauit fratrem, contempsit admonitionem meam, insanabile minimeq; condonandum homicidium ausus est perpetrare, talisq; actanta dignatus sollicitudine mea, eruditione, consilio, cuncta illa propulit ex animo, nec ulla ratione conuersus est. Deseratur igitur in posterum ac proiecius esto, nec ullo meo respectu dignus habeatur. Nihil tale deus nec dixit nec fecit, sed ad illum uenit denuo & corrigit hominem dicens, Vbi est Abel frater tuus? Ac nec inficiantem quidem deserit, sed uel inuitum adigit ad facinoris confessionem: quumq; ille dixisset, Nescio, Num custos fratris mei sum ego? ait, uox sanguinis fratris tui clamar ad me de terra. Ipse, inquit, res prædicant te homicidio inquinatum. Quid igitur ille? Maius est peccatum meum quàm ut mihi remittatur, etsi eicias me de terra, etiam à facie tua occultabor. Huius sermonis sententiã sic habet, Grauiora quidem commisi, quàm ut ueniam mereantur, aut excusari possint, aut condonanda sint, sed si uelis urgere quod factum est, omnibus obijctar, tuo auxilio destitutus. Quid igitur deus? Non sic, inquit, imò quisquis occiderit Cain, septem uindictas persoluet. Ne metuas, inquit, hoc, uiues longam uitam, Si quis te occiderit, obnoxius erit multis supplicijs. Nam septenarius numerus in scripturis infinitæ multitudinis significationem habet. Quoniam igitur Cain multis supplicijs obnoxius erat, anxietati, tremori, suspitrijs, deiectionibus animi, dissolutioni corporis, Qui occiderit, inquit, te, & ab illis uinculis liberauerit, ipse in sese uindictas accerset. Ac uidetur quidẽ id quod dicitur uehementer atrox esse, quum contra declaret domini beneuolentiam. Etenim deus uolens posteris ad temperantiam adducere, tale supplicij genus excogitauit, quod Cain à peccato posset liberare. Nam si protinus illum interfecisset, abisset quidem peccatũ in sese reatum ferens, neq; posteris ullo pacto fuisset cognitus. Nunc autem permissus multo tẽpore uiuere in illo tremore docuit obuio omnes ipso aspectu, uacillationeq; carnis, exhortans ne quando similia auderent, ne similia paterentur, simul & ipse redditus est melior. Nam tremor & timor ac uita cũ anxietate peracta, corporisq; dissolutio, uelut uinculo quopiam constrinxit illum, neq; permisit denuo ad simile facinus prorũpere, & prioris assidue comonefecit, & interim ipsius animam moderatiorem reddidit. Sed inter hæc loquenti mihi uenit in mentem, ut in medium adducam, quæ ramq; quam obrem tandem quum peccatum suum esset confessus, factumq; damnasset, dicens se maiora peccasse quàm ut ueniam mereretur, nullaq; excusatione se dignum esse, non potuerit abluere peccata, quum propheta dicat, Dic tu iniquitates tuas prior, ut iustificeris: sed cõdemnatus fuerit. Quoniam non dixit quemadmodum iussit propheta, non enim simpliciter dixit, Dic tu iniquitates tuas, sed ait, dic tu prior iniquitates tuas. Quod quaritur hoc est, nõ simpliciter esse dicendas, sed prius esse dicendas, non expectandam redargutionem accusantis. Hic autẽ non dixit prior, sed expectauit donec redargueretur à deo, quĩ potius illo redarguente negauit. Postquam autem semel factum est peccatum palam, tum dixit peccatum, quæ quidem non est confessio. Proinde tu quoq; dilecte quum peccaueris, ne expectaris ut ab alio accuseris, sed priusquam accuseris ac deseraris, tu condemna quæ facta sunt. Nam si quis alius deinde te redarguerit, nõ iam confessionis est officiu, sed illius qui accusat correctio. Quapropter & alius quispiam inquit, Iustus sui ipsius accusator est in principio sermõis. Itaq; nõ hoc est quod quaritur ut accuses te ipsum, sed ut prior te ipsum accuses, nec expectes ab alijs redargutionem. Petrus itaq; post illam nefariam aburationem, quoniam celeriter suum ipsius peccatum recordatus est, nulloq; accusante dixit peccatum, fleuitq; amare, adeo abluuit illam abnegationem, ut etiam primus apostolorũ fuerit factus, ac terrarum orbem totum subiecerit. Sed quod dicebam (Nam oportet ad id quod propositum erat reuerti) satis uobis ex his demonstrauit ratio, quod non oporteat fratres lapsos negligere neq; contemnere, uerum prospicere quidem illis ante peccatum, cæterũ etiam post peccatum multam erga illos præstare curam. Itidem faciunt & medici, præscribunt enim ac præcipiunt hominibus, quæ possunt illorum sanitatem tueri, omnemq; morbũ excludere, cæterum ubi neglexerint præscripta, & in ualitudinẽ aduersam inciderint, non negligunt

Septuaginta plurimum

Cain quare seruatus in uita

Confessio uero facienda

Proverb. 19

eos ipsi, sed tum maxime multam adhibent sollicitudinem, quo illos morbo leuent. Itidem & Paulus fecit, qui cum qui stuprum commiserat, post illud peccatum quod ne intergentes quidem inueniebatur, non contempsit, uerum etiam auerſantem, nolentemque confiteri peccatum, sed subducere se parantem ac resilientem, reduxit ad sanitatem, & ita reduxit, ut coningeret corpori ecclesiae: neq; dixit apud sese, quid amplius? quae utilitas? Stuprum commisit, peccatum perperrauit, nec uult desistere a lasciuiam, uerum sibi placet, & immedicabile uulnus reddidit, Sinamus igitur illum ac deferamus. Nihil horum dixit, sed propter hoc ipsum maxime multa usus est erga illum sollicitudine, quod ad non referendam maliciam uidebat illum esse delapsum; neque cessauit terrere, minari, punire, tum per sese, tum per alios complures, nihil non faciens, nihil non tentans, donec illum ad agnitionem peccati perduxisset, ad sensum iniquitatis, prostremo donec ipsum liberasset ab omni nota. Hoc sane facito tu quoque, imitare Samaritanum illum, qui in euangelio tantam erga uulneratum praestitit sollicitudinem. Etenim illic praeterijt Leuita, praeterijt Pharisaeus, ac neuter deflexit ad iacentem, sed inclementer crudeliterq; relicto seminece abierunt. Samaritanus autem quispiam, qui nulla ex parte illi conuersus erat, non praetercurrit, sed accurrens misertus est, instillauit oleum & uinum, imposuit alino, duxit ad diuersorium, pecuniam partim dedit praesentem, partim pollicitus est, pro eius qui nihil ad ipsum pertinebat curatione, nec dixit apud sese, Quae mihi cura est istius? Samaritanus sum, nihil mihi cum illo, procul absumus a ciuitate, & ille ne ingredi quidem potest. Quid autem si ferre non possit uiae longitudinem, mortuum adferam? capiendus sum ob caedem, obnoxius ero homicidio. His sane de causis multi saepe praereuntes ac uidentes homines uulneratos, praetereunt, non quod grauentur, tollere, pecunijsq; parcant, sed metuentes ne & ipsi pertrahantur in iudicium tanquam caedis rei: uerum humanus ille ac mitis nihil horum metuit, sed his omnib; contemptis imposuit eum alino, & in diuersorium perduxit, neq; quicquam harum rerum spectabat, non periculum, non pecuniarum impendium, non aliud praeterea quicquam. Quod si Samaritanus adeo humanus mitisq; fuit, erga hominem ignotum, quam habituri sumus nos ueniam, si proprios fratres neglexerimus in malis grauioribus? Nam & isti qui nunc ieiunauerunt inciderunt in praedones Iudaeos, imò uerius omnibus praedonibus seuiore, quicq; grauioribus malis afficiunt eos qui in ipsos incidunt. Neq; enim uerites illorum lacerarunt, neq; corpori infixerunt uulnera, quemadmodum illi tunc fecerant, sed animam fauciarunt, multisq; uulneribus illi inflictis sic abierunt illos relinquentes in foiea peccati iacentes. Ne igitur dissimulemus talem tragœdiam calamitatēq; neq; praetereaxeris apud temetipsum, homo sum mundanus, uxorem & liberos habeo, ista sacerdotum sunt, ista monachorum. Neq; enim Samaritanus ille haec dicebat, ubi nunc sacerdotes? ubi nunc pharisaei? ubi Iudaeorum doctores? sed perinde quasi uenatum quempiam maximū nauis esset, ita lucrū arripuit. Et tu igitur quum uideris aliquē egentē curatione, uel corporis uel animi, ne dicit apud te ipsum, quare ille & ille eū non curauerunt, sed a morbo libera. Ne petas ab illis causas negligentia. Si inueneris aurum iacens, non dicit apud te ipsum, quare ille aut ille hoc non sustulerunt, sed festinas ante alios rapere. Itidem & de fratribus collapsis cogita, putatoq; te thesaurum reperisse, nimirū occasione illis medēdi. Etenim si instillaueris illi uelut oleum sermonis doctrinam, si obligaueris humanitate temperantiaq; uulneratum, si sanaueris, ille te faciet ditiorē quouis thesauro. Qui enim eduxerit preciosum ex indignitate, tanquā os meum erit, inquit ille. Quid huic poterit aequiparari? Quod neq; ieiunium, neq; humi peractae cubationes, neq; peruigilia, neq; aliud quippiam potest efficere, efficit fratris procurata salus. Cogita quā multa tuum os frequēter peccauerit, quā multa uerba obscena protulerit, quā multa cōiicia, quā multa maledicta euouerit, & omnino suscipies collapsi curam. Nam hoc uno benefacto omnem illam delere maculam poteris, Et quid dico delere? facies ut sit os tuum, sicut os dei. Quid huic honoris possit aequiparari? Non enim ego ista polliceor, ipse deus hoc dixit. Si unum quēpiam eduxeris, inquit, ut os meum, erit os tuum, purum, sanctumq;. Ne igitur negligamus fratres neq; praetereuntes dicamus, quā multi sunt qui ieiunauerunt, quā multi intercepti sunt, sed curam habeamus illorum: etiam si multi sint qui ieiunauerunt, tu ne traducas, neue in fabulam uertas ecclesiae calamitatem, sed medere potius. Et si quis dixerit, Multi ieiunauerunt, obtura illi os, ne

1. Cor. 5

Samaritani misericordia Luc. 12

Allegoria parabola

Omnium est prodesse proximo

Simile

Hierem. 15 hoc uisum

os, ne fama diuisgetur, etc; dicit. Ego quidem non noui, deceptus es homo mentirisq; dicens illos esse multos. Ac delatori quidem impone silentium, ceterum eos qui intercepti sunt ne neglexeris: ut utriusq; multa securitas contingat ecclesiae, tum ex eo quod fama non sit euulgata, tum inde quod eos ipsos interceptos ad sacrum gregem reduxeris. Ne igitur obambulantes referamus qui peccauerint, sed festinemus ut eos qui peccauerunt corrigamus. Est enim praua consuetudo tantum accusare fratres, nec illorum curam habere, traducere mala infirmorum, nec mederi. Auferamus igitur hanc prauam consuetudinem charissimi. Neq; enim ea mediocrem pestem inuehit. Et quo pacto? ego dicam. Audiuisti aliquis ex te quod multi eū Iudaeis ieiunauerint, minimeq; expendens quo animo dixeris, in aliud id quod dictū est detorsit. Rursus ille parū attentus, alteri hoc ipsum elocutus est. deinde paulatim hac mala fama crescente magnum quidem probum offunditur ecclesiae, his uero qui pereunt nulla adfertur utilitas, quin potius grauissima noxa tum his tum alijs. Etiam si pauci fuerint, nos tamen eos rumoribus malis multos facimus: & eos qui stant, imbecilliores reddimus, & eos qui ad casum procliues sunt, impellimus. Frater enim audiens esse multos qui ieiunauerunt, ipse negligentior erit. Deinde rursus qui infirmior est, hoc audito, accurret ad multitudinē eorum qui ceciderunt. Ne igitur uel super hoc uel super alio quouis improbo facto gaudeamus, etiam si multi fuerint peccatores, traducere eos ac dicere multos esse, sed potius obturemus os, & coerceamus. Ne mihi dixeris multi sunt qui ieiunauerunt, sed corripere multos. Non ideo mihi cōsumptū est tantū uerborū, ut accusēs multos, sed ut ex multis facias paucos. Imò potius ne paucos quidem, sed & hos ipsos etiam sanes. Ne itaq; traduxeris peccata, sed medere. Quemadmodum enim qui traducunt, & in hoc tantum uacant, etiam si pauci fuerint qui peccauerunt, faciunt ut multi esse putentur: sic qui cohibent ac silentiū imponunt traductoribus, sapienterq; curam habent, etiam si multi fuerint & eos ipsos facile corrigunt, nec quoniam finunt ex horū fama ledi. Non audistis quod Dauid deplorans Saulem dixit, Quomodo ceciderunt potētes? Ne annunciaueritis in Geth, neq; praedicaueritis in uis Aſcalonis, ne latētur filiae incircumcisorū. Quod si ille rem manifestam noluit traduci ne aduersarijs gigneret uoluptatē: quanto magis non oportet haec efferre ad aures alienas, sed potius ad nostras, ut neq; hostes audientes gaudeant, neq; nostri re cognita cōcidant, sed oportet cohibere rumorē, & undiquaq; cōpescere. Ne mihi dixeris, hoc illi dicebant, apud te ipsum contine uerbum. Quemadmodum tu non poteris tacere, ita nec ille poterit haec apud sese continere. Haec non de hoc praesente tantū ieiunio dico, sed de ceteris etiam innumerabilibus peccatis. Ne hoc cōsideremus tantum, an multi sint intercepti, sed illud cōsideremus, quomodo illos reducamus, ne exaggeremus res hostiū ac nostras deijciamus, ne illos potentes ostendamus, nostras uero res imbecilles, sed oia potius in contrariū faciamus. Nouit etiam fama uel deſcere, uel erigere animū. Ideoq; moneo ut illos rumores augeamus qui res nostras attollunt magnasq; uideri faciunt, non aut illa fratres exaggeremus quae toti sodalitati dedecus offundunt. Contra si quid audierimus boni apud oēs proferamus. Si quid uero mali prauiq; apud nos ipsos occultemus, idq; ut tollamus, nihil non faciamus. Et nunc obambulemus, curiose scrutemur, contēplemur eos qui lapsi sunt, etiam si in aedes oporteat ingredi, ne grauemur. Quod si ignotus fuerit, nec ulla ex parte ad te pertinens is qui cecidit, scrutare, esto curiosus, quem habeat amicū aut necessarium, & cui maxime obtēperet, hoc assumpto ingredi in aedes, ne pudeſcas, neque erubescas. Si ingredi deris pecuniā postulaturus aut beneficiū accepturus ab illo, aequum erat erubescere. Ceterum quum pro illius salute ingrediendi occasione ceperis, liberatus es ab omni crimine. Asside sane, loquere cum illo, alijs de rebus facito sermonis exordio, quo correctio careat suspitione. Dic mihi, laudas ne Iudaeos eo quod Christum crucifixi xerint, quodq; eum conuicijs afficiant, & legis transgressorē appellant? Profecto non sustinebit si fuerit Christianus, etiam si milies Iudaizet dicere, laudo, sed obturabit aures dicentq; tibi, absit. Bono animo sis homo, quum ab ipso ceperis consensum unius proloqui. Rursus assumpto dicens: Quomodo igitur cum illis, dic mihi, quomodo particeps es festi: quomodo cum illis ieiunas? Post haec accusa illorum improbitatē, expone omnē iniquitatem, quam superioribus diebus narrabam apud uestram charitatē, a loco, a tēpore, a templo, a praedictione prophetarum redargui: ostende quomodo frustra & incassum omnia faciunt, nec unquam ad pristinum statum redituri sunt, quodq; fas illis non est extra Hierosolymam

Celandi peccantium multitududo

Quare non expedit, publicare turbam peccantium

2. Reg. 1

Peccata sananda potius quam traducenda al. huic dicebam. Et tota uisum se scribendum erat. Sed

hodie praoptasti flagellari torq̄ ueriq̄; à febrivulneribusq̄; ne abijceres pietatem, non incantamentis, non applicaturis ac spebus istiusmodi insecutus, neque sensu prementium dolorum deiectus. Nam etsi te non auferat hæc febris, alia prorsus auferet, etsi nunc non moriamur, tamen posthac moriemur: Mortale corpus sortiti sumus, non ut illius cupiditatibus obtemperantes impietatem amplectamur, sed ut illius affectionibus ad pietatem abutamur. Hæc enim corruptibilitas, & hoc ipsum mortale corpus si sobrii fuerimus, nobis est materia probationis, multamq̄ nobis in illo die præstabit fiduciam. Non autem in illo solum, uerum etiam in præsentia uita. Siquidem cum eieceris incantationes multa cum contumelia ex ædibus tuis, omnes hoc audito collaudabunt, mirabunt & inter se dicent, Ille laborans ægrotansq̄ plurimis exhortantibus, incitantibus, consulentibus, ut magis quibusdam incantamentis uteretur, non accessit. sed respondit, Satius est hoc pacto mori, quam deserere pietatem. Ad hæc consequentur multi plausus ab his qui audierint, cunctis stupentibus, deum glorificantibus, Hoc quot statuis erit tibi honorabilius? quot imaginibus magnificentius? quanto honore insignius? Omnes laudabunt, omnes tuam felicitatem prædicabunt, omnes te corona dignum iudicabunt. Præterea ipsi quoque meliores fient, ac uicissim tuum exemplum æmulabuntur, imitabunturq̄ fortitudinem, & si quis alius tale quippiam fecerit, tu mercedem feres, qui exempli fueris autor. Neque tantum consequentur laudes recte factorum, uerum etiam celerrima morbi leuatio, quum ipsa tua præclara uoluntate conciliante tibi deum ad maiorem beneuolentiam, tum sanctis omnibus gratulantibus tuæ promptitudini, atq̄ ex intimo corde pro te preces fundentibus. Quod si hic talia sunt præmia fortitudinis huius, cogita quantas illic recipies coronas, quum angelis omnibus præsentibus, omnibus archangelis, Christus adueniens prehensa manu tua in medium te illud theatrum produxerit, cunctisq̄ audientibus dixerit, Hic homo quum aliquando febre correptus esset, multis ipsum exhortantibus ut à morbo liberaretur, propter nomen meum, ac reuerentiam quam habet erga me, ne quid offenderet meam bonitatem, omnes qui pollicebantur ipsi damnatarum artium præsidio sanitatem, repulit, cumq̄ ignominia reiecit, ac praoptauit emori potius morbo, quam deserere meam beneuolentiã. Etenim si eos qui ipsi potum dederunt, qui uestierunt, qui cibum dederunt in medium adducit, multo magis adducet eos qui propter ipsum optarunt obnoxij esse & affligi febrim. Neq̄ enim simile est dare panem ac uestem, & morbum diutinum perferre. Imò hoc illo multo maius est. Quanto enim laboris ac doloris plus toleratum fuerit, tanto etiam corona erit magnificentior. Hæc & sani meditemur & ægrotantes inter nos colloquamur, & si uiderimus nos ipsos aliquando febrim intolerabilem correptos, illud apud nos ipsos dicamus: Quid autem si nobis alicunde intentata lite ad tribunum rapiamur, moxq̄ sublatis nudentur latera, an non necesse fuerint omnino perpeti, idq̄ nullo lucro nullaq̄ mercede? Hoc & nunc cogitemus, proposita sit etiam tolerantia merces satis magna, ut leniat collapsum animum. Sed molesta est febris. Verum oppone illi incendium gehennæ, quod effugies omnino, si uolueris istam febrim cum omni tolerantia perferre. Reputa tecum quam multa passi sunt apostoli, considera iustos perpetuo in afflictionibus fuisse, recordare beati Timothei, qui nunquam ab aduersa ualetudine respirauit, sed ab adolescentia iugi morbo erat obnoxius, idq̄ Paulus declarans dixit, modo dico uino utere propter stomachum tuum ac frequetes infirmitates tuas. Quod si ille iustus ille sanctus, ille qui orbis præfecturam suscepit, qui mortuos excitauit, qui demones abegit, qui morbos innumerabiles in alijs correxit, tam acerba passus est, quã excusationem habebit qui tumultuatur ac deficit in morbis temporarijs? Non audisti scripturã dicentem, Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Quam multa frequenter optarunt martyrij coronã accipere? Hæc est parata martyrij corona. Non enim is modo iustum peragit, qui iustus sacrificare, potius ducit emori, uerum etiam seruamtem quod iustum est, ac sponte propter deum mortem accersere, manifestum est martyrium. At ut intelligas hoc esse uerum, recordare quomodo Ioannes baptista mortuus sit, & qua de causa, & quam obrem, quomodo Abel. Neuter enim horum uel altare uidit incensum uel statum positam, uel iustus fuit immolare demonibus, sed ille quidem quia tantummodo reprehendit Herodem, decollatus est, hic uero quoniam deum meliori sacrificio honorauit quam frater, occisus est. Num igitur priuati sunt martyrij coronæ? At quis hoc

Laus recte factorum

Exempli bonum prodest ei qui dedit

1. Tim. 5

hoc audeat dicere? quandoquidẽ ipsum etiã mortis genus sufficit ad omnib. persuadendum, quod inter primos martyres celebrantur. Quod si etiam diuinam sententiam super his prolata quæris, audi quid dicit Paulus. Nam quæ ille loquitur, sine dubio spiritus sunt. Puto enim, inquit, quod spiritum dei habeam. Quid igitur hic dicit? Exorsus ab Abel quum dixisset, quod maiorem hostiam Abel præ Cain obtulisset deo, & propter hanc mortuus adhuc loqueretur: deinde digressus ad prophetas ac decursa serie usq̄ ad Ioanem, dixisset occisione gladij mortui sunt, alij uero disteti sunt, multis & diuersis mortis generibus commemoratis, subiicit hoc modo, Itaq̄ nos quoq̄ tantam habentes circumdantem nos nubem martyrum abiecta omni segnicie & tenaciter inhaerente peccato, per tolerantiam curramus. Vides quod etiam Abel appellauit martyrem, & Noe & Abraham & Isaac & Iacob. Nam & isti propter deum mortui sunt. Quemadmodum, inquit Paulus, quotidie morior: atqui non mortuus est, sed proposito tantum perpeffus est mortem. Sic & tu si reperis incantamenta, ueneficia, ac magicas artes, etiam si morbo moriaris, martyr perfectus fueris, eo quod alijs pollicentibus morbi leuationem cum impietate, praoptaris mortem cum pietate. Et hæc nobis dicta sunt, aduersus eos qui faciunt dicuntq̄ demones mederi. Cæterum ut intelligas, ne hoc quidem esse uerũ, audi quid Christus dicat de diabolo, Ille homicida erat ab initio. Deus dicit, homicida est, & tu ad illum tanquam ad medicum curris: Dic mihi quum accusaberis, quam rationem adferre poteris, qui credas horum imposturis esse fidendum potius quam Christi sententiã? Quum igitur deus dicat, homicida est, isti uero dicant, potest leuare morbos, nimirum repugnantes sententiã diuinã, tu recipiens maleficia illa, & incantamenta, nihil aliud quam ipsis factis tuis iudicas, istorum uerbis potius habendam fidem quam Christi. Quod si diabolus homicida est, manifestum est quod illi seruientes demones sunt. Et hoc quoq̄ te ipsis factis docuit Christus, qui permisit illos irruere in illum gregem porcorum, ut intelligeres quod eadem facturi fuerint hominib. statimq̄ præfocassent, si deus illis permisisset aduersus eos propria potentia ac uoluntate uti. Nunc uero ipse illos cohercuit prohibuitq̄, nec quicquam eis permisit facere aduersus homines: quod quidem ipsi potestate accepta in porcos declarauerunt. Etenim si porcis non pepercerunt, multo minus à nobis abstinuissent, si aduersus nos potestatem habuissent. Ne igitur dilecte fraudibus illorum abducaris, sed esto confirmatus in timore dei, ne similibus illorum fias. Nam similes illorum sunt qui faciunt eadem, & omnes qui confidunt in illis. Et quomodo ingredieris in Synagogã? Si signaris frontem tuam, ilico fugit praua potestas synagogam inhabitans, Sin uero non signaueris, in ipsis foribus protinus arma abiecti sit, mox nudum et inermem abreptum diabolus malis innumeris afficiet. Sed quid attinet de illis loqui? Nam quod ipse quoq̄ maximum peccatum esse iudicas, ad sceleratum illum locum accurrere, manifestum est ex ipso ad eundem modo. Etenim quoties illuc accedis, studes & famulos & amicos & uicinos fallere, iubesq̄ ne te deferant ad sacerdotes, ac si quis deuulerit indignaris. An non igitur magnæ dementiæ sit homines uelle fallere, quum deus qui uidet, ubiq̄ sit præfens, perfrectaq̄ facie tantum facinus audere? Sed non times deum? Ergo saltẽ ipsos reuerere Iudeos. Quibus em̄ oculis ipsos intueberis? quo ore alloqueris, profitens te esse Christianum, tamen ad illorum artes currēs, & ab illis opem implorans? Non perpendis quantum risum in te effundent, quot scommata, quantam subsannationem, quanta dedecora, quãtam irrisionem, quanta probra? Et si non palam, certe in sua ipsorum conscientia. Proinde dic mihi, hæc cine sunt tolerabilia? hæc cine ferenda? Etiam si mille mortes sint oppetendæ, si non ferenda mala tolerare sit necesse, multo satius erat omnes illas perpeti molestias, quam istis scelestis risui & ludibrio fieri, præterea cum mala conscientia uiuere. Hæc non dico ut ad diatis tantum, uerum etiam ut his morbis laborantes sanentis. Quemadmodum enim illos incusamus, quod ad sceleratum illud theatrum, & impiam illam aberrant synagogã, sic & uos, quod infirmos corrigere nõ uultis. Nõ igitur hoc est quod quaritur dilecte, ut huc ingressus tantum audias quæ dicuntur. Nam id quidem etiam ad condemnationem facit, quum auditis sermonibus non adiungitur operum demonstratio. Etenim propterea Christianus es, ideo hoc nomen accepisti, ut Christum imiteris, eiusq̄ legibus operum exhibitione pareas. Quid autem ille fecit? Non Hierosolymis descendens uocauit ad se ægrotos, sed obambulabat ciuitates ac uicos, geminos curas morbos, tum animi, tum corporis: attamen poterat eodem in loco sedens omnes ad se at-

1. Cor. 7

1. Cor. 15

Dilemma

Pudor arguit conscientiam

Ab hostibus arguit

trahere, non tamen hoc fecit, nobis praebens exemplum, ut ambulemus & quæramus eos qui pereunt. Rursus hoc etiam parabola de pastore significauit: non enim desidebat cum nonaginta ouibus expectans donec quæ aberrauerat ueniret ad ipsum, sed abiit ipse & inuenit, inuentamque gestauit humeris ac reduxit. An non uides medicos quoque hoc ipsum facere? Non cogunt aegrotos lecto decumbentes ad ipsorum aedes deferri, sed ipsi accurrunt ad eos. Hoc & tu facito dilecte, sciens hanc praesentem uitam esse breuem, quodque nisi hæc lucra parauerimus nullam illic sumus habituri salutem. Sæpe una anima quam lucrati fuimus potest innumerabilium peccatorum pondus abolere, animaque redimenda fieri precium in illo die. Cogita quamobrem propheta, quamobrem apostolus, quamobrem iusti, quamobrem frequenter angeli missi sint, quapropter ipse primogenitus filius ac uerbum dei aduenit. An non ut homines serualet: an non ut eos errantes reduceret? Hoc idem facagas tu quoque pro uiribus tuis, omneque studium ac sollicitudinem impendas ad reduendum eos qui aberrarunt. Ad hæc uos singulis concionibus adhortari non cesso, siue mentem adhibeatis siue non adhibeatis, ego dicere non desinam. Nam hanc legem nobis deus praescripsit, ut siue audieritis, siue non audieritis, hoc ministerium impleamus. Et si quidem audieritis ea quæ dicuntur, multa cum uoluptate hoc ipsum faciemus. Sin autem neglexeritis ac per insignem fœcordiam contempseritis, nobis quidem ex uestra inobedientia nullum futurum est periculum (Quandoquidem quicquid erat nostrum praestitimus) attamen quanquam non periclitamur nos qui praestiterimus omnia quæ in nobis sunt, dolemus tamen quod uos accusabimini in die illo. Non enim absque periculo uobis erit audisse, si non accesserint opera. Audi igitur quomodo Christus accusans doctores sermonem occultantes, etiam his qui docentur loquatur. Quum enim dixisset, oportuit deponere pecuniam apud mensarios, & adiecisset, Ego ueniens cum usura utique repetissem illam: ostendit, quod postquam audierit (Nam hæc est pecuniae depositio) qui accepit doctrinam, usuram facere oporteat, tanquam domino repetituro. Viura autem doctrinae nihil aliud est, quam operum exhibitio. Ergo quoniam nos quoque deponimus pecuniam in aures uestras, necesse est, ut uos reddatis usuram domino, hoc est salutem fratrum uestrorum. Itaque si hæc ipsa quæ dicuntur tantum detinueritis, nihil ex his lucrificantes, metuo ne eandem detis poenam, quam dedit ille qui defoderat talentum. Nam ille propterea manibus ac pedibus uinctus in tenebras eiectus est externas, quoniam non deprompsit in alios quæ audierat. Ne igitur nos quoque eadem patiamur, eum qui quinque talentis acceptis duo lucratus est imitemur, etiam si sermonem, etiam si pecuniam, etiam si corporis laborem, etiam si preces aut aliud quippiam quicquid illud fuerit proximo seruando infumere oportuerit, ne grauemur, ut undecunque talentum nobis à deo traditum pro sua quisque portione multiplicantes, possimus illam beatam audire uocem, Euge serue bone, & fidelis, in paucis fuisi si fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui: quam nobis omnibus audire contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, qui cum & per quem, patri gloria simul cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Orationum aduersus Iudæos, finis.

EIVSDEM HOMILIA POST CALENDAS DE HIS QUI EIVS DIEI postridie inebriantur, de quibus qui commeant ad cauponas, ac popinas, quique choreas ducunt per ciuitatem, praeterea, quod non oporteat praepotorem desperare de discipulis, etiam si non protinus obtemperent, postremo de Lazaro mendico ac diuite.

Satana festum uoluptatibus dicatum



Sobria ebrietas

HESTERNVM diem, quum esset festum satanae, fecistis festum spiritus, quia multo cum animi studio recepistis ea quæ à nobis dicebantur, maximamque diei partem in eo consumpsistis, ebrii temulentia quadam sobrietatis plena, cumque Paulo ducentes choreas. Qua quidem ex re uobis geminum accreuit lucrum, primum quod ab indecora temulentorum saltatione abstinuisistis, deinde quod spiritualibus saltastis tripudijs, quibus plurimum adest decoris ac modestiæ. Ad hæc quod crateris participes fuistis, non mero sed spirituali doctrina redundantis, neque saltastis ad tibiae citharæque modos, sed ipsi tibia citharæque fuistis spiritu sancto, quumque ceteri choros ducerent diabolo, uos eo quod hoc in loco uersabamini, prae-

præbuitis uos ipsos organa uasque spiritui, exhibuistisque animas uestras, ceu musica instrumenta quæ spiritus sanctus pulsaret moueretque, præbuitis corda uestra, uelut organa, quibus gratiam suam inspiraret. Vnde modulatum concentum reddidistis, non solum homines demulcentem, uerum etiam supernas uirtutes delectantem. Age itaque & hodie, aduersus ebrietatem armemus linguam, istamque uitam madidam ac dissolutam prosterneamus, uituperemus istos qui in ea totis diebus uersantur, non ut illos pudefaciamus, sed ut eos à pudendis liberemus, non ut illos probris afficiamus, sed ut eos corrigamus, non ut illos traducamus, sed ut ab infami traductione, & à diaboli, hoc est traductoris manibus eripiantur. Quisquis enim in temulentia totos agit dies, quisquis in delicijs & ingurgitatione, sub diaboli tyrannidem redactus est. Atque utinam oratio nostra profectus aliquid adferat. Quod si post nostram etiam admonitionem in iisdem uitijs perseverarint, ne sic quidem nos desistemus apud uos quod rectum est consulere, quandoquidem & aquarum uenæ, etiam si nullus ueniat aquatum, manant tamen: & fontes quamuis hauriat nemo, tamen scatebras emittunt, & amnes etiam si nemo bibat, nihilo secius fluunt. Sic oportet & illum qui concionatur, quamuis nullus auscultet, tamen præstare quicquid in ipso situm est. Si quidem hæc lex nobis qui sacri sermonis administrationem suscepimus à benigno praescripta est deo, ne unquam quod quidem in nobis fuerit facere defatigemur, nec ullo tempore fileamus, siue sit qui auscultet, siue sit qui praetercurrat negligens quod dicitur. Nam & Hieremias quum Iudæis multa minitans, malaque imminentiæ prædicens, ab audientibus subsannaretur, totoque die rideretur, cogitabat ab illa prophetia desistere, nimirum humano quodam affectu uictus, sannas illas & conuicia perpeti non ualens, aitque: Factus sum ridiculus toto die, dixi: Non loquar, neque nominabo nomen domini, & factus est in me uelut ignis ardens, atque æstuans in ossibus meis, ac dissoluo nec possum ferre. Quod autem dicit hunc habet sensum. Volebam, inquit, à prædicatione desistere, propterea quod non auscultabant Iudæi, & simulatque hoc cogitarem, irruit in animam meam spiritus uis, uelut ignis, omniaque intima mea succendit, consumens insuper & exedens ossa mea, adeo ut incendium illud ferre non possem. Quod si propheta qui quotidie ludibrio habebatur, quotidie conuicijs incessebatur, sic discruciatu est, eo quod statuerat silere: qua tandem uenia digni censebimur, si qui nondum tale quicquam perpessi sumus, tamen ob quorundam negligentiam desiciamus animum, & ab exhibenda illis doctrina cessemus, maxime uero quum tam multi sint, qui se præbent attentos. Non hæc loquor mei consolandi delinquentium gratia. Nam meo quidem ipsius animo persuasi, quoad spirauero, & donec domino uisum fuerit nos in praesenti uita uersari, hoc implere ministerium, siue quis attendat siue non attendat, ut faciat ea quæ præcipiuntur. Verum quoniam sunt nonnulli, qui multorum manus dissoluunt, neque contenti quod ipsi nihil utilitatis adferunt uitæ nostræ, etiam aliorum studium ac feruorem refrigerant sannis ac dicerijs dum aiunt, Desine bene consulere, desiste monere, Nolunt tibi auscultare, Ne quid sit tibi cum illis commercij. Quoniam ergo sunt quidam ista loquentes, inhumanam hanc sententiam, insidiasque diabolicas excutere uos est multorum animis, pluribus hac de re dissero. Siquidem & heri noui multos, qui talia uerba protulerint, qui quum conspicerent aliquos in caupona detriuisse tempus, cum risu sannisque dicebant, Scilicet omnino persuasi sunt, Nemo prorsus cauponam ingressus est, Omnes sobrii sunt redditi. Quid ais homo: uidelicet istuc polliciti sumus, nos uno die omnes illos reti capturos: Nam si decem modo persuasi fuerint, si quinque tantum, si unus, nonne nobis hoc sufficit ad consolationem? Ego uero dicam quiddam hoc etiam uehementius, Pone neminem nostris dicitis fuisse persuasum. Quamquam id fieri nunquam potest, nimirum ut sermo in tam multas aureis disseminatus uacet omni fructu. Veruntamen pone istuc esse, ne sic quidem nobis nihil adferet lucri sermo noster. Nam etiam si nonnulli ingressi sunt cauponam, non tamen cum pari qua solent impudentia sunt ingressi, sed ad ipsam etiam mensam crebro nostrorum uerborum recordati sunt, subiit illis nostra reprehensio, redijt in memoriam nostra obiurgatio, ac recordantes rubore suffusi sunt, erubuerunt tacita cogitatione, nec simili impudentia fecerunt ea quæ solebant. Hoc autem initium est salutis, optimèque mutatio nis, si quem penitus sui pudeat, si quis prorsus damnat ea quæ fiunt. Quin ex hoc insuper & aliud nobis lucrum non minus nascitur. Quod autem hoc: Nimirum illud, quod eos qui sobrietate amplectuntur reddimus modestiores magisque compositos, dum ex oratione no-

Musica piorum

Mali non infamandi, sed corrigendi

Similia pulchra

Verbi minister nunquam cessare debet ab officio

Cap. 2

Verbum semper in aliquo fructificat

Gradus ad uirtutem est, minus impudenter peccare.

Reprehensio / fra declaratur, quod optimis ducantur consilijs, qui non abducuntur exemplo multitudine sermo bo-
 nis reddidit me abduxit a uitio sermo noster, sed tamen eos qui cum uirtute uitam agunt, reddidit attentio
 liores res. Super hac quoque quiddam addam tertium. Hodie non persuasi, sed cras persuade-
 re poterō. Quod si minus cras, attamen perendie, aut quarto ab hinc die fortassis persuas-
 dum de malis sero. Qui hodie quod audiuit reppulit, cras fortassis audiet ac recipiet. Tum qui ho-
 dieo crastinoque die contempsit, fortassis post dies complures præbebit animum ijs
 que dicentur. Quandoquidem & illud crebro fit, ut piscator qui per totum diem uacuum
 Simile à pesca-
 tore attraxit rete, sub noctem iam abire parans, capto qui ipsum per totum fefellerat diem, pi-
 sce, discedat. Quod si ideo uicturi sumus in ocio, & ab omnibus actionibus uidebitur ab-
 stinendum, eo quod semper euenit, ut alicubi frustrerur optatis, uniuersa nobis perierit
 uita: nec spiritualia modo, uerum etiam illa quæ ad uitæ presentis usum pertinent, simul
 Ab agricolis interierint omnia. Etenim si agricola protinus ab agricolatione resiliat, quod semel atque
 iterum aut sæpius acciderit aeris inæqualitas, breui fame periremus omnes. Item si nauicle-
 rus, ob semel atque iterum aut sæpius obortam tempestatem fugat mare, futurum est ut
 nemo uehatur pelago, atque hinc rursum peribunt nobis omnia uitæ cōmoda. Quod si per
 singulas artes percurrere, ista quæ nos facere uis, suadeas moneasque, cuncta funditus inter-
 ibunt, terraque carebit ædificijs ac domicilijs. Itaque quum hæc omnia sciant, etiam si semel
 atque iterum aut sæpius frustrati fuerint optato negociorū, in quibus uersantur, exitu, denuo
 pari cum alacritate redeunt ad eadem. Nam & ruricola, ubi semel atque iterum ac sæpius se-
 men aruo commisit, nec uotis respondet prouentus, rursus eandem exercet segetem, neque
 A negociatō-
 tore raro fit, ut totius temporis iacturam uno faciat anno. Sic & negociator quāquam crebro
 fecit naufragiū, non tamen abstinet à portu, sed & postea nauim detrahit, & nauitas condu-
 xit, & pecunijs mutuo datis, eadem aggreditur negocia, idque cum nihilo magis nunc sciat
 quomodo cessurum sit quàm scierat antea. Denique quicumque solent aggredi rem quācumque
 ita facere cōsueuerunt, quemadmodū faciūt agriculator ac negociator. Et post hæc quum
 illi tantam abhibeant curam studiumque, circa res ad presentis usum uitæ pertinentes, licet
 exitus sit incertus, nos si loquentes non auditi fuerimus, illico desinemus? Et quam obtine-
 bimus ueniam? Quid excusationis adferemus? Et tamen illis, si non successerit, nullus est
 qui damnum acceptum leniat. Veluti si mare nauim fluctibus obruerit, nemo medebitur
 inopia naufragi. Si uis hymbrium effusa in aruum præfocarit sementem, cogitur agricola
 uacuis manibus abire domum. Nostra uero quum loquimur aut exhortamur, non est ea-
 dem conditio. Imò si semen per te iactum auditor non receperit, nec obedientiæ fructum
 retulerit, tu tamē cōmunicati consilij mercedē fers à deo, nec minus accipies præmij, non
 auditus, quàm accepturus eras, si ille obtēperasset. Quod erat in te, præstitisti. Ceterū ad id
 ut persuadeamus auditoribus, non sumus obstricti, sed tantum ut admoneamus. Nostræ
 quidem partes sunt admonere, illorum uero obtemperare. Et quemadmodum, si nos ad-
 monendi officio functi non fuerimus, etiam si decem milia benefactorum prodierint, ipsis
 solis repositum est præmium, ad nos nihil redibit lucrī, quandoquidem non dedimus con-
 silium, Ita si nobis admonentibus illi non auscultarint, ad ipsos solos redibit omnis ultio,
 nobis autem nihil imputabitur, quin potius copiosa merces nobis ueniet à deo, si quidem
 Matth. 25 quicquid in nobis erat situm, præstitimus. Nihil aliud iubemur, quàm apud mensarios de-
 Talentū uerbi deponēdū, ponere pecuniam. Loquere & admone, Verum non audiuit, Tu nihilo secius habes pa-
 usuram præ- ratam mercedem. Ne destiteris, priusquam persuadeas, donec spiritum afflaueris. Termini
 stare non est nus monendi, sit obedientia monitionem tuam recipientis. Diabolus circumcurſat obſi-
 in nobis stere cupiens nostræ saluti non solum ipse nihil hinc lucrī reportans, uerum etiam suo stu-
 Minister uerbi dio grauissima detrimenta sibi concilians. Is tamen usque adeo uesanus est, ut frequenter
 bi uigilantior & illa tenet, quæ nequaquam fieri possunt, nec illos solum adoriatur, quos omnino cōn-
 esse debet ad fidit se supplantaturum deiecurumque, uerum etiam eos, quos probabile est artibus ipsius
 seruandū quā fore superiores. Itaque quum audiret laudari ac mirifice prædicari Iob, ab eo qui nouit
 diabolus ad arcana omnia, nimirum deo, sperabat fore, ut eum uiribus superior subuerteret, nec desti-
 perendum tit omnia mouere moliri, quo supplantaret hominem, nec desperauit impurus ille ac sce-
 leratissimus dæmon, idque quum deus illi iusto tantum uirtutis suo suffragio tribuisset. Et
 post hæc nō erubescimus, neque pudore suffundimur, dic mihi, si quum diabolus nunquam
 desperet

Ministro uerbi
 bi, etiam si pe-
 reat opera, nō
 tamen perit
 merces

Matth. 25
 Talentū uerbi
 deponēdū,
 usuram præ-
 stare non est
 in nobis
 Minister uerbi
 bi uigilantior
 esse debet ad
 seruandū quā
 diabolus ad
 perendum

desperet nostram perniciem, sed indefinenter eam expectet, nos fratrum salutem despe-
 rauerimus? Et tamen illum decebat etiam priusquam expertus esset à lucra abstinere, nam
 deus erat, qui testimonium ferebat de iusto. Nec tamen abstinuit, sed præ nimio furorē
 quo fertur aduersus nos, etiam post dei testimonium sperabat futurum, ut illius ætatis præ-
 stantissimo uiro superior euaderet. Caterum nihil est tale, quod nos in desperationem adi-
 gat, & tamen desistimus. Ac diabolus quidem uetante deo, non discedit à pugna aduer-
 sum nos suscepta, tu uero quum deus mandet extimuletque ad subueniendum lapsis, reli-
 lis refugisque. Audierat diabolus loquentem deum, homo iustus, uerus, timens deum, absti-
 nens ab omni opere malo, quodque nullus esset illi similis ex ijs qui sunt super terram, & ta-
 men post tanta taliaque iudicia perseuerauit dicere: Quid si quādo perpetuitate magnitudi-
 neque malorū irruentium ualeamus illum superare, & hanc excessam deicere turrim? Quis
 igitur erit nobis ueniæ locus, aut quid excusabimus, si quum tanta sit mali dæmonis in no-
 strum infantentis exitium uigilantia, nos ne tantulum quidē similis diligentia adferamus
 ad salutem fratrum nostrorum, præsertim quum deum habeamus auxiliatorem? Itaque
 quum uideris fratrem tuum, durum, rigidum, minimeque attentum, dic apud te metipsum:
 Quid si progressu temporis aliquando ualeamus illum flectere? Hoc nimirum & Paulus
 præcepit. Seruum domini non oportet litigare, sed placidū esse erga cunctos, erudientem
 eos qui resistunt ueritati, si quando det illis deus pœnitentiā in agnitionem ueritatis. An
 non uides parētes, quomodo filijs suis, licet frequenter desperatis, assident, lachrymantes,
 lamentantes, exofculantes, omnia quæ possunt ad mouentes, ad supremū usque halitū: Hoc
 quocumque facito pro fratribus. Et tamen illi nō possunt lachrymis ac lamētis, neque morbū de-
 pellere, neque mortem imminetē abigere. Tu uero frequenter poteris, animam deplora-
 tam, assiduitate instantiaque per lamenta reuocare ac suscitare. Dediti consilium, nec per-
 suasisti, illa chryma, punge frequenter ac suspira paululum, ut tua sollicitudo incutiat illi ue-
 recundiam, itaque se conuertat ad salutem. Quid ego solus possem efficere? Neque enim quo-
 tidie uobis omnibus adesse ualeo, neque suppetit mihi facultas, ut solus cum tāta dispu-
 tudine. Ceterū si uos uelitis inter uos, alijs aliorum partiri curam salutis, ac uestrum
 quicquid unum suscipere fratrum neglectiorum, illico nobis cresceret ædificatio. Et quid attinet
 dicere de ijs, qui post multam ac diutinam admonitionem seiplos ad meliorē frugem re-
 cipiunt? Etenim quum illi non teneantur immedicabili morbo, non oportet desistere, neque
 curam abijcere, etiam si certum præsciamus futurum, ut post multam sollicitudinem, mul-
 tamque adhibita admonitionē nihilo plus simus profecturi. Quod si hæc oratio uobis uide-
 tur incredibilis, ex factis dictisque Christi reddemus eam credibilem. Nam nos quidē igna-
 ri sumus futurorum, unde nec diiudicare possumus de ijs qui audiunt, utrum obtempera-
 turi sint dictis nostris, an secus. Christus autem istarum rerum certam habens præscienti-
 am, non defatigatus est corrigendis ijs à quibus audiebatur, usque ad extremū. Itaque quum
 sciret Iudam non esse reuocandum à proditione, non tamen cessauit, assiduus consilijs, mo-
 nitis, beneficijs, minis, demum omni doctrinæ specie à proditione retrahere, nec destitit
 illum dictis ceu freno cohibere. Hoc autem fecit nos instituens, ut etiam si præsciamus fu-
 turum, ut fratres non obtemperent, tamē quicquid in nostra fuerit facultate præstemus,
 tanquam parata nobis admonitionis nostræ mercede. Vide autem quāta assiduitate quan-
 taque sapientia illum cohibuerit, Vnus uestrum me proditurus est. Ac rursum: Non de o-
 minibus uobis loquor, noui quos elegi. Et: Vnus ex uobis diabolus est. Sustinuit omnes
 in angorem inducere, ne uulgaret proditorem, ac manifesta redargutione redderet eti-
 am impudentiorem. Nam ut intelligas quod illis etiam angorem iniecerint Christi dicta,
 licet sibi nullius mali conscijs, audi quomodo quisque anxius dicit: Num ego sum dominus?
 Neque uero dictis tantum, uerum & factis illum corripuit, uidelicet quod quum humani-
 tatem suam frequenter ac modis omnibus declarasset, leproſos emundans, dæmones abi-
 gens, agrotos sanans, mortuos excitans, dissolutos astringens, breuiter, quum omnibus
 benefecisset, neminem tamen puniit, semper habens in ore: Non ueni ad uocandum iu-
 stos, neque ut iudicem mundum, sed ut seruem mundum. Caterum ne putaret Iudas,
 quod tantum nosset benefacere, punire uero nequaquam, & hanc quoque docuit portio-
 nem, uidelicet quod punire posset supplicioque afficere peccantes. Iam & illud uide, quā
 sapienter, quāque modis ipso dignis hoc docuit. Hominem punire supplicioque afficere
 sustinuit

Iob tentatus

Doctor placidus
 et lenis
 2. Timoth. 2
 Simile

Fratrem frat-
 ter trahat ad
 salutem

Christi erga
 Iudam leni-
 tas

Matth. 26
 Ioan. 13

Quare Chris-
 tus qui omni-
 bus benefece-
 rit, neminem pu-
 nierit in terris

sustinuit neminem. Qui sic? Ut discipulus puniendi facultatem in eo cognosceret. Etenim si quem punisset, declarasset ipsum pugnare secum, quippe qui dixerat: Non ueni ut iudicem mundum, sed ut seruem mundum. Rursum si neminem punisset, mansisset incorrigibilis discipulus, nisi & factis didicisset illi esse puniendi facultatem. Quid igitur? Ut simul & terreret discipulum, ne per contemptum fieret deterior, nec ullus tamen hominum, afflictionem, poenam, aut supplicium pateretur, in facie arboris Christus hanc suam potestatem exercuit, dicens: Ne post hac ex te fructus nascatur, eaque mox simplici uerbo exaruit. Hoc pacto factum est pariter, ut & nihil noxae rediret ad ullum hominem, & ipse suam potestatem declararet, uindicta in arborem impacta. Discipulus autem si hac animaduertisset, ingentem ex hac ultione cepisset utilitatem. Sed deus praescius & hoc euenturum, non hoc tantum, uerum etiam aliud hoc multo maius effecit. Quum gladius & fustibus armati manus in ipsum pararent iniicere, tum illos omnes excaecauit. Id enim declarauit, quum diceret: Quem quaeritis? Quum enim Iudas frequenter dixisset: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum, ille uolens etiam ipsis Iudaeis facere fidem quod uolens ad mortem iret, nec Iudae malicia uictus huc adigi potuerit, ipso proditore, cum caeteris omnibus, astante, quem inquit quaeritis? Itane non nouit quem erat proditurus? Sed dominus obcaecarat illius oculos, nec id solum, uerum etiam omnes hac uoce resupinatos debecit in terram. Vbi uero nec ea res illos reddidit humaniores, neque scelerosum illum a prodicione reuocauit, sed perseverabat insanabilis, ne sic quidem alienatus est dominus, quo minus rursus illi tum beneuolentiam, tum curam impenderet. Sed age considera, quomodo pungit, loquens uerba, quae maxime possent animae impudenti pudorem incutere, imò quae uel faxeam mentem queant emollire. Etenim simul atque Iudas irruisset ad eum osculaturus, quid ait? Iuda, osculo filium hominis prodidisti? Nec ipsa proditionis species pudorem incussit homini. Haec autem dicebat taxans ac pungens illum, pristinaeque comonefaciens consuetudinis. Attamen quum Christus tam multa tum fecisset, tum dixisset, ille tamen nihil factus est melior, non quod parum esset potens qui monebat, sed quod ille uercors. Christus autem quum haec omnia praesciret, non desijt tamen ab initio usque ad finem suam exhibere benignitatem. Sic igitur & nos, etiamsi sciamus omnia, debemus tamen infatigabiliter ac per omne tempus fratres nostros neglectos componere, etiamsi nihil ex admonitione fructus sit rediturum. Etenim si dominus qui praenouerat huiusmodi futurum euentum, hac usus est sollicitudine erga eum, qui nihil fructus laturus erat ex admonitione, quae tandem uenia digni fuerimus nos, si, quum incertus sit nobis rerum euentus, adeo socordes fuerimus circa proximi salutem, post unam atque alteram admonitionem eos deserentes? Denique praeter haec omnia quae dicta sunt, etiam quid in nobis ipsis accidat consideremus, reputantes, quod quum deum nobis quotidie loquentem, per prophetas, per apostolos audiamus (nam audimus quotidie) haud tamen desinit, uel appellare, uel docere re belles pariterque attentes. Quin & Paulus clamat, dicens: Pro Christo legatione fungimur, tanquam deo per nos obsecrante, rogamus pro Christo, reconciliemini deo. Quod si dicendum aliquid nouum & admirandum, haud tantum laudis meretur is qui praescit futurum ut is qui consilium accipit obtemperet, quantum is qui frequenter loquutus, frequenter adhibita monitione, frustratus est, nec sic tamen desistit. Nam priorem illum spes, pollicens futurum ut qui audit obtemperet, etiamsi segnissimus fuerit excitat ad officium admonendi. Contra hic quum assidue moneat, nec audiat, nec eo tamen desistit, feruidissimae cuiusdam ac uerissimae charitatis argumentum praebet, qui quum nulla simili spe alatur, tamen ob uim amoris erga fratrem, non desinit illius agere curam. Verum non oportere nos unquam desistere a cura lapsorum, etiamsi praesciamus illos nobis non obtemperaturos, abunde demonstratum est. Superest, ut ad eorum reprehensionem transeamus qui delicijs indulgent. Donec enim durarit hoc festum, donec ebrietatis uulnera mentibus ebriosorum infixit diabolus, oportet & nos admouere remedia. Huiusmodi quidem Paulum illis exhibuimus dicentem: Siue editis, siue bibitis, omnia in gloria dei facite. Hodie uero ipsum Pauli dominum illis proferemus, non modo consulentem aut monentem a delicijs abstinere, uerum etiam insultantem ac punientem eum qui in delicijs uiuere. Nam historia de diuite ac Lazaro, de qua caeteris horum similibus acciderunt, nihil aliud quam hoc declarat. Quin potius ne leuiter hoc aut obiter agamus, ordine uobis ipsam

Mar. 11

Fieri quare maledixerit

Ioh. 18

Ut nos peccatoles tolerat deus, ita debemus & fratrem tolerare. Plus meretur qui curat insanabilem

ipsam parabolam recitabimus: Homo quidam erat diues, & induebatur purpura ac bysso, & epulabatur quotidie splendide. Erat autem mendicus quidam nomine Lazarus, qui iacebat in uestibulo illius hulcerosus, cupiensque saturari de micis quae decidebant e mensa diuitis. Sed & canes adeuntes, circumlingebant hulcera eius. Qua gratia dominus per parabolas loquutus sit, & quam tandem ob causam ex parabolis alias quidem explicuerit, alias non item; & quid nam sit parabola, & si qua sunt huius generis alia, in aliud tempus referuabimus, ne ab oratione quae nunc festinat digrediamur. Caeterum illud modo uobis dicemus in praesentia, quis Euangelistarum scripserit hanc parabolam a Christo fuisse propositam. Quis igitur is est? Nimirum Lucas solus, quando quidem & hoc scire refert, quod inter ea quae referuntur ab Euangelistis, alia dicuntur a quatuor communiter, alia speciatim a singulis. Quam ob causam? ut simul & nobis esset necessaria reliquorum sacra lectio, & euidenter perspicua fieret illorum inter ipsos consonantia. Etenim si omnes omnia dixissent ita certa & explorata, ut nullam desiderarent inquisitionem, nequaquam apparuisset illorum insignis concordia. Quapropter, & omnes communiter multa scripserunt, & sibi quisque proprie sumpsit nonnulla. Quid igitur dicit Christus? Homo quidam erat diues, cuius uita uarijs uitijs erat inquinata, nec ipse tamen ullam sentiebat calamitatem, uerum illi cuncta uelut e fontibus affluebant. Quod enim illi nihil acciderit subitum aut inopinatum, nec ulla doloris materia, nec ulla aegritudo oborta rerum mundanarum prosperitatem interrupserit, hoc ipsum aperuit Lucas, dicens: Epulabatur & gaudebat quotidie. Caeterum quod uiosam egerit uitam, perspicuum est ex ipso uite exitu, quem fortitus est, & item ante uitae exitum, ex eo quod sic fastidiuit pauperem. Nam ista res declarat, quod non huius solum qui iacebat in uestibulo, uerum nec alterius cuiusquam ille miseratus fuerit. Etenim si illi perpetuo in uestibulo prostratum, quem quotidie semel atque iterum ac saepius uidere cogebatur, foras prodies ac domum rediens? Non enim in biuio nec in angiporto, occulto loco decumbebat, sed quae frequenter exiebat intrabatque diues, sic ut uel nolens aspiciere uideretur. Ergo si illum non est commiseratus, erga quem casu obuorū flexus est unquam misericordia? Etenim ut primum diem neglexerit, certe consentaneus erat, ut altero die sentiret aliquid afflicus. Quod si hoc quoque die dissimulauit, certe tertio die, certe quarto, certe quinto, aut huic proximo die prorsus animo flecti debebat, licet feris quoque fuisset immittor. Verum nihil istiusmodi sensit, sed illo quoque iudice, qui neque deum metuebat, nec hominem reuerebatur, & impudentior erat, & inexorabilior. Nam illum quidem uidua instantia, quamuis crudelem & asperum, tamen flexit ad gratificandum, uicitque mulieris supplicatio. Hunc uero non ista quidem res flectere potuit, ad subueniendum pauperi. Quanquam non erat similis postulatio, sed huius nempe Lazari multo fuit tunc facilior, tum iustior. Nam uidua quidem illum implorabat aduersus hostes suos, hic nihil aliud petebat, quam sedare famem, ille tamen contempsit pereuntem iacentemque. Illa flagitabat obstrepsens, hic autem quum saepius uno die stimularetur accessu famis, silens apparebat diuiti iacensque. Hoc certe satis erat, uel ad faxeam cor emolliendum. Etenim qui obtundunt, in hos frequenter etiam pro-uocatur ira. Caeterum quoties uidemus egenos multo cum silentio astantes, neque uocem ullam edentes, imò etiam si semper frustrentur, non tamen moleste ferentes, sed tantum offerentes sese nostro conspectui, quamuis simus ipsis lapidibus duriores, tamen admirabilem illum pauperum modestiam reueriti, flectimur. Iam & aliud accedebat, his quae dixi non minus, uidelicet quod ipsa quoque facies pauperis erat miserabilis, utpote fame diutinaque ualetudine cōfecta. Attamen nec harum rerum quicquam implacabilem illum emolliit. Haec igitur prima uitiosa crudelitas erat inhumanitasque, cui nihil poterat accedere. Nec enim simile est, si cui res sunt tenues non succurrat egenis, & si tantis affluens delicijs, fame tabescens despiciat. Rursum simile non est, si pauperem semel atque iterum conspectum praetercurras, & quum quotidie uideas, ne sic quidem ex assiduo conspectu sensum humanum excitari ad misericordiam. Rursum aliud est, si qui calamitatibus & angustijs premitur, maleque affectus est animo, non opituletur proximo; aliud si qui tanta fruitur uoluptate perpetuaque felicitate, alios fame tabescetes negligat, occludatque uiscera, nec uel ab ipsa laetitia reddatur humanior. Nam illud profecto nostris, quod licet simus omnium immittissimae, tamen successu rerum mitiores benignioresque reddi consueuimus. At illum ne copia quidem rerum reddebat meliorem, sed perseverabat uersus in feram, imò potius omnium ferarum crudelitatem

Euangelistae quum non omnia scripserint eadem

Luce 18

& inhumanitate moribus praestitit. Et tamen hanc scelerosam & inhumanam vitam agens, omnium rerum prosperitate fruebatur. Alter uero iustus, ac uirtutis studiosus in extremis erat malis. Nam Lazarum fuisse iustum duobus argumentis declaratum est, tum exitu uitae, tum & ante uitae finem, ipsa hominis in paupertate tolerantia. Quae nonne uideantur ni haec oculis intueris? Diuiti nauis erat plena mercium, ac secundo nauigabat uento. Verum ne quid mireris, ad naufragium festinabat, eo quod onus nolebat circumspice ponere. Vis tibi commemorem & aliud illius uitium? Quotidie uacabat delicijs. Nam & hoc erat uitium, non modo hoc tempore, quum tanta a nobis exigitur philosophia, uerum etiam in initio sub ueteri testamento, quum nondum nobis esset ostensa tam exacta philosophia. Audi igitur quid dicat propheta: Vae uobis, qui uenturi estis in die malum, qui appropinquatis, & tangitis sabbata mendacia. Iudaei putant sibi sabbatum ocij gratia fuisse datum, uerum non ista est causa, sed potius ut abducti a curis rerum temporalium, ocium omne consumerent in spiritualibus. Quod enim sabbatum non ocij sed spiritualis actionis materia sit, dilucidum est ex ipsis rebus. Nam sacerdos eo die duplum facit operis, qui quotidie non nisi unicum hostiam offerre solitus, sabbato iubetur offerre geminam. Quod si prorsus esset ocij dies, oportebat sacerdotem omnium maxime ocium agere. Quoniam igitur Iudaei corporalium rerum curis liberati, non uacabant spiritualibus, ut puta, sobrietati, modestiae, & audiendis diuinis sermonibus, sed contrarium potius faciebant, seruiantes uentri, indulgentes ebrietati, dissenti cibis, delicias, audi quomodo illos reprehendat propheta. Qui enim dixisset, tangentes sabbata mendacia, subiunxit: Qui dormitis in lectis eburneis, ac lasciuitis in stratis uestris. Qui comeditis hedos & caulis, & uitulos & bubulibus lactentes, qui bibitis uinum defecatum, ac primis unguentis unguimini. Acceperitis sabbatum, ut animam tuam liberares a uitijs, tu uero tum magis illa committis. Quid enim esse possit ista mollitie nequius, quam indormire lectis eburneis? Nam caetera quidem peccata delectationem habent, uelut in temulentia & adulterio, caeterum in lectis eburneis dormire, quam adfert uoluptatem? quod solatium? Num lecti pulchritudo reddit nobis somnum suauiorē dulcioremque? Imo grauisimum est istud molestissimumque, si modo sapiamus. Etenim si dum tu dormis in eburneo lecto, tecum reputes, quod alius ne panem quidem habet quo secure uescatur, nonne te tua condempnabit conscientia, insurget in accusationem istius inaequalitatis? Quod si crimen est eburneis indormire lectis, quum undique etiam argento fuerint conuestiti, quam adferemus excusationem? Vis lecti uidere pulchritudinem? Ego tibi nunc commonstro, non plebei neque militaris, sed regalis ornatum. Etenim quamuis fueris omnium ambitiosissimus, fat scio non optabis tibi lectum pulchriorem quam regis, & quod maius est regis non cuiuslibet, sed primarij, regumque omnium regalis simi, quique in hodiernum usque diem celebratur toto terrarum orbe. En, ostendo tibi lectum beati Dauid. Qualis igitur erat iller? Non argento & auro, sed undique lachrymis & confessione erat exornatus. Haec ipse fatetur ita loquens: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Itaque uice margaritarum undique lachrymis erat distinctus. Hic mihi considera mentem amore dei flagrantem. Nam quoniam interdum uariae sollicitudines curaque principum, ducum, gentium, populorum, militum, bellorum, pacis, civilium ac domesticorum negotiorum, eorum quae procul, eorum quae prope, distrahebant & auocabant hominem, quod ocij caeteri consumunt somno, ille in confessione, lachrymis, ac precibus impendebat. Neque id ita faciebat per unam noctem, ut altera desisteret, neque sic per duas tresue, ut interim deficeret, uerum singulis noctibus id faciebat, Lauabo enim, inquit, per singulas noctes lectum meum, & lachrymis meis stratum meum rigabo, uidelicet lachrymarum ubertatem exprimens simul & perpetuitatem. Quum omnes quiete & ocium agerent, solus ille tunc deum interpellabat, & aderat sopiti nescius oculus ploranti, lamentanti, suaque profitenti mala. Talem tu quoque tibi parato lectum. Nam lectus argento obiectus quum inuidiam hominum accersit, tum iram supremi numinis inflammat. Caeterum tales lachrymae quales erant Dauidis, ipsum etiam gehenne incendium norunt extinguere. Vis tibi alium commonstrem lectum Iacob? Solum habebat substratum & lapidem capiti suppositum, eoque uidit illum intelligibilem lapidem, easque scalas per quas ascendebant ac descendebant angeli. Huiusmodi lectos excogitemus, ut eiusmodi uideamus insomnia. Quod si lecto argenteo indormiemus, non modo nullam capiemus uoluptatem, uerum etiam animi molestiam

Allegoria

Amos 6 Sabbati non ocij causa datum, sed spiritualis negocij sabbatis duplex hostia imolabatur

Festis diebus maiora peccamus

Eburnei lecti

Lectus Christianorum

Dauid rex noctu orans

Lachrymae extinguunt gehennae incendium

Lectus Iacob Gen. 28

nam perferemus. Quum enim tibi succurrat, quod in summo rigore mediae nocte, dum tu lecto indormis, pauper in balnearum uestibulis, paleis distentae culcitrae incubat, culmis circumtectus, tremens ac rigore concretus, fame cruciatus, etiam si maxime sis lapideus, fat scio condemnabis teipsum, quod tibi permittas supra quam opus est frui rebus ac delicijs indulgere, quum illi nec ad usum suppetat. Nullus, inquit, militans, implicatur temporarijs negocijs, miles es spiritualis. Talis autem miles non dormit in lecto eburneo, sed humi. Non oblitur unguentis. Nam ista cura est meretricijs amoribus implicatorum ac perditorum, scenariorum, mentisque deploratae hominum. Te uero non oportet olere unguentum, sed spirare uirtutem. Nihil immundius anima, quoties corpus talem habet fragrantiam. Corporis enim ac uestium fragrantia, arguit intus latere animam graeolentem & immundum. Quum enim diabolus aggressus, delicijs euirauerit animam, omnique uitio rum genere compleuerit, tum & in corpore sua corruptionis lectum oblitur unguentis. Nec secus atque hi qui pituita nasi catarrhoque perpetuo laborant, & uestes, & manus, & faciem contaminant, eo quod subinde narium profluuium abstergunt, anima quoque istius prauis profluuij maliciam in corpus abstergit. Quis enim praeclearum aliquid aut bonae frugis opinabitur, de eo qui spirat ungueta, qui muliebribus gaudet, qui saltatricularum eligit uitam? Spiret anima tua fragrantiam spiritualem, quo tum tibi ipsi, tum alijs tecum uiuentibus maximam adferas utilitatem. Nihil est enim, nihil est inquam delicijs perniciosius. Audi rursum quid de illis dicat Moses: Impinguatus est, in crassatus est, dilatatus est & recalcitrauit dilectus. Nec ait, recessit, sed recalcitrauit dilectus, illius intractabilitate nobis significans. Atque alio rursus loco: Vbi comederis ac biberis caue tibi, ne quando obliuiscaris domini dei tui. Adeo deliciae solent ad numinis obliuionem adducere. Proinde tu quoque cum federis ad mensam, memento quod post conuiuium orandum est tibi. Ita moderate uentrem exple, ne grauarus non queas genua flectere, ac deum inuocare. An non uides quod iumenta iugum ferentia, postea quam ad praesepe pasta sunt, iter agunt, onera gestant, suumque explent ministerium. Tu uero qui sublata mensa, ad omne opus inutilis es & inidoneus, num uitare poteris, quo minus uidearis alinis deterior? Quam ob rem? Quia tum maxime conuenienter esse sobrium ac uigilantem. Nam tempus post mensam, agendi gratias tempus est. Non decet autem agentem gratias ebrium esse, sed sobrium ac uigilantem. A mensa non ad lectum, sed ad deprecationem uertamur, ne brutis animantibus simus magis bruti. Noui fore multos, qui damnant ea quae nunc dicuntur, ueluti qui nouam quandam & miram consuetudinem inueham concionandi. At ego magis damnabam prauam consuetudinem, quae nunc obtinuit. Etenim quod post cibum ac mensam non ad somnum oporteat ire nec ad cubile, sed oporteat cibo preces ac diuinarum scripturarum lectionem succedere, manifestus declarauit ipse Christus, qui quum immensam multitudinem accepisset conuiuio in deserto, non remisit illos ad lectum aut somnum, sed ad audiendos sermones diuinos inuocauit. Non enim distenderat illorum uentres, neque ad ebrietatem impulerat, uerum ubi saturasset illos quantum exigerat necessitas, ad spiritualem adduxit alimentam. Itidem nos quoque faciamus, eoque modo consuecamus capere cibum, ut ad uitam tuendam duntaxat sufficiat, non ut nos ualeat grauari. Non enim in hoc nati sumus ac uiuimus, ut edamus ac bibamus, sed ideo edimus ac bibimus, ut uiuamus. Ab initio non erat cibi causa data uita, sed uita causa datus est cibus. Nos uero perinde quasi ob hoc ipsum uiueremus, ita cuncta in hoc insumimus. Caeterum ut uehementior etiam fiat deliciarum redargutio, acriusque pungat in his uitam agentes, age rursus ad Lazarum referamus sermonem. Hoc enim pacto fiet, ut nobis sit efficacior admonitio consiliumque nostrum, quum uideatis non uerbis, sed factis corripi puniri que eos qui indulgent ingluuiet. Diues igitur ille cum tanta uiuebat improbitate, quotidie delicijs uacans, lautissimisque patinis fruebatur, grauius sibi ipsi supplicium accersens, matiusque parans incendium, ac uindictam dei reddens implacabilem, ultionem exasperans sic ut uentis locus non esset. Pauper autem proiectus erat in uestibulo, nec tamen erat morosus, nec dicebat conuicia, nec indignabatur. Non dicebat apud se quod dicunt coplures. Quid tandem est hoc? Iste qui improbam crudelemque uitam agit & inhumanam, omnibus modis supra quam opus est fruitur rebus, nec ullam animi molestiam patitur, nec aliud quicquam inopinatum, qualia multa solent in rebus humanis accidere, sed pura nullaque aegritudine contaminata uoluptate fruitur. Mihi

2. Timoth. 2 Culcitra militis

Unguenta arguunt animam graeolentem

Deliciae perniciosissime Deut. 2 Recalcitrauit deo Dissimile

A cibo sumpto orandum

Christus docuit pastos

Socratis sententia

Paupertas non querula

ex woyus
proverbum
Nouem in La
zaro suppli
cia
Paupertas
grauis sine
philosophia

Aduersa uale
tudo graue
malum

tur. Mihi uero ne tantum quidem impartitur alimoniam, quantum postulat necessitas. Verum isti qui in parasitos & adulatorem, ac temulentiam quicquid habet consumit, non aliter quam e fonte cuncta affluunt. Ego porro hic iaceo, exemplum ihs qui me conspiciunt, probrum ac ludibrium, fame contabescens. An haec sunt prouidentiae? An ulla iustitia despicit res hominum? Nihil horum neque dixit neque cogitauit. Vnde hoc liquet? Ex eo quod angeli stipatum illum deduxerunt, inque sinum Abraham delatum deposuerunt. Quod si blasphemus fuisset, nequaquam illi tantum contigisset honoris. Ita ceteri quidem ob hoc deum tantopere mirantur hominem quod in paupertate uixerit. Ego uero doceo illum non uem supplicia pertulisse, non quo puniretur, sed quo clarior redderetur. Quod quidem etiam euenit. Nam paupertas quidem res est uere molesta, id quod norunt quicunque sunt experti. Nec enim ulla oratio possit assequi cruciatum, quem sustinent ij quibus cum paupertate res est, si nesciant uti philosophia. In Lazaro uero non ista tantum erat calamitas, uerum etiam aduersa ualuetudo erat affixa, eaque supra modum grauis. Vide si quidem quem admodum declarat utranque calamitatem ad summum peruenisse. Nam quod omnem paupertatem Lazari paupertas tum superauerit, declarauit dicens, quod ne micis quidem potuissent licuerit quae cadebant de mensa diuitis. Porro quod ualuetudo quoque ad eandem mensuram peruenerit ad quam paupertas, ultra quam non posset amplius proferrī, & id quoque rursum declarauit dicens, quod canes lingebant hucera eius: adeo erat fractis uiribus, ut ne canes quidem posset abigere, sed uiuum cadauer iacebat, uidens quidem eos accurrentes, nequaquam tamen ualens depellere: usque adeo illi membra erant soluta, usque adeo erant arefacta morbo, usque adeo consumpta erant afflictione. Vides uehementer supra quod modum & paupertatem, & ualuetudinem oppugnantem corpus illius. Quod si horum unum quodque per se intolerabile est & acerbum, quum simul conglomerata fuerint, an non Adamas quispiam fuerit, qui haec perferat? Multi frequenter laborant aduersa ualuetudine, ceterum non egent ihs quae ad uitam sunt necessaria. Alij paupertati extremae sunt obnoxij, uerum potuissent bona ualuetudine, sic ut altera res alterius sit solatiu, huic uero ambo concurrerant mala. Age, posses mihi nominare quempiam, simul & aduersa ualuetudini & paupertati obnoxium, sed non usque adeo desolatum ac destitutum. Nam ille quidem quamquam non ex sese neque a domesticis ac familiaribus, tamen ab his qui uidebant, misericordia flexis subleuari poterat, in publicum proiectus. Huic uero molestias eas quas antea diximus, molestiores reddebat, quod ab his qui assisterere debebant erat desertus, & hanc ipsam solitudinem rursum molestiorem uideri faciebat, quod in uestibulo diuitis iacebat. Etenim si in terra deserta nullisque habitata, iacens, haec passus fuisset, neglectusque iacisset, haud quaquam tantumdem habuisset cruciatus. Nam si nullus adesset, hoc ipsum etiam nolenti persuadet, ut ferat quae accidunt. Ceterum quod in medio tam multorum iacens, ebrietati indulgentium, suauiter uiuentium, a nemine uel uulgarem curam nancisceretur, id reddebat sensum dolorum acriorem, magisque incendebat animi aegritudinem. Non enim perinde si absint qui succurrant, atque si adsint quidem, sed nolint porrigere manum, mordere solet animum in calamitatibus, quod quidem tum huic accidit. Nullus erat qui dicitis consolaretur, nullus qui factis adferret solatiu, non amicus, non uicinus, non cognatus, non uidentium quisquam, adeo erat tota diuitis delicijs corrupta familia. Ad haec aliam doloris accessionem adiungebat, quod alterum illum in felicitate conspiciebat, non quod inuidus esset ac prauus, sed quod omnes solent in aliorum prosperitate exactius suas persentire calamitates. Non enim iam solum suam ipsius calamitatem cum illius prosperitate conferens, grauiorem reddidit suorum malorum sensum, uerum etiam perpendens quod ille uitam ducens crudelē & inhumanā in omnibus prosperaretur, ipse uero uirtutē ac modestiam amplexus, extrema pateretur mala, in consolabilem animi molestiam & hinc sustinuit. Nam si uix iustus fuisset diues, si modestus, si suspiciendus, si omni uirtute praeditus, nequaquam illi perinde doluisset. Nunc uero quum diues esset, & uitam ducens improbam, & ad extremum usque maliciae prouectus, & tantam inhumanitatem ostendens, & hostilem animum gerens, nec secus atque lapidem ipsum praetercurrēs, sine uerecundia, sine misericordia, denique super haec omnia, tanta potens rerum copia, cogita quam probabile sit, quod uelut alternis fluctibus merferit ille pauperis animum: cogita qualiter affectum fuisse Lazarum consentaneum est, quum uideret parasitos, adulatorem, famulos ascendentes, descendentes, egredientes

egredientes, ingrediētes, circumcursantes, tumultuantes, ebrios, salientes, omne lasciuiae genus exhibentes: sic enim quasi propter hoc uenisset ut esset alienorum bonorum testis, ita in uestibulo proiectus erat, solum uitae tantum habens ut sua mala sentire posset, in portu faciens naufragium, iuxta fontem molestissima siti discruciatu animo. Dicam & aliud quoddam praeter haec malum. Non poterat aliter uidere Lazarum. Nam nos etiam si innumera patiamur mala, habemus tamen ad illum spectantes unde sufficientem accipiamus consolationem, magnumque feramus molestiae desinimentum. Nam malorum nostrorum reperire confortes siue in factis, siue in dicitis, multum adfert solatijs lugentibus. Ille uero neminem alium habebat ad quem respiceret eadem cum illo passum, imo ne audire quidem poterat de quoquam, qui maiorum ipsius aetate, tam acerba sustinisset. Hoc autem satis est ad inducendam animo caliginem. Possum & aliud his omnibus addere, uidelicet quod ne de resurrectione quidem quicquam potuerit philosophari, sed huius uitae res credebatur huius uitae sine terminari. Erat enim ex eorum numero, qui gratiam euangelij praecesserunt. Quod si nunc his temporibus post tantam dei cognitionem, post egregias resurrectionis spes, post illic reposita peccantibus supplicia, post parata ihs qui recte uixerunt bona, adeo defectis animis ac miseris sunt nonnulli, ut ne horum quidem expectatione corrigantur, quid tandem est putandum illi accidisse, etiam hac destituito ancorae? Nam ille tale nihil unquam philosophari potuit, eo quod nondum aduenisset tempus eiusmodi dogmatum. Ad haec & aliud quiddam accessit, quod & fama ipsius apud homines imprudentes traduceretur. Solet enim hominum uulgi ubi quos uiderint in fame perpetuoque morbo et extremis agentis malis, nec opinionem de eis habere bonam, sed ex ipsa calamitate aestimare uitam, & omnino iudicare illos ob maliciam sic affligi, aliaque multa huius generis inter se loquuntur, stulte quidem illi, loquuntur tamen. Hic si Deo charus esset, nequaquam ipsum in huiusmodi malis esse pateretur. Hoc & in Iob & in Paulo uenit usu. Nam & illi dicebant: Nonne frequenter tibi dictum est in labore, uim autem uerborum tuorum quis sustinebit? Si enim tu consolatus fuisses multos, genibusque in firmis addidisses fiduciam, nunc uero peruenit in te labor, tu uero curasti. Nonne tuus labor est: Si quid tibi, inquit, bonae rei gestum fuisset, haud quaquam ista patereris, sed peccatorum & iniquitatis luis poenas. Et hoc erat quod maxime mordebat animum Iob. Ac de Paulo barbari hoc ipsum dicebant: quum enim uiderent uiperam pendentem de manu illius nihil boni de illo suspicabantur, sed existimabant eum hominem esse de numero eorum, qui extrema perpetrarunt scelera. Id perspicuum est ex his quae dicebant: Hunc, inquit, a mari seruatum, ultio non passa est uiuere. Hoc autem non medio critere nos quoque conturbare consueuit. Attamen quum fluctus essent tam multi uicissimque alij super alios, illum impeterent, non tamen demersum est nauigium, sed perinde ut si in fornace positus ueluti perpetuo rore refocillaretur ita philosophabatur. Non dicebat apud sese quicquam tale, quale uulgi dicere uerisimile est: Iste diues si mortuus illic punitur datque poenas, unum factum est unum, si uero illic ipsidem potitur honoribus, duo facta sunt nihil. An non haec per fora circumfertis uos uulgares uestrum plerique, ex circensibus paganorumque theatris in ecclesiam importantes. Pudet me quidem ac rubore suffundor, qui talia uerba in medium proferam, nisi quod necesse est haec dicere, ut uos a risu, probro, noxijsque uerbis liberemini. Haec multi frequenter dicunt ridentes, uerum hoc quoque diabolicae uersutiae est, loco diciturum ciuiliu & urbanorum perniciose in uitam nostram inducere dogmata. Haec sine fine & in officinis fori, & in aedibus plerique circumferunt, quae res extremae est diffidentiae, maximeque ridicula, animique puerilis. Nam dicere num hinc profecti mali puniuntur, nec hoc uehementer habere persuasum, quod omnino puniendi sunt, diffidentiu est ac dubitantiu. Illud uero quamuis hoc eueniret, quem admodum etiam euenturum est, putare malos aequale praemium cum iustis reportare, extremae dementiae est. Quid ais dicit mihi? Si diues illuc profectus punitur, unum factu est unum, & quomodo istuc possit consistere? Quot enim annis uis illum hic pecunijs fuisse fructum? uis ponamus centum? Ego uero etiam ducentos pono, pono trecentos, pono bis tantu, & si uis mille, quod sane fieri non potuit. Dies enim, inquit, annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus octoginta) at tamen ponatur mille, num potes, queso te, uitam ostendere quae finem non habeat, ac terminum nesciat, qualis est illic iustorum? Age igitur, cedo, si qui in annis

Resurrexio

Lazaro non sperata, dura

Iudaeorum uulgus non credebat resurrectionem Calamitas facit obnoxium suspicioni maliciae

Proverbum impium

Ioci impij sugiendi

Nulla comparatio inter uitam hanc & futuram Fictio in exemplis

annis

annis centum, uidiſſet per unā noctem ſuaue ſomniū, multiq; delicijs per ſomnū fruitus eſſet, centum annis puniretur, num is de hoc dicere poſſet, unum unum, & unicā noctem qua ſomniauit centū annis æquiparare? Dicitu absurdum. Hoc iam & de futura uita cogita. Nam quod eſt ſomnium unum ad annos centum, hoc eſt præſens uita ad uitam futuram, imò potius multo minus. Quod eſt exigua gutta ad pelagus immenſum, hoc ſunt anni mille ad futuram illam fruitionem. Et quid tandem queat aliquis amplius dicere, niſi quod terminū non habet, & finē nescit, quantumq; intereſt inter ſomnia & res ueras, tantum intereſt inter huius uitæ ſtatum & illius. Quin & alioqui antequam illic puniantur, iam nunc qui improbe agunt atq; in peccatis uiuunt, puniuntur. Nec enim mihi dixeris illum menſa ſumptuoſa frui, uestibus circum dari ſericis, mancipiorū greges circumferre, alios ſub mouere in foro, ſed explica mihi iſtius conſcientiam, & uidebis intus grauem peccatorum tumultum, iugem metum, tempeſtatem, turbationē: uidebis uelut in curia, mentem ad thronum conſcientiæ conſcendiſſe regalem, & tanquā iudicem quempiam ſedentem, & cogitationes loco carniſicum adhibentem, in eculeo ſuſpendentem, lateraq; conſcientiæ radentem unguis pro cōmiſſis, uehementer inſclamantem, quū nemo ſciat, niſi quod ſolus deus hæc uidere nouerit. Etenim qui cōmittit adulterium, etiam ſi milles fuerit diues, etiam ſi nullum habeat accuſatorem, nō deſinit tamen intus ſeipſum accuſare, & uoluptas quidem temporaria eſt, dolor uero perpetuus, timor undiq; ac tremor, ſuſpicio & anxietas, angulos metuūt, umbras ipſas formidat, ſuos ipſius ſamulos, cōſcios, inſcios, illam ipſam quam corrupit, & uirum quem affecit contumelia: obambulat amarum accuſatorem circumferens conſcientiam, quū ſit ſuo ipſius iudicio damnatus, nec uel ad breue tempus poſſit reſpirare. Nam & in lecto, et in menſa, & in foro, & in domo, & inter diu & noctu, & in ipſis frequēter ſomnijs hæc iniquitatis ſimulachra uidet, ipſiusq; Cain uitam uiuit, gemens ac tremens ſuper terrā, quum nemo ſciat, intus tamen habet ignem implicitum. Idem patiuntur & qui rapinam exercent, & qui fraude lucrum faciūt, hoc & ebriofis, in ſumma quotquot in peccatis uiuunt. Neq; enim ulla ratione iudicium illud poteſt corumpi muneribus. Imò etiam ſi non aſſequamur uirtutem, ſectemur tamen, dolemus eo quod nō aſſequimur: eſi potiamur maliciæ uoto, tamen ceſſante uoluptate quam ex peccato percipimus, ſentimus dolorē. Itaq; ne dixerimus de diuitibus hic improbe uiuentibus, & de iuſtis illic felicitate fruētibus, quod unum ſit unum, ſed quod duo ſint nihil. Quando quidem iuſtis, & ea quæ illic ſunt, & ea quæ hic ſunt multam præbent uoluptatem: qui uero ſibi per fraudem quæ non oportebat uſurparunt, tum illic puniuntur, tum hic diſcruciantur expectatione ſupplicij illic futuri, deinde mala quam ab omnibus ſerūt opinione, præterea quod ipſum etiam peccatū animam ipſorū corrumpit. Deniq; poſtq; hinc profeci ſunt intolerabilia perpetiuntur ſupplicia. Rurſum iuſti etiam ſi hic innumera perpetiantur acerba, quoniam bona ſpes alit illos, habentq; uoluptatem firmam, ſtabilem & immobilem, etiam poſt hæc innumera illos manent bona, quemadmodum & Lazaro accidit. Nec enim iſt huc mihi dixeris, erat hulcerofus, uerū illud conſidera, quod quouis auro precioſiorem intus habet animam, imò uerius non animam tantum, uerum etiā corpus ipſius. Virtus enim corporis non eſt obeliſas, bonaq; habitudo, ſed tantos ac tales ferre cruciatus. Non enim ſi quis in corpore geſtet talia uulnera abominandus eſt, uerū ſi quis in animo innumera habens hulcera, nullam illorum curā agat, is abominandus eſt, qualis erat ille diues, intus totus hulcerofus. Et quemadmodum canes huius lingebant uulnera, ſic & dæmones illius peccata. Et quemadmodū hic in fame cibi, ita ille in fame uirtutis uiuebat. Hæc igitur omnia quū ſciamus, philoſophemur, neq; dicamus: Si illū deus amaſſet, haudquaquam eum talem eſſe paſſus fuiſſet. Nam hoc ipſum quidem maximum eſt dilectionis argumentum. Quem enim diligit deus caſtigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Et rurſus: Fili, ſi acceſſeris ad ſeruiendum domino, præpara animam tuam ad tentationem, dirige cor tuū ac perfeuera. Eijciamus igitur iſtas ſuperuacuas opinionones, uulgariq; iſtiuſmodi dicta. Turpitudinem enim, inquit, ac ſtultiloquium & ſcurrilitas ne prodeant ex ore ueſtro. Nec ipſi talia loquamur, & ſi alios uideamus talia loquentes, obturemus illis os, contra inſurgamus acriter, cohibeamus impudentem linguā. Age ſi quem uidiſſes latrociniij principem graſſantem per uias, prætereuntibus inſidiantem, ea quæ ſunt in agris rapientem, in ſpeluncas ac foueas ſubterraneas aurum & argentum fodientem

Et hic puniuntur impij
Conſcientiæ
carnificina

Dilemma

Ex animi malis bonis ueſtimandus homo

Ephes. 5

simile

fodientem, ac illic multa recludentē armenta, uestes ac mancipia multa ex incurſionibus illis poſſidentem, age dic mihi, num illum beatum diceres propter diuitias illas, an potius miſerum prædicares, propter ſupplicij illi uenturum? Atqui nondum cōprehenſus eſt, neq; in manus iudicis traditus, nec in carcerem conſectus, neq; accuſatorem habuit, neq; in iudicium uenit, ſed delicijs indulget, inebriatur, multaq; rerum fruitur affluentia. Atamen non propter præſentia, quæq; uidentur iudicamus illum beatū, ſed propter futura, quæq; imminēt, illum miſerum prædicamus. Hoc item & de diuitibus & de auaris cogita. Larrones quiſpiam ſunt, uias obſidentes, res prætereuntū rapientes, uelut in ſpeluncis ac foueis ſubterraneis, aliorū facultates in ſuis cubiculis defodientes. Ne igitur beatos dicamus illos propter præſentia, ſed miſeros propter futura, propter formidandum illud iudicium, propter inuitabiles pœnas. Nam iſti quidem latrones frequēter ex hominum manibus elapſi ſunt, nihilominus quum hoc ſciamus, & à nobis ipſis deprecamur, & hoſtibus imprecamur iſtorum uitam, unā cum execrabili rerum copia. Atqui ſub deo uero iudice, nō licet iſtud dicere. Nullus enim illius effugiet ſententiam, ſed omnes omnino qui cum fraudibus & rapinis uiuunt, dei uindictā ſibi accerſunt illam immortalē ſineq; carentem, quemadmodum & diues ille. Quæ quidem omnia apud noſ ipſos cōferentes, ne beatos iudicemus qui diuitijs, ſed qui uirtute præditi ſunt, neque miſeros dicamus qui degunt in paupertate, ſed qui cum improbitate, ne præſentia reſpiciamus, ſed futura proſpiciamus, ne externum amicum, ſed cuiuſq; conſcientiam examinemus, ſectantesq; uirtutem ac uoluptatem quæ ex recte factis proficiſcitur, Lazarum imitemur, diuites ſimul ac pauperes. Non enim unum tantum, aut duo, tria ue uirtutis certamina ſuſtinuit, uerum & multo plura, paupertatem, aduerſam ualeitudinem, ſolititudinem ac deſtitutionem ab his qui curam illius gerere debebant: deinde quod hæc omnia patiebatur in domo, quæ poterat hæc mala depellere, quum uideret illum à quo deſpiciebatur tantis frui delicijs, nō deſpicij modo fruētē, uerum etiam quum improbe uiueret, nihil tamen graue perpetientem: præterea quod non haberet alterum Lazarum ad quē reſpiceret, præterea quod de reſurrectione nihil poſſet philoſophari: ad hæc quod ſuper hæc quæ diximus mala, ex calamitatibus illis à uulgo malam ferret opinionem, eo quod non biduum triduum ue, ſed per omnem uitam, & ſeipſum uideret in eiufmodi calamitatibus, & diuitem in diuerſo rerum ſtatu. Quomodo igitur ſumus excuſandi, ſi quum hic cunctas afflictiones ſimul conglomeratas tanta pertulerit animi fortitudine, nos ne dimidium quidem horū tulerimus? Non enim potes, non potes, inquit, alium quenquam cōmemorare, qui talia tantaq; perpeſſus ſit mala. Eamq; ob rem Chriſtus hunc potiffimum exempli cauſa propoſuit in medium, ut ſi quando in reſ triſteis incidimus, conſiderantes quanto ille interuallo nos ſuperarit, ex illius philoſophia, ſatis magnum ſolacium moleſtiæq; lenimen capiamus. Communis igitur orbis doctor ille propoſitus eſt, rem quamcunq; moleſtam patientibus, qui ſe conſpiciendum præbet omnibus, hoſq; omnes ſuperans ſuarum afflictionū magnitudine. Pro his igitur omnibus gratias agentes benigno deo, reportemus ex hac oratiōe fructum & utilitatem, continenter hunc doctorem & in cōſeſſibus, & in adibus, & in foro, deniq; in omni loco circumferentes, ſummoq; ſtudio diuitias omnes quas habet hæc parabola, percipientes, quo ſimul & præſentia citra moleſtiam mala tranſcurramus, & futurorum bonorum compotes euadamus, quæ nobis omnibus contingat aſſequi, gratia benigneque domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſpiritu ſancto gloria, honor, adoratio, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

EIVSDEM DE LAZARO CONCIO SECUNDA, ET QVOD ANIMAE morte uiolenta decedentiū, non ſunt dæmones, deq; iudicio & eleemoſyna.



Admiratus ſum charitatem ueſtram, quum heſterno die de Lazaro uerba facerem, quod & pauperis illius tolerantiam comprobatiſ, & diuitis immanitatem inhumanitatemq; fuiſſis deſtati. Nam iſta non uulgaria ſunt bonæ mentis argumenta. Etenim quamuis non aſſequamur uirtutē, laudemus tamen uirtutem, omnino poterimus ad illam pertingere. Similiter autē, ſi non effugerimus maliciam, tamen uituperemus maliciā, ſine dubio poterimus illam effugere. Quoniam igitur multa cum animi beneuolentia ſermones illos excepitiſ, age quæ reſtant etiam, uobis perſoluemus. Viditiſ illum in ueſtibulo diuitis, uidete eundem hodie in ſinu

Diues iniquus
latro

Epilogus

Primus ad uirtutem gra-
dus eſt alienæ
uirtuti ap-
plaudere
Transitio ſer-
lix habes pro-
poſitionem

Dilemma Abrahæ: uidistis illum quum à canibus circumligeretur, uidete eundem ab angelis sibi
tacitum tum: uidistis illum tum in paupertate, uidete nunc eundem in delicijs: uidistis illum in fame,
 uidete in multa rerum affluentia: uidistis illum certantem, uidete coronatum: uidistis labo-
 res, uidete præmium, quotquot estis uel diuites, uel pauperes. Diuites quidem, ne putetis
 diuitias aliquid esse magni si desit uirtus. Pauperes uero, ne iudicetis paupertatem ullum
 esse malum, utriusque uero cõmuniter stat hic præceptor ac magister. Etenim si hic in pau-
 pertate non deiecit animũ, quam ueniam merentur, qui id faciunt in diuitijs? Si hic in fame
 rantisque malis degens gratias egit, quid excusationis adferent, qui rebus affluentibus no-
 sunt ad eandem peruenire uirtutem? Rursus pauperes, qui indigne molestique ferunt ege-
 statem, quam impetrabunt ueniam, quũ hic in fame penuriaque, solitudine & aduersa uale-
 tudine uitam assidue trahens in ædibus diuitis, & ab omnibus despectus, ad hæc non ha-
Diues uere scamus nõ pro beatis habere diuites, neque pro miseris habere pauperes. Imò si uerũ fateri
quis licet, ne diues quidem ille est, qui multis opibus circumuallatus est, sed qui non eget multis.
 Necis pauper est, qui nihil possidet, sed qui multa concupiscit. Ab hoc discite hunc esse fi-
 nem paupertatis & opulentia, si quẽ uideris multa concupiscenẽ, existimato illum omniũ
 um esse pauperrimũ, etiam si possideat omnium opes. Rursum si quẽ uideris non multis
 egentem, illum omnibus opulentiorẽ esse ducito, etiam si nihil possideat. Nam mentis affe-
Simile ctu, non facultatũ modo paupertatẽ & opulentiam aestimare consueuimus. Quemadmo-
 dum igitur eum qui perpetuo sitiit, non dixerimus recte ualere, etiam si copia rerũ affluat,
 etiam si iuxta fluuios ac fontes accumbat. Quid enim prodest illa aquarũ copia, quũ affe-
 ctio maneat infedabilis? Itidem & in diuitibus faciamus, eos qui perpetuo concupiscunt
 sitiuntque aliena, ne putemus unquam esse sanos, nec ulla frui rerum copia. Etenim qui suam
 ipsius concupiscentiam non potest silitere, etiam si cunctoꝝ opibus uallatus sit, quomodo
 futurus est is unquam in prosperitate? Eos uero qui quod habent suũ, boni cõsulant, quicquid
 sua sorte contenti sunt, nec alienas circumspiciunt facultates, etiam si fuerint omnium egen-
 tissimi, omnium opulentissimos ducere oportet. Non enim qui indiget alienis, sed qui pu-
 rat sibi satis esse quod habet, omnium est opulentissimus. Sed agendum, ad propositam ma-
Animas uio teriam reuertamur. Accidit, inquit, ut moreretur Lazarus, ac deportaretur ab angelis. Hic
lenta morte malum quendam morbum cupio uestris animis eximere. Sunt enim plerique simplices, qui
decedentium putant animas uiolenta morte decedentium fieri daemones. Hoc autem non fit, non fit, in-
non fieri de quam, istud. Non enim animæ uiolenta morte decedentium sunt daemones, sed animæ po-
mones tius in peccatis uiuentium. Non quod mutetur illarũ substantia, sed quod uoluntas daemo-
 num prauitatem imitetur. Hoc & Christus dixit iudæis, uos filij diaboli estis, nõ quod in
 illius naturã essent transmutati, sed quam ob rem? Quoniã, inquit, desideria patris uestri
 uultis facere. Rursus Ioannes: Progenies uiperarum, quis cõmonstrauit uobis ut fugere-
 tis ab ira uentura? Facite igitur fructum dignũ pœnitentiã, ac ne uelitis dicere: Patrem ha-
 bemus Abraham. Etenim lex propinquitatis, nõ qui natura cõiuncti sunt, sed qui uirtute
Cognatio spi maliciãe propinqui sunt, eos scriptura solet appellare cognatos. Et cuiuscumque mores ali
ritualis quis expresserit, huius & filium & fratrem illum esse dicit scriptura. At cuius rei gratia dia-
 bolus istam peruersam opinionẽ inuexit? Conatus est martyrum defodere & obruere glo-
 riam. Etenim quum illi morte uiolenta decesserint, cupiens prauam de illis gignere suspi-
 cionem, hoc fecit, uerũ quod uoluit non potuit. Perseuerant enim martyres, propriũ obti-
 nentes splendorem. Quin aliud multo crudelius perpetravit, maleficis ipsique inseruenti-
 bus, per has opiniones persuasit, ut tenera multorum adolescentum corpora trucidaret,
 sperantes futurũ, ut fiant daemones, ac rursus ipsi inseruerent. Verum non sunt ista uera,
Similia profi non sunt in quã. Quid igitur est quod daemones dicunt: Monachi illius sum animæ? Sanẽ
tentur tabella propter hoc ipsum non credo, quia daemones dicunt: Decipiunt enim auditores. Quapro-
miraculorũ in pter & Paulus ipsis tamen uera dicentibus imposuit silentium, ne ex ueris nacti occasio-
Italia nem, post admiscerent mendacia, fidemque sibi conciliarent. Cum enim dixissent, isti homi-
Demon nec nes ferui dei altissimi sunt, annunciantes uobis uia salutis, indignatus apostolus silentium
uera dicẽs au imposuit spiritui pythonico, atque exire iussit. Et tamen quid mali dicebant? Isti homines
deendys est ferui dei altissimi sunt, sed quoniã plerique simplices non norunt semper diiudicare quæ
 à daemonibus dicuntur, semel eos exclusit à fide. Ex infamium numero es, inquit, non est tui
 libere

libere loqui, tace, obmutescere, non est tui predicare, apostolorum ista est autoritas. Quid
 usurpas quod tui non est? Sile, infamis esto. Sic & Christus dicentes ipsi daemones: No-
 uimus te qui sis, increpauit multa cum acrimonia, nobis legem præscribens, ne quo pacto
 daemones fidamus, etiam si tibi quod uerũ est dixerit. His igitur cognitis ne prorsus creda-
 mus daemones, imò etiam si quid ueri loquatur, fugiamus ab illis & auersemur. Nam sana
 dogmata salutiferaque non à daemonibus, sed ex diuina scriptura licet exacte discere. Vt igi-
 tur cognoscatis nõ posse fieri, ut anima corpore egressa ueniat sub tyrannidẽ daemonum,
 audi quid dicit Paulus: Qui enim moritur, iustificatus est à peccato, hoc est non amplius
 peccat. Nam si animæ in corpore manenti diabolus non potest inferre uim, perspicuũ est
 quod nec egressa. Quomodo igitur inquis peccant, si uim non patiuntur? Volentes spon-
 teque ac seipsas iniuria afficerent peccant, non coacta neque tyrannide oppressa, idque decla-
 rant omnes, qui superauerunt illius machinamenta. Veluti beatum Iob, quum innume-
 ris impetisset fraudibus, omniaque miscuisset, nõ potuit tamen persuadere, ut aliquod uer-
 bum blasphemum proferret. Vnde perspicuũ est quod in nobis situm est, ut uel obtempe-
 remus, uel non obtemperemus illius insidijs, nec ullam necessitatẽ, neque tyrannidẽ pati-
 mur ab illo. Non solum ex his quæ dicta sunt, uerum etiam ex proposita parabola liquet,
 quod animæ corpus egressa, non amplius hic cõmorantur, sed protinus abducuntur. Acci-
 dit enim, inquit, ut moreretur ac deduceretur ab angelis. Non solum autem iustorum ani-
 mæ, sed & eorum qui male uixerunt illuc deducuntur, atque id rursus ex alio diuine perspi-
 cuum est. Postquam enim uberem prouentũ produxissent agri ipsius, dixit sibi ipsi: Quid
 faciã? Demoliar horrea mea, ac maiora edificabo. Nihil isthac mente infelicis, uere de-
 molitus est sua ipsius horrea. Nam horrea quæ depradari non possunt, nõ sunt muri, sed
 pauperũ uentres, quibus ille neglectis sollicitus erat de parietibus. Quid igitur dicit deus?
 Stulte, hac nocte repetunt animam tuam abs te. Hic inquit, deducam fuisse ab angelis, il-
 lic autem repetunt: & hunc quidem ceu uinctum educunt, illum uero ut coronam gesta-
 tem stipabant. Et quemadmodũ eum qui prius in cauea multa uulnera accepit, ac sanguis
 ne conspersus est, post diademate capiti addito, hi qui ante caueã stant susceptum, multa
 cum laude domũ deducunt, applaudentes, bene ominantes admirantes. Sic & angeli Laza-
 rum tum deducebant, illius uero animam repetebant, metuendæ quædam uirtutes for-
 tassis ad hoc missæ: neque enim sua sponte anima ad illam secedit uitam, propterea quod
 hoc ne fieri quidem possit. Nam si ciuitatẽ ciuitate uertentes egemus de ductoribus, mul-
 to magis anima à carne diuisa, & ad futuram transiens uitã, opus habeat uitæ ducibus.
 Quapropter frequenter nunc emicat, nunc in profundum demergitur, metuitque & hor-
 ret quum est à corpore discessura. Nam quum semper nos stimulat peccatorum cõscien-
 tia, tum uero maxime illa hora, quum hinc sumus abducendi ad illa tribunalia, metuen-
 dumque iudicium: tum enim siue quis rapuit, siue fraudauit, siue cõtumelia affecit, siue cui-
 quam præter causam inimicus factus est, siue aliud quodcunque facinus perpetravit, uni-
 uersus illic peccatorum cumulus renouatur et oculis exhibetur mentemque stimulat. Et quem-
 admodum qui tenentur in carcere, semper quidem deiectione moerentesque sunt, maxime ta-
 men sub illum diẽ quo sunt educendi, & ad ipsas iudicis fores pertrahendi, & priusquam
 periclitantur, ac iudicis uocem intus audiunt, exanimantur metu, nihiloque melius afficiun-
 tur, quam mortui. Sic & anima, maxime quidem in ipso peccati tempore cruciatur & an-
 gitur, multo tamen magis quũ hinc auulsa abducenda est. Tacete qui hæc auditis, multo
 maiorem uobis habeo gratiam pro silentio quàm pro plausibus: propterea quod plausus
 quidem ac laudes me faciunt gloriosiores, silentium uero hoc uos reddit compositiores.
 Noui quod hæc quæ dicuntur molesta sunt, uerũ multum lucri & inenarrabilem fructum
 adferunt. Diues ille si quem habuisset, qui ipsi talia monita taliaque consilia aduouisset, ac
 non potius adulatorum omnia ad gratiam consulentes, atque ad delicias trahentes, nequaquam
 quam uenisset ad illam gehennã, nequaquam supplicia tolerasset intolerabilia, nequaquam
 inconsolabiliter de his pœnituisset. Verum quoniã omnes ad gratiam loquebantur tradi-
 derunt illum incendio. Vtinã liceret hæc semper perpetuoque philosophari ac de gehenna
 loqui. In omnibus, inquit, dictis tuis memento nouissima tua, & nõ peccabis. Ac rursus: Para-
 Para ad exitum opera tua, & appara te ad uiam. Si quid cui rapuisti, redde, & dicitio iuxta
 Zacharũ: Do quadruplũ, si quid rapui. Si cui factus es inimicus, reconciliare priusquam
 ueniat

ueniatur ad iudicium: Omnia hic dissolue, ut citra molestiam illud uideas tribunal. Do-
Panitentia se nec hic fuerimus, spes habemus præclaras, simul atq; uero discesserimus illuc, non est po-
rapost. mortē stea in nobis situm poenitere, neq; cōmissa diluere. Quapropter oportet nos assidue præ-
 parari ad egressum hinc faciendū. Quid enim si dño uisum fuerit hoc uespere uocare nos?
 Quid si cras? Incertum enim quid futurum sit, ut perpetuo simus in certamine, & ad illam
Plato in Cra- professionem instructi, quemadmodum hic Lazarus semper erat in tolerantia patien-
tylo, o dīua tiam, quapropter tanto cum honore deductus est. Mortuus est autem diues & sepultus
quasi o dīua cum ferente, nempe carnem. Non secus enim ille quàm si cathena quadam, temulentia ac
 uentris ingluuie uinctus esset, sic ociosam illam ac mortuam reddiderat. Ne leuiter præ-
Diuitis mors tercurras illud, sepultus est. Hic mihi considera mensas argento circumtectas, lectos, tæpe-
 tia, ornamenta quæ tota in domo sunt omnia, unguenta, aromata, uini meri copiam, edu-
 liorum uarietates, ciborum delicias, coquos, adulatores, strigatores, famulos, ac reliquam
 uniuersam pompam strepitumq; extinctum marcidumq; factum, Vbiq; cinis, ubiq; fa-
 uilla, & puluis, lamenta & luctus nemine succurrente, neq; semel egressam animam po-
 stea reuocante. Tunc declaratur quid possit aurum, quid possint copiosæ diuitiæ. Siqui-
 dem ex tam frequenti famulatio nudus abductus est & solus, nihil ex tanta beneficentia
 secum ferre ualēs, sed desertus, indefensus ac neglectus: nullus eorū qui prius auxiliaban-
 tur aderat, erepturus à pœna ac supplicio, sed ab illis omnibus diuisus, solus in se recepit
 ut illa non ferenda supplicia sustineret. Vere omnis caro fœnum, & omnis gloria homi-
 nis tanquam flos graminis: exaruit gramen & flos decidit, sed uerbum domini manet in
 æternum. Venit mors & extincta sunt illa omnia: Nec aliter quàm captiuum arreptū sic
 illum abduxit demissis oculis, pudore plenum, non audentem hiscere, trementem, pau-
 dum, perinde quasi in somnis uniuersis illis delicijs fruius fuisset. Ac post hæc supplex di-
 ues factus est pauper, atq; nunc illius eget mensa, illius qui dudum esuriebat, illius qui ca-
 num rostris obiectus iacebat. Breuiter res commutata sunt, uniuersi cognouerūt uter fue-
 rit diues, uter pauper, quodq; Lazarus quidem omnium fuerit opulentissimus, ille con-
 tra omnium pauperrimus. Quemadmodum enim actores in scena, regum ac ducum per-
 sonas, item medicorum ac rhetorum, sophistarum ac militum assumentes ingrediuntur,
 quum ipsi nihil horū sint: sic sanè & in præsentia uita, paupertas ac diuitiæ nihil aliud sunt
 quàm personæ. Sicut igitur in theatro sedens, si quem uideris, ex his qui extra scenam pe-
 dibus ingrediuntur, personam gestantem regis, non iudicas eum beatum, neq; regem esse
 credis, imò nec ipse opraris esse talis, sed quum scias quod sit quispiam ex his qui uersan-
 tur in foro, funium opifex, aut faber ærarius, aut aliud quicquā tale, non iudicas illum bea-
 tum ob personam aut ob uestem ad talos demissam, neq; ex hisce rebus æstimas illorum
 uitam, sed despis potius illum ob aliam utilitatem, Sic sanè & hic, uelut in theatro uideli-
 cet in mundo sedens & in scena ludentes spectans, ubi uideris complures diuites, ne pu-
 tes uere diuites esse, sed diuitum obiectos personis. Nam quemadmodum ille qui in sce-
 na regem aut belli ducem agit, frequenter est famulus eorū qui ficus aut botros uendunt
 in foro: Itidem & hic diues crebro pauperior est omnibus. Quod si detraxeris illi perso-
 nam, si conscientiam explices & ingrediaris animum, multam illic ostēdes uirtutis ino-
 piam, comperiesq; omnium hominum abiectissimū. Quemadmodum enim instante ue-
 spera, digressisq; qui cōfederant, ubi fuerint è theatro egressi habitumq; fabulæ deposue-
 rint, qui prius reges ac duces esse uidebantur, post apparēt hoc quod sunt: Ita sanè & nūc
 postquam mors aduenerit, theatrumq; dimissum fuerit, quum diuitiarum paupertatisq;
 personas deposuerint, omnes illuc profecti, atq; ex solis operibus iudicati, declarant qui
 uere sint diuites, qui uere pauperes, qui honorati & qui humiles. Itaq; frequēter fit, ut qui
 hic in diuitum numero fuerit, illic reperiat omnium pauperrimus, id quod accidit huic
 diuiti. Nam simulatq; incubuerat uespera, hoc est mors, eq; præsentis uitæ theatro egres-
 sus est, personamq; deposuit, uisus est illuc omnium esse pauperrimus, adeo uero pauper, ut
 ne guttam quidem aquæ haberet in sua potestate, sed pro hac rogaret, neq; quod petebat
 consequi potuerit. Quid hac paupertate pauperius esse posset? Sublatis enim oculis suis
 ait ad Abraham, Pater miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat summum digiti sui in
 aquam, & instillet ori meo. Vides quanta sit afflictio: Quū proximus esset Lazarus, præ-
 teribat

*Simile à fabu-
lis scenicis*

teribat, nunc quū procul absit inuocat: quem frequenter ingrediens & egrediens nō uide-
 bat, hunc procul semotū diligenter aspicit. Sed quam ob causam illum intuetur? Frequen-
 ter dixerat diues iste: Quorum mihi opus pietate ac uirtute: cuncta mihi uelut è fonte af-
 fluunt, multa fruor prosperitate, nihil sustineo rerum inopinatarū, quam ob rem expeto
 uirtutem? Hic pauper qui iuste piēq; uiuit innumera patitur mala. Hæc nunc quoq; fre-
 quenter dicit. Ut igitur radicitus has reuelleret opinionēs, demonstrat illi quod malicia
 reposita sit ultio, Contra honor & corona laboribus pro pietate susceptis. Non propter
 hoc solum autem uidit illum, sed ut quæ passus fuisset pauper, hæc nūc & diues pateretur
 multo grauius. Quemadmodum enim illi molestiorem reddidit cruciatum, quod in ue-
 stibulo diuitis iacebat, quod uidere aliena cōmoda: sic & huic grauiorem reddidit crucia-
 tum, quod in gehenna iaceret, quod Lazari uideret delicias, quo non solum natura suppli-
 ciorum, uerumetiam comparatione honoris illius intolerabiliorē haberet cruciatum. Et
 quemadmodū Adam è paradiso eiecū è regione paradisi habitare iussit deus, ut assiduus
 conspectus renouans molestiam, exactionem illi præberet sensum expulsiōnis è bonis. Ita
 sanè & hunc è regione Lazari cōstituit, quo uideret quibus bonis seipsum priuasset. Missi
 tibi, inquit, in uestibulo Lazari, ut tibi ad uirtutem doctor esset, doctrinæq; materia, con-
 tempsisti lucrum, noluisti ad quod oportuit uti salutis occasione, utere posthac illo ad ma-
 ioris cruciatu supplicijq; materiam. Ex his discimus, quod omnes qui à nobis sunt contu-
 melijs & iniurijs affecti, tunc ante faciem nostrā statuentur. Quanquam hic nihil à diuite
 accepit iniuriæ, neq; enim illius pecunias usurpat diues, sed suas non impartiuit. Quod
 si is qui sua nō impartit, accusatorē habet eum cui negauit misericordiā, qui aliena quoq;
 rapuerit, quam ueniam consequetur, undiq; ipsum circumstantibus quos affectit iniuriæ.
 Non enim illic opus erit testibus, neq; accusatoribus, neq; probationibus, neq; signis, ue-
 rum ipsæ per se res tales, quales eas gessimus, ante oculos nostros apparebūt. Ecce enim,
 inquit, homo & opera eius. Siquidem et hoc rapina est, nō impartiri de tuis facultatibus.
 Ac fortassis nobis mirum uideatur esse quod dico, uerum ne miremini, testimonium enim
 uobis è diuinis scripturis proferam dicens, quod non solum rapere aliena, uerumetiam tua
 non impartire cæteris, & rapina sit, & fraudatio, & spoliatio. Itaq; dominus Iudæos accu-
 sans per prophetam dicit. Produxit terra prouentum suum, & non intulisti decimas, sed
 rapina pauperis est in domibus uestris: Quoniam, inquit, oblationes solitas non dedistis,
 rapuisti ea quæ sunt pauperis. Hoc autem dicit, declarans diuitibus quod res pauperum
 possident, etiam si paterna hereditate obuenerint, etiam si undecunq; aliunde collegerint
 pecunias. Ac rursum alibi dicit: Ne spoliēs uitam pauperis, qui uero spoliat, aliena tollit:
 Nam spoliatio quædam dicitur, quum aliena accepta detinemus. Propter hoc igitur di-
 scimus, quod quoties eleemosynam non præstiterimus, pari cum his qui spoliant suppli-
 cio afficiemur, Heriles enim pecuniæ sunt undecunq; eas collegerimus, & ideo tibi plura
 possidere concessit deus, non ut in scortationes, temulentiam, ingluuiem, in uestes sum-
 ptuosas, aliamq; molliciem cōsumeres, sed ut ea distribueres egentibus. Quemadmodum
 enim receptor quispiam qui regias pecunias accepit, si neglexerit his quibus iustus est di-
 stribuere, inq; proprias consumperit delicias, pœnas dat ac perditur: ita sanè & diues re-
 ceptor quispiam est pecuniarum, quæ pauperibus distribui debebant. Itaq; quum in man-
 datis habeat, eas distribuere suis conferuis egentibus, si quid amplius quàm postulet ne-
 cessitas in seipsum insumpserit, grauissimas illis daturus est pœnas. Non enim sunt ipsius
 quæ possidet, sed cōseruorum illius. Parcamus igitur ijs tanquam alienis, ut fiant nostra,
 Quomodo aut illis parcemus tanquā alienis? Si illas non in usus superuacuos insumpse-
 rimus, sed pauperum manibus impartuerimus: Etiam si fueris opulentus, sed plus quàm
 opus est insumpseris, rationem reddes pecuniarum tibi creditarum. Hoc idem fit in ma-
 gnatum ædibus, multi suas ipsorum apothecas famulis suis commiserunt, uerum illi qui
 bus cōmissæ sunt, seruant quæ tradita sunt, nec abutuntur cōmissis, uerum ubi iusserit do-
 minus distribuunt. Hoc tu quoq; facito. Etenim accepisti plura cæteris, nō ut ea solus con-
 sumas, sed ut eorū cæteris bonus fias dispensator. Operæ precium aut fuerit & illud con-
 siderare. Quid tandem? Non apud alium iustum Lazarum, sed in sinu uidit Abraham. Ho-
 spitalis erat Abraham, ut igitur redarguatur diuitis inhospitalitas, propterea Lazarum
 cum illo uidit. Ille etiam prætereuntes uenabatur, & in domū pertrahebat suam, hic uero
 Abrahæ

in wydy

*Rapina est,
non commu-
nicare pau-
peribus tua
Esaiæ 3*

Simile

*Sententia
dura*

*Diuitia tunc
demū nostræ
sunt qui dan-
tur pauperi-
bus*

*Lazarus
quare in sinu
Abrahæ*

etiam intra domum iacentem desepxit: quumq; talem thesaurum haberet, salutis parandae materia, praeteribat quotidie, nec in quod oportebat usus est pauperis propinquitae. At non ita Patriarcha, sed omnia contra, Pro foribus sedens introducebat praetereuntes omnes, & quemadmodum piscator iacto in mare reti, piscem quidem attrahit, attrahit autem frequenter & aurum & margaritas: itidem & hic reti captans homines, piscatus est tandem & angelos, quodq; mireris etiam insciens. Id quod & Paulus in huius laudibus dixit: Scitare hospitalitatem, per hanc enim quidam inscientes hospitio exceperunt angelos: ac recte dixit inscientes. Nam si sciens illos exceperisset tanta cum humanitate, nihil magni mirum fecisset, Sed haec tota laus, quod ignorans qui nam essent qui praeteribant, nec aliud esse credens q̄ homines uiatores, cum alacritate uocauit intro. Tu quidem igitur si quem nobilem ac splendidum exceperis, multamq; praestiteris alacritatem, nil mirum est: Nam uirtus eius qui excipitur etiam inhospitali frequenter adigit ut omnem exhibeat humanitatem: ceterum illud maximum & admiratione dignum, quoties & uulgares, & ignotos, ac uiles multa cum beneuolentia excipimus. Propterea dicit: Quicquid feceritis uni ex his minimis qui credunt in me, mihi feceritis. Ac rursus, ita non est uoluntas coram patre uestro, ut pereat unus ex pusillis istis: ac iterum, Quicumq; offenderit unum ex pusillis istis, expedit ei ut appendatur mola asinaria circa ceruicem illius, & abijciatur in mare. Denique multus ubiq; est Christo de pusillis & minimis sermo: quandoquidem & Abraham sciens non excutiebatur quales essent praeterites, nec unde uenirent, quemadmodum nos nunc facimus, sed sine defectu praetereuntes excipiebat omnes. Nam eum qui praestat humanitatem non oportet exposcere uitae rationem, sed inopiae mederi, necessitatiq; suppeditare, Vnicum habet patrocinium pauper, quod eget quodq; in necessitate constitutus est, ne quid ab illo postules amplius: Sed etiam si fuerit omnium improbissimus, & egerit necessario uictu, sedemus illius famem. Ita & Christus praecipit: Estote, inquit, similes patris uestri qui est in caelis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Portus est in necessitate constitutorum homo misericors: Portus autem omnes qui in naufragium inciderint excipit liberatq;, siue mali fuerint siue boni, dentq; quicumq; fuerint qui periclitantur, in sinus ille suos excipit. Tu proinde si uideris hominem qui in egestatis naufragium inciderit, ne iudica, ne uitae gesta examina, sed medere miseria. Quid ipse tibi negocium accersis: Liberauit te deus omni tali sollicitudine & curiositate. Quam multa pleriq; fuerant dicturi, quamq; difficiles erant futuri, si deus praecipisset, ut prius accurate uitam factaq; singulorum disquireremus, ac tum demum conferremus eleemosynam? Nunc hac omni curiositate nos liberauit. Quare ergo curas superuacaneas nobis accersimus? Aliud est iudex, aliud eleemosynae largitor. Ideo uocatur eleemosyna, quod eam & indignis damus. Vnde & Paulus dixit: Quod bonum est facite erga oes, sed maxime erga domesticos fidei: Quod si indignos curiose discutiamus disquiramusq;, ne digni quidem facile in nos incident. Quod si indignis quoq; praestiterimus beneficium, nimirum & digni, quicq; omnium illorum maliciam uirtute pensent, uenient in manus nostras: sicut euenit beato Abraham, cui minime curioso quales essent qui praeteribant, contigit tandem ut & angelos exciperet hospitio. Hunc igitur & nos imitemur, simulq; cum hoc nepotem illius Iob. Quandoquidem & hic progenitoris sui magnanimitatem summa cum diligentia est imitatus. Eoq; dicebat, ostium meum iugiter patebat cuius aduenientia. Non sic huic patebat, ut alteri esset oclusum, sed indifferenter apertum erat omnibus. Hoc exemplum & nos imitemur, nihil exquirentes ultra quam oportet: Nam ad hoc ut pauper dignus habeatur eleemosyna, satis est egestas. Quod si quis cum hac commendatione nos adierit, ne quid amplius curiose scrutemur: nec enim moribus demus, sed homini, nec illius ob uirtute nos eius misereat, sed ob calamitate, quo nimirum & ipsi copiosam a dno misericordia nobis conciliemus, ipsiq; digni simus in quos ille suam conferat benignitate. Nam si in conferuis nostris ceperimus exquirere dignitate moroseq; uestigare, idem & deus facturus est in nobis: dumq; studemus a conferuis reposcere uitae causas, ipsi superni numinis benignitate amittemus. In quo em, inquit, iudicio iudicaueritis ita dicabimini. Sed ad rem redeamus. Itaq; quum uideret illum in sinu Abraham ait: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum. Quam ob rem non ad ipsum Lazarum direxit sermonem? Pudor obstabat ac uerecundia. Ex ijs enim quae in illum fecerat, arbitrabatur illum omnino meminisse

Hospitalitas in omnes

Simile

Matth. 15

Matth. 18

Matth. 5

Gal. 6

Iob nepos

Abraha

Iob 31

meminisse malorum praeteritorum, Quoniam si ego, inquit, tanta rerum affluens copia nihil ab illo laesus adeo desepxi hominem, ut ne micas quidem impartierim, quanto magis ille sic contemptus, non annuet petenti beneficium? Haec non ut Lazarum accusemus dicimus. Neque enim hoc animo fuit Lazarus. Absit, sed causam indicamus quid hic uentus non implorari ipsum Lazarum, sed potius Abraham inuocari, quem existimabat nescire quae fuerant acta: Atque illius digitum nunc implorat, quem crebro passus fuerat exponi canum linguis. Quid igitur ille? Fili recepisti bona tua. Vide philosophiam, uide humanitatem iusti. Non dixit, inhumane, crudelis, sceleratissime, quum tam multa commiseris in hominem, nunc mentione nobis facis humanitatis, misericordiae & ueniae? Non pudet? Non erubescis? Sed quid dicit? Fili, inquit, recepisti bona tua. Nam anima, inquit, detecta non addes perturbationem. Satis est illi suus cruciatus, ut ne illius calamitatus insultemus. Ac ne putares, quod memor praeteritorum malorum uenerit abire Lazarum, filium illum appellat. Quod in mea, inquit, potestate est, impertio tibi, ceterum ut hinc abeamus, non est iam nostrae facultatis. Recepisti bona tua. Quare non dixit cepisti, sed recepisti? Hinc uideo magnum considerationum mare nobis aperiri, Quapropter quae dicta sunt summa cura seruantes, tam quae hodie quam quae heri dissepta sunt, summo cum studio reponamus, & ex his quae dicta sunt ad audienda quae post dicentur nos ipsos magis idoneos reddamus. Et quidem si fieri possit, facite ut omnium memineritis. Quod si id fieri non potest, hortor ut pro omnibus illud perpetuo memineritis, quod non communi care pauperibus, est rapinam in illos exercere, illorumq; fraudare uitam, quodq; non nostras sed illorum res detinemus. Nam si hoc animo fuerimus, pecuniam omnem effuderimus, ac Christum esurientem hicalentes, multamq; hinc nobis opulentiam recedentes, poterimus futurorum esse compotes bonorum, quae nobis omnibus assequi contingat, gratia ac benignitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre et spiritu sancto gloria, honor, potestas, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dives quum Abraham apertat potius quam Lazarum

uoyonandū

Recepisti bona quare dixit

EIVSDEM DE LAZARO CONCIO TERTIA, ET QVARE NON dixerit cepisti, sed recepisti, & quamobrem iusti incidunt in pericula, quum peccatores effugiant.

AVD quaquam medicrem nobis utilitatem attulit de Lazaro parabola, tum diuitibus, tum pauperibus, ut quae hos quidem docuerit facile perferre inopiam, illos uero non passa sit efferris sibiq; placere ob diuitias, quum ex ipsis rebus demonstrarit, illum omnium esse maxime miserabilem, qui uitam agit in delicijs, nulli sua bona communicans. Age igitur & hodie denuo tractemus idem argumentum, quandoquidem qui in metallis operantur, ubicumq; uiderint multas auri uenas, illic fodiunt acrius, nec prius absistunt, quam totum quod reperiri potuit exhauserint. Redeamus igitur illuc, ubi sermonem heri finiuimus, ut illinc eundem instauremus. Poteramus quidem unius diei opera uobis totam hanc explanare parabola: uerum non hoc agimus, ut nos multa loquuti discedamus, sed ut uos diligenter acceptis animoq; infixis quae dicta sunt, ex ista custodia sentiat fructum aliquem spiritualem. Nam & mater amans, quum infantem lactantem parat ad solidum cibum adducere, si simul multum meri infundat ori, nihil prodest infanti, refundente puero quod datur, ac tuniculam qua peccus tegitur irrigante. Quod si sensim ac paulatim infundat, puer quod traditum est absque molestia transmittit. Proinde ne uobis itidem quod traditum fuerit effluat, non semel uobis inclinauimus doctrinae poculum, sed in dies aliquot partiti sumus, passi uos interim hisce diebus interquiescere ab audiendi labore, quo simul & ea quae deposuimus, sic infigantur animo uestrae charitatis, ut excidere non possint, & ea quae dicentur sedatis ac uegetis mentibus excipiatis. Eoq; crebro uobis praedicimus multis ante diebus argumentum de quo sumus loquuturi, ut his in medio diebus, sumpro libro, perpensaq; rei summa tota, posteaquam intellexeritis, quid dictum sit, quid restet dicendum, mentem uestram instruatorem reddatis ad audienda quae post differuntur. Idque semper hortor & hortari non desinam, ut non hic tantum attendatis ijs quae dicuntur, uerum etiam quum domi fueritis, assidue diuinarum scripturarum lectioni uacetis. Quod quidem & ijs qui priuatim mecum congressi sunt non destitit inculcare. Ne quis enim mihi dixerit, Sunt frigida illa

Simile Diligentia in scrutandis scripturis

Simile Doctrina sacra paulatim instillanda

Idiotas hortatur ad lectionem sacrarum uoluminum

uerba, multa in sunt quae contemni debeant, Ego forensibus causis affixus sum, publica gero negocia, artificium exerceo, uxorem habeo, alo liberos, familiae curam gero, mundanus homo sum, non est meum legere scripturas, sed eorum qui mundo dixerunt uale, qui montium uertices occuparunt, qui uitam eiusmodi continenter agunt. Quid agis homo? Non est tui negocii scripturas euoluere, quoniam innumeris curis distraheris. Immo tuum magis est quam illorum. Neque enim illi perinde scripturarum egent praesidio, atque uos in medijs negociorum undis iactati, Nam monachi quidem a foro forensibusque negocijs liberi, qui in deserto fixere tuguriola, neque cum quoquam habent commercium, sed in illa quiera tranquillitate cum omni securitate philosophantur, ac uelut in portu sedentes, rebus uehementer tutis fruuntur, Nos contra uelut in medio mari fluctuantes, innumerisque uelimus nolimus peccatis obstricti, semper opus habemus perpetuo iugique scripturarum solatio. Illi sedent procul a conspectu, eoque nec accipiunt multa uulnera. Tibi uero quia perpetuo stas in acie, quae frequenter accipis plagas, idcirco magis opus est remedijs, ut quae & uxor prouocat, & filius contristat atque ad iram commouet, & insidiatur hostis, & inuidet amicus, & uicinus insectatur, & commilito supplantat, frequenter & iudex minatur, & paupertas est molesta, & domesticorum amissio lucrum adfert, & prosperitas inflat, & aduersitas contrahit. Breuiter, uaria curarum, uaria perturbationis, uaria mororis, uaria iactantia, uaria tumoris, tum occasio, tum necessitas, uos undique circumuallat, innumeraque ex omni parte tela uolitant; unde necesse est indefinenter a scripturis armaturam sumere.

Ecclesiastici nono iuxta Graecos co-dices Magis tentantur qui uersantur in ciuitatibus

Agnosce igitur, quod in medio laqueorum incedis, quodque in pinnaculis ciuitatis ambulas. Carnis enim concupiscentiae acrius insurgit aduersus eos, qui in hominum uiuunt frequentia, quos & decora facies & corporis nitore caput per oculos, & uerbis obsecrum per aureis ingressum, turbat nobis rationem, frequenter & arte modulata cantio animi constantiam labefacit, sed quid haec commemoror? Quod his omnibus uidetur esse uilius, unguentorum odor alicunde aspirans a mulierculis in fornicibus quaestum meretricium exercentibus, ex simplici occursum comprehendit & abducit captiuum. A deo multa sunt quae nostram oppugnant animam, eoque opus habemus diuinis remedijs, quo simul & iam acceptis uulneribus medeamur, & quae nondum quidem inflata sunt, sed post infligentur, prohibeamus, eminens uenientia diaboli spicula extinguentes depellentesque per aliam diuam scripturarum lectionem. Neque nunc fieri potest, non potest inquam fieri, ut quisquam salutem assequatur, nisi perpetuo uersetur in lectione spiritali. Immo, praecclare reuera, praecclare inquam nobiscum agitur, etiam si perpetuo huius medicamenti participes, aliquando salutem consequi possimus: Quod si quotidie uulneremur, medelam uero nullam adipiscamur, quae fuerit spes salutis? An non uidetis fabros ararios, aurifices, fabros argentarios, denique eos qui quancunque exercent arte, omnia artis instrumenta habere parata & integra: quamuis compellat fames, quamuis affligat inopia, omnia praepotantes sustinere potius quam ut ex instrumentis artificij quippiam uendere uelint atque hinc alii. Itaque multi frequenter potius habuerunt ad usuram accipere quam uel minimum aliquid ex artis instrumentis oppignerare idque iure optimo, Norunt enim quod diuenditis illis, ars uniuersa ipsis sit inutilis, totumque quaestus fundamentum sublatum, illis autem manentibus fieri potest, ut contra scriptum aes alienum progressu temporis aliquando dissoluant iugiter utentes artificio: Quod si priusquam dissoluerint aes alienum, alijs ea uendant, iam non est unde possint solatiu aliquid famis inopieque excogitare. Hoc sane animo nos quoque praeditos esse oportet: quemadmodum enim illis artis instrumenta sunt, malleus, incus, forceps, sic & nobis artis instrumenta sunt Apostolorum ac prophetarum libri, omnisque scriptura diuinitus inspirata & utilis. Et quemadmodum illi per illa instrumenta quicquid faciendum susceperint perficiunt. Ita sane & nos per hos fabricamur animam nostram deprauatamque corrigimus, & inuenteratam renouamus. Atque illi quidem haecenus modo praestant suam artem, ut formant addant rebus, neque enim possunt materiam uasorum transmutare, neque ex argento aurum reddere, sed harum rerum figuras componunt duntaxat, Tu uero non ita, sed amplius quiddam potes. Nam ligneum uas acceptum, poteris aliquando reddere aurum, cui rei testis est Paulus, in hunc loquens modum, In magna autem domo non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea fictiliaque. Si quis igitur expurgauerit seipsum ab his omnibus, erit uas in honorem sanctificatum & utile domino ad omne opus bonum

Biciorum
imo in medijs urbibus palatijs
Ecclesiastici nono iuxta Graecos co-dices
Magis tentantur qui uersantur in ciuitatibus
Scripturarum lectio aduersus concupiscentias carnis
1. Tim. 2

bonum preparatum. Itaque ne negligamus nobis parare libros, ne circa uitalia uilius accipiamus. Nec aurum defodiamus, sed nobis ipsis recondamus thesaurum librorum spiritalium. Aurum quidem quum maxime crescit, tum maxime insidiatur possidentibus, libri uero repositi multam adferunt habentibus utilitatem. Quemadmodum enim arma regalia reposita etiam si nemo fuerit qui possideat, tamen ipsi qui habitant in aedibus ubi reposita sunt, multam praebent custodiam ac tutamen, dum neque latrones, neque parietum perfores, neque alius quispiam sceleratorum audet eam aggredi domum: Sic ubicunque fuerint libri spirituales, illinc omnis expellitur uis diabolica, multaque inhabitantibus accedit consolatio. Quandoquidem ipse etiam per se librorum aspectus segniores nos reddit ad peccandum. Siue enim quippiam ausi fuerimus eorum quae prohibita sunt, nosque ipsos reddiderimus pollutos, reuersi domum conspectisque libris acrius nos condemnat conscientia, reddimurque contantiores ad eadem repetenda. Rursum siue in sanctimonia perstituerimus ex libris reddimur tutiores firmioresque. Nam simul atque tetigit aliquis euangelium, mox composuit suam ipsius mentem, & a rebus mundanis abduxit, idque ex ipso solo aspectu: Quod si accesserit diligens lectio, non aliter quam in sacris adytis rebus diuinis uacans anima, sic repurgatur meliorque redditur, deo cum ipsa per illas scripturas colloquente. Quid igitur, inquit, si non intelligamus ea quae continentur libris? Maxime quidem etiam si non intelligas illic recondita, tamen ex ipsa lectione multa nascitur sanctimonia: Quancunque fieri non potest ut omnia ex aequo ignores, propterea siquidem spiritus gratia dispensauit illa temperauitque, quo publicani, piscatores, tabernaculorum opifices, pastores, & apostoli, idiotae, illiterati, per hos libros salui fierent, ne quis idiotarum ad hanc difficultatis confugere possit excusationem, ut omnibus facilia conspectu essent ea quae dicuntur, ut & opifex, & famulus, & uida mulier, & omnium hominum indoctissimus ex audita lectione aliquid lucri utilitatisque reportaret. Non enim ad inanem gloriam quemadmodum ethnici, sed ad audientium salutem haec omnia composuerunt, quos ab initio deus dignatus est gratia spiritus. Si quidem hi qui sunt a Christo alieni philosophi, dicendi artifices, rhetores ac librorum conscriptores, non quod in commune conducit quarentes, sed illud spectantes ut ipsi sint in admiratione, etiam si quid utile dixerint, hoc quoque quemadmodum in caligine quadam sapientiae, consueta illis occultaui obscuritas. Apostoli uero ac Prophetae omnia contra fecerunt, manifesta claraque: quae prodiderunt exposuerunt omnibus, ueluti communes orbis doctores, ut per se quisque discere possit ea quae dicuntur a sola lectione, & hoc ante pronuncians propheta dicebat: Erunt omnes docti a deo, & non dicet quisque proximo suo, nosce deum, quoniam omnes noscent me a minimo ipsorum usque ad maximum eorum. Et Paulus, inquit, Et ego fratres ueni ad uos, non per excellentiam sermonis aut sapientiae nuncians uobis mysterium dei. Et iterum, Sermo meus, & predicatio non in persuasoriae humanae sapientiae uerbis, sed in ostensione spiritus ac uirtute. Et rursum: Loquimur enim sapientiam, inquit, non seculi huius neque principum huius seculi qui corrumpuntur. Cui enim non sunt manifesta quaecunque in euangelio scripta sunt: Quis autem audiens beatos esse mites, beatos misericordes, beatos mundicordes, caeteraque huiusmodi desiderabit praecceptorem, ut aliquid eorum discat quae dicuntur: Quin etiam signa, miracula, historiae, nonne cuius nota manifesta sunt: Pretextus iste est & causatio, pigritiaeque uelamentum. Non intelligis quae insunt: quomodo possis aliquando intelligere, quae ne leuiter quidem inspicere uelis? Sume librum in manus, lege historiam omnem, & quae nota sunt memoria tenens, ea quae obscura sunt parumque manifesta, frequenter percurrere. Quod si non poteris assiduitate lectionis inuenire quod dicitur, accede ad sapientiores, uade ad doctorem, communica cum his ea quae scripta sunt, declara uehemens studium, Et si uiderit te deus tantam animi promptitudinem adhibere, non despiciet tuam uigilantiam ac sollicitudinem, Verum etiam si nullus homo te docuerit quod quaeris, ipse sine dubio referabit. Memoro Eunuchi regine Aethiopum, qui quum esset homo barbarus, innumerisque distentis sollicitudinibus, & undique circumseptus negocijs, nec intelligeret quae legebat, legebat tamen in curru sedens: quod si in uia tantam praestitit diligentiam, cogita qualis fuerit domi uersans. Si tempore profecionis non sustinuit absque lectione manere, multo minus domi sedens. Si nihil intelligens legebat nec destitit a lectione, multo minus postquam didicerat. Nam ut scias, quod non intellexerit quae legebat, audi quid dicit Philippus

Dissimile simile
Sacrorum librorum laus
Libri sacri dilucidi idiotis sola lectio prodest 1. Cor. 2
Euangelium ab omnibus potest intelligi
Lectio iterata aperit obscura
Eunuchus lector Acto. 9

Philippus, Num intelligis quae legis? Atque ille his auditis non pudescit nec erubuit, sed infirmitatem suam confessus est atque, Quinam possim, nisi quis mihi uia dux fuerit. Quum nondum haberet qui uiam demonstraret, tamen legebat, eoque cito consequutus est doctorem: Nouit propensum illius animi deus, studiumque amplexus est, misit illi doctorem illico. Verum non adest Philippus, sed spiritus qui mouerat Philippum adest. Ne neglexerimus nostram salutem dilecti, haec omnia scripta sunt propter nos ad correctionem nostram, in quos fines seculorum inciderunt. Magna aduersus peccatum munitio est scripturarum lectio, magnum praecipitum, profundum barathrum scripturarum ignorantio, magna salutis perditio, nihil scire ex diuinis legibus: ea res & haereses peperit, ea uita corrupta inuexit, hoc sursum deorsum miscuit omnia. Nam fieri non potest, non potest inquam fieri, ut quis sine fructu discedat, qui assidua attentione scripturarum lectione fruatur. Ecce una parabola, quam multiplicem nobis attulit utilitatem, quomodo animam nostram meliorem reddidit? Nam complures sat scio sunt, qui ex his sermonibus copiosam utilitatem ferentes abierunt. Quod si qui sunt, qui non perinde magnum fructum reportarunt, attamen eodie quo nobis audiendis uacauerunt, omnino meliores fuerunt. Non autem exiguum est uel istud, unum diem in peccatorum contritione transigere, & ad caelestem philosophiam respicere, animaeque permittere ut uel paulisper a mundanis respiret curis. Etenim si singulis diebus tales fuerimus, nec defecerimus, assiduitas audiendi magnam quoddam praclarumque bonum nobis pariet. Agite igitur, & ea quae sequuntur uobis persoluamus. Quae sunt autem quae sequuntur? Quum dixisset diues, mitte Lazarum ut instillet summo digito, ac refrigeret linguam meam, auscultemus quid dicat Abraham, Fili memento quod recepisti tu bona in uita tua, & Lazarus similiter mala, & nunc iste solatium accipit, tu uero cruciaris, Super omnia autem haec, hiatus magnus confirmatus est inter nos & uos, ut qui uolunt istinc transire ad nos non possint, neque qui hinc isthuc transire. Grauius sunt quae dicuntur, plurimumque nobis offundunt dolorem. Hoc & ipse noui, sed quemadmodum mordent conscientiam, ita non parum adferunt utilitatis animis eorum qui mordentur. Etenim si haec nobis illic dicerentur quemadmodum dicta sunt diuiti, re uera plorandum esset, dolendum ac lugendum, quod nos poenitentiae tempus defecisset, Ceterum quoniam hic agentes haec audimus, ubi & resipiscere licet, & commissa diluere, denique multam conscientiae parare fiduciam, atque ex alienis malis concepto timore mutari, agamus gratias bonitati diuinae, quae per aliorum supplicia nostram expergeficit segnicie, nobisque dormitantibus somnum excutit. Siquidem ob hoc haec ante dicta sunt, ne talia patiamur. Etenim si uoluisset punire Deus, non ista praedixisset, uerum quoniam noluit nos adigere ad supplicium, ideo praedicit supplicium, ut praedictione castigati, uitemus rerum experientia. At cuius tandem gratia dixit, recepisti bona tua potius quam cepisti? Meministis enim, sat scio, quod dicebatur hinc nobis mare considerationum immensum aperiri. Nam haec uox recepisti, debiti cuiusdam significationem habet, eo quod recipit aliquis, quae debebantur. Proinde si diues iste scelestus ac scelerosus & inhumanus fuit, quam ob rem non dicit illi cepisti, sed recepisti bona tua, quasi iure illi competierint, qualesque deberentur? Quid igitur? Videlicet hinc discimus, quod etiam si qui sint scelerosi, ad extremam improbitatis lineam deuecti, tamen frequenter unum aliquod, duode aut tria beneficia sunt operati. Quod autem haec non loquor e coniecturis, hinc perspicuum est. Quid enim fuit illo iniquitatis iudice sceleratius, quid inhumanius, quid magis impium? Is neque deum metuebat, neque homines reuerabatur, attamen quum tam improbis esset moribus, fecit boni quiddam, miseratus uiduam ipsi sine fine negotium facessentem, annuens postolanti officium, praestansque quod petebatur, cohibitis qui illam afficiebant iniuria. Ita frequenter accidit ut aliquis uitae sit intemperantis, & tamen idem sit misericors, aut ut quis sit inhumanus, pudicus tamen. Quod si intemperans fuerit & idem crudelis, tamen unum aliquod aliud bonum opus fecit in uita. Rursus hoc idem arbitrandum est de bonis. Quomodo enim qui pessimi sunt, faciunt frequenter boni quiddam, sic & boni uirtuteque praediti, sepe numero peccant. Quis enim, inquit, gloriabitur se castum habere cor? Aut quis confidet se purum esse a peccato? Quoniam igitur uersimile est diuitem illum, licet ad extremum malicie prouectum, aliquid fecisse boni, contra Lazarum tamen summam uirtutem praestitisset, aliquid tamen leue deliquisse: uide quomodo declarauit utrumque Patriarcha dicens, Recepisti bona tua

Nunc excludit haereses

Mordacitas salutifera

Malis quoque datur pro benefactis merces aliqua

Luce 18

Boni non carent peccatis Prouerb. 20

tua, & Lazarus mala. Et tu, inquit, etiam si quid boni fecisti, si qua merces tibi debebatur, haec omnia in illo mundo recepisti, delicijs fruens, diuitijs affluens, rebus prosperis utens, multoque rerum successu gaudens. Et hic si quid mali fecit, omnia recepit, quum fame, inopia, extremis malis affligeretur. Itaque uestrum uterque nudus huc peruenit, ille peccatis, tu iustitia, quam ob rem & hic merum habet solatium, tu inconsolabile sustines cruciatum. Etenim cum exigua sunt leuique beneficia nobis, ingens autem & immensum peccatorum onus, deinde hic prosperitate fruimur, neque quicquam patimur acerbi, prorsus nudi destituti que beneficiorum pramijs hinc discedimus, ut qui hic receperimus omnia. Rursus, quum multa magnaque fuerunt nobis beneficia, sed exigua paucaque delicta, & post haec patimur aliquid acerbi, hic depositis leuioribus illis delictis puram illic & perfectam bonorum operum remunerationem accipimus. Vbi quem igitur uideris, improbam agentem uitam, nec quicquam hic acerbi patientem, ne putaris illum beatum, sed desle potius ac deplora, uelut illic omnia tristitia perpeffurum, quemadmodum diues ille fecit. Rursus ubi quem uideris uirtutis studiosum, & eundem innumeris affligi molestijs, beatum existima, felicem iudica, ut qui & hic omnia sua peccata diluerit, & illic multam habeat paratam mercedem, quemadmodum huic euenit Lazaro. Nam ex hominibus, alij quidem hic duntaxat puniuntur, alij rursus nihil hic tale patiuntur, sed omnem uindictam illic recipiunt. Alij uero tum hic tum illic puniuntur. Horum igitur, quos tandem iudicatis beatos: Non dubito, quin primos illos, qui hic puniuntur, atque ita peccata deponunt. Verum post illos quos proximo felicitatis loco ponitis? Vos fortassis eos, qui nihil hic triste patiuntur, sed illic omnem luunt poenam. At ego non istos, sed hos potius, qui hic simul & illic puniuntur. Nam hic qui poenas dederit, sentiet illic poenam leuiorem, Ceterum qui cogetur illic totam poenam sustinere, ineuitabilem uindictam patietur, uelut ille diues, Quoniam enim hic nullam peccatorum partem abluat, adeo se uere punitus est, ut ne minimam quidem guttam impetrauerit. Verum his quoque qui hic quum peccant, nihil tamen graue patiuntur, illos longe infeliciores iudico, qui quum hic puniuntur, simul tamen delicijs ac securitate fruuntur. Quemadmodum enim hic non dare poenas pro commissis, illic cruciatum reddit atrociorum: ita dum peccant, securitati, delicijs, multaque rerum affluentiae indulgere, maioris poenae uaticium ac materiam illic colligit. Nam quum peccantes nos deus afficit honoribus, ea res potissimum nos in grauius incendium iniicere poterit. Etenim si quis dei lenitate fruatur tantum, non etiam ad quod oportuit uratur, atrocius supplicium sibi parat. Vbi praeter dei lenitatem etiam honoribus potitur maximis, nihilo secius tamen persistit in socordia, quis illum eripiet ab illo supplicio? Etenim cum intelligas, quod qui dei lenitatem experiuntur, malum uniuersum illic sibi coaceruant, ne resipuerint, audi quid dicat Paulus, Existimas autem o homo qui condemnas eos qui talia faciunt, & facis eadem, quod tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis illius ac patientiae, lenitatisque contemnis, ignorans quod bonitas dei ad poenitentiam te inuitat? Sed iuxta duriciem tuam, & cor impoenitens, recondis tibi ipsi iram in die irae ac reuelationis & iusti iudicij dei. Ergo quum uiderimus, opibus affluentes, delicijs fruente, unguenta olente, in temulentia perseuerantes, in magistratu & honore, in multa pompa & claritudine, peccantes neque quicquam triste patientes, hac ipsa de causa, maxime desleamus ac deploremus illos, quod dum peccant non puniuntur. Veluti si quem uideris hydropi aut uitio splenis obnoxium, aut tabo quopiam marcescentem, innumeris undique plenum huculceribus, nihilo secius tamen cum his omnibus, temulentiae ac delicijs indulgentem, reddere morbum acriorē, adeo non miraris aut beatum iudicas eum ob delicias, ut ob hoc ipsum etiam maxime miserum existimes, Similiter & de anima cogitato, ubi uideris hominem peruersae uitaem, multaque fruente prosperitate, neque triste quicquam patientem, ob hoc ipsum magis deplora, quod quum morbo, grauissimoque tabo sit obnoxius, tamen deterior fit, morbum delicijs uitaque dissoluta exasperans. Non enim puniri malum est, sed peccare malum est, Nam hoc quidem a deo separat, illud uero nos ad deum recolligit, iramque dissoluit. Vnde hoc liquet? Audi prophetam dicentem, Consolamini, consolamini populum meum sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem, quoniam accepit de manu domini dupla, pro peccatis suis, Ac rursus Domine pacem da nobis, Nam omnia reddidisti nobis. Ut autem intelligas alios hic alios illic puniri, alios tum hic tum illic, audi quid dicit Paulus, reprehendens eos qui indigne com

Impietas felix periculo

Simile

Esai. 40 Esai. 26

communicabant mysterijs. Quum enim dixisset, qui edit ac bibit indigne domino, reus erit corporis & sanguinis domini, subiecit ilico, Propter hoc inter uos multi infirmi ac ualitudinarij, & dormiunt multi, Etenim si nos ipsos diiudicemus, non utiq; iudicemur. Nunc aut quum iudicamur, a domino corripimur, ne cum mundo condemnemur. Vides quomodo hic inflicta poena, liberat a poena qua illic est? Et de eo qui stuprum commiserat, inquit, Tradite eum satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Quin & ex ipso Lazaro hoc perspicuum est, quod etiam si quid mali commiserat, hic abiecerit, itaq; illuc purus abierit. Idem uero & ex illo paralytico manifestum est, qui triginta octo annos laborans, per morbum diuturnum peccata deposuit. Caeterum ut scias illum ob peccata sic afflictum fuisse, audi quid dicit Christus, Ecce sanus factus es, ne post hac pecces, ne quid contingat tibi deterius. Ex his igitur clarum est, esse quosdam qui hic puniuntur ac peccata deponunt. Quod autem aliqui tum hic tum illic puniuntur, si minus pro peccatorum magnitudine hic luerint poenas, audi quid de Sodomitis dicat Christus. Etenim quum dixisset, Quicumq; non receperit uos, etiam puluerem pedum uestrorum in eos excutite, subiunxit, Tolerabilis erit terra Sodomorum & Gomorrhae, quam ciuitati illi. Quod autem dixit tolerabilis, hunc habet sensum, quod illi tum quoq; forent puniendi, Nam & ante puniti fuerant, quando quidem in hac uita dederunt poenas. Porro non uolens esse qui hic quidem nihil molesti patiuntur, sed illic totam expectant ultionem, declara uit nobis hic diues, in consolabilem perferens cruciatum, ac neminum quidem refrigerij consequens, eo quod illic illi tota uindicta fuerit reseruata. Quemadmodum igitur in his qui peccant, ij qui nihil hic acerbi patiuntur, illic maiorem sustinent cruciatum: sic inter eos qui recte faciunt, qui multa patiuntur in hac uita molesta, illic multo potient honore. Et quem admodum si e duobus peccatoribus unus hic puniatur, alter non puniatur, beator est ille punitus eo qui punitus non est, Sic sane inter duos iustos si alter hic plus, alter minus perulerit afflictionum, beator erit ille qui plus sustinuerit, quado unicuiq; reddet iuxta opera sua. Quid igitur non est quisquam iniquus qui & hic & illic requie fruatur? Istud impossibile est o homo, atq; ex eorum numero quae frustra speres. Fieri non potest, non potest fieri inquam, ut qui hic in socordia securitateq; uixerit, qui in delicijs omnib; assidue dies consumperit, qui temere neglecteq; transegerit aetatem, illic honorem consequatur. Nam & si paupertas non sit molesta, cupiditas tamen molesta est, atque huic obnoxius est, nec hinc mediocris labor: Quod si morbus non infestat, sed inflammat ira, ne is quidem mediocris dolor uincere iracundiam, & si afflictiones non irruerint, tamen cogitationes male indelinerint insurgunt. Non est autem uulgaris negocij refrenare cupiditatem, cohibere sitim inanis gloriae, cohercere saltum, a delicijs temperare, in aspera degere disciplina. Nam qui ista non fecerit, fieri non potest ut unquam saluus fiat. Ut autem intelligas uiuentes in delicijs, non fieri saluos, audi quid dicit Paulus, Quae uero in delicijs uiuit, uiuens mortua est: Loquitur de uidua muliere, Quod si de muliere hoc dictum est, multo magis de uiro dicendum. Praeterea non posse fieri o homo, ut qui talem uiuit uitam adipiscatur caelos, hoc ipsum & Christus declarauit hunc in modum loquens, Angusta & aspera est uia, quae deducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Quomodo igitur (dixerit aliquis) dictum est illud, iugum meum suauis est, & onus meum leue? Nam si angusta est uia & aspera, quomodo rursus eam leue facilemq; uocat? Illud quidem dictum est propter naturam afflictionum, hoc uero propter spontaneam uoluntatem aduentium, Nam fieri potest ut quod natura est intolerabile, sit leue si cum alacritate animi suscipiamus. Quem admodum & apostoli flagris caesi reuersi sunt gaudentes, quod digni essent habitum pro nomine domini ignominia affici, Quanquam natura cruciatum afflictionem doloremq; sollet gignere, uerum animus promptus eorum qui flagellabantur rerum naturam uicit. Proinde & Paulus dicit, Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur: Et si homo non persequatur, diabolus tamen oppugnat. Vnde multa nobis opus est philosophia, multa fortitudine, ut in precibus uigilemus, nec unquam dormitemus, ne res alienas concupiscamus, ut quae ad sunt in egenos distribuamus, ut omnibus delicijs gemere plorareq; renunciemus, tum ijs quae sunt in uestibus, tum ijs quae sunt in mensa, ut auariciam fugiamus, ut ebrietatem ut maledictiam uitemus, ut lingue temperemus neq; uociferemur, Omnis enim amarulentia, commotio, & iracundia, & uociferatio, & maledicentia

Aut hic aut in futuro patiendum

1. Timoth. 5

Matth. 11
Via domini
quomodo aspera & non aspera

1. Tim. 3

σεβειν υμεις οι μωρευ εσω μωυ

dicentia tollatur a uobis, ne obscena loquamur, ne dictis urbanis delectemur. Non est mediocris laboris in his perfectam praestare continentiam: Atq; ut intelligas quanta res sit philosophari, quamq; non habeat relaxationem, audi quid dicit Paulus, Castigo corpus meum & in seruitute redigo: hoc dicens aperuit, quanta sit uolentia quantusq; labor quae oportet sustinere eos, qui uolunt corpus reddere subiectum ac tractabile. Quin et Christus discipulis ait, In mundo pressuram habebitis, sed confidite ego uici mundum. Haec, inquit, afflictio requiem uobis conciliabit, certaminum cauea sunt haec praesens uita, In caueis autem ac certaminibus nemo possit frui requie, Ita que qui coronandus sit, quiq; uelit coronari, asperam ac laboriosam uitam suscipiat, ut postquam hic breuem laborem sustinuerit, illic perpetuis honoribus fruamini. Quot singulo quoq; die accidunt molestiae? Qualis autem est animi, non grauari, non moleste ferre, sed gratias agere, glorificare, adorare eum qui permittit has tentationes infligi? Quam multa inexpectata, quam multa angustiae? Et tamen oportet mares cogitationes, neq; permittere lingua ut aliquid loquetur absurdum, quae admodum beatus Iob innumera perpeius mala perseuerauit gratias agere deo. Sunt aut nonnulli, qui si loco conuictioe abs quoquam tacti fuerint, aut in aduersam ualitudinem inciderint, ueluti podagram, aut capitis dolor, aut alium huius generis morbum, ilico blasphemias effundunt, ac molestiam quidem morbi sustinent, caeterum fructu priuantur. Quid facis o homo in beneficium, in prouisorem, in tui cura agentem, in seruatorē conuictia faciens, nec te sentis in praecipitium abripi, teq; ipsum in extremi exitij barathrum deicere? Nam si blasphemiam proferas, leuiore reddis morbum? Exacerbas potius illum ac molestiorē reddis cruciatum, Propter hoc enim diabolus innumeras impingit molestias, ut in illud barathrum te praecipitet. Et si quidem uiderit te blasphemias proferentem, protinus auget dolorē ac maiorem reddit, quo stimulat rursus indigne feras: quod si uiderit te fortiter perferentem, quoq; morbus fuerit acrior hoc magis agētem gratias deo, ilico desistit, ut qui in cassum frustra pergit imminere. Et quemadmodum canis assilens mensae si uideat hominem uescentem subinde aliquid eorum quae in mensa sunt ipsi proijcientem, manet assidue: quod si semel atq; iterum sic assiluit, ut discesserit nihil adeptus, protinus abstrinet, ueluti qui iam frustra & in cassum assiluit, Itidē & diabolus iugiter nobis inhiat, si quod blasphemiam uerbum ipsi ceu cani proijciamus, hoc accepto rursus aggreditur. Quod si perseueraueris gratias agere, iugulaueris illi fame, celeriterq; abegeris & auferere coegeris. Verū non potes tacere cruciatu stimulat, nec ego prohibeo te loqui, sed uolo te pro blasphemiam loqui gratiarum actione, pro uerbis indignationis uerba boni ominis. Cōfite deo mino, clama uehementer, obsecrando: clama uehementer, glorificando: sic tibi et morbus redditur leuior, discedente quidem diabolo propter tua gratiarum actione, dei uero auxilio accedente. Nam si blasphemias effuderis, pariter & dei auxilium submouisti, & diabolus aduersus te metipsum reddidisti fauorem, & te ipsum magis inuoluisti doloribus, Sin gratias egeris, & insidias propuleris mali daemone, & dei pro te solliciti medela tibi conciliaueris. Verū ex consuetudine frequenter impetu rapitur lingua, ut peruersum illud uerbum sonet, Verum quum huc rapietur, priusquam uerbum effuderit commorde illam undiq; dentibus acriter, Praestat illam nunc fluere sanguine, quam tunc concupiscere gutta nec impetrare posse refrigerium: praestat illa temporarium ferre dolorē, quam tunc perenniter & immortalibus malis cruciari, quemadmodum diuitis illius lingua ardore astuans nullum impetrauit refrigerium. Deus praecipit ut inimicos tuos diligas, tu uero deum te amantem auersaris, Deus iussit ut conuictis insectantibus, benigne loquaris, maledictibus benedicas, Tu uero illi benefacienti & tui curam agentem maledicis, quum nulla in re laesus sis. An non potuit soluere afflictionem? potuit, sed permisit, ut fias probator. Verū ecce, inquis, collaborerim ac pereor, Non propter afflictionis naturam peris, sed propter tuam socordiam. Dic mihi utra res est facilior, blasphemiam an gratiarum actio? Nonne illa eos qui audierunt hostes & inimicos tibi reddit, & in desperationem postea conijcit: haec uero innumeras adfert philosophiae coronas, incredibilemq; ab omnibus admirationem, deniq; ingentia a deo praemia: Quare igitur quod utile est, quod facile, quod iucundum omittes, id quod laedit, quod contristat, quod tabefacit illius loco sectaris? Quin & alioqui si tentationis ac paupertatis afflictio causa esset blasphemiarum, oporteret omnes qui in paupertate uiuunt blasphemos esse, Nunc autem inter eos qui in extrema degunt paupertate multi iugiter

1. Corinth. 9
Ioan. 6

Impatientia
blasphemiae
macer

Simile

Lingua cobis
benda

agunt gratias, alij contra qui opibus ac diuitijs affluunt nō cessant euomere blasphemias. Itaq; non ipsa rerum natura, sed nostra uoluntas & hoc & illud efficit. Propter hoc enim & hanc recitauimus parabolam, ut cognosceres quod hominem socordem ne diuitia qui dem iuuent, attentum uero ne paupertas quidem laedere possit. Quid dico paupertas? Et tiam si omnia conglomerentur quae sunt inter homines mala, nunquam percellent animū hominis deum amantis sapientiaeq; studiosi, neq; persuadebunt ut à uirtute discedat. Et horum testis est Lazarus: quemadmodum ediuerso euitatum ac dissolum non diuitia, non sanitas, non perpetua prosperitas, non aliud quippiam unquam iuuare poterit. Ne igitur dicamus quod paupertas, morbus & periculorum insultus compellant ad blasphemiam, Non paupertas, sed animi consternatio, non morbus, sed dei contemptus, non periculorum insultus, sed pietatis desertio, ut ad blasphemiam, ita ad omne maliciae genus ad ducit minus attentos. Sed quam ob causam, inquit aliquis, alij quidem hic puniuntur, alij uero illic, ac non potius omnes hic? Quam ob causam? Quoniam si hoc esset, omnes u. tiq; perissent. Omnes enim sumus obnoxij poenis. Rursum si nullus hic puniretur, plures redderentur socordiores, multiq; dicerent nō esse prouidentiam. Etenim si quum nunc uideat multos improbos puniri, multas eiusmodi blasphemias euomunt, si ne hoc quidem esset, quid nam dicerent? Ad quod maliciae genus non raperent? Has ob res deus alios quidem hic punit, alios uero non punit. Punit quidem aliquos, excidens illorum uitium, poenamq; illic reddens leuiorem, aut etiam in totum liberans illos, & eos qui peruerse ui uunt castigatores reddens hac punitione, Alios uero rursum non punit, ut si resipiscen tes sibiipsis cauerint, ac dei benignitatem reueriti fuerint, & hic liberentur à poena, & illic à supplicio. Sin perstiterint, nihilo meliores facti lenitate dei, qui mala nostra diu tolerat, maiorem sustineant cruciatum propter insignem ipsorum contemptum. Quod si quis dixerit eos qui puniuntur erumpere in maledicta, poterant enim alioqui resipiscere, illud respondebimus. Si deus praescisset fore ut resipiscerent, nequaquam punisset. Etenim, si quos uidit manere incorrigibiles, omittit, multo magis quos nouerat ex ipsius lenitate laturos fructum, passurus erat in praesenti uita, ut consequerentur temporis spatium ad poenitentiam, Nunc autem eos eripiens, & illis leuiorem in futuro seculo poenam reddit, & hos castigatores illorum supplicijs facit. Quam ob rem igitur non idem hoc facit in malis omnibus? Vt hi qui manent, per timorem aliorum supplicijs reddantur castigatio res, praedicentq; dei lenitatem, eiusq; humanitatem reueriti, desistant à malicia: Non igitur deus iam in causa est, sed illorum socordia, qui noluerunt tam multis remedijs ad propriam abuti salutem, atque uti cognoscas quod hac de causa fuerit, miscuit olim sanguinem Galilaeorum Pilatus cum sacrificijs, & accedentes hoc ipsum renunciauerunt Iesu, atque ille dicit, Quid putatis quod illi Galilaei soli peccatores fuerunt? Non, dico uobis, nisi poenitentiam egeritis & uos eadem patiemini. Rursum alij octodecim obruti sunt ruina cuiusdam turris, de his quoq; eadem dicit, Nam quod ait, quid putatis quod illi peccato res erant solij nō erant, dico uobis: declarat quod & uiuētes isdem erant obnoxij. Quod autem ait, nisi poenitentiam egeritis & uos eadem patiemini, declarat quod & illos permisi sit hac de causa illa pati, ut uiuentes ex his quae caeteris acciderant terrore concepto, resipiscerent. Quid igitur? ut ego inquis fiam melior, ille punitur? Non propter hoc, sed propter suum ipsius peccatum punitur. Caeterum illorum interitus attentis ex abundantia fit occasio salutis, dum metu ex his quae alij acciderunt multos metu reddunt emēdationes. Quum igitur uideris aliquos uel in naufragium incidisse, uel aedium ruina oppressos esse, uel incendio perisse, uel à fluuijs abreptos esse, aut alio quopiam modo uiolento uitam finisse: deinde alios qui eadem cum illis & grauiora peccarunt nihil tale passos, ne conturbes dicens, Quur tandem qui eadem peccant non eadem passi sunt? Verum illud reputa, quod deus illum quidē passus est e medio tolli praefocariq;, mitiorem ei praeparans in futuro seculo cruciatum, aut etiam in totum eum liberans, Hunc uero nihil tale passus est sustinere, ut alterius supplicio castigatior factus, modestior redderetur: quod si perseuerauerit in isdem, crudelissimam sibiipsi ex sua socordia coaceruat ultionem, nec deus fuerit causa intolerabilis supplicij. Rursum si uideris iustū affligi, aut omnia quae dicta sunt per petientem, ne consterneris animo, Nam & illi res acerbae, splendidiores reddūt coronas: & tota

Philod.

Quur non o/mnes hic puniunt deus

Luce 15

Simile

& tota poena, si quidem tota peccatoribus infligatur, detrahit aliquid uitiorum pōderi, si tota iustis infligatur splendor reddat illis animum, sic ut utriusq; maximus ex afflictio ne fructus eueniat, tantum si grate toleremus: hoc enim est quod quaeritur. Propterea quum sint eiusmodi exempla innumerabilia, sacrarum scripturarum historia his repleta est, iustos ac iniustos malis afflictos, nobis exhibens, ut siue iustus sis siue peccator, quoniam am habes exempla, feras fortiter. Non solum aut ostendit tibi improbos malis afflictos, uerum etiam feliciter agentes, ne illorum felicitate conturbēris, nimirū doctus ex his quae diuiti acciderunt, cuiusmodi illos post hanc uitam manet incendit, nisi uitam eam reliquerint. Non possumus, inquit, & hic & illic requie frui? Non possumus inquit. Eoq; iusti uixerunt hic uitam laboribus obnoxia. Quid igitur (inquis) Abraham? Et quis tam multa dura perpassus est? Nonne à paterno exulauit solo? Nonne à suis omnibus diuulsus est? Nonne in peregrina regione famem sustinuit? Nonne uelut erro quispiam, subinde uertit solum, à Babylone in Mesopotamiam, inde in Palestinam, rursus illinc in Aegyptū? Quis referre possit, bella quae pro uxore, quae cum barbaris gessit? Quis strages, quis cognatae familiae captiuitatem? Huius generis alia sunt innumerabilia. Caeterū quum filium suum abduceret, nonne quod est omnium maxime intolerabile perpassus est? Eum suis ipsius manibus maciare iussus, quem adamabat, eum quem habebat charissimum? Quin & ipse immolatus Isaac, nonne omni ex parte semper à finitimis uexabat, adeo ut & uxore spoliatus fuerit quemadmodum pater? Et tu tanto iam tempore manes ineruditus? Quid porro Iacob in patris aedibus educatus, nonne grauiora quam auus perpassus est? Ac ne singulis recensendis profixiore reddamus orationē, audi quid de tota uita sua dicat, Pauci & mali dies mei, nec pertigerunt ad dies patrum meorum. Et tamen quum filium cōspexisset in throno sedentem, tantaq; positum gloria, haud quaquam oblitus est praeteritarum calamitatum, Tamen ille in tantum erat malis conditus ac maceratus, ut ne in tanta quidem prosperitate potuerit anteaetorum malorum obliuisci. Quid autem David? Quam multas sustinuit tragedias? An non eadem dicit quae Iacob, hunc in modū loquens? Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni. Et quod amplius illorum labor ac dolor. Quid uero Hieremias, Nonne diem suum execratur, ob malis succedentia mala? Quid autem Moses? Nonne loquitur, Occide me, si sic mecum acturus es? Caeterum Helias, cuius animi sublimitas ad caelum usq; pertingebat, qui caelum aperuit, an non post multa aedita prodigia iugiter lamentatur ita loquens deo, Tolle animam meam à me. Nō sum melior patribus meis. Sed quorsum attinet ista singularim persequi? Paulus omnes simul complexus sic dicit. Circumierunt in pellibus ouium, in pellibus caprarum, egentes, afflicti, calamitosi, quibus nō erat dignus mundus. Prorsus ita necesse est eum qui gratias acturus sit deo, qui probatus ac purus esse uelit, haud quaquam seclari uitam mollem, remissam ac dissolutam, sed laboriosam multisq; laboribus sudoribusq; plenam. Nullus, inquit, coronatur nisi qui legitime certauerit. Quisquis autem certat, in omnibus continens est, & in uerbis, & in aspectu, & in uoce, & à conuicijs tēperans, & à blasphemia, & à turpiloquio, & ne tentatio foris infestet, ipse seipsum quotidie ieiunijs exercet asperaq; uita, uili cibo, ubiq; uitans sumptus magnificos. Aliter non potest quis placere deo. Neq; enim mihi frigidum illud dictum obiecerit quispiam, quod hic aut ille simul habeat, & huius uitae & illius commoda. Hoc in diuitibus ac delicijs fruētibus, simulq; peccantibus accidere nequaquam potest, uerum si istud dicendum est, de his qui hic affliguntur dici potest, qui uiuūt in angoribus, uidelicet quod & hic habēt quae sunt huius uitae, & illic quae sunt illius. Illic habent praemij fructum, hic habent quod illorum spe alun tur, nec sentiunt mala praesentia, ob futurorum bonorum expectationem. Sed audiamus & reliqua quae sequuntur. Super haec omnia uero, hiatus ingens confirmatus est inter uos & nos. Hinc clarum est, quod frater non redimit, redimet homo: Non dabit deo, quo ipsi propicietur, etiam si pater fuerit, etiam si filius fuerit. Abraham appellauit diuitem filium; nec tamen illi praestare potuit quae sunt patris. Diues patrem appellauit Abraham, & consentaneum erat illum impetraturum beneuolentiā quam patres gerunt in filios. Non impetrauit, uti cognoscas quod neq; cognatio, neq; amicitia, neq; affectus, neq; alia res ulla ex omnibus quae sunt, iuuare potest eum, quia sua ipsius uita proditus est. Haec autem edico, quod complures, nobis frequenter admonentibus, ut sibi caueant, uigilentq;, negli

Abrahā quātā tā passus

Isaac multā passus Iacob multā passus

Dauid multā passus

Psal. 89

Hieremias

Moses

Helias

3. Reg. 19

Heb. 11

2. Timoth. 2

Aliena iustitia non prodest malis

gunt, & admonitionem uertunt in risum. Tu mihi, inquit, adesto in illo die, & bono sum animo, neque quicquam metuo. Rursum alius: Patrem, inquit, habeo martyrem. Et alius: Auum, inquit, habeo episcopum. Alij suę familię uiros obsecunt. Frigida sunt ista uerba, nihil nobis aliorum uirtus prodesse ualet. Memento uirginum illarum, quę quinq; uirginibus non communicarunt oleum, sed ingressę sunt in sponfi thalamum illis exclusis. In gens bonum, in tuis ipsius benefactis collocare spem. Illic enim nullus unquam amicus erit auxilio. Nam si hic dixit dominus Hieremę: Ne roga pro populo hoc, hic inquit, ubi in potestate nostra est uertere uitam, quanto magis idem dicitur illic: Quid ais? Patrem habes martyrem? Istud ipsum potius faciet ad grauiorem tui cōdemnationem, qui quum habeas ad uirtutem exempla domestica, tamen te ipsum indignum maiorum tuorum uirtute præstiteris. Verum habes amicum egregium admirandumq;. At ne iste quidem tunc tibi est adfuturus. Quomodo igitur dicit: Facite uobis amicos ex mammona iniquitatis, ut recipiant uos in aeterna habitacula sua? Non hic est amicitia opulatrix, sed eleemosyna. Etenim si sola auxiliaretur amicitia, dicendum erat, facite uobis amicos. Nunc autem ostendens quod non sola subuenit amicitia, addidit ex māmōna iniquitatis. Ac fortasse dixerit aliquis: Possum & absque mammona conciliare amicum eumq; meliorem quā ex mammona. Verum uti scires quod eleemosina est quę patrocinatur, opusq; tuum ac beneficium tuum, non simpliciter in bonorum amicitijs, sed in amicitijs per mammonam partis iussit te confidere. Hęc igitur omnia quum sciamus charissimi, omni sollicitudine prospiciamus nobis ipsis, & siue corripimur gratias agamus, siue prosperitate fruimur, muniamus nos ipsos, aliorumq; supplicijs facti castigatores, per pœnitentiã & compunctionē, continuamq; cōfessionē & Eucharistiã, etsi quid deliquimus in hac uita deposito, summoq; studio maculis omnium animarum nostrarum absteris, obsecremus deum, ut omnibus hinc emigrantibus ita concedat illuc peruenire, ut nō ueniant in sortem diuitis, sed cum Lazaro potiantur sinu Abrahę, inq; bonis immortalibus delicientur. Quę nobis omnibus assequi cōtingat, gratia ac benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & qui cum patri & spiritui sancto, gloria, honor, imperium, adoratio in secula seculorum, Amen.

Hiere. 7

L. 11. 16

Confessio & Eucharistia

EIVSDEM DE LAZARO CONCIO QVARTA, QVOD
que conscientia solet nos commonefacere ueterum delictio-
rum. Item de Ioseph.



Simile

QUOD superest de Lazari parabola necessum est ut persoluamus hodie. Nā uos fortasse creditis totum nobis absolutum esse. Atqui ego non abutar uestra ignorantia, neq; prius desistam quā totum quod mihi uidere datum est tractaro, itaq; discessero: quandoquidem & agricola posteaquam totius uineę uindemiam peregerit, non prius desistit, quā singulos etiā minutos acinos decerpserit. Quum igitur nunc quoq; uideam, sub literis, ueluti sub folijs latere sensus occultos, age & hos rursus diligenter amputemus, pro falce sermōe utētes. Siquidem uinea post fructus semel à uindemiatore defectos, stat nuda fructu, nihil habens præter folia: uerum spiritualis diuinarum scripturarum uinea non item, sed quamuis quicquid uidebatur sustulerimus, tamen adhuc amplius superest tollendum. Itaq; complures ante nos differuerunt in hanc parabolam, complures fortassis & post nos differuri sunt, nemo tamen poterit totas opes eruere. Nam ea est huius opulentię natura, quo foderis altius, hoc magis exundant diuini sensus. Fons enim est nunquam deficiens. Oportebat quidem superiore conuentu debitum hoc dissoluisse. Verū non existimauimus esse tutum beati Babylę & Xynoridis sanctorū martyri qui Lazarū sequuti sunt bene facta præterire. Eoq; distulimus fundamentum, referuantes in præsentem diem totam structuram. Age igitur, quoniam & patribus suas laudes persoluimus, non ut illi promerebantur, sed pro uiribus nostris, persoluamus & uobis, huius expositionis reliquias. Verum ne uos delassemini priusquā ad finem peruenerimus, illinc repetemus sermonē, ubi illum heri finiuius. Vbi uero illum heri finiuius: In hiato dirimente iustos à peccatoribus. Quum enim dixisset diues, mitte Lazarum, quid illi respondit Abraham? Hiatus ingens fixus est inter nos & uos, ut qui uelint isti hinc transire ad nos nō possint, neq; hinc isthuc transeunt. Multis uerbis demonstrauimus, quod posteaquā deus multam humanitatē erga nos exhibuit, oporteat

Babylas Ante hęc orationem habitam uidetur laudatio prolixior Babyle

oporteat in proprijs benefactis spem salutis collocare, non patres, auos ac proauos recensere, neq; cognatos, domesticos ac uicinos. Frater non redimit, redimet homo: sed quicquid deprecati fuerint supplicarintq; qui hinc cum peccatis migrarint, incassum iam frustra loquentur. Etenim uirgines illę quinq; implorabant ab æqualibus oleū, nec imperarunt. Et is qui talentum in terra defoderat, quum multam excusationem attulisset tãdem condemnatus est. Item qui ipsum esurientem non pauerauit, nec sitienti potum dederant, quum & ipsi crederent sese ad ignorantie patrocinium posse cōfugere, nec ueniam, nec excusationem reppererunt. Ceteri uero, nec quod hiscerent habebant, uelut ille fordidus indutus uestibus, Nam accusatus obtulit. Non autem hic modo, uerum & alius ille, qui quod aduersus proximum præteritarum offensa rum meminisset, centumq; denarios ab eo postulasset, post super his ipsis à domino reprehensus, ob crudelitatem & inhumanitatem, nihil habuit quod responderet. Vnde perspicuū est quod neq; nos quicquam illic subleuabit, si nō habuerimus bona opera, uerum siue supplices fuerimus, obsecremusq; siue tacuerimus, æque super nos ueniet supplicium ac uindicta. Ausculta igitur quomodo hic quum duo postularer ab Abraham, utroq; frustratus sit. Primum enim pro seipso deprecatus est, Mitte, inquit, Lazarum; mox non iam pro se ipso sed pro fratribus, uerū nihil postulatorum obtinuit. Siquidem altera postulatio nempe prior talis erat, ut quod petebatur fieri non posset. Altera uero, uidelicet pro fratribus, erat superuacua. Quin potius si uidetur ipsa uerba multo cura studio audiamus. Etenim si quum magistratus in medio foro reum adducit, carnifices adhibet, ac tormentis examinat accusatum, omnes magno studio concurrunt, cupientes audire quid interroget iudex, quid reus respondeat. Multo magis hic diligenter auscultandum est, quid reus, nimirum hic diues, postulet, quid contra iustus iudex respondeat per Abraham. Non enim patriarcha erat qui iudicabat, quamquam is pronuntiabat. Verum quemadmodū in mundanis istis iudicijs quotiens fuerint aliqui rei, puta latrones, aut homicidę, his leges procul à cōspectu iudicis occurrētes, non permittunt ut audiant uocem iudicantis, qui præter alia hoc quoque honore iudicantis illos indignos: sed medius quispiã interpret, & iudicis interrogationes & rei responsiones perfert. Hoc sane patet & tunc factum est. Non deum pronunciantem, non deum ipsi loquentem audiuit reus, sed medius erat Abraham, qui iudicis uocem et qui iudicabatur retulit. Non enim ex sese dicebat quę dicebat, sed diuinas diuini leges recitabat, quęq; cœlitus ferrebantur sententijs proferebat: eoq; nec habebat hic quod contradiceret. Auscultemus itaq; diligenter his quę dicuntur. Nam in hac parabola data opera immoror, nec desisto tamen quartum iam diem in hac uersor, propterea quod ex hac enarratione plurimum fructus nasci uideo cum diuitibus, tum pauperibus, tum his qui propter improborū felicitatem, tum illis qui propter iustorum inopiam & afflictionem conturbantur. Neq; enim ulla res perinde solet hominum uulgus offendere ac perturbare, ut quod diuites prauę uiuentes multa fruuntur prosperitate, contra iusti cum uirtute uitam agentes ad extremā rediguntur inopiam, aliq; perpetuuntur innumera paupertate ipsa grauiora. Verum hæc parabola sufficit ad præstanda remedia: diuites quidem redigens ad sobrietatem, pauperes uero in præsentibus malis consolans: & illos quidem admonens ne efferantur tollantq; cristas, quoties peruerse uiuentes hic pœnas nō dant, quippe quum illos maneat illic grauior cruciatus: hos uero consolans, ne aliorum felicitate perturbentur, neque putent res humanas absque dei prouidentia ferri, quum hic iustus malis affligitur, improbus contra ac scelertus homo perpetua fruatur prosperitate. Ambo siquidem pro dignitate recipient illic, hic quidem coronas patientię tolerantiaq; ille uero supplicia pœnasq; improbitatis. Hanc parabolam inscribite diuites pariter ac pauperes, diuites quidem in parietibus animi uestri, & si quando deleta fuerit, oborta obliuione, illinite denuo, ab initio reminiscetes. Magis autem pauperes coram oculis uestrę mentis hanc describite, semperq; circumferte, & erit uobis documentum materiaq; totius philosophię. Nam si hanc iugiter inscriptam animo teneamus, neque huius uitę lata poterunt nos inflare, neque tristitia desicere prosternereq;, sed non aliter quā afficimur picuris in pariete additis, erga hæc utraque afficimur. Quemadmodum enim cōspicientes in pariete picum diuitem ac pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperem despiciamus, eo quod quæ uidemus umbra rerum est non ueritas. sic & diuitiarum & paupertatis, glorię & ignominia, aliarumq; rerum omnium

Diuitis petitio qualis

Simile

siue triftum, siue lætatum, naturam si pernouerimus, liberabimur à turbatione, quæ ex harum unaquaque in nobis gigni solet. Hæc enim omnia quauis umbra fallaciora sunt, nec quicquam habent sublime, neq; præclarum, nec splendida gloriosaque attollere, nec humilia contemptaq; contrahere poterunt. Verum iam tempus nobis est, ut diuitis uerba audiamus: Oro te, inquit, pater, hoc est obsecro rogoq; ut mittas Lazarum in domum patris mei. Sunt enim mihi quinque fratres, ut testificetur illis, ne ueniant in hunc locum tormentorum. Postquam pro se non impetrauerat, pro alijs facit supplicationem. Vide quam humanum, quam mansuetum pœna reddiderit eum. Qui Lazarum præsentem despiciēbat, aliorum absentium nunc curam habet. Qui ante oculos facētem præteribat, meminit eorum quos non uidebat, multoq; studio postulat ut aliquo modo illis prospiciatur aduersus imminētia mala, obsecratq; ut Lazarus in domum patris mittatur, ubi ipsi fuerat cauea stadiumq; uirtutis apertum. Illi uideant illum coronari, qui uiderunt certantem, qui testes fuerunt illi paupertatis ac famis, aliorumq; malorū innumerabilium, fiant testes honoris & ignominia: in omnem gloriam commutata, ut utrinq; castigati doctiq; quod res nostræ nequaquam præsentis uitæ termino finiuntur, tandem præparent sese, ut hanc pœnam cruciatumque possint effugere. Quid igitur Abraham? Habent, inquit, Moſen, habent prophetas. Non æque tu curas fratres tuos atque deus qui illos condidit, innumeros illis adhibuit magistros, monitores, consultores, adhortatores. Quid igitur ille respondit? Non, inquit, sed si quis ex mortuis redeat, illi credent. Hæc sanè sunt uulgi uerba. Vbi nunc sunt qui dicunt, quis illinc redijt? Quis ex mortuis surrexit? Quis narrauit quæ sunt apud inferos? Quam multa talia tantæ quæ dicebat apud seipsum diues ille, quum uerfaretur in delicijs, neque enim temere postulabat, ut aliquis surgeret ex mortuis. Verum quoniam ipse audiens scripturas contempserat, deriserat, fabulas esse quæ dicebantur crediderat, erga hæc sicut ipse fuerat affectus, ita habebat opinionem & de fratribus suis. Illi, inquit, sic opinantur, quod si quis ex mortuis redierit, non diffident illi neque deridebunt, sed potius auscultabunt ijs quæ dicuntur. Quid igitur Abraham? Si Moſen & prophetas non audierunt, nec si quis ex mortuis surrexerit, credent. Idq; uerum esse, quod qui non audit scripturas, neq; ex mortuis excitatos auditorus sit, declarant Iudei, qui quoniam Moſen ac prophetas non audierant, neque quum mortuos uiddissent excitatos, crediderunt. Verum nunc quidem Lazarum occidere conabatur, nunc rursus in apostolos impetum faciebant, quam uis multi iam ex mortuis surrexerant, quo tēpore crux prædicabatur. Ut uero & aliunde cognoscas, quod grauior sit scripturarum ac prophetarum doctrina, quam si quid à mortuis resuscitati renunciant, illud considera, quod quisquis mortuus est seruus est, quæ uero scripturæ loquuntur, loquutus est dominus. Proinde etiãsi mortuus reuiuiscat, etiãsi angelus è cœlo descendat, maxime omnium credendum est scripturis. Nam angelorum herus mortuorum pariter ac uiuentium dominus, ipse eas condidit. Ad hæc quod superuacanea quarunt qui desiderant ut mortui illinc redeant, præter hæc quæ dicta sunt, etiã ab huius mundi curijs demonstrare licet. Gehenna non uidetur incredulis. Nā credentibus est perspicua manifesta. Curia uidetur quotidieq; audimus quod ille supplicio affectus est, illius proscrip̄ta bona, alius operatur in fodinis, alius exustus est igni, alius alio pœne uindictæq; genere periijt, & tamē hæc quum audiunt mali ac facinorosi maleficiq; non emendantur. Multi frequenter in his deprehensi posteaquam effugerunt pœnam, perfossoq; carcere elapsi sunt, rursus eadem agrediuntur, multo his sceleratiora perpetrant. Ne igitur quæramus hæc audire à mortuis, quæ multo clarius quotidie nos docent sacræ literæ. Nam si nouisset hoc deus, quod mortui excitati uiuentibus essent profuturi, nequaquam omisisset, neq; tantum lucrum præterisset, qui cuncta nobis utilia procurat. Ad hæc si assidue erant excitandi mortui, nobisq; que illic geruntur renunciaturi, & hoc ipsum progressu temporis fuisset contemptum, præterea peruersa etiã dogmata diabolus inuexisset, idq; admodum facile. Potuisset enim frequenter ostendere simulacra, aut subornare qui simularent mortem ac sepulturam, mox rursus sese ostenderent, quasi è mortuis excitatos, ac per illos quacunq; uellet persuadere delulis. Etenim si nunc quum tale nihil sit, in somnia frequenter dormientibus uisa uelut eorum qui hic deceſserunt, multos deceperunt, perdiderunt subuerteruntq; multo magis id accidisset, si hoc factum fuisset, atq; in mentibus hominum obtinuisset, uidelicet si multi

quæ uis multi iam ex mortuis surrexerant, quo tēpore crux prædicabatur. Ut uero & aliunde cognoscas, quod grauior sit scripturarum ac prophetarum doctrina, quam si quid à mortuis resuscitati renunciant, illud considera, quod quisquis mortuus est seruus est, quæ uero scripturæ loquuntur, loquutus est dominus. Proinde etiãsi mortuus reuiuiscat, etiãsi angelus è cœlo descendat, maxime omnium credendum est scripturis. Nam angelorum herus mortuorum pariter ac uiuentium dominus, ipse eas condidit. Ad hæc quod superuacanea quarunt qui desiderant ut mortui illinc redeant, præter hæc quæ dicta sunt, etiã ab huius mundi curijs demonstrare licet. Gehenna non uidetur incredulis. Nā credentibus est perspicua manifesta. Curia uidetur quotidieq; audimus quod ille supplicio affectus est, illius proscrip̄ta bona, alius operatur in fodinis, alius exustus est igni, alius alio pœne uindictæq; genere periijt, & tamē hæc quum audiunt mali ac facinorosi maleficiq; non emendantur. Multi frequenter in his deprehensi posteaquam effugerunt pœnam, perfossoq; carcere elapsi sunt, rursus eadem agrediuntur, multo his sceleratiora perpetrant. Ne igitur quæramus hæc audire à mortuis, quæ multo clarius quotidie nos docent sacræ literæ. Nam si nouisset hoc deus, quod mortui excitati uiuentibus essent profuturi, nequaquam omisisset, neq; tantum lucrum præterisset, qui cuncta nobis utilia procurat. Ad hæc si assidue erant excitandi mortui, nobisq; que illic geruntur renunciaturi, & hoc ipsum progressu temporis fuisset contemptum, præterea peruersa etiã dogmata diabolus inuexisset, idq; admodum facile. Potuisset enim frequenter ostendere simulacra, aut subornare qui simularent mortem ac sepulturam, mox rursus sese ostenderent, quasi è mortuis excitatos, ac per illos quacunq; uellet persuadere delulis. Etenim si nunc quum tale nihil sit, in somnia frequenter dormientibus uisa uelut eorum qui hic deceſserunt, multos deceperunt, perdiderunt subuerteruntq; multo magis id accidisset, si hoc factum fuisset, atq; in mentibus hominum obtinuisset, uidelicet si multi

Mortui quare nō apparent

multi defunctorum redissent in uitam, innumerabiles sceleratus ille dæmon dolos texuisset, multamq; fraudem in uitam hominum induxisset. Eoq; deus occlusit fores, nec permittit aliquem defunctorum huc reuerſum narrare quid illis fiat, ne ille, accepta occasione, technas suas omnes inuehat. Nam quum essent prophetae pseudoprophetas excitabat, quum essent apostoli pseudopostolos, quū Christus appareret pseudochristos, quum dogmata sana inducta fuissent, corrupta inducebat, ubique disseminans zizania. Itaque etiã si illud euenisset, hoc quoq; conatus fuisset fingere per sua organa, non uere excitatis mortuis, sed maleficijs quibusdam ac fraudibus cōuentium oculis deceptis, aut quosdam etiã subornans, quemadmodum dicere cœperam, qui mortem simularent, sursum deorsum miscuisset confundisset que omnia: sed Deus quem nihil latet, præclufit illi uitam ad has insidias, nobisq; parcens non permisit, ut quisquā unquam illinc huc reuerſus de ijs quæ ibi sunt narraret uiuentibus hominibus: docens nos, ut scripturis potius credendum existimemus quam cæteris omnibus, propterea quod Deus resurrectionis negocium multo diuicius nobis commonstrauit. Orbem uniuersum conuertit, errorem abegit, ueritatem induxit, per homines piscatores ac uiles hæc omnia peregit, deniq; abunde magna suæ prouidentia documenta nobis ubiq; præbuit. Ne itaque putemus res nostras huius uitæ termino circumscribi, sed credamus fore iudicium ac remunerationem omnium quæcunq; hic à nobis geruntur. Nam id est adeo manifestum conspicuumq; cunctis, ut & Iudæi, & Græci, & hæretici, breuiter, omnis quisquis est homo super his consentiat. Quamquam enim non quemadmodum decet, de resurrectione philosophantur omnes, attamen de iudicio deq; pœnis deq; tribunalibus quæ illic sunt, omnes consentiunt, illic esse aliquam eorum quæ hic geruntur remunerationem: quod nō esset, quæ de causa deus cœlum tam amplum extendisset, mare dilatasset, aerem distendisset, tantam prouidentiam declarasset, nisi ad finem usque nostræ curam habiturus esset. Nonne uides multos, qui cum uirtute uixerunt innumeraq; mala passi sunt deceſsisse, nulla re bona peccata? Alios contra quum multam prauitatem commiserint, alienas facultates rapuerint, uiduas & orphanos spolauerint, oppresserintq; opibus delicijsq; & innumeris bonis fructi fuerint, deceſsisse ne tantulum quidem mali passos? Quæ igitur uel illi priores uirtutis præmia recipiant, uel isti prauitatis ferent supplicia, si nostræ res ultra uitam hanc non profuerunt? Nam si deus est, sicuti re uera est, eum iustum esse nemo nō fatebitur. Atqui si iustus est, & his & illis reddet pro meritis. Et hoc in confesso est. Quod si & his & illis repperit pro meritis, hic uero nullus eorū recepit, neq; ille improbitatis pœnā, neq; hic uirtutis præmia, perspicuum est restare tempus aliquod in quo congruens præmium horum uterq; feret. Sed quare nobis iudicem in animo sic perpetuo uigilantem, & attentum deus constituit? cōscientiam loquor. Nec enim est ullus inter homines adeo uigilans, ut est nostra conscientia. Nam externi iudices & pecunijs corrumpuntur, & assentionibus delinuntur, & metu simulant, deniq; multa sunt alia quæ rectum illorum iudiciū deprauant: at conscientia tribunal nulli hominū nouit cedere, sed quamuis dederis pecunias, quamuis mineras, quamuis aliud quidlibet feceris, iustam feret sententiã aduersus peccatorum cogitationes, adeo ut ipse quoq; qui peccatum admisit seipsum condemnet, etiã si alius nullus accuset. Neq; id semel atq; iterum, sed sapius, imò per omnem uitā hoc facere non desinit, & licet ingens temporis interuallum interceſserit, nunquam tamen obliuiscetur eorum quæ facta sunt. Quin & quum perpetratur peccatum, & priusquā perpetratur, & postquam est perpetratum, acerbus nobis imminet accusator, maxime uero posteaquam perpetratū fuerit. Nam in perpetrando scelere, quoniã uoluptate sumus ebrij, non perinde sentimus, cæterum simul atq; commissum est, cœperitq; finem, tum demum extincta uoluptate amarus pœnitentiæ stimulus succedit, contra q̄ accidere solet mulieribus parturientibus. Nam illis ante partū labor est ingens, grauesq; nixus, dissecantes eas doloribus, post partum uero relaxatio, dolore simul cum infante egrediente: uerum hic nō item, sed dum parturimus concipimusq; corruptos affectus, delectamur gaudemusq;, cæterū ubi fuerimus enixi malum illum puerū peccatū, tum conspecta sceditate partus discruciamur grauius quam mulieres parturientes. Quapropter adhortor primū quod est optimū, ne unquam omnino concipiamus in animo corruptam cupiditatē. Quod si quando cœperimus, tamen fortū intus præfocemus. Rursus si huicq; fuerimus negligentes, iniquitatē

Mortui nō apparent uiuentibus

Probatio immortaliſſimæ

Conscientia re morſus, quare in dicitur homini

Dissimile

Propter illud

Primū non in opus progressam mox occidamus per confessionē, per lachrymas, per priorū com-
 uelle peccare, missorum accusationē. Nihil enim tam exitiale peccato q̄ peccati accusatio condemna-
 tionē, cum pœnitentia lachrymāq; coniuncta. Condemnasti tuum peccatum? deposuisti
 tim abolere, sarcinam. Quis hæc dicit? Ipse iudex deus, Dic tu peccata tua, prior, ut iustificeris. Quur
 Confessio igit te quaeso, pudefcis & erubescis dicere peccata tua? Caue enim homini dixeris, ne tibi
 Agnitio pec- opprobret. Neq; enim confiteris, ut in publicū proferat, sed et qui dominus est,
 cati delet pec- ei qui tui curam gerit, ei qui humanus est, ei qui medicus est ostendis uulnera. Neq; enim
 catum ignorat, etiam si tu non dixeris, qui sciebat etiam antequā perpetrarēs. Quid igitur est cau-
 Deo confiten- dum, quo minus dicas? Non enim ex accusatione fit grauius peccatū. Imō mitius magis ac-
 dum leuius. Et ob hoc ipsum deus uult te dicere: Non ut puniaris, sed ut relaxeris. Non ut ipse
 Quare deo sciat peccatū. Quur enim id postulet, quū iam sciat? Sed ut tu scias, quantum tibi debitum
 confitendum, remittatur. Ideo uero uult te scire beneficij magnitudinem, ut perpetuo gratias agas, ut se-
 qui scit omnia gnior fias ad peccandum, ut ad uirtutē promptior. Nisi dixeris debiti magnitudinē, non
 agnosces donationis eminentiā, Non, inquit, cogo te in mediū prodire theatrū, ac mul-
 tos adhibere testes. Mihi soli dic peccatū priuatim, ut sanem hulus, teq; dolore liberabo.
 Dissimile Ideo nobis in seuit cōscientiam, idq; quouis patre amantius. Nam pater ubi semel, iterum
 ac tertio deciesue filiū increpauerit, si uiderit incorrigibilē manere, desperans abdicat, ex-
 pellit è familia, à cognatione refecat. At non eodem modo cōscientia, sed licet semel, licet
 iterum, licet ter, licet millies admonuerit, tuq; nō obtemperes, monebit iterū, nec desistet
 usq; ad supremum halitū, siue domi, siue in biuijs, siue in mensa, siue in foro, siue in itinere,
 frequenter & in somnis peccatorū nobis simulacra spectraq; representat. Vide autem dei
 Cōscientia re sapientiam. Non fecit perpetuam conscientiaē accusationem, neq; enim hoc onus perfer-
 morfus quare re poteramus, si iugiter accusasset, neq; rursum adeo leuem & imbecillē, ut post unā aut
 non est perpe- alteram admonitionem desperet. Etenim si singulis diebus fuisset nos stimulator, an non
 tuus despondentes animū enecaremur? Rursum si post unam atq; alteram increpationem desi-
 steret, haud multum fructus nobis adferret. Eoq; fecit oburgationem frequentem, ac non
 perpetuam: frequentem quidem ne in recordiā incideremus, sed ut subinde relaxatione
 solatioq; quopiam accepto, respiraremus. Quemadmodum omnino non dolere de pecca-
 tis exitiale est, quodq; malorum extremum est, etiam malū sensum nobis admittit: sic & iug-
 iter, supraq; modum id facere, noxium est. Solet enim & doloris immodica magnitudo,
 Dolor immo- frequenter hominē à naturalibus excutiēs sensibus, animum demergere, & ad honesta o-
 dicus adducit infaniam mnia inutilem reddere. Ea propter & illud prouidit, ut ex interuallis nobis immineret
 conscientiaē redargutio, propterea quod est admodū seuera, & quouis stimulo acris pun-
 gere consueuit peccatorem. Non enim tunc solum, quū ipsi peccamus, uerum etiā quum
 alij cōmittunt eadem, uehementer insurgit, magnaq; contentione nobis occlamat. Nam
 scortator, adulter, aut fur nō modo quū accusatur ipse, uerum etiā quum audit alios ea-
 dem aufos accusari, ipse sibi uidetur flagris cædi, dum increpantur alij, suorū admissorum
 reminiscēs, & alius quidem uocatur in ius, hic uero flagellatur, cui nullum crimen intendi-
 tur, si fuerit eadem aufus. Quemadmodum in aliorum recte factis dum laudantur & coro-
 nantur, qui eadem cum ipsis recte facta gesserunt, gaudent exultantq;, quasi non tam illi
 quā ipsi laudaretur. Quid igitur esse possit homine peccatore miserius, qui quoties accu-
 santur alij, ipse examinatur? Contra quid eo beatius, qui cū uirtute uiuit, qui quū laudan-
 tur alij ipse gaudet, lætitiāq; distilluit, ex aliorum laudibus suorū recte factorum memori-
 am recipiens. Hæc sunt diuinæ sapientie opera, hæc maxima illius prouidentia: sunt argu-
 menta: conscientiaē increpatio, sacra est ancora, nō sinens nos tandem in peccatorum de-
 mergi profundum. Neq; enim per id tempus tantum quo peccata cōmittimus, uerum
 etiam post multos annorum circuitus, nouit nos ueteris admonere cōmissi. Idq; ex ipsis
 euidenter comprobabo scripturis. Vendiderunt olim fratres Iosephum, nihil quidem ha-
 bentes quod incularent, sed quoniam uiderat somnia, ipsi gloriā uenturam portendentia.
 Gen. 37 Videbam, inquit, manipulos uestros adorantes manipulum meum. Quanquā ob hæc de-
 cuit illum seruare potius, quod totius familie corona, totiusq; generis decus erat futurus.
 Inuidia uis Sed eiusmodi res est inuidia, pugnat aduersus domestica decora, mauultq; liuidus innum-
 mera perpeti mala q̄ uidere proximum in precio habitum, etiam si gloriæ pars ad ipsum
 sit permanatura. Quo sanē quid esset possit miserius? Quod & illis usu uenit. Quum enim
 uidissent

uidissent illum procul uenientem, ipsiq; cibum adferentem, inter se dicebant: Venite in-
 terficiamus eum, ac uideamus quid sint illius somnia. Ut fratrem non reuereris, neque
 naturam agnoscas, certe mentem ipsam cōueniebat reuereri, ipsumq; ministerij officium,
 quandoquidem aliturus te, ueniebat. Sed uide quomodo & imprudentes uaticinantur:
 Venite, inquit, occidamus eum, & uideamus quid sint illius somnia. Etenim nisi stru-
 xissent insidias, nisi dolos texuissent, & impudens illud consiliū cōcinnassent, nequaquā
 cognouissent uim illorū somniorum. Non enim perinde magnū erat, Ioseph, si nihil acer-
 bi passus esset, concendere thronū Aegypti, ut tot obstaculis discussis, hunc eundem asse-
 qui splendorem. Nisi enim illi struxissent insidias, nō uendidissent eum in Aegyptū. Nisi
 in Aegyptum uendidissent, non adamatū fuisset ab hera: Si non fuisset adamatū ab he-
 ra, non fuisset coniectus in carcerem, non interpretatus fuisset in somnia, nō regnum illud
 fuisset assequutus. Si non fuisset regnum consequutus, non uenissent illi cōmercaturi fru-
 mentum, nec adorassent. Itaq; quoniam occiderunt illum, ob hoc maxime intellexerunt il-
 lius somnia. Quid igitur? Ipsi ne bonorum omnium quæ post euenerunt, illiusq; gloriæ fue-
 runt illi conciliatores? Nequaquam. Verum ipsi quidem moliebantur illum morti, despe-
 rationi, seruituti, breuiter extremis malis tradere, sed deus melior artifex, insidiantū mali-
 cia in uenditi insidijsq; impetiti gloriā abusus est, ne putares rerū euentus uel casus esse
 fortuitaq;, uel ab humanarum actionum magnificētia pendere. Per eos qui aduersantur,
 per eos qui obstitunt procurat deus ut res quæ uetantur cōficiantur, inimicis suis ad suam
 gloriā abutens ministris, ut intelligas quod deus uult, à nemine dissipari posse, nec ma-
 num illam excellam à quoquā auersum iri: quo si quando ab aliquo petaris insidijs, ne con-
 sterneris animo ne ue molestie feras, sed scire possis insidias in bonum finem exituras, tan-
 tum si fortiter feras quæ accidunt. Ecce hic quoq; liuor regnum peperit, inuidia cōciliauit
 diadema, ad thronū perduxit, atq; illi ipsi qui struebant insidias, auxiliantes promouerūt
 ad illius imperij magnitudinem. Et is quidem cui structa fuerant insidiae regnum adeptus
 est, hi uero qui struxerant, seruiuerunt. Adorabatur ille, hi adorarunt. Itaq; quum tibi acci-
 derint acerba cōtinuaq; mala, ne turberis neq; moleste feras, sed expecta finem. Omnino
 continget aliquis, munifico deo dignus, tantū ut cum gratiarum actione feras quæ acci-
 dunt: quandoquidem nec iste quū illa somniasset somnia, quum in extremum discrimen
 uenisset, quū uenditus à fratribus, quū ab hera insidijs appetitus, deniq; quū in carcerem
 esset coniectus, dicebat apud sese: Quid tandem hoc est reir? fefellerunt me illa somnia per
 quæ exulo à patria, spoliatus sum libertate propter deum, non celsi herē ad adulteriū inui-
 ranti, propter pudicitiam ac uirtutem do pœnas, ac ne sic quidem ultus est uicem meam
 deus aut manum porrexit, sed passus est me tradī uinculis, super alias alia calamitates in-
 ciderunt perpetua, post cisternā seruitus, post seruitutem insidia, post insidias calumnia,
 post calumniā carcer: uerū horum nihil illum perturbabat, sed perseuerabat in spe cum
 bona fiducia, sciens quod quæ dicta sunt à deo nunquam excident. Poterat quidem deus
 eodem etiam die ista perficere, sed ut simul & suam declararet potentia, & fidem famulo-
 rum suorū, permittit multum temporis intercedere, multaq; incidere impedimenta, uti
 simul & ipsius robur cognoscas, tum explentis promissa, posteaquam in desperationem
 adducta res est, & seruorum perspicias tolerantiam ac fidem, quos nihil horum quæ inter-
 rim accidūt à bona spe depellit. Sed quod dicere cœperā, reuersi sunt isti, fame illos ueluti
 carnifice præcipites agitante, & principi Ioseph exhibente. Volebant emere frumentū,
 hic aut ait ad eos, exploratores estis. Illi uero quidnam hoc esset apud sese reputabant, in-
 quunt: Frumentū empturi uenimus, & de uita periclitamur. Merito, quandoquidem &
 ille uobis alimoniam adiebat, deq; uita periclitatus est. Cæterū ille quidē uere passus est,
 uos aut hoc per simulationē patimini. Nō enim inimicus erat, sed inimici personā adsum-
 pserat, ut quid in paterna familia agerēt ad plenū cognosceret. Quoniam enim circa ipsum
 improbi ingratiq; fuerant, Beniamin aut qui cū ipsis erat nō uiderat, uerū de puero ne
 quando & ille eadē quæ frater passus fuisset, iubet unū ex illis uincitū illic detineri, deinde
 illos sumpto omni frumēto discedere, mortē illis cōminatus, nisi fratrem suū adducerēt. Hæc
 igit ubi facta sunt, dixit illis: Relinquitte aliqū hic, & fratrem uestrū adducite: sin minus, mo-
 riemini. Quid tum inter se loquebatur illis? Profecto hæc iure nobis accidūt, nam in pecca-
 tis sumus, de fratre nostro quū rogaret nos. Vides? post tantū tēporis peccati illius recor-
 dabatur

Gradatio

Euentus in manu dei

Deus quare nō statim eripit sanctos

dabantur, & ad patrem quidem dixerant: **Fera pessima deuorauit Ioseph.** Ceterum ipso Ioseph praesente audientes, peccatum suum prodebant. Quid hac remirabilis accidere possit iudicium absque redargutionibus peragitur, et excusatio sine accusatione, probatio sine testibus, dum ipsi qui facinus peregerant seipsos redarguunt, quodque clam factum fuerat, effertur. Quis cedo, quis adegit in publicum efferre, quae ante tantum temporis patrae sunt? An non perspicuum est huc adegisse conscientiam, iudicem cui uerba dari non possunt? Assidue concutiebat illorum mentem animumque turbabat, & ille occisus tunc sedebat tacite iudicans illos, quumque nulla sententia in ipsos esset pronunciata, ipsi condemnationis calculum aduersus sese ferebant. Et isti quidem haec dicebant. Alius uero respondebat, dicens: Nonne dixi ad uos ita loquens: Ne laedatis puerum, neue quicquam mali illi faciatis, quoniam frater noster est, & ecce nunc sanguis ipsius exquiritur, inquit, de manibus nostris. Attamen is qui haec dicebat, nihil de eade aut interfectione illa dixerat: uerum ne ipse quidem sedens quicquam tale quarebat, sed alium fratrem requirebat: ipsorum tamen conscientia per oblatam occasionem insurrexit momorditque illorum animos, efficiens ut nemine compellente, sua confiterentur facinora. Eadem & nobis accidunt in peccatis praeteritis. Quum enim malis nos circumstantibus exanimamur, priorum peccatorum reminiscimur. Haec igitur omnia quae sciamus, ubi quid prauiter fecerimus, ne expectemus calamitates, malorumque incursum, neque pericula, neque uincula, sed singulis & horis & diebus renouemus apud nos ipsos hoc iudicium, sententiam aduersus nos ipsos feramus, omnique modo conemur confiteri deo, ac neque ipsi de resurrectione, deque iudicio dubitemus, neque alios ita loquentes feramus, sed modis omnibus per ea quae dicta sunt illis obturemus os. Nam si illic non essemus daturi poenas admissorum, deus nequaquam in nobis constituisset tale iudicium. Quanquam hoc ipsum illius declarat humanitatem. Quonia enim tunc exacturus est a nobis rationem delictorum, instituit in nobis hunc iudicem incorruptibilem, ut is hic de commissis nobis iudicium reddens emendatoresque faceret, ex illo eripiat iudicio, quod & Paulus ait: Nam si nosmetipsos iudicemus, non utique iudicemur a domino. Vt igitur neque puniamur, neque poenas demus, in suam quisque conscientiam ingrediatur uitamque explicet, cunctisque commissis diligenter excusis condemnet animam quae haec parauit, puniatque cogitationem, affligat crucietque suam ipsius mentem, supplicium a seipso exagat pro peccatis, per condemnationem, per diligenter actam poenitentiam, per lachrymas, per confessionem, per ieiunium, per elemosynam, per continentiam ac charitatem, ut possimus omnes omni modo hic depositis peccatis multa cum fiducia illuc proficisci, quae nobis omnibus contingat assequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu, gloria, honor, imperium in secula seculorum, Amen.

Afflicto dat intellectum

Peroratio

Abolitio peccati quibus modis fiat

CONCIONVM DE LAZARO FINIS:

EIVSDEM HOMILIA IN LAVDEM

EORVM QVI COMPARVERVNT IN ECCLESIA, QVAE
que moderatio sit seruanda in laudando. Item de hoc quod scripsit Esaias:
Vidi dominum sedentem in throno excelsio, &c.

Simile



CONSPICIO uos multo studio adnitentes, ut ad effectum perducatis quae heri a nobis dicta sunt, eoque nunc haud grauate semen doctrinae facimus, quod hinc bona spes alit animum nostrum. Nam & agricolam, quum non sine labore quidem semina deposuit, sed uidet terram feracem segetemque prouentu exuberantem, superiorum laborum obliuiscitur, atque ad reliquum operae conseruationemque priorum, lucris expectatione excitatur. Verum haec agricolatio quanto feracior quantoque lucrosior est? Nam illa quidem frugum sensibilem copiam adferens corporibus reponit alimoniam: haec uero dum sermonum deponit doctrinam, spiritualiumque donorum abundantiam adfert, animi diuitias recondit, alimoniam quae nec consumi, nec uitari potest, reditus qui neque pereunt, neque corrumpuntur, sed arcana quadam & ineffabili prouidentia conseruantur, quorum usus fructus mente percipiuntur. Hic est meorum laborum prouentus, haec sunt opes quas uestrae charitati recondimus.

Has

Has itaque quum considero in uobis augescere, gaudeo semper, ut qui non frustra sementem fecerim, ut qui non in cassum labores pertulerim, ut qui in frugiferam pinguemque terram, & ad fructificandum idoneam, semen iecerim. Vnde igitur hoc lucrum fore contemtorum? unde perspicio sermones ad opus proficere? Nimirum ex hoc concursu, ex eo quod ecclesiam omnium matrem studiose amplectimini, ex hac pernoctatione statione, ex eo quod angelicorum ordinum statione imitantes, sine cessatione laudes et hymnos offeritis conditori. Omnia Christi dona. In supernis exercitus angelorum canunt gloriam, in terris homines in ecclesiis choros agentes ad illorum exemplum eandem canunt gloriam. In supernis Seraphim ter sanctum illum hymnum resonant, in terris eundem hominum promittit multitudo, communiterque tum caelestium, tum terrestrium plaudit celebritas, una gratiarum actio, una exultatio, una beneuolentis gaudentisque choreae statio. Hanc enim ineffabilis domini sese ad nos demittentis bonitas comprobauit, hanc electam spiritus congregauit sanctus: huius uocum concentus paterno beneplacito congruit: e caelis habet modulorum consonantiam, dum a trinitate uelut a plectro quopiam mouetur, delectabile illud ac felix resonat melos. Illam angelicam cantionem, illum definire nescium concentum, hoc est studij praesentis alacritatisque uectigal, hic conuentus nostri fructus. Eoque gaudeo, talem conspiciens in uobis probabilem affectum: gaudeo dum animorum uestrorum beneuolentiam alacritatemque considero, dum gaudium spirituale, dum iuxta deum exultationem. Neque enim ulla res tantum adfert gaudij uitae nostrae, quantum hoc quod ex animo gaudetis in ecclesia congregari. In ecclesia gaudentium conseruatur gaudium, in ecclesia animo deiectorum, animorum est recreatio. In ecclesia dolentium est uoluptas, in ecclesia defatigatorum respiratio, in ecclesia laborantium requies. Venite enim, inquit, post me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Quid hac uoce possit esse desiderabilius? quid hac inuitatione iucundius? Ad epulum te uocat qui in ecclesia te uocat dominus. Ad releuationem pro laboribus adhortatur, ad relaxationem a molestiis transfert, pondus peccatorum alleuans, delicijs animi molestiam, gaudio mororem sanat. Omnia miram eius curam, o uocationem correptam exhibeamus, & cum conueniente modestia, considerationemque decente hanc consummemus. Etenim de hoc uobis hodiernum sermonem mouere uolo, in speciem quidem molestum, ceterum leuem, utilemque ueritate. Sic enim & amantes liberorum patres faciunt, non solum ea quae ad breue tempus delectant, uerum etiam amantem quae molestiam adferunt filijs adhibent, nec ea modo praecipiant eis quae statim ostendunt utilitatem, sed quaecumque uidentur quidem esse molesta, salutaria tamen sunt, si perficiantur, & haec multa cura docent, diligenterque flagitant ab eis ut conseruentur. Atque hunc sermonem in longum producimur, ne praesentem laborem frustra insumamus, ne sustinentes uigiliae necessitatem inutiliter in pugilum certamine uerseremur, ne uoces in aerem dissolutae, ad detrimentum sonent potius quam ad lucrum. Neque enim negociator e longinquo merces importans, uehementem uentorum incursum, undarumque exortium procellas sustinens, frustra & incassum susciperet eiusmodi labores, uerum ideo maria fecat, & audax est aduersus pericula, locaque locis commutat, totaque noctes ducit infatigabilis, ut negotiatione ditescat. Quod si non contingat, sed cum lucro etiam fortis iacturam faciat, ne soluere quidem ancoram poterit, nec illa uaria perferre discrimina. Hoc itaque scientes cum decente circumspectione huc accedamus, ne pro peccatorum remissione, etiam accessione peccatis adiunctam domum referamus. Quid autem est quod quaeritur, quodque a nobis reposcitur? Ut dum diuinos hymnos resonamus, multo tremore contracti, multaque religione orati, ita demum eos offeramus. Nam sunt quidam inter hos qui hic adferunt, quos ne uestrae quidem charitati arbitror esse ignotos, qui contemnentem deum, ac spiritus eloquia pro uulgaribus ac prophantis ducentes, incompuestas uoces emittunt, nihilque melius se gerunt, his quos habet infantia, toto corpore tumultuantes ac circumacti, moresque praeseferentes a spirituali statione alienos. Miser & infelix oportebat te cum tremore ac reuerentia angelicam glorificationem resonare, cumque terrore confessionem reddere conditori, ac per hanc delictorum ueniam postulare. Tu uero mimorum & saltatorum mores huc inducis, dum indecenter manus iactas, pedibus subsultas, totoque circumageris corpore. Et qui sit, ut non metuas neque horrescas haec audens aduersus talia eloquia? Non cogita

de honore

Ecclesiastici conuentus laus

Math. 11

Molesta esse non debent quae profunt

Simile

Acclamatio nes indecora

gitas ipsum hic inuisibiliter adesse dominum, qui uniuscuiusque motu metitur, & conscientia rationem habet? Non cogitas quod angeli huic stupendae assunt mensae, cumque reuerentia hanc circumuallant? Verum tu ista non cogitas, quoniam ea quae in theatris audiuntur quaeque spectantur mentem tuam obscurarunt, & ideo quae illic geruntur in ecclesiastica ritus indicis, ideo clamoribus nihil certi significantibus animum in compositum euulgas. Quomodo ergo ueniam postulabis tuorum delictorum? Quomodo in domum tuam recipies dominum, qui usque ad deo contemptum offeras precationem? Miserere mei deus inquit, ac mores a misericordia alienos declaras. Clamas, serua me, & speciem a salute alienam exprimis. Quare se extendunt manus ad supplicandum, quae semper ad sublime factantur & indecore circumaguntur, quaeque uehementi clamore uolentibus spiritus impulsi strepitum habent nihil certi declarantem? An non ista quidem partim sunt mulierum in truijs meretriciam artem exercentium, partim uero eorum qui in theatris uociferantur sunt exempla. Quomodo igitur audes angelorum deum glorificantium hymnis, daemonum admiscere ludicra? Quomodo autem non ueris hanc uocem, quam illic profers dicens: Seruite domino in timore, exultate ei cum tremore. Hoc sine est cum timore seruire, sic diffundi distendique, ut nec ipse scias quae loquaris in composito uocis boatur: istud uero contemptus est non timoris, arrogantiae non modestiae, istud ludentium est potius quam confitentium. Quid est ergo seruire domino in timore, quum omne praecipitum perfecimus, cum tremore contractionemque hanc confessionem facere, corde contrito mentemque submissa preces offerre. Nec solum seruire in timore, uerum etiam exultare cum tremore, spiritus sanctus per prophetam iubet. Nam quoniam praecipitum impletio gaudium gignere solet in animo uirtutem exercentis, & hanc, inquit, confessionem cum tremore facere conuenit, ne si deposito metu confundamur ac dissoluamur, simul & laborum iacturam faciamus, & deum in nos prouocemus. Sed quomodo inquit, fieri potest, ut quis exulter cum tremore? nam impossibile est simul haec duo accidere, quum inter haec pluri- ma sit differentia. Gaudium enim est eorum quae desiderat animus expletio, rerumque iucundarum fructio, ac molestiarum obliuio. Metus autem expectatorum malorum incur- sus, cooriens aduersus condemnatam conscientiam. Quomodo igitur licet exultare cum timore, nec simpliciter cum timore, sed etiam cum tremore, qui est timoris uehementia, & immodica cuiusdam anxietatis signum. Quomodo igitur inquit hoc fiet? Ipsa te Seraphim docent, re ipsa tale ministerium impletio: Nam illa ineffabili gloria conditoris fruuntur, incomprehensibilem eius pulchritudinem contemplantia. Non dico illam ut est natura, haec enim incogitabilis est, nec spectari potest, nec figura exprimi, absurdumque est sic de illa opinari: sed quantum concessum est, quantum ex illo splendore possunt comprehen- dere. Quoniam enim assidue famulantur in circuitu throni regalis, in iugi gaudio perseue- rant, in sempiterna delectatione, in exultatione sinem non habitura, gaudentia, satietate, ci- tra ullum silentium gloriam canentia. Nam stare in conspectu maiestatis illius, deique splen- dore illinc resurgente illuminari, hoc illis est gaudium, hoc illis exultatio, hoc illis uoluptas, hoc denique gloria. Fortassis sensistis aliquid uoluptatis, & cupiditas quaedam illius gloriae uos cepit. Age, utinam uelitis adhortantem auscultare, praesentemque gloriae diuinae cele- brationem religiose peragere. Nam non destituet uos huiusmodi gaudium, siquidem ipse est ille dominus, qui & in caelis & in terris glorificatur, plenique sunt caeli & terra gloria eius. Quomodo fit igitur, ut illa Seraphim quum eiusmodi uoluptate fruuntur, hanc cum timore misceant? Audi quid dicit propheta: Vidi dominum sedentem in throno excelso & eleuato. Quam ob causam, quum dixisset excelsum, adiecit eleuatum. An non satis erat per celsitudinem rem totam significare, declarareque dignitatis eminentiam? Quapropter ergo addidit eleuatum? Ut cathedram incomprehensibilem demonstraret: quandoquidem quae humilia sunt ac submissiora. Veluti excelsi sunt montes ad campestris locaque terrae supina comparati, excelsum autem caelum super omnia terrena sublatum est. Caeterum haec eleuatio sublatioque solius est illius naturae incomprehensibilis, quam neque cogitatione con- cipere, neque uerbis eloqui quisquam potest, eoque dicit: Vidi dominum sedentem in throno excelso & eleuato. Sed quid praeterea uidisti o propheta? Quid circa illum spectasti? Et Seraphim stabant, inquit, in circuitu eius. Quid faciebant & quid dicebant, qua fiducia frue- bantur

Theatrici mo-
res in ecclesia

Psal. 2

Seruire domi-
no cum tremo-
re quid

Fructio uisio-
nis diuinae

Esai. 6

Valles dicit
supinas

bantur? Fiducia quidem, inquit, nulla, uerum timoris ac stuporis erant plena, ipsa etiam specie metum ineffabilem declarantia. Duabus enim alis uelabant faciem, simul excluden- tia radium e throno prodeuntem, eo quod ferre non possent immensam illius gloriam, simul autem & suam religionem ac reuerentiam significantia quam habent erga dominum. Tali gaudio gaudent illa, tali laetitia exultant, nec solum facies uelant, uerum & pedes. Quam obrem hoc faciunt? Facies quidem merito uelant, propter metuendum spectaculum, quodque non possint inaccessam gloriam obtueri. Verum pedes quare simul uelant? Ac uolebam quidem uobis hoc relinquare, ut ipsi circa huius solutionem laboraretis, circaque spiritualium rerum uestigationem uigilaretis: caeterum ne uestram cogitationem circa huius inquisitionem intentam relinquens, incipiam admonitionem negligere, necesse est ut hoc obiter dis- soluam. Quare igitur pedes uelant? Inexplebilem erga conditorem reuerentiam exhibe- re student, multaque anxietate, tum ipso habitu, tum uoce, tum aspectu, denique ipsa statio- ne. Quoniam igitur id quod desiderant, quodque conueniebat non assequuntur, declarant eo quod undique uelantur. Nam ita defectum circumtegunt. Vtrum intelligitis quod dictum est, an opera precium est, ut idem denuo repetam? Age ut hoc factum dilucidius, ex rerum no- strarum exemplis manifestum facere conabor. Assidit aliquis terreno regi, omnibusque mo- dis molitur, ut quam plurimam erga illum reuerentiam exhibeat, quo per hoc maiorem il- lius erga se conciliet beneuolentiam. Cuius gratia non solum specie capitis, uerum etiam ipsa uoce, ipsa manu compositione, ipsa pedum coniunctione, totiusque corporis contractio- ne, talem reuerentiam conatur ostendere. Hoc & ab illis incorporeis uirtutibus fit. Quum enim plurimam habeant erga conditorem reuerentiam, & hanc undique conatur praes- tare: deinde quoniam non assequuntur quod expetunt, quod deest affectui, hoc uelo obtu- gunt. Hanc ob causam igitur facies ac pedes tegere dicuntur. Quamquam est & alia quaedam magis mystica speculatio quae circa hoc consideratur, non quod pedes ac facies habent, sunt enim incorporea quemadmodum ipsum numen, sed ut hoc humanus sermo declaret, ea un- dique metu ac reuerentia contracta seruire domino. Sic oportet nos assistere, talem deo glorificationem offerentes, metuentes, ac trementes, ac tanquam illum ipsum mentis oculis intuentes. Adest enim hic omnino, nec tamen ullo modo circumscribitur, uocesque nostras recenset. Sic igitur contrito corde et submisso, laudem de promentes reddamus eam acceptam, & uelut incensum boni odoris ad caelum submittamus. Cor enim, inquit, contritum & hu- militatum deus non despiciet. Verum propheta, inquit, exhortatur ut cum iubilo glorificatio- nem peragamus: Iubilate, inquit, domino omnis terra. Verum neque nos talem iubilationem prohibemus, sed uocem prohibemus nihil significantem. Neque prohibemus uocem laudis, sed uocem absurditatis & inconditae, ac mutuas inter uos contentiones, manus incassum temereque sublatas in aerem, pedes supplodentes, indecoros efformatosque cantus, qui sunt eorum qui in theatris & hippodromijs oiantur, lusus: Illinc nobis perniciose inuehun- tur exempla, illinc irreligiosae uulgaresque uoces, illinc manuum absurditates, contentiones, concertationes, moresque in compositi. Nulla res enim aequae eloquia dei adducit in contem- ptum, atque spectaculorum quae illic proponuntur admiratio. Proinde frequenter uos hortatus sum, ne quis eorum qui huc adueniunt, diuinaque doctrina fruuntur, quique horrendae ac mysticae uiciumque participes sunt, ad illa iret spectacula, neu diuina cum daemoniacis comi- sceret mysteria. Attamen nonnulli usque ad deo infantiunt, ut etiam quum speciem religionis circumferant, & ad profundam caniciem peruenerint, nihil secius currant ad illa, neque no- stris sermonibus auscultantes, neque propriam reuerenti speciem. Verum quoties eis hunc sermonem ingerimus, & ut caniciem religionemque uereantur adhortamur, quod ibi illo- rum frigus: quae ridiculus sermo? Exemplum, inquit, uictoriae quae in futuro seculo erit & coronarum sunt illa, plurimamque illinc utilitatem referimus. Quid ais homo? Putris iste sermo est ac fallaciae plenus. Vnde utilitatem isthinc ferre licet? Ex innumeris contentio- nibus, ex temere factis deierationibus, malo loquentium. An ex contumeliosis conuicijs scom- matibusque, quibus spectatores se mutuo conspergunt? Verum ex his nihil, caeterum omni- no ex in compositis uocibus, & nihil significante clamore, eoque puluere qui submittitur, tum ex his qui impellunt, qui uim faciunt, qui accessant ac dissimulant exemplo mulierum, uti- litatem colligis. Atqui hic quidem ipsum dominum angelorum, omnes prophetae docto- resque super thronum excelsum & eleuatum ostendunt, ipsique qui digni sunt brachia & coronas di-

Seraphim
quare faciem
& pedes ue-
lant

Simile

Gestus aulici

Psal. 65

Spectacula
perniciosa

tribuunt, indignis uero gehennā assignant: atq; ipse etiā dominus hoc cōfirmat. Deinde hæc quidem cōtemnis, in quibus etiā conscientia terror est, & factorū redargutio, & pœnarum accusationumq; anxietas, & supplicium inuitabile. Verū ut absurdam inuenias tuorum spectaculorū quibus suspensus in hias excusationē, dicis te utilitatem capere ex his, ex quibus iacturam pateris irrecuperabilem. Rōgo etiā atq; etiā obsecroq; ne excusationes excusemus in peccatis. Prætextus enim ista sunt ac deceptio, quibus nobis ipsis damnum accersimus. Verum de his quidem hæcenus, tempus autem est ut iam ad priorem recurramus admonitionem, atq; ut paucis de ea loquuti debitum orationi finem imponamus. Neq; enim hoc solum peccatur, quod quæ hic fiunt parum pro dignitate peraguntur, uerum etiā alius quidam grauis obambulat morbus. Quis tandem iste? Quod, qui proposuerunt cum deo colloqui eiq; seruitium exhibent, mox hoc omisso suum quisque uicinum arripiunt ordinantq; res domesticas, quæq; fiunt in foris, quæq; in populo, quæq; in theatris, quæq; in exercitu, & quomodo alia quidem sunt administrata, alia rursus neglecta, & quid in gerendis rebus plus satis fuerit, quid diminutum; in summa, de rebus omnibus uel publicis, uel priuatis hic colloquuntur. Et qua tandem uenia digna sunt ista?

Simile At qui qui cum rege terreno colloquitur, de his tantum uerba facit de quibus ille uoluerit audire, & de quibus rex fuerit percontatus. Quod si quis ausit iniicere secus quam ille uelit, extremo supplicio afficietur. Tu uero cum rege regum colloquens, cui cum horrore seruiunt angeli, omisso cum illo cœpto sermone, de luto, de puluere, de telis aranearum loqueris. Nihil enim aliud sunt huius uitæ negocia. Et quomodo sustinebis istius contemptus pœnam? Quis autem te ab hac uindicta liberabit? Verum haud recte se habent, inquit, rei publicæ negocia, de his plerumq; loquimur. Ingens periculum. Quid autē in causa? Eorum, inquit, qui principatū gerunt incogitantia. Non est principū incogitantia, sed nostra iniustitia, pœna est pro nostris sceleribus exacta. Illa cuncta sursum deorsum miscuerūt, illa quicquid est calamitatū inuexerunt, illa armarūt hostes, illa fecerūt ut uicti discederemus, non aliunde nobis malorū examen inundauit, quam ex hac causa. Proinde quamuis Abrahā qui sp̄s esset qui imperaret, quamuis Moses, quamuis Dauid, quamuis Solomon ille sapientissimus, quamuis omnium hominum flagitiosissimus, si nos male uiuimus nihil interest qualis ille sit, quantum ad causam malorū. Qui sic, inquis, aut quo pacto? Quoniam si transgressor legum fuerit, si temere nulloq; consilio feratur, nostra incogitantia nostraq; temeritas, talem genuit principem, nostra cōmissa plagam accerserunt. Nam quod iuxta corda nostra accipimus principes, nihil aliud est nisi quod præterita peccata nostra talem nobis dedere præfectum, siue quis fuerit ex consecratis, siue ex eorum numero qui mundanas administrant dignitates. Quamuis autem iustus fuerit, adeoq; iustus, ut usq; ad Mosi uirtutem pertingat, haud tamen illius unius iustitia, immensa rebellium peccata ualebit obtegere, idq; poterit quis ex ipso Mose certo cognoscere. Quum enim ille multis modis afflictus fuisset pro Israel, instanterq; apud deum supplicasset, ut terram repromissam in sortem illis traderet, tamen quoniam se populus suis peccatis reddiderat ab hac promissione alienum, non potuit Mosi deprecatio iustam dei sententiam immutare, quominus totus ille populus in deserto prosterneretur. At tamen quis Mose iustior, aut quis plus ualuit apud deum? Dicitur est, ualere iusti deprecationem, sed efficacem, hoc est pœnitentia conuersioneq; adiutā eorum pro quibus funditur. His uero quibus mores manent sine pœnitentia, citraq; bonā cōuersionem, quomodo possit auxiliari iusti deprecatio, quum illi ipsi suis factis obstant? Et quid commemoramus hoc accidisse toti populo peccanti, quum & paucorum inobedientium peccata, imò unius, iuste imperantium gratiam superent. Atq; hoc rursus ex eodem populo Israelitico perspicias licebit, qui Mose rem publicam administrante, quum in terram alienigenarum irrupissent, pugnamq; cum illis commisissent, quomodo quidam illorum insanientes in illorū mulieres, totius populi cladem exitumq; inuexerunt. Hoc autem quod dicam in uno accidit, uidelicet Achar, qui quum uariam ex anathemate stolam sustulisset, etiā aduersus populum iram dei succendit. Verum ut conijcio, nonnullis præsentium ignota est hæc historia. Quam ob rem necesse est,

Iesus Naue ut paucis de hac loquutus, & scientes cōmonefaciam, & nescientes doceam. Achar itaq; *figura Iesu* fuit unus ex eorū numero, qui cum Iesu Naue transiere Iordanem, qui Iesus fuerat ante *Christi* dei iudicio delectus, ut Mosi succederet, quiq; typum ac figuram gerebat ueri seruatoris nostri

nostri Iesu Christi. Quem admodum enim ille è deserto per Iordanem in terrā repromissam perduxit populum: Sic & seruatur noster, ex ignorantia & idololatriæ deserto per sanctum ac saluterum baptismū in cœlestem Hierosolymā nos traduxit, ad matrem primogenitorum, in qua ueræ quietis paratae sunt mansiones, ubi uita seditionis nescia, pacificaq;. Hic itaq; quum eius uirtute qui ipsum populo præfecerat, Israelitas transmiseret, iamq; ad mouisset exercitum Hiericho, nouā illam & admirandam obsidionem moliens, mox ruituris mœnibus, quid loquitur apud populū? Erit anathema hæc ciuitas, & quicquid est in ea, domino Sabaoth, excepta Rhaab meretrice, Hanc seruabitis: *Iosue* Cauete igitur ab anathemate ne quando concupiscentes sumatis ex eo, ac perdati nos. Consecrata sunt, inquit, omnia quæ sunt in ciuitate: Nam id sonat anathema. Ne quis igitur suffuretur ex his quæ consecrata sunt domino deo, nosq; disperdat è terra. Periculōsum erat præceptum, multa diligentia tum dei præcipientis, tum legem ferentis Iesu. Vix enim fieri potuit, ut in tanta multitudine non uiolaretur hæc lex, quā multæ res essent quæ huc impellerent. Nam uel instabilitas eius populi licetq; cupiditas, uel quod non omnes audissent ædici præceptum, uel spoliōrū uarietas uelut esca obiecta, habendiq; auidos illectans, facile ad legis transgressionem perpulisset. Et tamen ea lex erat lata: ac transgressoris capiti periculum imminēbat. Quid igitur post hæc? Conciderunt mœnia, & quicquid erat in ciuitate uenit in manus obsidentū. Itaq; quū uniuersus populus seruaret hoc præceptum, unius præuaricatio in uniuersam multitudinem concitauit iram dei. Peccauerunt inquit, filij Israel peccatum magnum, & suffurati sunt & sumperunt ex anathemate, & sumpsit Achar filius Charmi ex anathemate, & indignata est ira domini filijs Israel. At qui unus erat qui peccauerat. Quomodo igitur peccauerūt filij Israel, ac deus iratus est filijs Israel? Vides quomodo unius peccatū toti populo uindictā accersit? Quomodo deum aduersus multitudinem hostem reddidit? Quoniam igitur fuerat perpetrata legis transgressio, neq; quisquam erat cōsciens, præter solum deum qui nouit occulta, ultio quidem differebatur: ceterum qui hoc perpetrarat, tamen si uidebatur latere, tamen à conscientia uelut ab igni urebatur. Venit igitur tempus quo fieret quod cōminatus fuerat deus, quoq; peccatū ueniret in populum. Misit, inquit, Iesus uiros ab Hiericho in Ga. Et ascenderūt illuc uiri fere ter mille, fugeruntq; à facie uirorū Ga, & occiderunt ex illis uiros triginta sex, & persequuti sunt eos, & conciderūt illos, & expauit cor populi, factumq; est uelut aqua. Vide unius peccati pœnam, uide plagam acerbissimam, unus peccarat, & in populum uniuersum mors ac trepidatio irruit. Quid hoc ò bone domine? Tu solus iustus, & recta iudicia tua, Tu cuiq; iuxta propria facta reddis iudiciū. Tu humani generis amator, dixeras in suo quocq; peccato moriturum, nec alium pro alio daturū pœnas. Quod igitur hoc est tuum iustum iudiciū? Bona sunt tua omnia domine, & ualde bona, & ad nostram utilitatem dispensata. Lues quædam, inquit, est peccatum, per ultionē euulgetur ac traducatur apud omnes, ne corrumpat omnes, ut ubi cognorint quantas minas una pepererit transgressio, fugiant ultionem, de multis alio qui sumendam æternā uindictam. Videns igitur, inquit, Iesus fugam sisti non posse, discidit uestimenta sua ac prostratus est in terram, ea lugubriter lamenta proferens quæ narrat diuina scriptura. Quid igitur illi respondit Dominus? Surge, quia ita prostratus iaces: Peccauit populus tuus, transgressus est pactum meū, nec poterunt stare filij Israel contra faciem hostium suorum, donec sustuleritis anathema ex uobis ipsis. Prædicatur igitur hoc in populo, & à deo proditur qui hoc perpetrarat, ille fatetur. Respondit enim, inquit, Achar Iesu dicens: Vere peccauit in cōspectu dei Israel, sic & sic feci: Videbam in præda pallium uarieatum unum pulchrum, ducentaq; argenti didrachma, & linguam unam auream quadraginta didrachmorum, & concupiscens cepi, & ecce hæc defossa sunt humo in tabernaculo meo. Omnia iam in apertum profert, postea quam perspexit illū omnia sine mendacio indicasse, nec diffusus est testi seipsum prodenti. Vide autem probrosam ac perniciosam illam mortem, Subduxit, inquit, Iesus Achar in conuallem, filios & filias eius, & uitulos eius & iumentā eius, & omnes oues eius, & tentorium eius, & omnia quæcunq; possidebat, & lapidibus obruit ea omnia populus. Hoc transgressionis præmium, talis dei uindicta, quæ per corruptelam euitari non potest. Hæc itaq; scientes, cogitemus molestias à nostris peccatis inuehi, singulisq; diebus nostra examinantes crimina, non alijs sed nobis ipsis causam ascribamus. Nec enim principū modo

negligentia, sed multo magis nostra delicta, mala accerserunt. Proinde si huc adueniens sua quisque examinet delicta, nec alium inculcabit, & presentem glorificationem resonabit. Quod autem exigitur ad decentem modestiam, hoc est primum, corde contrito accedere ad deum, proximum cordis affectum ipso uisibili habitu declarare, statu, manuum decora compositione, placida contractaque uoce: Nam id facile est, & potest quisquis uoluerit. Qui fiet igitur, ut omnes suo fungatur officio: Ponamus nobis ipsis legem, dicamusque: In publicam utilitatem lex prodita est, & huius utilitatis oportet nos omnes esse participes. Quapropter & indecoras uoces premamus, manuumque gestulationes corripimus, has coniunctas exhibentes deo, nec incompositis moribus attollantur. Odit enim hoc Deus & auerfatur, sicut contra, compositum ac modestum amat expetere. Ad quem, inquit, respiciam, nisi ad mansuetum & quietum & trementem uerba mea? Dicamus alijs alij, non uult deus, ut simul cum ipso loquamur, & inter nos fabulemur, nec patitur ut omisso cum ipso colloquio, presentium colloquia suscitemus, cenoque margaritas contaminemus. Si quidem hoc suam contumeliam esse ducit, non glorificationem. Quod si quis uoluerit hoc preceptum praeterire, obturemus illi os, tanquam nostrae salutis insidiatori, expellamus, ex ecclesiae sanctae castris eiciamus. Hoc si fecerimus, nostra quidem peccata superiora facile diluemus, ipsum autem dominum habebimus in medio nostrum una cum sanctis angelis choros agentem, & cuique modestiae coronas distribuentem. Quoniam enim est humanus ac munificus, gaudens nostra salute, oblectans sese bonis nostris, propterea & caelorum regnum promissit, & uitae incorruptibilis consortium, omniaque bona praeparauit, uolens nos in his habere tabernacula. Quae nobis omnibus contingat assequi, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, quem decet gloria, imperium, honor, & adoratio cum patre & sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM HOMILIA SECUNDA, DE EO QUOD DIXIT

Esaias: Factum est anno quo mortuus est Ozias rex. Vidi dominum sedentem in throno excelso & eleuato.

γνώμη
ex simili



Simile noui

GAUDEO conspiciens uos ad audiendum concurrentes. Quemadmodum enim appetentia cibi corporis bonam ualitudinem declarat, sic & sermones appetere spirituales, animae sanitatem arguit. Gaudeo quidem igitur propter hoc, ceterum uereor ne forte non possim aliquid adferre dignum isto uestro desiderio. Sic & mater amans quoties lactantem habens puerum, non potest illi largiter praebere lactis fontem, attamen quanquam lacte caret, mammam tamen dat. Ille uero acceptam trahit fugitque, ore uexatam papillam calcans, plus quam erat elicit alimenti: mater uero dolet quidem dum ipsius distendunt ubera, nec tamen repellit puerum, mater enim est, & omnia praepotat perpeti potius quam ut partum suum contristeret. Itaque si matres erga fetus suos tanta charitate afficiuntur, multo magis oportet nos erga uestram charitatem similiter affectos esse. Nam spiritus nixus flagrantiores uehementioresque sunt quam naturae. Itaque tamen si nobis mensa multam habet penuriam, ne sic quidem tamen eam occultabimus, sed omnia in medium proferentes apponemus uobis. Quod si pauca haec sunt, uiliaque, praebimus tamen. Nam & ille cui talentum erat creditum, non quia quinque talenta non attulit ob id inculcatus est, sed quod unum illud detinuerit, dedit poenas. Si quidem hoc est quod quaeritur apud deum & apud homines, non multa ne aut pauca deponas, sed ne oblationem offeras facultatibus inferiorem. Audistis heri quam nobis datum esset hoc honoris, ut apud charitatem uestram differeremus, psalmum illum legentibus nobis qui peccatorem e sacrorum ambitu eiciens, angelos supernasque uirtutes hortabatur ad laudandum omnium deum. Vultis igitur & hodie, idem mysticum melos audiamus, prope illic alicubi astantes? Mihi uidetur. Nam si homines scelerati dum choralesque canentes cantiones, totam ciuitatem nobis aperiuunt, & ad sese conuertunt, nos caelestium populorum supernis choris regem uniuersi celebrantibus non accurremus; non autem diemus diuinam illam ac beatam uocem? Et quae nobis dabitur uenia? Sed quomodo, inquit, licet audire? Si ipsum ascenderimus caelum, modo fieri possit, & si non corpore certe mente licet, & si minus praesentia certe cogitatione. Nam corpus quoniam terreste est ac graue; natura

simile

natura manet in terris. Anima uero ab hac necessitate libera est, facillimeque ad altissima longissimeque remota loca aduolat, etiam si uelit ad extremos orbis terminos peruenire, aut in caelum ascendere, nihil est quod uetet, adeo ipsi leues cogitationum alas dedit deus. Nec tantum alas leues dedit, uerum & oculos largitus est, multo que corporis perspicaciores. Nam corporis aspectus si quidem per uacuum aera appareat aliquid, ad longum interuallum progreditur: quod si in exiguum corpus impegit, non aliter que fluxus qui ferebat, obstaculo repulsus, denuo retrorsum auertitur: uerum animi oculi etiam si parietes, etiam si moenia, etiam si montium moles, etiam si caelorum corpora coopererint obstantia, omnia facile praetercurrunt. Attamen quum tantam habeat celeritatem, & oculorum aciem anima, non est ex sese sufficiens ad intelligentiam rerum spiritualium, sed opus habet qui ipsam manu porrecta deducat. Faciamus igitur quod in regum aulis facere solent, qui cupiunt eas uidere. Quid autem illi faciunt? Vbi quaesierint eum cui clauis commissa sunt, illum aduentum, alloquuntur & supplicant, frequenter & pecuniam numerant, ut ipsis gratificetur: Ad eam ergo & nos unum eorum qui bus caelestes portae commissa sunt, appellemus, supplicemus, pro pecunia promptam uoluntatem syncerumque affectum exhibeamus. Et si ille mercedem hanc acceperit, manu nostra apprehensa per omnia circumducet, non ad istam supellectilem regiam, sed ipsum regem in throno sedentem, astantibus exercitibus exercituumque ducibus, assistentibus innumerabilium angelorum & archangelorum milibus, breuiter omnia diligenter nobis ostendet quatenus nobis uidere fas est. Quis igitur est iste cui haec functio commissa est, si quando uolumus ingredi? Esaias prophetarum uocalissimus. Ergo necesse est, ut hunc alloquamur. Agite sequamini composito gradu incedentes, multo cum silentio: ne quis ingrediatur curis onustus mundanis, ne quis elatus, ne quis attonitus: uerum haec omnia foris ante ostium deponamus omnes, atque ita demum ingrediamur. Ingridimur enim in regnum caelorum, conscendimus in regiones stellis fulgurantes. Quae intus sunt miro silentio plena sunt, inysterijsque non efferendis referta. Sed animaduertite, nam scripturarum lectio, caelorum est referatio. Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex, uidi dominum sedentem in throno excelso & elato. Vidisti probi famuli beneuolentiam humanitatemque. Illico nos ad thronum induxit regem, nec prius circumegit post longos ambitus, sed simul atque portas aperuit e regione sedentem dominum ostendit. Et Seraphim, inquit, stabant in circuitu eius, sex alae uni, & sex alae alteri, ac duabus quidem uelabant faciem, duabus pedes, & duabus uolabant, & clamabant alter ad alterum dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus dominus sabaoth. Vere sanctus qui nostram naturam tantis ac talibus mysterijs dignatus est, qui nos talium secretorum confortes fecit. Atque interim me horror ac tremor corripuit huius cantilenae gratia. Et quid mirum si me corripuit luteum ac terrenum, quum etiam ipsas supernas uirtutes semper maximus obtineat stupor, ea propter auertunt facies alasque uice murorum obijciunt, non ferentes radios illinc proficiscentes, & tamen id quod apparebat ad nostram imbecillitatem sese demittebat. Quis igitur non rulerunt? Mihi ista dicitis: Dic istis qui curiose scrutantur ineffabilem ac beatam naturam, his qui audent non audenda, Ipsa Seraphim ne demissionem quidem dei sustinuerunt intueri, & homo ausus est dicere, imo potius homo ausus est animo concipere, quod naturam ipsam summam possit ad plenum clareque uidere? Horresce caelum, obstupescere terra, hoc audere maius est ijs quae ausi sunt illi: Nam quae tum illi per impietatem audebant, eadem nunc per impietatem audent isti, bilis Nam creaturam similiter adorant: quod autem nunc isti commenti sunt, nullus eius aetatis hominum neque dicere, neque audire sustinuit. Quid ais? Demissio erat quod uidebatur? Erat, sed dei. Etenim si Daniel cui multum erat familiaritatis ac fiduciae apud deum, non sustinuit angelum sese ipsi demittentem uidere, sed cecidit iacuitque pronus, uinculis oculorum illius dissolutis, quid mirum si Seraphim expauescunt, non sustinentia maiestatem illam intueri? Neque enim tantum discriminis est inter Danielelem & angelum, quantum inter deum & uirtutes illas. Verum ne nos plus quam sat est his miraculis immorantes uestris animos in stuporem adigamus, age ad initium historiae conuertamur, humilibus enarrationibus uestris animos ad eius intelligentiam adducentes. Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex. Operis precium est inquirere primum, quae gratia propheta nobis tempus designarit: Neque enim hoc fortuito temere eue facit. Nam prophetarum ora dei sunt os: Tale uero os nihil dixerit obiter & extraneum. Ne igitur nos obiter & aliud agentes au-

Anima uis

simile

Scriptura
quomodo
audienda

Diuina natura
nec angelis
comprehensa
bilis

simile

diamus. Etenim si hi, qui fodiunt metalla ne minima quidem frustula pretereunt, uerū ubi nacti fuerint aliquam uenam auri, meatus omnes exacte circumspiciūt, multo magis hoc facere nos oportet in scripturis. Et tamen in metallis difficile est inuenire quod uenantur. Etenim quū & metalla sint terra, & aurum nihil aliud sit q̄ terra, ipsa quoq; naturæ cōmunitio similitudoq; cœlat aspectū eorū que quærūtur. At tamen ne sic quidē desistunt illi, sed omnem adhibent diligentiam, etiam si postea q̄ inspexerint, sciāt quid uere sit terra, quid uere sit aurum. In scripturis autē non est eadem ratio: Neq; enim proponitur aurum

Psalm. terræ cōmixtum, sed purum est aurum. Eloquia, inquit, dei pura, argentum igni exploratum, probatum terræ. Si quidem scripturæ non sunt metalla quæ indigeant operarijs, sed thesaurum præbent paratum ijs qui quærūt opes in ipsis reconditas. Satis est enim introspexisse, ut omni expleti fructu discedatis, satis est tantū aperuisse, ut illico uideas gemmarum splendorem. Hæc autem mihi non temere dicta sunt, neq; fortuito produxi sermonem, sed ob id quod sunt homines quidam opifices, qui posteaquam sacros libros in manus sumperint, deinde reppererint uel annorum numerum positum, uel nominū recensionem, illico prætercurrunt, & incusantibus respondent, nomina tantum sunt, neq; quicquam habent utilitatis. Quid ais? Deus loquitur, & tu audes dicere, nulla est dictionum utilitas? Etenim si ad nudam scripturam aspexeris tantū, dic mihi, nonne resistes cum studio,

Scriptura nihil habet superuacuum repositasq; scrutaberis opes? Sed quid loquor de tēporibus & nominibus titulisq;, disce quantum ualeat unius tantū literulæ adfectio, ac desine tota cōtemnere nomina. Patriarcha

Abram, Abraham noster Abraham, noster enim potius est quam Iudæorum, hic prius dicitur est Abram, quod interpretatum sonat, transitorē, post hæc uero nomine cōmutato dicitur Abraham, pater factus omnium gentium, & unicum elementum adiectum, tantum principatū uinū dicitur iusto. Quemadmodum enim reges præfatis suis aureas porrigunt tabellas principatus signum, sic & deus iusto illi honoris signū dedit literam. Verum de nominibus alio tempore disseram. Quantum autem sit fructus si cognoscatur, rursum quantum damnum si ignoretur, aperiendum est. Ac primum quidem id à rebus temporarijs demonstrabo.

Simile Testamenta tabulæq; de nuptijs, de debitis, deq; reliquis cōtractibus, nisi in frontispicio consulum annos habeāt præscriptos, nullam ex sese uim habent. Hoc est enim quod illis robur addit, hoc est quod controuersias dirimit, hoc quod à lite liberat, hoc quod ex inimicis facit amicos. Proinde qui talia describunt, non aliter quam lucerna in candelabro poni solet, sic in frontispicio literarum, addunt consulum nomina, ut omnibus quæ sub ieiunctur præluceant: Quæ si sustuleris, lumen sustuleris, omniaq; tenebris multaq; turbatione compleueris. Propterea, omne dati acceptiq; negotium siue cum amicis siue inimicis, siue cum famulis, siue cum procuratoribus & œconomis agatur, hæc eget cautio, ne, & ubiq; menses annos ac dies subscribimus. Quod si tantum ualeat ea res in negocijs temporalibus, in spiritalibus, multo amplius profuerit. Si quidem hoc declarat prophetias esse prophetias. Neque enim aliud quicquam est prophetia quam rerum futurarum enarratio. Proinde qui nescit tempora eorum quæ dicta sunt quæ ue euenerunt, qui poterit homini contentioso demonstrare prophetiæ cœritudinem? Hinc nobis & aduersus gentes certamina contentionesq;, quum nostra demonstramus antiquiora, quam quæ apud illos habentur: hinc nobis aduersum Iudæos infelices multis opus est demonstratio

Iudæi obstinati nibus ad euincendā ueritatē. Aduersum Iudæos inquam infelices ac miseros, qui ob temporum ignorantia in grauissimū errorem prolapsi sunt. Nam si audissent Patriarchā dicentem: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius, donec uenerit cui repositum est: Sicq; obseruassent exacta diligentia aduentus dominici tempora, nō incidissent in

Ioan. 5 Antichristū à Christo dilapsi. Quemadmodū & ipse Christus eis prædixit: Ego ueni in nomine patris mei, & nō recepistis me, si uenerit alius in nomine suo, illū recipietis. Vidi sti quātus error inciderit ex incitia temporū. Tantam igitur utilitatē ne negligas. Quem admodū in agris termini columnaq; non sinunt arua confundi, sic tempora nō sinūt confundi res gestas, sed dum dirimunt alias ab alijs, & in ordinē congruentē digerunt, multa nos liberant turbatione. Opera præciti igitur est exponere uobis quis fuerit hic Ozias, & quo tēpore regnarit, & quibus imperarit, & quanto tēpore durarit illius principatus, postremo quomodo uitā finierit. Imō potius iam silendum est, eo quod necesse sit in immensum historiarū pelagus orationē soluere. Qui uero per tale mare sunt iter faciuri, necesse est non

est non fatigatis sed integris remigibus uiam capestant. Nam hæc ob causam passim per mare portus insuleq; politæ sunt, ut & gubernator & uector refocillentur, hic quidē remo deposito, ille uero exurgens à clauo. His de causis & diuersoria cauponæq; ubiq; per uias excogitatae sunt, ut iumenta simul cū uiatoribus à labore recreentur. Eoq; & doctrinæ sermoni, silentij tēpus præfinitum est; ut neq; nos ipsos deteramus uerborū multitudinie, neq; uos delassemus. Atq; hæc tempora nouit Solomon dicēs, Tempus tacendi & tempus loquendi. Sit igitur nobis tempus tacendi, quo detur & præceptori tempus loquendi. Nam quæ nos afferimus similia sunt uino quod recens e lacu haustum est: quæ uero dicuntur ab illo, similia sunt uino, quod quoniam uetustatem seniumq; collegit, multam adfert tum ut litatem tum uim ijs qui opus habent, Nobisq; accidit hodie illud euangelij, Post deterius uinum id quod melius est infertur. Et quemadmodum illud uinum nō uitis genuerat, sed uirtus Iesu Christi fecerat: Ita & huius sermonem non humana profundit cogitatio, sed spiritus sancti gratia. Quoniam igitur huius liquoris fluxus copiosus est & spiritalis, studiose excipiamus, caute seruemus, ut assidue irrigati tempestiuū adferamus fructum deo, qui hæc largitus est, cui gloria, honor & imperium cum domino nostro Iesu Christo sanctoq; spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN PRIMVM LIBRVM PARALIPOMENON, ubi dicitur, Elatum est cor Ozia, deq; modestia, tum quod hominem uirtute præditum non oporteat esse confidentem, deniq; quantum malum sit arrogantia. Homilia III

Benedictus deus, & nostra quoq; ætas progerminat martyres, & nobis hoc honoris contulit dei dignatio, ut conspiceremus homines occidi pro Christo, homines qui sacro sanguine distillant, ecclesiam uniuersam irrigante: Sanguine inquam distillantes, demonibus quidem terrifico, angelis uero desiderabili, nobis porro salutari. Largita est nobis hoc dei dignatio, ut spectaremus pietate belligerantes, uiuentes, coronatos. Neq; uerò solum contigit hæc spectare, uerum etiam athletarū corpora accipere. Ac nunc quidem uictores illos, & corona insignes apud nos habemus. Sed in præsentia de martyribus sermonē referuemus martyriū æmulatori, mihiq; uobiscum cōmuni doctori. Ipsi uero nunc de Ozia disseremus, iam pridem debitum as alienum dinumerantes, diuturnosq; audiendi nixus soluentes. Nam parturit fat scio, unusquisq; uestrum, cupiens illam audire historiam, atq; parturitionē nixumq; nos interim distulimus, non ob id q̄ cuperemus uobis intēdere cruciatum, sed quod studeremus uestrum accendere desiderium, ut uobis à me conuiuio acceptis, meus apparatus q̄ lautissimus ac suauissimus uideretur. Nam opulentis conuiuatoribus, si conuiuas acceperint faturos, licet apparatus lauticia, & edulij opiparis, illorum appetentiam excitare: cæterum pauperem mensam non alia res æque facit uideri splendidam lautamq;, quam si qui ad illam accubaturi sunt, obringant famelici. Quis igitur est Ozias, & ex quibus ortus maioribus, & quorum rex, & quanto tempore regnauit, & quid cum laude gessit, quid se eius, Postremo quo pacto uitam absoluit, De his omnibus in præsentia apud uos disseremus, imo potius quantum de his dicere licebit, sic ut multitudine non confundamus uestram memoriam, id quod in lucernis accensis accidere solet. Nam si paulatim elychinio instillaris oleum, satis alimentæ dederis igni. Sin simul totū infuderis oleum, non solum non alueris ignem, uerum etiā flammam quæ erat extinxeris. Hic igitur Ozias est stirpe Dauid duxit genus. Rex autē erat Iudæorū, Regnauit annis quinquaginta duobus, quumq; initio cum laude gessisset principatum, post in scelera prolapsus est. Quum enim altiores spiritus sustulisset quam pro sua dignitate, principatum inualit sacerdotij. Tantum malum est arrogantia, quæ persuadet, ut quisque semet ignoret, postq; multos labores uirtutis thesaurum exhaurit. Ac cætera quidem mala nobis negligenter agentibus solent exuperare, hæc autem ipsis recte factis nostris adnascitur. Nihil enim perinde gignit superbiam, ut bona conscientia, nisi aduigilemus. Vnde & Christus sciens quod post beneficia nos hic morbus adoritur, dicebat discipulis suis: Quum omnia feceritis dicite, inutiles serui sumus. Quum enim hæc noxia bestia parat inuadere nos, tunc inquit per

haec uerba fores illi occludite. Neq; dixit: Quum omnia feceritis inutiles estis, sed uos dicite, inutiles sumus. Dic, ne metuas, nō ex tuo iudicio fero sententiam. Nam si tu teipsum dixeris inutilem, ego te ut utilem coronabo. Sic & alia loquitur, Dic tu prior peccata tua, ut iustificeris. In mundanis siquidem ac forensibus iudicijs, post accusationem, & criminum confessionem refert mors: ceterum apud diuinum tribunal, post accusationem & confessionem criminum datur corona. Vnde et Solomon dicit: Ne iustificaueris teipsum in conspectu domini. Verum nihil horū audiuit Ozias, sed irruit in templum, ut thymiana incenderet, ac ne sacerdote quidem prohibente abstinuit. Quid igitur deus? Immisit illi lepram in fronte, hoc modo impudentem faciem puniens, docensq; illū, quod hoc esset dei tribunal, & quod illi bellum esset, non aduersus homines, sed aduersus deum. Ac de Ozia quidem haecenus. Agedum iam ab integro historia hanc percurramus, Nam hac de causa & ipse occupans, compendio uobis exposui quae Ozia acciderunt omnia, ut quum audieritis scripturam, haec eadem narrantem, rerum seriem summo cum animi studio cōtemini. Sed attendite. Et fecit, inquit, Ozias quod rectum est in cōspectu domini. Hoc testimonio magnam illius uirtutem declarauit. Nō enim modo fecit quod rectū erat, uerum etiam fecit in cōspectu domini, non apud homines ostentās, quemadmodū apud Iudaeos faciebant illi, qui ante eleemosynam tuba canebant, & in ieiunijs facies suas obscurabant, qui precabantur in compitis, quibus rebus quid potest esse miserius, ubi post toleratos labores, omni praemio frustrabatur? Quid facis homo? Alij redditurus es rationem factorum tuorum, & alium testem citas eorum quae facis? Alium habes iudicem, & alium adhibes spectatorem? Non uides aurigas qui praetercurrentes totam illam stadij partem quam uniuersa ciuitas e sublimi spectat sedens in equestri certamine, ibi contendunt concertatorum currus subuertere, ubi Caesarem uiderint sedentem, & unum oculum digniorem cui fidant ducunt quam tot hominum uultus? At tu quum uideas ipsum angelorum regem tuo cursui agnothetam, hoc est certaminis iudicem, & praemiatores praesidere, eo praetermissio ad cōseruorum fugis oculos? Atq; ideo sane post innumeras luctas incoronatus recedis, post sudores plurimos absq; brabijs uenis ad agnothetam. At non talis erat Ozias, sed in conspectu domini faciebat quod rectum est. Qui factum est igitur, ut post uitam tam perfectam supplantatus sit, cōcideritq;? Nam hoc & ipse demirans haesito. Quin potius nihil hic esse debet haesitatione dignum, quando quidem homo erat, res ad peccandum lubrica, & ad maliciam propensa. Neq; id solum est difficile, uerum etiam illud quod incedere iussi sumus per uiam angustam, & utriusq; praecipitio minacem. Proinde quoties & uoluntatis facilitas, & uitae difficultas in unū coeunt, ne postea mirare de lapsu. Quem admodum enim in spectaculis qui per funem ab imo in altum tensum ascendere ac descendere meditantur, si paululum deflexerint oculos, uniuerso corpore deferuntur in orchestram pereuntq;: Itidem qui per hanc incedunt uiam, si uel paululum cessarint praecipitantur. Et tamen haec uia tum angustior est tum magis ardua ac praerupta, multo que excelsior, quam illa per funem, ut quae sursum ad ipsum usque caelum protensa est, ac tum nobis maiore cum periculo ponitur uestigia, quam ad summū & ad ipsum usq; saltigium accesserimus, eō quod in sublimi stantes multus occupat tremor. Atq; una tantum uia tuti sunt à lapsu, ne deorsum aspiciant, neue in terram demittant oculos. Nam illinc spectare deorsum tum difficile est tum periculosum. Hanc quidem ob causam propheta nobis assidue in clamat dicens: In fine ne corumpas: anime nostrae fociordiam retrahens, iamq; collapsuram suffulcens ac retinens. In initio quidem non egemus multa exhortatione. Quare ita tandem? eō quod quilibet homo, etiamsi fuerit omnium pigerrimus, agressurus negotium plurimam in principio adhibet diligentiam, dumq; & animi uiget alacritas & uires integræ sunt ac recentes, facile ad id quod propositum est pertingit: ceterum ubi maior uia pars nobis peracta est, iamq; alacritatis uigor emarcuit, uiresq; nostrae defecerunt, nec aliud super est, quam ut decidamus, tunc nobis in tēpore adest propheta, ueluti pro baculo quopiam alloquium suum nobis porrigens ac dicens, In fine ne corumpas, Tunc em̄ diabolus spirat uehementius. Et quemadmodū piratae qui mare nauigijs infestant, non tū ubi conspexerint naues e portu exeuntes, inuadunt, quid enim hinc fructus caperent, si scaphā inanem demergerent: sed ubi redierint onuste pleneq; sarcinis, tum de mum omnes expediunt artes: ita sceleratus ille daemon, simul atq; uidet aliquos multa col-

legisse

legisse, uidelicet, ieiunia, preces, eleemosynam, castitatē, reliquasq; uirtutes omnes, ubi uidet nauigium nostrū esse plenū preciosis pietatis lapidibus, tunc irruit undiq; thesaurū perfodiens, ut in ipsis portus ostijs scapham demergat, iamq; nudos nos ad eum portum efficiat: eōq; propheta cunctos admonet dicens, In fine ne corumpas: quod ab eiusmodi ruina, non facile se quis reflexerit ut surgat, propterea quod qui in profundū malorum uenerit, contemnit. Tum in principio lapsus uenia datur ab omnib; ob imperitiam, sed eum qui post multos cursus conderit, nemo uenia dignum iudicauerit, eō quod tum cadere, non tribuitur imperitiæ, sed negligentiæ. Nec id solum hic est mali, uerū etiā quod complures talium ruinis offenduntur & ad lapsum sollicitatur, ut rursus hoc quoq; nomine peccatum reddatur irremissibile. Haec quā sciamus, auscultemus prophetae, et in fine ne corumpamus. Nā hac de causa, & Ezechiel clamat dicens: Si quis fuerit iustus, deinde lapsus peccauerit, nō proderit illi recordatio iustitiarū eius, sed in peccato suo morietur. Nam & hic propheta metuū de fine. Neq; hinc modo, uerum etiam ex contrarijs declarat in fine plerum esse momentū. Si quis, inquit, fuerit peccator, ac postea mutatus factus fuerit iustus, non nocet illi memoria iusticiarum illius, in iustitia sua uiuet. Vides & hic prophetam de fine uehementer sollicitum, Si quidem ut neq; iustitia suae confidens iustus ad fociordiam uersus pereat, per finem incutit illi terrorem: neq; peccator ob delicta despondens animum, iūgiter perseueret in ruina, erigit illū per finem. Peccasti, inquit, multa, ne desperes, est enim unde resurgas, si finem exhibueris nō discrepantem ab initio. Rursus ad iustum: Multa, inquit, recte fecisti, uerum ne fidas, subindicans illum casurum, nisi per finem, eandem adhibeat curam. Vides ut alterius quidem fociordiam, alterius uero desperationem suffulerit. Nihil horum audiuit Ozias, ideoq; per confidentiam decidit ruina periculosa & insanabili. Neq; enim quibus lapsus eandem adfert ruinam, Sed quaedam peccata condemnationi tantum obnoxia sunt, quaedam grauissimo supplicio puniuntur. Proinde Paulus increpans eos, qui in communibus cœnis non expectabant fratres, ita loquitur. Hoc denuncians non laudo. Vides peccatum intra reprehensionem consistere, nec aliud habere praemium, quam probum obiurgationis. At ubi de incesto loquitur, non itidem facit. Sed quo pacto? Si quis templum dei uiolat, perdet hūc deus. Hic nō est probum aut reprehensio: sed poena grauissima. Nouit et Solomon peccatorū discrimen, qui furtum cum adulterio conferens sic alibi loquitur. Non est mirum si quis deprehendatur in furto, Furatur enim, ut animam expleat esurientem. Sed adulter, ob inopiam sensus exitum animae suae conciliat. Et illud, inquit, peccatum est, sed alterum minus, alterum maius, quod alteri praebuerit occasionem peccandi, fames, alteri omnis adempta sit excusatio. Verum hic quoq; dixerit aliquis, compellitur naturali concupiscentia. At non permittit elabi uxor quae illi sorte obrigit, sed instat eripiens illi ueniam. Ob id enim matrimonium & huius legitimus usus permittitur, ne quid horum excusare possit maritus. Hanc ob causam data est illi mulier adiutrix, ut efferuescentem naturam coherceat, ut concupiscentiae fluctus sedet. Itaq; quemadmodum gubernator in portu faciens naufragium, haud quaquam ullam impetraret ueniam, sic nec is cui quum per coniugium concessum sit quo lapsus effugiat, tamen aliena perfodit matrimonia, aut qui quacūq; foeminā curiosis aspicit oculis, habere quicūq; posset quo semet excuset, nec apud homines nec apud deum, etiamsi decies miles allegarit naturae uoluptatē. Imō que possit illic esse uoluptas, ubi metus, ubi discrimen, ubi periculum, ubi tantorum malorum expectatio, ubi tribunalia, ubi accusationes, ubi iudicis ira, ubi gladius & carnifex, ubi barathrum, ac deportatio: Omnia pauet metuitq; qui talis est, umbras, parietes, ipsos lapides, tanquam uocem emittentes, omnia obseruat, omnes habet suspectos, famulos, uicinos, amicos, hostes, eos qui norunt omnia, eos qui nihil norunt. Quin potius si uoles, tollantur haec omnia, ponamus nulli notum esse flagitium, praeterquam ipsi uni, & mulieri, quam adulterauit, quomodo feret conscientiam redarguentem, acerbam & amarulentam accusatricem ubiq; secum ferens? Quemadmodum enim seipsum nemo potest effugere, ita nec illam eius curiae sententiam, Hoc enim tribunal non pecunia corrumpitur, non adulationibus acquiescit, eō quod diuinum est, & à deo nostris impositum mentibus. Vere adulter per inopiam sensus exitum suae ipsius animae conciliat. Tametsi ne fur quidem immunis est à supplicio, qui dat quidem poenam, sed minorem. Nec enim iudicia in diuersum ordinem extrudunt ea que comparantur, sed permit-

permit

permittentia suo quæq; manere loco, diminutionem inducunt aut exuperatiam. Fortasse non intelligis quod dictum est, itaq; necesse est idem explanatus dicere. Bonum est coniugium, sed melior est uirginitas, nec quoniam melior est uirginitas, ideo malum est coniugium, sed illud quidem inferius, alioqui bonum & ipsum. Similiter & hic. Malum est furtum, sed adulterio minus, quanquam & ipsum est malum. Vides peccatorum differentias? Consideremus itaq; quale peccatum hic peccauerit. Elatum est, inquit, cor illius. Periculosum uulnus: est enim arrogantia malorum omnium fons, Et ut compendio discas morbi maliciam, illud audi, caetera quidem peccata circa nostram uersantur naturam, at superbia uirtutem incorpoream est sublimi detraxit ac deiecit, eo quod diabolus quum diabolus non esset, ut hoc esset effectus, nimirum diabolus. Quod si testem adducam Esaiam ita de illo loquentem, In caelum ascendam, & ero similis altissimo, qui non libenter recipiunt allegorias, caelum niabuntur nostrum testimonium: Sin uero Paulum illi adhibuerimus accusatorem, ne mo iam habiturus est quod contradicat. Quid igitur ait Paulus? Timotheo scribens, quod qui nuper professus est euangelium, eum non oportet ad summam episcopi dignitatem euehi, ita ferme loquitur, Non neophytum, ne inflatus incidat in condemnationem, & in laqueum diaboli, ne eadem, inquit, peccans cum illo, eadem cum illo patiat. Hoc uero non hinc solum est perspicuum, uerum etiam ex his quæ scelestus ille demon consuluit homini, qui primus omnium factus est. Quemadmodum bonis hic mos est, per quæ ipsi facti sunt boni, ad eadem exhortari proximos: ita & malis hic est mos, per quæ ipsi facti sunt improbi, eadem uicinis inuehere. Nam una hæc est illorum malicia species, ut solatium existiment sui supplicij, si alios in exitum attraxerint. Quid igitur diabolus? Suasit Adam, ut conciperet cogitationem sua conditione maiorem, sibiq; cum deo speraret æqualitatem: Qui enim, inquit, hæc res me caelo expulit, multo magis eadem hunc eijciat paradiso. Quapropter & Sirach dixit, Deus superbis resistit, non dixit, Deus superbos dimittit, & in peccatis deserit, suocq; nudat auxilio, sed aduersatur, inquit, non quod instructa acie aut pugna deo sit opus aduersus superbum. Quid enim esse possit superbo infirmus? Nam ut qui orbatus est oculis, omnium oppositus est iniuriæ, ita & superbus qui non uidet dominum, Nam superbia, ut inquit scriptura, est non nosse dominum; etiam ab hominibus facile superatur, posteaquam excidit ab illius luce. Quod si etiam ualidus ac potens esset superbus, nihil opus esset deo exercitu aduersus illum, quandoquidem & uoluntas illi sufficiebat ad inuertenda omnia, multo magis sufficeret ad tollendos illos. Quis igitur resistit? Quod uehemens odium declarat erga superbum. Itaque superbiæ esse uulnus periculosum, tum ex his quæ diximus, tum ex alijs perspicuum est. Quod si uultis, etiam causam ipsam unde uulnus hoc accidit discamus. Siquidem hic scripturæ mos est, si quando parat accusare quem piæ, non modo peccatum illius narrare, uerum etiam docere nos quæ fuerit peccati causa. Id autem eo facit, ut qui sani sunt, eos reddat tutiores cautioreq; ne in eadem incidant mala. Similiter & medici ad egrotantes ingressi, antequam curent morbum, inquirunt uestigantq; unde morbus sit inflicus, ut ab origine coherceant malum: propterea quod qui manente radice ramos tantum excat, nihil aliud quam inanem sumit operam. Vbi igitur scriptura & peccatum & peccati causam eloquitur? Reprehendit eos qui precesserunt diluuium, ob inconcessas mixturas. Atq; audi quomodo causam exprimat. Quum uidissent filij dei filias hominum esse formosas, acceperunt illas sibi in uxores. Quid igitur? Num pulchritudo causa est peccati? Absit. Est enim diuine sapientie opus, opus autem dei nunquam possit esse causa peccati. Sed uidere fuit causa peccati? Ne id quidem. Nam & hoc nature opus est. Sed quid tandem? Male uidere, nam hoc est deprauata uoluntatis. Eoq; sapiens quidam admonet dicens, ne cognoscas pulchritudinem alienam. Non dixit, ne uideas. Id enim nonnunquam fit ultro, sed ne cognoscas, inquit, illud tollere ne studio animaduertamus, ne curiose intueare, ne uiciose contemplationi immoreris, quæ ab animo corrupto & concupiscentia proficiscitur. Sed quid, inquit aliquis, hinc mali possit oriri? Ex hoc, inquit, amor uelut ignis excitatur. Ut enim ignis, ubi scenum aliquod aut culmum arripuerit, nihil moratur, sed simul ut attingit materiam, lucidam accendit flammam: Itidem & ignis concupiscentie quæ est in nobis, simul atq; per oculorum intuitum elegantem ac uenustam attingit formam, protinus exurit animum. Proinde ne species temporariam illam, quæ ex aspectu proficiscitur uoluptatibus, sed perpetuum dolorem considera, qui nascitur ex concupiscentia. Nam illa inflicio uulnere

plerumq;

plerumq; celeriter auolat, at uulnus non auolat, sed plerumq; manet & interficit. Et quem admodum cerua confixa iaculo in uitali corporis parte, etiam si uenatorum effugiat manus, nihil inde fert lucri. Sic & anima accepto concupiscentie iaculo est lasciuo curiosocq; aspectu, etiam si cum iaculo permittatur abire, tamen ipsa per se corrumpitur ac perit, ubi bique uidens hostem, & insequentem habens. Sed ad id quod dicere coeperam. Neque enim committendum est, ut in hoc tam longas sermonis digressiones faciamus, quod scriptura cum peccatis simul & peccatorum causas soleat commemorare, Audi igitur & hic quid dicat de Ozia. Neq; enim hoc modo nos docuit, quod fuit elatum cor eius, uerum addidit unde fuit elatum. Quum potens esset, inquit, elatum est cor eius. Non ferebat principatus magnitudinem, sed quemadmodum ex edacitate nascitur ignea inflatio, ex inflatio ne gignitur febris, deinde ex febre plerumq; mors, itidem & hic, ex actionum eminentia nata est superbia. Nam quod in corporibus est inflatio, hoc in animis est superbia, mox ex superbia nata est appetentia rerum ipsi non congruentium. Hæc non temere producimus in longum, sed ne unquam existimetis hos esse suspiciendos, neq; felices ducatis qui principatum gerunt, quum sciat quantum habeat negocij conditionis dignitas: nec unquam illos iudicetis miseros, qui in egestate & afflictionibus uiuunt, scietes hanc uitam esse multo tutiorem. Vnde & propheta clamat dicens: Bonum est mihi domine quod humiliasti me. Vide igitur quantum ex eminentia natum sit malum, Elatum est, inquit, cor eius usq; ad corruptionem, Quid est usq; ad corruptionem? Usq; ad prauas cogitationes, quæ prorsus non ascendunt in animum nostrum, si nos ipsos tutamento circumsepimus, sed eadem si negligenter egerimus, nascuntur in nobis germinantq;, Sin occupentur protinus præcantur & obruantur. Alia simul & gignuntur & adolescunt, atq; ad prauas actiones euadunt, omnemq; mentis nostræ sanitatem corrumpunt si quando uehementer cessauerimus. Hoc itaq; dicit, Elatum est cor eius, neq; se intus continuit concupiscentia, neq; extincta est, sed prorupit & ad opus usq; prauum progressa, totam illius uirtutem corrumpit. Beatitudo est igitur cogitationem improbam prorsus non admittere, quod & a propheta dictum est, Domine non est elatum cor meum: non dixit, elatum quidem est, sed illud cohibui, uerum non est omnino elatum, hoc est iugiter seruauit animam meam inaccessam malicia. Hoc igitur est felicitatis, huic proximum illud est, malas cogitationes, iam ingressas celeriter repellere, neq; sinere ut illic diutius immoretur, ne in nobis mala palæstra, malicq; sibi gignant alimoniam. Quod si & huc usq; cessauerimus, est per dei bonitatem & huius fœcordiæ solatiū, multaq; ab illa summa bonitate talibus uulneribus parata sunt remedia. Sed age sermonem hunc missum faciamus, ne quod in initio uerebamur, nunc accidat nobis, rerumq; turba uestram perdat memoriam. Quapropter necessum est ut quæ dicta sunt summam pauca reperamus. Sic & matres facere solent quum poma aut bellaria aut aliud simile quippiam in puerilem immittunt sinum, ne per puerorum negligentiam excidat aliquid eorum quæ data sunt, contractam undiq; tuniculam, cingulo subiiciunt quo sint intuto. Idem nos faciamus, orationem in longum porrectam contrahamus, memoriæq; custodiæ deponamus. Audistis quomodo nihil agendum sit ad ostentationem apud homines, quantumq; sit malum fœcordia, ut etiam in perfecta uita uersantem facile supplātarit. Didicistis quanta nobis opus sit cura, potissimum sub uitæ finem, utq; nec desperandum sit de eo qui mutatus incidit in peccata, neq; qui bene uixit eum oporteat per fœcordiam in rebus factis cōfidere. Dissertimus uobis de differentijs peccatorum, ne simus uehementer intenti ad eximias corporum formas, quantumq; hinc oriatur mali demonstrauimus. Quæ de superbia uobis diximus meministis, quæq; de prauis cogitationibus. Hæc seruantes redeamus domum, quoniam potius hæc seruantes excipiamus perfectiorem doctoris exhortationem. Nam nostra quidem qualiacunq; sunt, habent iuuentutis ostentationem, huius autem qualiacunq; fuerint maiore prudentia sunt ornata. Ac nostra quidem similia sunt torrenti, qui cum strepitu fertur: illius autem oratio similis est fonti magna tranquillitate fluuios effundenti, qui olei magis quam aquarum cursum imitentur. Excipiamus igitur ea fluentia ut fiant in nobis fons aquæ salientis in uitam æternam, quam nobis omnibus contingat assequi, gratia ac bonitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri simul cum sancto spiritu gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen



Ciuitatis prae
cipua laus

Roma prae
fert suam ciui
tatem

λογος

Metaphora

PRAECLARVM nobis theatrum obtigit, magnificus alacrisq; concursus, Quid tandem est in causa? Sementis heri factae fructus, hodie in melle est. Heri plantauimus, hodie colligimus uindemiam. Non enim terram inanimam colimus, ut tarde fructificet, sed animas ratione praeditas, Non est natura, quae contatur, sed gratia, quae accelerat. Compositus ac tractabilis est nobis populus, audiendi studiosa plebs est. Heri uocati sunt, hodie coronantur. Admonitionis hesternae fructus, hodiernum est obsequium. Vnde nos quoque libenter femina iacimus, quia purum uidemus aruum, haud quaquam spinam quae suffocat, neque uiam quae calcatur, neque petram sterilem, sed profundum ac pinguem agrum, qui simul & semen recipit, & mox aristam nobis exhibet. Haec est semper loquor nec loqui desino, quonia haec nostrae ciuitatis laus est, non quod senatum habet, non quod consules numerare possumus, neque quod statuas complures, neque quod mercium copiam, neque quod situm habet commodum, sed quod populum habet audiendi studiosum, quod templa differta, quodque congregationis deliciae magis ac magis crescunt indies, quodque sermonem habet profluentem, desideriumque nunquam satiabile. Si quidem ciuitas non ab aedificijs sed ab inhabitantibus admiranda redditur. Ne mihi narres, quod Romanorum urbs magnitudine spatiosa est, sed ostende mihi illic populum aequae cupidum audiendi. Nam Sodomas turres habebant, quum Abraham in tugurio moraretur. Attramen uenientes angeli, Sodomas praeteribant, ad tugurium diuertebant. Non enim aedificiorum splendorem quarebant, sed animae uirtutem quarentes circumibant. Ita sane altius desertum habebat Ioanem, ciuitas Herodem, eoque desertum nobilius erat ciuitate. Quare ita tandem? Quonia non in structuris sita est propheta. Haec dico ne quando ciuitatem praedicemus, quae moribus dissoluta dirutaque est. Quid mihi narras aedificiorum structuras, quid columnas? Haec una cum presenti uita diruuntur, Ecclesiam ingreditur, ut ciuitatis uideas claritudinem. Ingreditur, inquam, uide pauperes a medio noctis usque ad lucem perseverantes, uide sacra peruigilia, noctem cum die copulantes, uide neque noctu neque interdiu uel somni tyrannidem, ac uiolentiam metuentes, uel inopiae necessitudinem formidantes. Magna ciuitas ac totius orbis metropolis. Quot episcopi, quot doctores huc uenerunt, & a populo docti discedunt, ac legem illam non scriptam sed cordibus insitam, hic discunt? Quod si mihi narres dignitates & opum abundantiam, a folijs non a fructibus arborem laudas. Haec autem loquor haud quaquam assentans charitati uestrae, sed uirtutem uestram praedicans. Beatus ego propter uos, beati uos propter uos ipsos, beatus qui loquitur ad aures audientium, sic ego beatus factus sum. Beati qui esurunt & sitiunt iustitiam, Videte quomodo uos beati propter uos ipsos estis facti: maxime uero beatus est uir amans sermonum spiritualium. Hoc nos distinguit a brutis, Non enim nos ab illis separat, corporis ratio, neque quod alimur, aut bibimus, neque quod pascimus aut uiuimus, haec enim omnia nobis cum brutis communia. Sed qua re distinguitur a brutis homo? Sermone, & ob id animal dicitur λογικόν hoc est, sermonis participes. Vt enim aluntur corpora, sic aluntur & animae, sed corpus pane, anima sermone: proinde si uideas hominem uelcentem lapide, num illum dixeris esse hominem? Itidem si quem uideris qui non alatur sermone, sed sermonis ac rationis inopia, nimirum hic & hominis naturam amisit, si quidem uita declarat hominis nobilitatem. Quonia igitur theatrum nobis differtum est, itemque mare positum undis tranquillitatis plenum, ac rursus pelagus sedata tempestate quietum ac placidum, age iam nauem detrahamus, uel loco expandentes linguam, pro zephyro spiritus gratiam inuocantes, pro remone clauoque cruce gubernatrice utentes, Nam mare quidem illud habet aquam salam, hoc autem aquam uiuam, Illic enim sunt animalia rationis expertia, hic uero animae rationales: Illic qui nauigant in mari in terram, hic uero qui nauigant in terra in caelum appellunt. Illic nauigia, hic eloquia spiritualia: illic in nauitabularum strepitibus, hic sermonum applausus: illic uelum, hic lingua: illic zephyri flatus, hic spiritus praesentia: illic homo gubernator, hic uero gubernator Christus; Eoque sane iaciatur quidem nauis, at non mergitur. Poterat quidem & in tranquillo nauigare

nauigare, uerum non passus est gubernator, quo simul & nauigantium perspicias tolerantiam, & gubernatoris prudentiam plenius cognoscas. Audiant gentes, audiant Iudaei benefacta nostra, audiant instans ac feruens ecclesiae studium. A quam multis oppugnata est ecclesia, nec unquam tamen uicta. Quot tyranni, quot duces, quot imperatores? Augustus, Tyberius, Caius, Claudius, Nero, homines literis ornati, potentes, tot modis oppugnarunt recentem ac teneram, at non deiecerunt. Quin potius ij qui oppugnarunt silentur obliuioni traditi, illa uero oppugnata caelum transcendit. Neque enim illud mihi spectato, quod in terris sita est ecclesia, sed quod in caelo uersatur. Vnde hoc dilucidum est? Nimirum ipsa res demonstrant. Oppugnati sunt undecim discipuli, totus orbis oppugnabat, uerum qui oppugnabantur uicerunt, qui oppugnabantur sublati sunt, Oues deuicere lupos. Vidisti pastorem oues in medium luporum emittentem, ut ne fuga quidem salutem consequerentur. Quis pastor hoc fecit? Christus hoc fecit, quo tibi demonstraret quae recte geruntur non accidere iuxta nostrarum actionum tenorem, sed praeter naturam, praeterque rerum tenorem. Nam ecclesia radices in caelo fixas habet potius quam in terra. Verum fortassis ethnicus meam despicit arrogantiam, sed maneat donec harum rerum probationem attulerit, discatque uim ueritatis, quomodo facilius est solem extinguere quam ecclesiam obscurari. Quis inquis ista praedicat? Is qui eam fundauit. Caelum & terra transibunt, sed uerba mea non transibunt. Haec non modo dixit sed & compleuit, siquidem latius illam fundauit quam caelum. Est enim caelo honoratior ecclesia. Quare conditum est caelum? propter ecclesiam. Ecclesia non est condita propter caelum: caelum conditum est propter hominem, non homo propter caelum. Id perspicuum est ex his quae fecit Christus, Non enim caeli corpus assumpsit, sed hominis, Verum ne in longum producto sermone, rursus hodie uobis debitores discedamus (scitis enim quam multa sumus heri polliciti nos exhibituros) quod polliciti sumus repraesentabimus. Nam propter eos qui non aderant distuleram. Quonia igitur qui defuerant, suo sunt officio perfuncti, suaque praesentia nobis mensam exhibuerunt sumptuosam, age sane apponamus obsonia, obsonia quidem haud putria quamuis hesternae sint, sed haec obsonia non putrescunt. Quam ob rem tandem? Non sunt carnes ut corrumpi queant, sed sententiae semper florentes. Carnes enim quonia corruptus sunt, corrumpuntur: contra sententiae si maneat, redduntur fragrantiores. Quid igitur erat quod heri diximus? Si quidem & ita nos heri participes mensae fuimus, ut qui non adfuerunt, nihil detrimenti sint passi. Et factum est in anno quo mortuus est Ozias rex, uidi dominum sedentem in throno excelso & eleuato. Quis haec loquitur? Esaias ille spectator caelestium seraphim, qui cum coniugio commercium habuit, nec tamen extinxit gratiam. Auscultastis prophetam, & audistis prophetam hodie, Exi tu & Isaiaph filius tuus. Nec ista oportet praetercurrere, Exi tu & filius tuus. Itane filium habebat propheta? Si filium habebat, habebat & uxorem, ut intelligas non esse malas nuptias, sed mala esse scortationem. Sed quoties cum quibusdam de uulgo differimus dicentes, Quare non recte uiuatis? Quam ob rem non prestas mores absolutos? Qui possum inquit, nisi diuertam ab uxore, nisi ualedixero liberis, nisi ualere iussero negocia? Quare ob rem? Num obstat matrimonium? Adiutrix tibi data est uxor non insidiatrix. An non habebat uxorem propheta? Neque tamen spiritus gratiae obstabat coniugium, sed cum uxore conuictum habebat, & erat nihilominus propheta. Moses nonne uxorem habebat? Et tamen is petram dirupit, aerem immutauit, cum deo colloquebatur, diuinam iram cohibuit, Abraham nonne habebat uxorem? Et tamen pater factus est gentium & ecclesiae. Sustulit enim filium Isaac. Et hic illi fuit egregium facinorum materia. Nonne obtulit filium, coniugij fructum? Nonne fuit pater, & idem amans dei? Nonne licuit uidere sacrificum in suis uisceribus fieri? Sacrificum in qua simul & patrem, uinca naturam, uincere pietatem, uiscera conculcari, piaculata superare, patrem deici, dei amantem coronari? An non uidisti totum, & filij amantem & dei? Num quid hic obsuit matrimonium? Quid autem Maccabeorum mater, nonne uxor fuerat? nonne septem filios addidit sanctorum choro? Nonne uidit illos martyrio coronatos? Nonne ueluti spectatrix astabat, nihil animo labascens? Nonne astabat obtestans illorum unumquemque, & mater martyrum, septies ipsa martyrium praestitit? Dum enim illi torquebantur, illa plagam accipiebat. Neque enim adeo sine affectibus quae gerebantur spectabat: mater erat, & naturae illata uis, propriam uirtutem declarabat, at illa non uincebatur. Mare quidem erat

Christianorum
conuersatio
quomodo in
caelis

Ecclesiae ra/
dix in caelo
Mat. 24

Metaphora

Dissimile

Esa. 7
Esaias uxorem
habuit

Matrimonij
laus

Laus Maccabeorum
matri

uide linguam, coelos attingentem, uide libertatem incohercibilem, uide hominis corpus, & angeli mentem, uide humi ingredientem, & in caelo uersantem. Vidisti regem, nec uidisti diadema. Ne mihi dixeris esse regnum, ubi est legum transgressio. Non licet tibi rex adolere incensum, non est fas uenire in sancta sanctorum, transcendis septa tua, quæris tibi non concessa, eoq; quæ accepisti perdes. Non licet tibi adolere incensum, sed sacerdotibus isthuc datum est. Non tuum est hoc, sed meum. Num mihi tuam usurpauit purpuram? Ne usurpes meum sacerdotium. Non licet tibi adolere incensum, sed tantum sacerdotibus filijs Aaron. Post multum temporis iam defuncto Aarone hoc accidit. Et quam ob rem non dixit sacerdotibus tantum, sed & patris mentionem fecit? Accidit in illo tempore, ut tale quippiam fieret: Dathan enim Abiron & Core insurrexerant aduersus Aaron, aperta est terra ac deuorauit illos, uenit ignis e caelo & exussit eos. Volens igitur eum commonefacere illius historiae, quod olim quoq; per uim inuaserunt sacerdotium, uerum haud quaquam succubuerit, sed adorta est multitudo, & deus illam ultus est. Non licet tibi adolere incensum, sed solis sacerdotibus filijs Aaron. Non dixit cogita quid passi sint qui tunc illa patrarunt, sed nominato Aarone cuius uicem ultus est deus, eum ad historię recordationem adduxit. Noli audere quæ ausus est Dathan, ne patiaris eadem, quæ tempore Aaron acciderunt. Rex autem Ozias non sustinuit admonitionem, uolens adolere incensum, Quid flatus aperuit templum, ingressus est sancta sanctorum, uolens adolere incensum, Quid autem deus? Vbi igitur sacerdos contēptus est, dignitasq; sacerdotij conculcata, nec quicquam præterea potuit sacerdos (Nam sacerdotis tantum est arguere, liberamq; præstare admonitionem, non mouere arma, non clypeos usurpare, non uibrare lanceam, nec arcum tendere, nec iacula mittere, sed tantum arguere ac liberam præstare admonitionem) Posteaquam igitur arguisset sacerdos, rex autem non cessisset, sed arma moueret, clypeos & hastas, suaq; uteretur potentia, ibi sacerdos dei: Ego, inquit, quod erat mei officij præstiti, nihil amplius possum, succurre sacerdotio quod conculcatur, leges uiolantur, fas subuertitur. Quid igitur ille hominum amator? Et continuo effloruit lepra in fronte illius. Vbi cunq; est impudentia, illic est ultio. Vidisti humanitatem ultionis diuinæ, non fulmen emisit, non terram concussit, non commouit caelum, sed effloruit lepra, nō in alio loco quam in fronte, ut facies præ se ferret uindictam, ut tãquam in columna literæ essent impressæ. Non enim propter illum factū est, sed propter eos, qui sequuntur Dathan. Quum enim posset pro meritis poenam infligere non infixit, sed ceu lex posita est, uelut in loco sublimi dicens: Nolite facere talia, ne patiamini similia. Extat lex uiua, & frons uocem reddidit tuba clariorem: literæ erant inscriptæ fronti, literæ quæ deleri non poterant. Non enim erant atramento inscriptæ, ut aliquis possit delere, sed naturalis erat lepra, eum que reddidit immundum ut alios faceret mundos. Et quemadmodum iure damnatos posteaquam funem acceperint, educunt funem ore gestantes, sic & hic ab ducebatur, pro fune lepram in fronte gestans, eo quod sacerdotium affecisset contumelia. Hæc loquor non incessens reges, sed eos qui arrogantia irā que sunt ebrii, ut intelligatis sacerdotium regno maius esse. Semper enim deus, ubi peccauit anima, punit corpus. Itidem fecit & in Cain. Anima peccauerat admissio parricidio, & corpus illius paralyti tactum est, idq; iure optimo. Quam ob rem? Gemens ac tremens eris super terram. Et circumibat Cain, omnibus loquens, silentio uocem ædens, silentioque erudiens. Lingua tacebat, & cætera membra clamabant, cunctisq; exponebant, quur gerneret, quur tremeret. Fratrem occidit, parridium admisi, Quod postea Moses scripto narrauit, ille rebus ipsis omnib. loquens obambulabat: Non occides. Vidisti os silens, & rem uociferantem, uidisti legem uiuam ferri, uidisti columnam eminentem, uidisti uindictam uindicta tolli, uidisti supplicium uersum in eruditionis materiam, uidisti peccantem animam, & carnem dantem poenas, idq; admodum congruenter. Itidem accidit in Zacharia, anima peccarat & lingua uincta est. Hic ille Zacharias qui uocem illam genuit. Sic & iste lepra correptus est. Et egressus est rex, omnibus exemplum factus, purgatumq; est templum, & eiectus est nemine propellente, quumque sacerdotium sibi uellet sumere, & hoc quod habebat perdidit. Et exiit e templo. Vetus erat mos omnem leprosum e ciuitate eijcere, nunc uero non idem fit. Quur ita? Nam quum deus ueluti puerorum curam agebat, tum lepra erat corporis. Nunc autē animæ lepra quæritur. Exiit igitur rex cum lepra, nec tamen eiecerunt eum e ciuitate

Sacerdos nihil aliud quam monet

Ultio dei tremens

Simile.

Cain ultio.

Gen. 4

Baptista pater

ciuitate, diadema illius regiamq; dignitatem reueriti: sed confedit in throno rursus legem transgrediens. Quid ergo? Deus irascens Iudæis interrupit prophetiam. Hæc autē oia dicta sunt propter uerbum prophetae, ut exoluam quod debeo. Ego quod erat mei muneris feci, uos populares metuistis impurum eijcere, reueremini regiam dignitatem, dei legem uolantes. Quid igitur? Deus auersus est ab illis. Non amplius loquor prophetis uestris, non amplius mitto spiritus gratiam. Et uerbum tunc non erat in precio, nec erat sermo uaticinans. Silet spiritus gratia, non ostensus est deus, eo quod sub impuro illo, nō erat gratia. Non adueniebat deus, non apparebat, non uisiones exhibebat, non prophetae loquebantur quæ debebant: sed perinde quasi dicas, Posthac non misceo tecum sermonem, posthac non loquor tibi: si c deus uidet & irascitur. Non enim uindictam intulit, poenāq; infixit in ciuitatem mansuetudine plenam: neq; exussit eam, sed quid ait? Non uultis ulcisci uicem meam, non colloquor uobiscum. Neq; enim non poteram illum eijcere, uerū quod restabat uobis relictum esse uolui. Non uultis: Neq; ego colloquor uobiscum, neq; excito prophetarum animum. Non agebat in eis spiritus gratia, silentium erat, similtas inter deum & hominem. Quum igitur ille post esset mortuus, simul soluta est & impurorum materia. Ergo ubi propheta multo tempore desisset prædicere, illoq; silentio soluta fuisset ira dei, rediit propheta. Hinc propheta necessario designat mortis tempus dicens: Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex, uidebam dominum sedentem in throno excelso & eleuato. Quum ille mortuus esset tum uidi dominum. Nam antea deum non uidebam nobis iratum. Venit mors impuri, & soluit iram. Hanc ob causam quum ubiq; regum uitam commemoret, hic mortem dixit Ozias: Factum est in anno quo mortuus est Ozias rex, uidi dominum sedentem in throno excelso & eleuato. Ac rursus hic contemplare dei bonitatem. Mortuus & impurus, & deus reconciliatus est hominibus. Quam ob rem hoc factum est, quum nihil esset benefactorum, sed tatum ille mortuus est? Quoniam humanus est dominus, nec in talibus agit feruētius, tantum quærebat, ut exiret impurus. Hæc itaque quum sciamus, arrogantiam abijciamus, modestiam amplectamur, solitam gloriam reuocemus patri & filio & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Prophetarum silentium, si enim ira ad uina

Mortuo impuro reconciliatur dominus Peroratio

DE EIVSDEM DE IISDEM ESAIAE VERBIS, ET QUOD

Ozias iure sit affectus lepra, homilia quinta,



Ge expositioni de Ozia ceptæ, hodie finem imponamus, fastigium sermoni iam addamus: ne quando nos quoq; derideamur, quemadmodum euangelicus ille, qui aggressus ædificare turrim, perficere non potuit, ne quis aliquando prætereuntium de nobis quoq; dicat: Hic homo cepit ædificare, nec potuit perficere. Verum quo uobis diluciora fiant quæ dicuntur: ex his quæ dicta sunt pauca prius repetamus. Id enim erit pariter & ijs qui audierunt memoriam renouatio, & his qui non audierunt eruditio. Heri igitur diximus quàm fuerit impius Ozias, & quàm uir improbus, & unde orsus, & quò superbia prolapsus sit. Hodie uero dicendum erit, quomodo templum ingressus sit, quomodo tentarit adolere incensum, quomodo prohibuerit illum sacerdos, quomodo ille non cesserit, quomodo in se prouocauerit iram dei, quomodo lepræ obnoxius uitam finierit, & quam ob causam propheta prætermisissis uitæ illius diebus, mortis fecerit mentionem ita loquens: Anno quo mortuus est Ozias rex. Hoc est enim, ob quod totam ab exordio mouimus historiam, sed auscultate diligenter: Quum inualuisset Ozias rex, elatum est cor eius, donec corrumpere tur, & iniuriam fecit in domino deo suo. Quis iniuriæ modus? Ingressus est, inquit, in templum domini, ut adoleret incensum super altare thymiamatis. O audaciam, o impudentiam. Aduersus ipsa sacra à dyta sumpsit audaciam, in sancta sanctorum irrupit, qui locus omnibus erat inaccessus, præterquam primario sacerdoti, hunc prophanare conatus est. Tale monstrum est anima in arrogantiam sublata. Semel enim desperata salute nequaquam desinit furere, uerum habenas laxans irrationabilibus cupiditatibus quouis rapitur, nec aliter equus ferociens, ubi frenum ore, fessorem tergo excussit, fertur quouis uento uelocius, omnibus obujs intolerabilis, diffugiens cunctis, neq; quoquam audente cohibere. Sic & anima quæ dei timorem ipsam refrenatē excussit, ubi rationem habenas moderantem eiectis, ad quæuis maliciæ loca decurrit, donec in exitij barathrum delata, præcipitatur.

de opulentiæ uerba

Repetitio utilis

Transitio

Simile

Sacerdoti re
quo sublimius

rit suam ipsius salutem. Quapropter oportet illam refrenare semper, ac pietatis ratione
cei freno quodam irrationabilem illius impetum inhibere: quod non fecit Ozias, sed ad
uersus ipsum omnium supremum principatum, legem transgressus est. Siquidem sacer
dotium, principatus est, ipso etiam regno uenerabilis ac maius. Ne mihi narres purpu
ram, neque diadema, neque uestes aureas, umbrae sunt isthaec omnia, uernis quoque floscu
lis leuiora. Omnis enim, inquit, gloria flos gramini, etiam si ipsam gloriam regalem di
xeris. Ne inquam mihi narres ista, sed si uis uidere discrimen quantum absit rex a sacerdo
te, expendemodum potestatis utriusque tradita, uidebis sacerdotem multo sublimius rege
sedentem. Quamquam enim nobis admirandus uidetur thronus regius ob gemmas affi
xas, & aurum quo obcinctus est, tamen rerum terrenarum administrationem sortitus est,
nec ultra potestatem hanc praeterea quicquam habet autoritatis. Verum sacerdoti thro
nus in caelis collocatus est, & de caelestibus negocijs pronuntiandi habet autoritatem.
Quis haec dicit? Ipse caelorum rex: Quaecunque ligaueritis super terram, erunt ligata in
caelis, & quaecunque solueritis super terram, erunt soluta in caelis, Quid cum hoc hono
re conferri possit? A terra iudicandi principalem autoritatem sumit caelum. Nam iudex
sedet in terra, dominus sequitur seruum, & quicquid hic in inferioribus iudicabit, hoc ille
in supernis comprobabit. Itaque medius stat sacerdos inter deum & naturam humanam, il
linc uenientia beneficia ad nos deferens, & nostras petitiones illuc perferens, dominum
iratum reconcilians utriusque naturae, nos qui offendimus eripiens ex illius manibus. Eoq;
deus ipsum regale caput sacerdotis manibus subiecit, nos erudiens quod hic princeps est
illo maior. Siquidem id quod minus est, benedictionem accipit ab eo quod praestitius est.
Verum de sacerdotio quantaque sit illius dignitas, alio tempore declarabimus. Interim
consideremus quanta sit regis uel tyranni potius iniquitas. Ingressus est in templum
domini, ingressus est & Azarias sacerdos post eum. Non temere dicebam sacerdotem
rege maiorem esse. Neque enim ut regem electurus, sed ut profugum & ingratum famu
lum expulsurus cum austeritate ingressus est, non aliter quam generosus canis incurrit
ad impuram bestiam, ut illam exigat ex aedibus herilibus. Vidistis sacerdotis animum
multa fiducia plenum, excelsi spiritus. Non aspicebat principatus fastum, non expen
debat quanta res esset animum cupiditate temulentum cohibere. Non audiebat illud So
lomonis: Minae regis sicut ira leonis, sed sublatis oculis ad uerum regem caelorum, atq;
illud tribunal, easque poenas considerans, & his cogitationibus sese muniens, impetum
fecit in tyrannum. Nouerat enim, nouerat, inquam, certe quod comminatio regis similis
sit irae leonis duntaxat ijs qui terram spectarent. Verum homini qui caelum haberet pra
e oculis, quicquid sic induxerat animum ut uitam citius in ipsis sacrificijs deponeret, quam sa
cras leges conspiceret uiolari, quouis cane uilius erat ille. Nihil enim eo imbecillius qui
diuinas conculcat leges, ut contra nihil potentius eo qui leges diuinas defendit. Nam qui
peccatum committit, seruus est peccati, etiam si decem milia coronarum habeat in capi
te. Rursus si quis facit iustitiam, ipso rege regalis est, etiam si fuerit omnium infimus. Haec
ille praclarus apud sese philosophabatur, adortus est regem: Ingrediamur & nos, si uide
tur, cum illo, ut uideamus quid loquat regi: licet enim, neque mediocre adferet utilita
tem, spectare regem a sacerdote redargui. Quid igitur dicit sacerdos? Non licet tibi Ozia
adolere incensum domino. Non appellauit eum regem, neque titulo principatus appel
lauit, proinde disce & mansuetudinem. Non enim fiducia nobis tantum opus est in repre
hendendo, uerum multo magis opus est mansuetudine quam fiducia. Neminem enim
mortalium sic auersantur oderuntq; hi qui peccant, atque eum qui parat redarguere, ca
ptantq; occasionem ut elabantur, cupientes effugere reprehensionem. Necessesse igitur
ut eos mansuetudine humanitateque retineamus. Obiurgator enim non solum quum uo
cem promit, uerum etiam quum uidetur grauis est peccantibus. Grauis enim, inquit, nobis
est etiam aspectu. Quapropter plurimam mansuetudinem praestare oportet, eoq; nobis
sermo propheticus ob oculos posuit & eum qui peccarat, & eum qui corrigere parabat.
Etenim sapientes medici quoties membra putrefacta securi sunt, aut lapides in meatu
bus affixos extracturi, aut aliud aliquod naturae uitium correcturi, non id faciunt eo qui
laborat in angulum abducto, sed eo in medijs foris deposito, conglomeratoq; praetereun
tium

Sacerdos me
dius in ter de
u hominem

Sacerdotis fi
ducia
Simile

Proverb. 19

Timida im
pietas

Sacerdos quo
modo debeat
corripere
principem
Sacerdotis
mansuetudo

Sap. 2

Simile

tium spectaculo, ita demum admovent sectionem. Hoc autem faciunt non quod uelint hu
manas traducere calamitates, sed ut unicuique propriae sanitatis commendent curam. Ita
dem & scriptura facit, ubi quem arripuit peccantium, proponit eum in sublimi suggesto,
non in medijs foris, sed in media terra: & posteaquam totius orbis circumsteterit thea
trum, tum curationem adhibet, erudiens nos, ut circa propriam salutem cautiore simus.
Videamus igitur quo pacto sacerdos tunc illi corrigere sit aggressus. Non dixit o impie, o
sceleratissime, omnia subuertisti confundisti, ad extrema impietate prorupisti: neq; sermo
nem accusationis in longum produxit, sed quemadmodum hi qui secant, hoc breuiter facere
student, celeritate sectionis cruciatus sensum fallentes: Itidem & hic asperitatem obiurga
tionis paucis uerbis costringens regis iracundiam cohibuit. Quod enim est in his qui labo
rant sectio, hoc est in his qui peccant redargutio. Denique praeter alia etiam ipsa breuiloquen
tia declarat nobis humanitatem. Quod si cupis uerborum quoque sectionem uidere, &
ubi ferrum occultari audi. Non licet, inquit, tibi adolere incensum domino, sed solis sacer
dotibus filijs Aaron consecratis. Hic infixit uulnus. Quomodo? Ego dicam: Eo quod non
simpliciter dixit sacerdotibus, sed addidit Aaron. Is primus fuit pontifex, simileq; facinus
illius temporibus quidam ausi sunt. Dathan enim & Core & Abiron, coniurati aduersus
illum cum alijs aliquot, uoluerunt ipsi praeripere sacerdotium, sed alios quidem terra de
hiscens absorbuisset, alios uero coelitus emissus ignis exussit. Huius ergo historiae uolens il
lum commonefacere, mentionem fecit Aaron, qui tunc erat iniuria affectus, ut ad calami
tatem eorum qui fecerant iniuriam, huius cogitationem transmitteret. Quamquam nihil
ijs profectum est, non propter sacerdotem, sed ob regis asperitatem. Quum enim deberet
laudare sacerdotem, proq; consilio gratias agere, ille inquit, indignatus est, & uulnus red
didit acerbius. Neque enim perinde mala res est peccatum, atq; post peccatum impuden
tia. Atqui non eodem modo Dauid, sed quomodo? Postquam a Nathan inculcatus esset
de Bethabee, Peccauit, inquit, domino. Vidisti cor contritum, uidisti submissam animam,
uidisti ut etiam lapsus sanctorum sint egregij. Quemadmodum enim praecleara corpora
etiam in aduersa ualitudine, multa nobis formae uestigia ostendunt: Sic & sanctorum ani
mae in ipsis etiam erratis suae uirtutis signa praeseferunt. Et tamen ille in media regia accu
sabat a propheta multis praesentibus, hic uero intus in adytis nullo teste redargutus est,
uerum ne sic quidem tulit increpationem. Quid igitur? insanabilis permansit? Nequa
quam, propter dei humanitatem, quemadmodum de lunatico quum discipuli non ualer
rent eicere daemonium dicit Christus: Adducite mihi eum huc. Sic & hic, qui sacerdos
non posset morbum quouis daemonio fauorem nempe peccatum eicere, ipse deus labo
rantem aggreditur: & quid facit? Lepra immittit fronti ipsius. Factum est, inquit, quum ille
minaretur sacerdoti, lepra effloruit in fronte eius, iamq; exibat sicut hi qui ad mortem ab
ducuntur fune ore gestantes damnationis signum, sic & ille ignominiae signum in fronte
gestans, non carnificibus ipsum trahentibus, sed lepra loco carnificis ipsum praecipitem
agente. Ingressus est ut sacerdotium usurparet, etiam regnum perdidit. Ingressus est ut fieret
uenerabilior, & factus est execrabilior. Nam quouis homine priuato posthac erat execra
bilior: adeo res est mala non manere intra fines nobis a deo praescriptos, siue honoris, siue
eognitionis res fuerit. Nonne uidetis hoc mare qd est ob uolentiam intolerabile, quantis in
surgat undis, attamen postea qd uehementer insurrexit, multoq; cum tumore progressum
est, ubi uenerit ad terminum ipsi a deo praescriptum, fluctibus in spumam solutis, in sese redit.
Et tamen quid arena possit esse infirmius, uerum non illa est que prohibet, sed dei metus ter
minum posuit. Quod si hoc exemplum non te reuocat ad moderationem, quae Ozia accide
runt erudiant te, quae nunc a nobis dicta sunt. Verum quoniam iram dei uidimus, dignamq;
ultionem, age & humanitatem eius multamq; aequitatem comonstremus. Neq; enim ea
tantum dicenda sunt, quae pertinent ad iram, uerum etiam quae ad moderationem, ut neq;
in desperationem conijciamus auditores, neq; in socordiam. Sic et Paulus facit, ex utraq; tem
perans admonitionem, hinc in modum loquens: Vide igitur bonitatem ac seueritatem dei,
quo simul & terrore & bona spe excitet eum qui lapsus est. Vidisti seueritatem dei, uide &
bonitatem. Quomodo igitur uidebimus bonitatem? Si cognouerimus qua re dignus fuerit
Ozias. Quibus igitur erat dignus? ut simul atq; intra sacrorum uestibulum tanta cum impu
dentia irrupisset, mille fulminis ictibus, extremo supplicio cruciatuq; afficeret. Quando qui
dem illi

Simile

Impohtens
animus

2. Reg. 12
Peccata iustor
rum cedunt
in bonum

Math. 17

Vindicta man
suetudine tem
perata.
Rom. 12

Monitio
Christiana

dem illi qui hæc primum sunt ausi hanc dedere pœnam, uidelicet Dathan, Core, & Abiron, multo magis hunc ad eum modum puniri oportuit, qui ne illorū quidem calamitatis fuerit castigatus. Verum hoc nō fecit deus, sed prius illi sermones admouit per sacerdotem, multa plenos humanitate: quodq; Christus adhortatus est, ut facerent homines quoties inuicem peccauerint, hoc deus fecit erga hominem. Quoties enim, inquit, peccauerit in te frater tuus, abi argue eum inter te & ipsum solum. Sic & regem hunc redarguit deus. Et Christus quidem dicit: Si te non audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. At deus humanitate proprias supergrediens leges, nec sic quidem illum refecuit, nec audire nolentē, indignantemq; deiecit, sed iterū aggreditur castigatq; modo correctionē habēte potius quā ultionē. Neq; enim fulmen uibravit ē sublimi, neq; extis sit impudēs caput, sed tantū lepra castigauit. Atq; quæ Ozias quidem acciderūt sic habēt. Ego uero si unum quiddam adhuc addidero, dicendū finem faciam. Quid aut hoc est? Quod pridem ab initio quærebamus, quam obrem in rebus externis, inq; prophetijs, quā omnes soleant designare tempora, quibus reges uixerint, hic eo prætermisso tempus sumat quod mortuus sit Ozias, ad hunc loquens modum: Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex. Et tamen poterat regis tempus exprimere, quemadmodum omnibus prophetis mos erat. Verum id non fecit. Quam ob causam igitur non fecit? Mos erat uetus leprosum ē ciuitate expellere, ut & hi qui in ciuitate uiuebant melius haberent, & ipse leprosus non obijceretur promptis ad inferendam contumeliā, scommatum ac derisionis occasio, sed ut extra ciuitatem cōmorans solitudinem ueli loco haberet obtentam aduersus iniuriam calamitatis. Hoc & regem hunc perpeti oportuit post lepram, sed non perpeffus est, his qui in ciuitate erant illum ob principatum reuerentibus, uerū manebat domi suæ clanculum. Hoc ad iracundiam prouocauit deum, hoc prophetiam inhibuit, quodq; tempore Eli factum est, uerbum preciosum erat, nec erat uisio præcipiens. Tu uero mihi hic quoq; considera dei humanitatem. Non enim subuertit ciuitatē, neq; perdidit inhabitantes, sed quod amici faciunt erga æquales amicos, quoties habent aliquid quod merito exposculent, obiter silentio ferunt, expectantes, hoc & deus erga gentem fecit maiore pœna supplicioq; dignam. Nam ego quidem, inquit, eieci illum ē templo, uos autē ne sic quidem superastis, sed à me condemnatū non sustinuitis ē ciuitate propellere: & tamen fortassis factum hoc rex placide laturus erat. Sed nequaquam funditus ciuitatem subuertit, quum uideret eum extra præscriptos fines demigrare iussim, cōmorari in ciuitate. Verum deus hoc non fecit, deus enim erat, nō homo. Vbi uero finita est huius uita, simul & iram aduersus illos deposuit, ac rursus ad eos rediit. Tu uero ex reconciliationis modo cōsidera dei humanitatem. Nam si deus expendisset iustitiæ rationem, ne tum quidem reconciliari debuit. Quam ob causam? Quia non illorum erat recte factum quod eiecius est Ozias. Neq; enim illi arripit abegerant, sed mors naturæ lege superueniens, eum tunc ē ciuitate eiecit. Verū non huc usq; deus minutias excutit erga nos, sed tantum hoc quærit, speciem modumq; reconciliationis erga nos. Proinde super his omnibus gratias agamus illi, glorificemus illius humanitatem, qua nos omnes dignos haberi contingat, gratia & misericordia unigeniti filij eius domini nostri Iesu Christi, cui cum patre gloria, honor simul cum spiritu sancto, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM ORATIO DE BEATO PHILOGONIO, QUI FUIT
ex patrono causarū factus episcopus, & quod nihil æque reddit nos deo probatos, atq; si studiosi simus earū rerū quæ publicæ cōducūt utilitati, & quod negligenter adeuntes mysteria grauissime puniuntur, etiamsi semel tantū in anno scelus hoc cōmiserint. Dicta est aut quinq; diebus ante natalē Christi.

A contrarijs
ratiocinatur



GO quidem & hodie destinā aduersus hæreticos luctaturus uestes exuere, quodq; restabat debiti uobis persoluere. Verum beati Philogonij dies, cuius hodie memoriam celebramus, ad ipsius benefactorum enarrationem linguam nostrā euocauit. Et omnino parendum est. Etenim si qui patri matri ue maledicit morte moritur: profecto clarum est eum qui benedixerit illis uitæ præmia recepturum: & si ijs qui iuxta naturam parētes sunt tantā debemus præstare

stare beneuolentiā, multo magis id præstandum ijs, qui iuxta spiritum sunt parentes, potissimum uero quum iam uita defunctos nostra laudatio nihilo reddat illos gloriosiores, nos uero congregatos tum qui loquimur, tum qui audimus, reddat meliores. Nam ille quidem subuectus in cœlum haud quaquā egere potest humanis laudibus, ad feliciorē magisq; duraturam quietē profectus. Cæterum nos qui hæcenus hic uersamur multaq; opus habemus exhortatione, illius egemus encomijs, quo uidelicet ad eius imitationem excitemur. Quapropter sapiens quidam hortatur, dicens: Memoria iusti cum laudibus, non perinde quod laudantur qui decefferūt, sed quod hi potius qui res istas egregias laudibus uehūt. Quoniam igitur hac ex re tanta nobis utilitas proficiscitur, obtemperemus, neque recusemus. Nam & ipsum tempus huic narrationi congruit. Siquidem hodie beatus ille ad tranquillam omnisq; turbationis expertem uitam translatus est, eoq; nauigium appulit, ubi deinceps non poterit metuere naufragium, nec ullam animi deiectionem aut dolorem. Et quid mirū est, si locus ille purus est ab omni molestia animi, quū Paulus hominibus adhuc in hac uita degentibus loquens dicat: Semper gaudete, sine intermissione orate. Quod si hic, ubi morbi, ubi insectationes, ubi præmaturæ mortes, ubi calumniæ, ubi inuidiæ, ubi desperationes, ubi iræ, ubi cupiditates, ubi innumerabiles insidiæ, ubi quotidiana sollicitudines, ubi perpetua sibiq; cohærentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores adferētia, Paulus dixit fieri posse ut semper gaudeamus, si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, uitamq; suam recte moderetur composueritq; multo magis postquam hinc demigrauerimus facile compotes erimus eius boni, quum hæc omnia sublata fuerint, aduersa ualeatudo, morbi, peccandi materia, ubi non est meum ac tuum, frigidum illud uerbum, & quicquid est malorum, in uitam nostram inuehens, innumeraq; gignens bella. Quamobrē maximo opere gratulor huius sancti felicitati, quod quanquam translatus est, atque hanc quæ apud nos est ciuitatem reliquit, tamen in alteram transiit ciuitatem nempe dei, ac digressus ab hac ecclesia ad illam peruenit, quæ est primogenitorum descriptorum in cœlis, ac relictis hinc festis transiit ad celebritatem angelorum. Etenim quod & superne sit ciuitas, ecclesia, ac celebritas, audi Paulum dicentem: Accessisti ad ciuitatem dei uiuentis, ad Hierosolymam cœlestem, & ecclesiam primogenitorum descriptorum in cœlis, & ad innumerabilem angelorum frequentiam. Non solum autem ob multitudinem uirtutum cœlestium, uerum etiam ob abundantiam bonorum, ac iuge gaudium & lætitiā, panegyrim hoc est totius multitudinis cœtum appellat totam illam uitam. Nec enim alia res facere solet panegyrim, quā mercium uenaliū copia, quum triticum, ordeum, & omnijugæ frugum species, ouium greges, boum armenta, uestes aliæq; id genus plurima importantur, alijs quidem uendentibus, alijs uero commercantibus. Sed quid inquis, harum rerum est in cœlis? Horum quidem nihil, sed sunt his multo magis præclara. Non enim illic sunt triticum, ordeum, ac frugum uariæ species, sed illic ubiq; fructus spiritus, gaudium, beneuolentiā, bonitas, pax, ac mansuetudo summa exuberat copia. Non ouium greges, non boum armenta, sed spiritus iustorū perfectorum, animarum uirtutes, uitæq; recta facta per omnes cœlos uidere licet. Non uestes aut amictus, sed coronas quouis auro preciosiores, tum brabia, certaminum præmia, aliæq; innumera bona reposita ijs qui recte fecerint, ad hæc ibi est multitudo congregatorum, longe tum copiosior, tum honoratior. Neque enim constat ex uiris urbanis indigentibus, sed hic sunt angelorum infinita milia, illic sodalitia prophetarum, alibi martyrum chori, apostolorum ordines, cunei iustorum, omniumq; qui fortiter rem gesserunt uarij cœtus. Profecto miranda panegyris est. Iamq; id sane maius est omnibus, quod in media frequentia uersatur horum omnium rex. Etenim ubi dixisset, ad innumerabilem angelorum frequentiam, subiecit, & ad iudicem uniuersorū deum. Quis unquam uidit in panegyrim prodeuntem regem? Hic quidem nemo uidit, illic aut qui adsunt perpetuo uident, quatenus illum uidere licet, non solum præsentem, uerum etiam suæ gloriæ splendore condecorantē uniuersum cœtū. Et nostræ quidem celebritates sub meridiem plerunq; soluuntur, ille uero non item. Neq; enim mensium in orbem recursus, neq; annorū circuitus, neque dierum numerū expectat, sed stat perpetuo, illiusq; bona finem non habent, nec senescere nec marcescere possunt, sed sunt in senij, tū mortis expertia. Nullus illic tumultus quemadmodum hic, nulla turbatio, sed ingens omnium cum ordine decenti compositio, haud

Sanctorū laus
des nobis pra

sim magis
quā illis

Prouerb. 10

2. Timoth. 5

Meū ac tuum
frigida uerba

panegyris

Deus in meo
dio

intelligunt quæ dicuntur. Ac magi quidem nihil aliud quam adorant, tibi uero si cum pura accesseris conscientia permittemus ut sumas, & sumpto domum abeas. Accede igitur tu quoque munera offerens, non qualia deferebant illi, sed multo religiosiora. Obtulerunt illi aurum, offer tu temperantiam ac uirtutem. Obtulerunt illi thus, offer tu puras preces, quæ sunt odoramenta spiritalia. Obtulerunt illi myrrham, offer tu modestiam & cor submissum cum elemosyna. Quod si hisce cum muneribus accesseris, multa cum fiducia particeps eris huius sacræ mensæ. Nam hæc ideo nunc loquor, quod sciam certo futurum, quod in illa die complures accedant irruantque ad uictimam hanc spiritualem. Id igitur ne faciamus ad detrimentum & condemnationem animæ nostræ, sed ad salutem: iam nunc obsecro ut omnibus modis repurgatis animis uestris, ita demum adeatis mysteria. Neque mihi quisquam dixerit, uereor, habeo conscientiam peccatis oppletam, sarcinam circumfero grauissimam, Sufficit enim horum quinque dierum tempus, si sobrius fueris, si attentus, si uigilaueris, multitudinem peccatorum reddes cōtractiorem. Nec illud perpende quod breue tempus est, sed illud considera quod benignus est dominus. Quandoquidem & Niniuitæ tridui spacio tantam iram deus se depulerunt, nec obstitit illis temporis angustia, sed animi promptitudo, amplectens domini benignitatem, totum peragere ualuit. Et meretrix illa breui temporis momento, quam ad Christum accessisset omnia probra diluit. Quin & calumniantibus Iudæis, quod illam admisisset, tantamque præbuisset fiduciam, Christus illis quidem silentium imposuit, hanc uero malis omnibus liberatam comprobatoque illius studio, ita domum remisit. Quid ita tandem? Quoniam feruenti animo & flagranti corde ardentique accessit fide, sanctosque illos ac sacros attigit pedes, solutis capillis, fontibus lachrymarum ex oculis emisis, unguento profuso. Etenim per quæ deceperat homines, per eadem parauit remedia poenitentiae, per quæ auocarat oculos intemperantium, per hæc emisit lachrymas: per capillos arte compositos multos illexerat ad peccatum, per eosdem pedes absterxit Iesu. Unguento multos inescarat, per hoc pedes illius lauit. Proinde & tu quibus rebus prouocasti deum, per has rursum facito propitium: Prouocasti illum pecuniarum rapina, per eandem illum reconcilia, quumque & rapta restitueris illis quos iniuria affecerat, & alia insuper addideris, dicito iuxta Zachariam: Reddo si quid rapui, quadruplum. Prouocasti linguæ maledicentia, multis contumelia affectis, uicissim lingua placato, puras emittens preces, benedicens maledicentibus, laudans uituperantes, gratias agens iniuriam inferentibus. Hæc non egent multis diebus annis ue, sed solo animi proposito unico die perficitur. Discede à malo, uirtutem amplectere, desiste à prauitate. Pollicitor te posthac ista non commissurum, & istud sufficere ad excusationem. Ego testificor ac fidei uobis fore, ut si nostrum quisque qui peccatis obnoxius sumus recedens à pristinis malis, ex animo uereque promittat deo se postea nunquam ad illa rediturum, nihil aliud deus requirat ad satisfactionem ulteriorem. Benignus enim est, & quemadmodum parturiens cupit eniti foetum, ita & ille cupit effundere suam misericordiam. Sed obstant peccata nostra. Diruamus igitur maceriam, atque ex hoc iam tempore festum auspiciemur, hoc scilicet dies quinque negotijs omnibus ualere iussis. Valeat forum, ualeat curia, facessant mundanae curæ, cum pactis & contractibus, animam meam seruare cupio. Quid lucrifecerit homo, si totum mundum lucrifaciens, animæ suæ facturam faciat: Egressi sunt à Perfide magi, egredere tu à temporarijs negotijs, ad Iesum proficiscere, non est longum interuallum si uelimus. Non enim necesse est transire mare, neque montium superare cacumina, sed domi sedens, si pietate exhibeas, multaque cordis cōpunctione, potes illud uidere, potes totam diuinitatem maceriem, totum submouere obstaculum, abbreviare uitæ longitudinem. Deus enim, inquit, appropinquans ego sum, & non deus procul. Et dominus prope est omnibus inuocantibus ipsum in ueritate. Nunc autem multi Christianorum in tantam uecordiam tantumque uenere contemptum, ut quum innumeris scateant malis, nullam tamen uitæ suæ curam habeant, sed in diebus festis negligenter ac temere ad mensam hanc accedant, haud intelligentes quod communionis tempus non est festum, neque celebritas, sed conscientia pura uitaeque à peccatis repurgata. Quemadmodum enim qui sibi nullius mali conscius est, hunc oportet singulis diebus accedere, sic qui peccatis occupatus est, nec poenitet, eum ne in festis quidem accedere tutum est. Neque enim semel in anno accedere, liberat nos à peccatis, si indigne accesserimus, quin hoc ipsum potius auget damnationem, quod quum semel

semel tantum accedamus, ne tum quidem pure accedimus. Quapropter adhortor uos omnes ne negligenter, ueluti festo die cogente ad diuina mysteria accedatis, sed si quando parabitis huius sacræ hostiæ fieri participes, multis ante diebus repurgetis uos ipsos per poenitentiam, precationem & elemosynam. Denique per hoc, ut uacetis spiritalibus, nec de nouo conuertamini canis in morem ad proprium uomitum. An non enim abierum tantam habere curam rerum corporaliū, ut appetente festo multis ante diebus uestem & scripsis depromptam diligenter appares, emas calciamenta, mensa largior splendidiorque paratur, denique uariam undiquaque rerum copiam excogites, omnibusque modis remetipsum ornas nitidumque reddas: animæ uero neglectæ, sordentis, squalidæ, fame contabescens nullum habere respectum, quum sola maneat impura, ac corpus quidem nitidum huc adducere, animam uero nudam incultamque. At qui corpus quidem uidet conseruus, neque quicquam est detrimenti, quomodo cumque fuerit habitum, illam autem uidet dominus, qui grauissime punit negligentiam. An nescitis quod hæc mensa plena est igni spiritali? Et quem admodum fontes aquæ uim exundant, ita hæc flammam quandam habet arcanam. Ne igitur accesseris stipulam adferens, non ligna, non scenum, ne augeas incendium exuraturque animam ad communionem accedentem, sed accede ferens lapides preciosos, aurum, argentum, quo puriorem reddas materiam, multoque cum lucro discedas. Si quid mali est, abigas ab animo. Habet quis inimicum, grauiter læsus est, soluat similitatem, coherceat animum exardescens, intumescensque, ne quis sit tumultus aut perturbatio. Regem enim excepturus es per communionem: quum autem rex ingreditur animam oportet magnam esse tranquillitatem, multumque silentium, profundam cogitationum quietem. Sed atrociter læsus es, nec potes iram remittere. Quid igitur? An igitur te ipsum magis etiam & grauius lædes? Neque enim tantis malis te afficiet inimicus, quæcumque fecerit, quibus te ipsum afficis, si non illi reconcileris, sed dei leges conculcaris. Ille te contumelia affectis, dic mihi num tu ideo deum afficis contumelia? Etenim non recipere in gratiam eum qui molestiam attulit, non tam est illum ulcisci, quam deum afficere contumelia legis huius autorem, præcipientis ut inimicis reconciliemur priusquam accedamus ad altare. Proinde ne respicias ad conseruum, neque ad magnitudinem iniuriarum, quas intulit ille, sed ad deum, illiusque timore in animum demisso, illud expende, quod quo maiorem uim admoueris animo tuo, post innumera mala cogens illum redire in gratiam cum eo qui molestiam intulit, tanto maius præmiū feres à deo, qui hæc præcepit. Et quemadmodum hic deus excipis multo cum honore, sic & ipse te illic multa cum gloria excipiet, reddetque tibi millecuplam istius obedientiæ mercedem, quam nobis omnibus assequi cōtingat gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC D. D. MAXIMILIANO
à Burgundia Abbati Mittelburgensi ERAS. ROT. S. D.



INTER multa comoda quæ literis debemus reuerende pater, illud non arbitror esse postremum, quod in orbe penè dixerim alio constituti, per eas tamen cum amicis colloqui possumus. Emiseramus nuper libellum De modo orandi deum, talibus enim argumentis quæ non multum adferunt laboris, & ad pietatem maxime conducunt, senectutem nostram exercemus, iam ueluti solent athletæ cum ingrauescit ætas missionem ambientes. Is ubi per manus omnium uolitare, non sine gratia, comodum inter Chrysostromi lucubratiões reperi duas orationes eadem de re, nondum latine uersas. Illico mihi gestijt animus uidere, quam inter nos cōueniret in eadem materia uersantes. Sic opinor affici pictores quoties deprehendunt aliquem non uulgarem artificem in eodem laborasse argumento, in quo laborarunt ipsi. Iuuat enim hic collatis tabulis animaduertere, ubi par fuerit artis facultas, ubi superior, ubi inferior. Verum hac collatione mihi quidem a deo non placuit, ut si licuisset, meam tabulam prorsus abolitam uoluissim. Rutubam dices cum Apelle commissum. Quis enim illius eloquentiam plus quam auream assequatur, etiam si propositum exemplar conetur æmulari? Et tamen multum uigoris addere solet ingenijs æmulandi contentio, quo magis mihi uisus sum formica cum camelo cōpositus, cum nullus adfuisset stimulus, qui meam oscitantiam expergeret. Sed hac de re tuum potius expecto iudicium, idque quo certius facias, mitto simul

& Græca, ne quis causari possit, me male uertendo hoc egisse, ut mea minus displicerent. Verum utcumq; huius æstimationis cadet alea, uicisse mihi uidebor, si sensero quamplurimos hoc meo labore ad frequenter orandum, uel excitatos, uel redditos alacriores. Nam tuæ quidem pietati sciebam huiusmodi stimulis nequaquam opus esse, qui pietati, quam alij uix multo diutinoq; studio possunt discere, natus esse uidearis. Etenim iuuenis ex aula subito translatus ad monasteriū, sic in hoc uitæ genere te gessisti, ut modestia, sobrietate, castimonia, religione superares & illos qui in schola religionis consenuerunt. Nusquā in tuis moribus ullū iuuentutis tuę uestigium, nusquā aulicæ cōsuetudinis reliquiā, nusquā generis quod à Philippo Burgundionum duce, cui Boni cognomen additum accipimus, clarissimum ducis, ullum supercilium. Nimirū hæc erat naturæ tuæ sinceritas, quam nec aula cōsuetudo potuit corrumpere, cum sint tam multi, quos in mundo humiles ac frugaliter educatos, non dicam Abbatis dignitas, sed monachi cultus ac uicius corrumpat. Quid autem eo concentu potest esse iucundius, cum uestem undiq; candidam niueus uitæ candor, uel æquat, uel superat? Pertractus es ad istud uitæ genus, quod intelligeres tibi non fore licitum, ut prius esses monachus quàm Abbas. Talibus ingenijs tuto cōmittuntur episcopi munia, quibus non alia functio sanctior inter mortales, qui nequaquā sibi dignitatem uindicant ex munere, sed incorruptis moribus ipsi dignitatem muneri suscepto conciliant. Beneuale.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE ORANDO DEVM,
LIBER PRIMVS ERASMO ROT. INTERPRETE.



DUPLICI nomine par est dei famulos & laudibus uehere, & suspicere. Primum quod spem salutis in sanctis precibus collo carunt, deinde quod laudes reliquosq; cultus, quos deo cum gaudio simul & tremore consueuerunt offerre, intercidere falsi non sunt, sed literis prodita superesse uoluerunt, quosuum thesaurum, in nos uelut hæreditaria successione transfunderent, quo uidelicet omnem posteritatē ad sui prouocare possent æmulationem. Conuenit enim, ut & præceptorum mores, ad eos dimanent, qui cum ipsis habent consuetudinē, & prophetarum discipuli, eorundem iustitiā referre uideantur. Id autē fiet, si per omne tempus, precationibus, ac dei cultui, studioq; pietatis dediti uiuamus, hanc uitā, hanc sanitatem, hanc opulentiam, hanc honorū omnium summā existimātes, uota nostra offerre deo, sincero puorq; corde. Etenim quemadmodum sol lucem præbet corpori, sic animę lumen est precatio. Proinde si cæco damnosum est, non intueri solem, quanto grauius damnū est homini Christiano, si nō assidue deprecetur, neq; Christi lucem orando in animū suum inducat? Iam uero quis nō obstupescat & admiretur, tantam benignitatem ac beneuolentiā, quam in nos homines declarat deus? qui mortalibus tantū honoris largiatur, ut dignos nos habuerit, qui cum ipso colloquamur, nostraq; uota apud ipsum deponamus. Nam uere profecto cum deo cōfabulamur, quoties uacamus deprecationi, per quā simul & angelis copulamur, & societate quā cum brutis animāibus habebamus, procul effugere uidemur. Angelorum enim opus est deprecatio, superans interim etiā illorum dignitatem, si tamen manus est angelorū dignitate colloquiū miscere cū deo. Atqui quod id sublimius sit, ipsi nos docent, multo quidem cum tremore uota sua offerentes, caterū nobis exemplū præbentes, unde sciamus ac discamus, quod quisquis deum adit, multo cum gaudio, multoq; rursus cum tremore, id facere oporteat. Tremore quidem, dum metuiamus, ne uideamur indigni qui deū precibus alloquamur: rursus gaudio repleamur, reputantes honoris magnitudinē, quod deus mortalium genus, tanta ac tali sua cura dignatus sit, ut assidue diuino colloquio frui liceat, per quod etiā illud assequimur, ut & mortales & temporarij esse desinamus, natura quidem mortales, sed colloquio cōuicium, quē agimus cum deo, ad im mortalem uitā transeuntes. Neesse est enim, ut qui cum deo familiaritatē habeat, superior euadat, & morte, & omnibus quæ corruptioni sunt obnoxia. Et quemadmodū nullo pacto fieri potest, ut qui solis radijs fruatur, nō effugiat tenebras, ita nulla ratione fieri potest, quin qui cum deo consuetudinē agit, desinat esse mortalis: siquidē ipsa dignitatis sublimitas, nos ad immortalitatē transfert. Etenim si qui cū Cæsare miscet sermones, familiariterq;

cum eo

cum eo uersantur, & hoc honoris ab illo sunt adepti, non possunt esse pauperes: multo minus fieri potest, ut qui deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes, animas habeant mortales. Nam mors animæ est impietas, ac uita pugnans cum lege diuina. Ex quo consequitur, animæ uitam esse dei cultum, ac uitam eo cultu dignam. Porro uitam piā, ac dei cultu dignam, miris modis oratio conciliat, conciliatam auget ac ceteri thesaurum recondit animis nostris. Etenim siue quis uirginitatis amore tenetur, siue quis studet amplecti honorabilem coniugij castimoniam, siue quis meditatür inijcere frenum iracundiæ, & cum mansuetudine familiaritatem habere, siue quis cupit ab inuidentiæ lue purus esse: denique si quis aliud quippiam facere studet, quod ad recte uiuendum pertinet, duce præcatione, ac huius uitæ uiam præparante, cōmodum simul & facilem habiturus est pietatis cursum. Neq; enim fieri potest, non potest, in quā, fieri, ut qui postulant à deo, pudicitiam, iustitiam, mansuetudinē, ac benignitatem, non assequantur id quod petunt. Petite enim, inquit dominus, & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Quisquis enim petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Ac rursus alibi: Quis est, inquit, ex uobis, à quo si filius petat panem, det illi lapidem? aut si piscem postulet ille, porrigat ei serpentem? Quod si uos cum sitis mali, nostris bona munera dare filijs uestris: quanto magis pater uester cœlestis, dabit spiritum sanctum his qui hunc ab ipso petunt? Talibus quidem dicitis, ac tali spe prouocauit nos ad orandum uniuersorum Dominus. Nos uero decet obtemperantes deo, semper omnem uitam in laudibus dei, precibus que transigere, maiore studio curam agentes diuini cultus, quàm uitæ nostræ. Sic enim contigerit, semper uiuere uitam homine dignam. Quisquis enim non orat deum, nec diuino colloquio cupit assidue frui, is mortuus est, & uita carēs, expersq; sanæ mentis. Nam hoc ipsum euidentissimum est argumentum amentię, non intelligere magnitudinem huius honoris, nec amare deprecandi studium, nec hoc habere persuasum, quod anima mors sit, non prouolui ad dei genua. Quemadmodum enim corpus hoc nostrum, si non adlit anima, profecto mortuū est ac fœtidum: sic anima, nisi se ipsam incitet ad orandum, mortua est, ac misera, & grauius olens. Quin insuper quod oporteat quauis morte tristius existimare, si quis deprecatione priuetur, pulchre nos docet Daniel ille propheta magnus, qui maluerit emori, quàm triduo dimittaxat arceri ab orando. Nec enim hoc ab eo exigebat rex Persarum, ut impietatem admitteret, tantū illud obseruabat, si quis intra triduum quicquam petere deprehenderetur ab ullo deorum aut hominum, præterquam ab ipso. Sed propheta ne tantulum quidem temporis sustinuit ab orando cessare: propterea quod nisi deus propensus sit in nos, nihil omnino bonorum in animas nostras uenire possit: dei uero propensio simul adiuuat labores nostros, hosq; pulchre subleuat, si conspexerit nos amare precandi studium, si continenter orare deum, si uiderit expectantes, omnia bona nobis illinc defluxura. Itaq; cum uidero quempiam non amantem orandi studium, nec huius rei feruida uehementiq; cura teneri, continuo mihi palam est eum nihil egregiæ dotis in animo possidere. Rursus ubi quem conspexero, insatiabiliter adhaerentem cultui diuino, idq; in summis damnis numerantem, si non continenter orauerit, coniectio talem omnium uirtutis firmum esse meditatorem, ac dei templum. Etenim si uestitus hominis, si pedum incessus, si risus dentium declarat, qualis sit, quemadmodum sapiens dixit Solomon: multo magis deprecatio cultusq; dei, signum est totius iustitiæ, cum sit ornatus spiritalis ac diuinus, multā pulchritudinē ac decorē concilians mentibus nostris, dum uniuersisq; uitam cōponit, nec sinit quicquā sordidum aut absurdum dominari nostro animo, dum persuadet reuereri deū, et honorem quē illi debemus præstare, dum docet uniuersam malis spiritibus imposturā reijcere, turpes & absurdas cogitationes profligās, deniq; dum cuiusq; mentem constabilit in contemptu uoluptatū. Nam hæc superbia sola decet eos qui Christum uenerantur, uidelicet nulli seruire turpitudini, sed mentē seruare in libertate, morūq; puritate. Arbitror itaq; cunctis esse manifestū, quod simpliciter impossibile sit, absq; præcationis præsidio cum uirtute degere, cumq; hac huius uitæ cursum peragere. Etenim qui fiat, ut quis uirtutem exerceat, nisi continenter adeat, & supplex ad genua accidat et qui uirtutem omnem suppeditat ac largitur hominibus? Rursus qui fiat ut aliquis concupiscat esse temperatus ac iustus, nisi lubens cū eo cōsuetudinē, & colloquiū habeat, qui cum hac, tum his etiā plura exigit à nobis: Quin et illud paucis demonstrare uolo, quod etiam

Tom. 8

k

z

in os

si nos peccatis refertos precatio deprehenderit, celeriter purgatos reddit. Quid itaq; maius aut diuinius obtingere possit, q̄ deprecatio, cum hanc animis aegrotantibus pharma cum quoddam esse liqueat. Itaq; primi occurrunt Niniuitæ, quos clarum est, deprecationis præsidio plurimorū scelerum, quibus diuinā iram in se prouocant, remissionē accepisse. Simul enim atq; illos cepit deprecandi studiū, ilico iustos reddidit, ac ciuitatem quæ iam assueuerat lasciuia, malicia, breuiter uitā exlegem & impiā uiuere, statim correat: nimirum potentior diutina peccandi consuetudine, cum ciuitatem illorū cœlestibus legibus impleffer, pariter secum trahebat temperantiā, humanitatem, mansuetudinem, curamq; pauperū. Nec enim sustinet deprecatio absq; his uirtutibus uersari inter pauperes, sed in quorum cunq; peccatore sibi domicilium delegerit, eos reddit plenos omni iustitia, erudiēs & exercens ad uirtutē, ac maliciā omnem propellens: & sanē si quis tum ingressus fuisset ciuitatem Niniuitarū, qui prius eandem probe nouisset, nequaquā agnouisset eam: A deo repente à turpissima uita ad pietatem resilierat. Quemadmodum enim si quis mulierem mendicam, sordidis pannis uestiri solitam, post aureis uestibus ornatam uideret, nequaquā agnitus sit mulierculam: ita si quis eam ciuitatem prius nouisset mendicam, hoc est, uacua omnibus thesauris spiritualibus, nimirū ignorasset quænam esset illa ciuitas, in qua transmutanda tantū ualuisse deprecatio, ut & mores & uitā ad uirtutem reduceret. Iam uero & mulier quædam, quæ totū uitæ tempus in lasciuia & impudicitia peregerat, simul atq; se proiecit ad pedes Christi, salutem assequuta est. Proinde deprecatio non solum purgat peccatis, uerum etiā ingentia pericula depellit: Siquidem ille rex simul & propheta mirabilis Dauid, multos ac fauos inimicos effugit precatiois ope, non alijs armis exercitum muniens, atque ita tradidit suis militibus potiri uictoria, quietis interim, ac securis. Quemadmodum alij quidam reges incolumitatis suæ spem ponere consueuerunt in militum peritia, & arte belli gerendæ, in sagittarijs, in cataphractis, in equitibus, ita magnus ille Dauid, sanctis precibus, mœniū uice suū cinxit exercitū, nequaquā respiciens imperatorum, tribunorum, ac centurionū ferocia, neq; pecunias colligens, nec arma cōparans, sed orando diuinā armaturam è cœlo deportās: Nam uere cœlestis est armatura deprecatio, quæ deo funditur, solaq; firmā custodiam præbet his qui sese deo tradiderunt. Siquidem cataphractorū & robur & peritiā, tum sagittariorum experiētiā, atq; in prodendo hoste calliditatem, sæpenumero ludit ac frustratur uel ipsa belli facies, uel hostiū fiducia, cumq; his alia permulta: cæterū deprecatio, armatura est inexpugnabilis, ac tutissimū, nec unquā fallens munimentū, pari facilitate, uel unū repellens militem, uel innumerabilia hostium milia. Quandoquidem admirandus ille Dauid, de quo modo diximus, Goliad illum immanem, cum ueluti dæmon quispia formidandus irrueret, non armis, neq; gladijs, sed precibus deiecit, usq; adeo regibus quidem aduersus hostes in prælijs ualida arma sunt deprecatio. Quin eadem & nobis æque ualida sunt arma, aduersus dæmones. Sic & Ezechias rex superior euasit in bello, quod illatū est à Persis, cum non armaret exercitū, sed preces tantum opponeret hostiū multitudini: tridem & mortem effugit, ubi cum qua decuit religione se deo prosterneret, sola deprecatio regi dedit, ut reuiuisceret. Iam uero quod animam peccatis obnoxia, deprecatio facile pura reddit, docet nos publicanus ille, qui petijt à deo remissionē peccatorū, & impetrauit. Docet & leprosus, qui simul ut procidit ad pedes dei, mundatus est. Quod si deus corpus morbo corruptū sanabit, multo magis animam, quæ morbo tenetur, humaniter sanabit. Etenim quanto preciosior est anima corpore, tanto magis consentaneū est, hanc deo maiori curæ futuram. Quanquā innumera recenseri possint exempla, tum uetera, tum noua, si quis uelit oēs enumerare, qui deprecationis beneficio seruati sunt. Verū aliquis forsitan ex eorū numero, qui socordia segniciaq; dediti, nolunt attente ac diligēter orare, persuasurus sit, in hoc deū illa uerba dixisse: Non omnis qui dicit mihi domine dñe, intrabit in regnū cœlorū, sed qui facit uoluntatē patris mei qui est in cœlis. Atqui ego si crederē solam precatioē ad salutē nostrā sufficere, non iniuria sermonē hunc nobis obijceret aliquis: Nunc cum profitear deprecationē caput esse honorū omnium, basim ac radicem uitæ frugifera, non est quod quisquā illis uerbis abutatur ad excusationē suæ socordia. Neq; enim sola temperantia potest homini salutem adferre, si cætera desint bona, neq; cura pauperum, neq; benignitas, neq; quicquam aliorum quæ cum uirtute geruntur, sed oportet ut omnia simul concurrant in animas no-

strat.

strat. Cæterum precatio, ceu radix & basis, omnibus cæteris subternitur. Neq; secus ac nauem & domū, ea quæ substrata sunt, ualidam reddunt, ac ne soluantur, continent, ita nostram uitā orandi studium continet, & ubiq; firmam reddit, adeo ut absq; hoc nihil nobis boni possit contingere, neq; quod ad salutem cōducatur. His de causis Paulus tanto studio non cessat huc adhortari nos, dicens: Deprecationi instate, uigilantes in ea cū gratiarum actione. Atq; alibi iubet, ut citra intermissionē oremus, in omnibus gratias agentes. Hæc est enim, inquit, uolūtas dei. Ac rursus alio in loco: Orate omni tempore, in spiritu in hoc ipsum uigilantes cum omni instantia & obseruatione. A deo multis ac diuinis uocibus ad orandum nos assidue prouocat ille apostolorū princeps. Decet igitur, nos ab illo doctos, cum precatioe uitæ cursum peragere, atq; hac mentem assidue rigare. Siquidem hoc omnes homines, non minus opus habemus, q̄ arbores aquarū humore. Neq; enim ualent illæ fructus producere, nisi bibāt humorē radicibus, neq; nos preciosis pietatis fructibus poterimus esse grauidi, nisi precibus irrigemur. Quapropter oportet, & stratis relictis, diuino cultu præuenire solis exortū, & cum ad mensam accedimus, & cum nos ad nocturnam quietem recipimus: Quin potius oportet, singulis horis unā precatioē offerre deo, ut orandi cursum diei cursum æquet: Cæterum hyberno tempore decet etiam noctis maxime partem precibus impendere, ac flexis genibus, multo cum tremore instare deprecationi, hoc ipso nos beatos existimantes, quod dei cultui uacamus. Dic mihi qua fronte solem intueberis, nisi prius adoraueris qui lumen illud dulcissimū oculis tuis mittit: Quo pacto frueris mensa, nisi prius adoraueris eum, qui tibi tantum bonorū largitur ac suppeditat: Qua spe trades te ipsum nocturno tempore, qualibus cum insomnijs putas tibi rem fore, ni te ipsum præmunieris orando, sed inculto datus ad somnū accesseris: Nimirū contemptibilem captūq; facilē te ipsum præbebis sceleratissimis spiritibus, qui cōtinenter obambulant, obseruantes nos, ut si quē deprehenderit nudatū deprecationis præsidio, protinus abripiant. Si nos conspexerint deprecatione cōmunis, ilico resiliunt, non aliter q̄ prædones ac facinorosi, ubi conspicitū militis gladiū in caput suū uibrati. Quod si cōtinuat aliquem esse nudum precatiois præsidio, hic auulsus deportatur à dæmonibus, & in calamitates uariāq; mala impellitur. Oportet igitur ut hæc omnia metuentes, precibus & hymnis semper nos ipsos circumuallemus, ut deus omnium misertus dignos efficiat regnū cœlorū per unicum filium suū cui gloria & imperiū in secula seculorum, Amen.

DE PRECATIONE LIBER SECVNDVS.



QVOD omnis boni caput si deprecatio, quodq; salutis ac uitæ æternæ conciliatrix, nullus est omnium qui ignoret. Attamen operæ precium est, ut adhuc pro uiribus de hoc negotio differamus, quo qui iam assueuerit in precibus uitam agere, ac diligenter cultui diuino animū aduertere, oratio nostra redat magis attentos. Rursum qui hactenus incogitantius uixerunt, atq; animū neglexerunt, precatiois præsidio destitutū, simul & antea cū temporis facturā cōgnoscant, nec in reliquū uitæ tempus seipos pergant priuare salute. Protinus igitur illud occurrit omnium maximū, quod de precatioe dicere possumus, quod quisquis orat, cum deo colloquitur. Quantæ enim dignitatis sit hominem cum deo miscere sermonem, neminem latet: cæterū eam dignitatē oratione consequi, nemo prorsus ualeat, quandoquidem hic honos etiā angelorum superat maiestatem, quod ipsi probe intelligētes apud prophetas describuntur oēs multo cum tremore, laudes & cultum dño offerentes, facies quidem ac pedes ob ingentem reuerentiā tegentes, uolatu uero dum non ualent in quiete manere magnum tremorem declarantes: nimirū & nos illud interim docentes, ut tantisper dum oramus, humana naturæ obliuiscamur, sed occupati mentis alacritate simul & tremore, nihil respiciamus rerum præsentium, sed existimemus nos in angelorū medio consistere, idemq; sacrificium cum illis peragere. Nam in reliquis multū discriminis est inter conditionem illorum & nostram: siue naturam expendas, siue uiuendi genus, siue sapientiam, siue intelligentiā, siue quicquid aliquis recensere possit: Cæterum orare cōmune est opus angelorū pariter & hominū, neq; quicquā interest inter nostrā naturā & illorū, duntaxat quod attinet ad deprecationem. Hæc te separat ab mutis animantibus, hæc te sociat angelis: Quin facile fiet, ut quis in illorum ciuitatem transferatur, in illorū uitam & consortium, ad illorū honorem, nobilitatē, sapientiam, & intelligentiā, qui per omnem uitā preci-

Tom. 8

k 3

bus ac

bus ac diuino cultui uacare studuerit. Quid em̄ possit inueniri sanctius, his qui cū deo cō-
mercū habēt, quid porro iustius, quid ornatius, quid sapientius? Etenim si qui cū sapien-
tibus uiris colloqui solent, propter assiduā consuetudinē, breui sic transmutantur, ut illorū
prudentiā referant, quid dicere cōuenit, de his qui cum deo colloquia miscēt, ei sua uota
deferentes: Quanta sapientiā, quanta uirtute, quanta prudentia, quanta bonitate, quanta
sobrietate, quāta morū aequitate replet illos precatio & obsecratio: Proinde nequaquam
aberrari a uero, si quis affirmet deprecationē esse causam omnis uirtutis & iustitiā, neq;
quicquā eorum quā cōferunt ad pietatē uenire posse in animū, cui nō adsit deprecatio &
obsecratio. Sed quemadmodū ciuitas quā muris cincta non est, facile uenit in potestatem
hostiū, propterea quod prorsus absit id, quo fuerat hostiū incurfus arcendus: sic & animā
non munitam precibus, diabolus facile in suā redigit ditionē, nec multo negotio omni ge-
nere scelerū implet. Nam primum quidem ad animā precibus cōmunitam, nō audet pro-
pius accedere, metuēs robur ac fortitudinem, quam illi deprecatio subministrat, magis
uegetans animū, q̄ cibis uegetat corpora. Ad hęc, qui precantur serio, nō sustinent quic-
quam admittere indignum precatione, sed reuerentes deum, quicum modo colloqui fue-
rant, cito repellunt omnem mali spiritus molitionem, apud se reputantes quantum scelus
sit eum, qui paulo ante sermonē cum deo miscuerit, quicq; ab eo pudicitiam ac sanctimoniam
petierit, extemplo ad diabolū deficere, scēdasq; uoluptates in animū admittere, ac dia-
bolo præbere aditum in illud pectus, quod paulo ante deus inuiserit, ac dæmonij conce-
dere irruptionem in animas, in quas spiritus sancti gratia plurimā exercuit benignitatem
ac sollicitudinē. Veruntamen illud ausculta, supra uires hominis est, serere cum deo collo-
quium, nisi adsit uis & actus sancti spiritus, sed oportet illo præsentē, sanctiq; conatibus
auxiliante, ita demū ingredi, ac flectere genua, postremo orare ac deprecari. Postq̄ enim
maius est hominis uiribus sermonē miscere cum deo, opus est ut gratia spiritus ueniens
in nos, confirmet, addatq; fiduciam, ac doceat nos honoris magnitudinem. Igitur ubi iam
cognoueris, quod & cum deo loqueris, ac spiritus in te operā uim fereris, oraturus &
cum deo collocaturus, nullum diabolo præbebis aditū in animā per spiritū sanctiificatam.
Etenim quemadmodū qui cum rege colloquuntur sunt, & ob hoc sermones placidos hono-
remq; sunt cōsequuti, non dignantur in contuberniū uenire mendicorū & abiectionū ho-
minum, ita qui cum deo cōfabulatus est, eiq; sua uota protulit, nequaquam dignabitur mali
& impij spiritus familiaritatē admittere. Nam uere profectio quisquis uoluptatibus seruit
cum dæmonibus habet familiaritatē, atq; eorū insaniam imitatus est: Sicut ē diuerso, qui
temperans est, ac iustitiā exercet, cum angelis habet cōmercium, & illorum æmulatur di-
gnitatem. Iam uero si quis dicat animā neruos esse deprecationē, mea quidē sententia, uel
debitur uerū diceret: nimirū quemadmodū hoc corpus neruis cohæret, currit, stat, uiuit, &
compactū est, adeo, ut si neruos incideris, uniuersam corporis harmoniā dissolueris, itidē
animæ per sanctas preces, sibi cōstant, & cōpinguntur, ac pietatis cursum facile peragunt.
Quod si te ipsum destitueris precatione, perinde feceris, ac si piscē ex aquis extraxeris. Ve-
nim pisci uita est aqua, ita tibi deprecatio, per hanc datur uelut ex aquis subuolare, cœ-
lumq; transcendere, ac proximū fieri. Itaq; quæ hæcenus dicta sunt, sufficiunt ad declaran-
dum quanta sit uis sanctæ deprecationis. Sed fortasse præstiterit, ut ad diuinas scripturas
ueniam, ut ex ipsius Christi uerbis discamus opes, quas deprecatio cōparat his, qui stu-
dent per omnem uitā in ea uersari. Dicebat autē, inquit, eis etiam parabolam huc specta-
ntem, quod oporteat semper orare. Iudex quidam erat in ciuitate quadā, qui neq; deū me-
tuebat, neq; hominē reuerebatur: uidua autē erat in ciuitate illa, & uenit ad illum, dicens:
Vindica me de aduersario meo, & nolebat aliquam diu: postea uero dixit apud sese: Ta-
meti deum non metuo, nec hominē reuereor, tamen quia mihi molesta est uidua, uindica
bo eam, ne tandem ueniēs suggillet me: Dixit autē dominus: Audite quid dicit iudex iniu-
stus: Deus uero an non faciet uindictam electorum suorū clamantium ad ipsum nocte ac
die, & patientiā habebit super illis: Dico uobis quod faciet uindictam illorum cito. Disca-
mus fratres sapientiā in sermone spiritus reconditā, perscrutantes pro uirilī nostra, non
quanta est, sed quantum nobis datur assequi. Itaq; qui uitam agunt in mari, in ipsum pro-
fundū sese demittūt, ac preciosos lapillos his qui uersantur in terra deferūt. Nos uero diui-
natum scripturarū mare scrutātes, in ipsum spiritualis sapientiæ profundū, quantum quidē
in nobis

in nobis est, decurramus, & uobis adferamus thesaurum bonum melius ornantem ani-
mas, quā ornant regum capita ē gemmis contexta coronæ. Nam harum quidem pul-
chritudo, simul cum ipsa uita marcescit: Caterum qui doctrina spiritus coronat animam,
cum hic interim cum omni mentis securitate uitæ tempus exigit, tum post huius uitæ fi-
nem, cum omni fiducia accedit ad tribunal Christi, plenus uirtute, & ab omni uitio pu-
rus. Quem igitur thesaurum ē profundo scripturarum adducimus? Non ipsum profun-
dum attingentes sapientiā, sed eo usq; descendentes, quousq; concedit Christus, qui ho-
mines inuitans ad orandum, & utilitatem hinc proficiscentem commendare uolens ani-
mis nostris: iudicem quendam inducit, improbum ac sauum, qui pudorem omnem ex
oculis abiecerat, quicq; dei timorem ex anima propulerat. Atqui satis erat iusti clementisq;
iudicis personā proposuisse, ut huius iustitia collata cum dei bonitate, demonstraret quan-
tum ualeat deprecatio. Etenim si benignus ac mansuetus homo placide recipit qui suppli-
ces accedunt, quanto magis idem facturus est deus, cuius tanta est erga mortalium genus
benignitas, ut non solum nostrā excedat intelligentiā, uerum etiam maior sit quā ut
huius magnitudinem, angeli ipsius possint animo complecti. Itaque satis erat, ut dixi, iu-
sti iudicis personam inducere. Nunc autem iudicem proposuit immitem, impium, & in-
humanum; in cæteris quidem implacabilem, ad preces uero benignum ac mansuetum:
uidelicet ut intelligas, quod omnis precatio ingenium etiam malum, facile ad misericor-
diam & clementiam pertrahit. Quam igitur ob causam hoc fecit Christus? Ne quis om-
nium ignoraret, quantam uim habeat deprecatio, atque idcirco postquam iudici omni-
um immanissimo adhibuisset uicium, eumq; præter naturā ostendisset factum ex impro-
bo humanum, ad patrem suum parabolam transfert, ad illum, inquam, bonum, mansue-
tum, mitem, humanum, misericordia sua uincens peccata mortalium, condonantem
errata plurima, tolerantem quotidie in se dicta conuicia, dissimulantem honorem haberi
dæmonij, se contumelijs affici, filium suum innumeris incessi conuicijs, alijsq; ferentem
arrogia, dicenda pariter ac silenda: & tamen sic conuicijs affectus adeo mansuete tolerat.
Quod si uiderit, eo quo decet tremore accidentes sibi, an non protinus miserebitur? Audi
te, inquit, quid iudex iniustus dicat: Tamei deum non timeo, nec hominē reuereor, at-
tamen quoniam mihi negocium faceiit, uindicabo illam. Quid ais? Quod non potuit me-
rus, hoc potuit deprecatio? Ac minæ quidem & ultionis expectatio, non cōmouerunt ho-
minem ad iustitiam: ceterum ubi prodijt uidua supplex, iudicem ex feroci mansuetū red-
didit. Quid igitur coniectandū est de benigno deo, si iudicem crudelē, adeo mansuetū red-
didit uidua supplicans? Quātam bonitatem, quantam humanitatē erga nos exhibebit de-
us, qui non modo semper cupit misereeri, punire nunquam, uerū etiam ob insignē erga ge-
nus hominum charitatem, & supplicia cōminat nobis, & ingentia præparauit præmia,
ut & metus suppliciorum arceret à uitijs, & premij spes extimularet ad uirtutē. Non pos-
sum ab iniquo iudice cogitationem auertere, contempnans in illius præter naturā mansue-
tudine, ineffabilem dei bonitatem. Etenim si is qui nunquam cogitaret quicquam humani-
tatis cuiquam præstare, subito mutatus, miserrus est uiduæ rogātis, quantam erga nos dei
sollicitudinē e cœlo deportabit deprecatio? At hæc quātum ualeat ac possit sancta pre-
catio uel hinc cognoscas licebit, si consideres, quantum honorum, singulis diebus, ac singu-
lis horis accipiant, hi qui iugiter deo supplicant. Quem enim fugit, quod solis, lunæ, stel-
larum que lumen, quod cœli temperiem, ac uariam, alimentorum copiam, quod opes,
quod uitam, denique quod alia innumera bona cunctis ex æquo mortalibus largitur de-
us, iustis pariter ac impijs, uidelicet ob immensam suam humanitatem qua afficitur er-
ga nos. Porro si nec rogantes nec postulantes, tanta quotidie misericordia profectitur, ac
refocillat, quantis bonis probabile est fruituros eos, qui omnem uitam precibus & obse-
crationibus uacauerūt? Age iam & illud exponamus uobis, quā multis sanctis datum sit,
deprecationis præsidio seruare, non solum gentes ac ciuitates, uerum etiam orbem uniuersum.
In mentione uero deprecationis primus occurrit Paulus, dignus cuius mentio fiat,
Paulus, inquam, ille insatiabilis dei cultor, & cōmunis pater ac progenitor seruorū Christi.
Iste igitur custos orbis terrarū, per deprecationē ac assiduam obsecrationē, omnes gentes
saluas fecit, semper illud dicens nobis: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē domini
nostri Iesu Christi, ex quo omnis cognatio in cœlo & in terra nominat, ut det uobis iuxta

abundantiam gratiæ suæ uirtute corroborari per spiritum ipsius, ut in homine interno, in habitat Christus per fidem in cordibus uestris. Vides quantam uim habeat precatio & obsecratio: Ex hominibus facit templa Christi. Et quemadmodum aurum, lapides preciosi ac marmora constituunt domos regū, sic deprecatio templa Christi, ut inhabitet, inquit, Christus in cordibus uestris. Quid sublimius ad laudē deprecationis adferri possit, quam quod templa facit deus quem cœli non capiunt, is in animam ingreditur, uiuentem in precibus: Cœlum, inquit, mihi sedes est, terra uero scabellum pedum meorū. Quam domum ædificabitis mihi, dicit dominus, aut quis erit locus requiæ meæ? Quam domum Paulus ædificat sanctis obsecrationibus? Flecto, inquit, genua mea, ad patrem domini nostri Iesu Christi, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris. Quin & illinc intelligi poterit quanta sit uis sanctarum precum, quod Paulus per totum orbem terrarum uelut alatus discurrens, in carceribus habitans, flagella sustinens, gestans catenam, uiuens in sanguine ac periculis, in super & demones deiciens ac mortuos excitans, morbos abigens, in harum rerum nulla fiducia posuit seruandū homines, sed precibus communiit orbem, postq̄ miracula, post excitatos mortuos, ad deprecationis præsidium accurrit, non aliter quam athleta, à corona ad palæstram: quando quidem, & mortuorum excitationem, reliquaq̄ omnia, suppeditat deprecatio. Quam enim uim habent in arboribus aquæ, hanc in uita sanctorum habet deprecatio. Paulus hac medio noctis rigans animam, omnia facile perpeffus est quamlibet acerba, non aliter præbens terga uerberibus, quam si fuisset statua. Sic in Macedonia carcerem concussit, sic ceu leo quispiam, precatioe dirupit uincula, sic carceris culto dem eripuit ab errore, sic demoniorum tyrannidem discussit. Quin & illa nouimus, quæ scribit ad uniuersos homines: Deprecationi instate, uigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, ad libere proloquendum mysterium euangelij. Quid ais? Tantam nobis fiduciam deprecatio præbet, ut pro Paulo non uereamur orare? Quis miles ausit pro magno duce interpellare Cæsarem? Quanquam sanè nullus dux tam charus est Cæsari, quam Paulus, quam supplicare deo. Attamen ad tantam dignitatem nos prouehit deprecatio, ut ausimus pro Paulo supplicare deo. Sic & Petrus ille magnus, ille cœlo splendidior, carcerem effugit, maxime quidem ob propriam uirtutem, & communem hominum salutem, sed tamen interim ecclesiæ deprecatio, oclusas carceris fores uelociter aperuit. Nec enim temere addidit Lucas: Deprecatio autem fiebat assidua totius ecclesiæ pro Petro, uerum ut nos disceremus, quātam uim in cœlis obtineat deprecatio, uidelicet ut Paulum ac Petrum à periculis liberaret, columnas ecclesiæ, principes Apostolorum, claros in cœlo, murum orbis terrarum, commune præsidium totius terræ ac maris. Dic mihi, quomodo Moses Israeliticum populum in bellis seruauit? An non arma quidem cum exercitu discipulo tradidit, ipse uero deprecatioem opposuit hostium multitudinē? Nos interim docens preces iustorum plus ualere, q̄ arma, quā equitatum, quā pecunias, quā multas copias, eoq̄ uniuersus exercitus, & innumera militum multitudo, in deprecatione prophetæ spem salutis habebat. Si quidem orante Mose, superabant Iudei, eodem ab orando cessante, inferiores erant hostibus, Itidem & nos orantes facile diabolus superabimus, cessantes uero scelestum illum in nos instruimus. Iam & populum ad impietatem prolapsus, orando seruauit Moses, orando meruit dei conspectu frui, aliaq̄ innumera bona consecutus est non alia re quā orando: Nam deprecatio & hoc illi præstitit, ut uitam ageret ad similem ijs qui cœlum inhabitant. Deprecatio incendij uim coercuit, leones mites reddidit, hoc quidem in Daniele, illud uero in tribus pueris, per quos nimirum declaratum est omnibus, quod quoscunq̄ deprehenderit in periculo constitutos, facile ex urgentibus malis eripiat deprecatio, salutis causa, immortalitatis animæ conciliatrix, ecclesiæ murus, qui rumpi non possit, munimentum incōcussum, demonibus quidem formidabile, pijs uero, nimirum nobis salutiferum. Hæc eadem sanctum prophetam Samuelem produxit. Etenim cum natura matri esset aduersa ad gignendum, exorta deprecatio mox correxit naturæ imbecillitatem. Talis est deprecationis fructus, talem adidit deprecatio prophetam, Quapropter in cœlis illustre nomen consequutus est Samuel, supra quā fert humana conditio, quū homo sit potius angelorum admirator. Nimirum talem decebat ostendi, deprecationis culmen & spicam, qui reliquos anteciret bonitate, uirtutibus ac moribus, tantōque in

teruallo

teruallo omnes retro sanctios antecellere uideretur, quantū in segetibus felices eminent spicæ. Deprecationis auxilio Dauid tot ac tales hostes propulsauit, nō arma mouens, nō hastam uiibrans, non gladiū educens, sed deprecatione septus. Huius præsidio Persarum copias Ezechias celeriter uertit in fugam, atq̄ hostes quidem machinas admouebant moenibus, sed ille muros deprecationis uallo sepsit: simulq̄ per deprecationē sine armis solum est bellum, cum tuba quidē non clangeret, exercitus conquiesceret, arma nō mouerentur, nec terra sanguine rubesceret, ceterū deprecatio sufficiebat ad terrorem hostibus incutendum. Quin & Niniuitis ea saluti fuit, quæ cito depulit iram cœlitus imminentē, citoq̄ uitam corruptam emendauit. Tantam uim, tantū robur habet deprecatio, ut cum Niniuitæ uitam omnem turpiter ac scelerose peregissent, tamen simul atq̄ in ciuitatem ingressa est deprecatio, ilico uerterit in diuersum omnia, ac tēperantiā, iustitiā, amicitia, concordiam, egenorum curam, deniq̄ uniuersa bona secum induxerit. Etenim quemadmodū ubi regina quæpiam ingreditur ciuitatē, necesse est ut omnis opulentia pariter consequatur: sic uidelicet, posteaquam deprecatio uenit in animam, omnes uirtutes simul ingreditur. Nam quod in domo est fundamētum, hoc in anima est deprecatio: hanc ubi primum ceu basim ac radicem in anima fixerimus, tum oportet diligenter superstruere, pudicitiam, mansuetudinem, iustitiā, pauperum curam, breuiter omnes Christi leges, per quem & cum quo, patri cum sancto spiritu, gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Posterior hæc oratio uideri poterat non esse Chrysofomi, sed eruditi cuiuspiam, qui sese exercuerit ad emulationem prioris, nisi malumus Chrysofomum eadem de re diuersis temporibus dixisse.

ORNATISSIMO VIRO IOANNI PAUFGARTNERO
Des. Erasmus Roterodamus S. D.



Peripateticis in beatum album referuntur, qui fortunę bonis, suapte industria coniunxerunt animi bona, ita partientes felicitatem, ut dimidium illius afferberent casui, dimidium homini. At ego te uir ornatissime multo feliciorum iudico, quod unicus ille πάντων σωτὴρ εὐδαιμον, ut Hesiodi uerbis abutar, istam mentem tibi largitus est, ut intelligas & illa bona quæ philosophi uocant externa, non fortunæ, sed dei esse munera in hoc data, non ut sint uoluptatum ac superbiam instrumenta, sed ut sint uirtutis & officiorum organa. Quisquis enim animo uere Christiano præditus est, magis illa possidet tanquam dispensator, quā tanquam dominus. Agnoscit esse mutuum quod habet, & scit ei qui credidit, accepti expensiq̄ rationem ad altem esse reddendam. Itaque uulgus sæpe mentitur, quum de opulentis dicit, ille habet diuitias. Siquidem habere diuitias, philosophica res est, eoque paucorum. Aristippus reprehensus quod consuetudinem haberet cum Thaide, uelut unus è multis: respondit plurimum interesse, quod ceteri haberentur à Thaide, ipse haberet Thaidem. Nullus autem potest habere diuitias, nisi adsit animus philosophicus, qui norit, & quantum sit huic bonorum generi tribuendum, & quomodo sit illis utendum. Proinde multo plus debes benignitati diuinæ, quod istum animum omnibus diuitijs superiorem dedit, quā quod rerum copiam largita est. Pulchrius est istas opes contemnere, quā possidere. Contemnit autem, qui non seruit, sed eas pietati seruire cogit. Quid enim sunt ista bona ijs qui nesciunt uti? Quid aliud, nisi quod auro gemmisq̄ picta cithara, musices imperito? Aut gnomon, circinus, ascia & securis, fabricandi artem ignorant. Vix ausim addere, quod tamen arbitror esse uerum: excellentioris cuiusdam philosophiæ est, in medio diuitiarum affluxu, temperantiā obtinere, quā paupertatem generoso animo ferre. Sicuti Platonem, qui siculis assidens mensis, ferè præter legumina nihil attingebat, Diogeni præfero, qui si nihil contrigisset lautius, poterat crudis holeribus placare satratem stomachum. Sapienter itaque facis uir animo meo charissime quod animum ad literas ac philosophiam applicas, quæ hoc præstat, ut & diuitijs quū adsunt recte utaris, & si quo casu contingat eripi, non discrucieris, nimirum saluis ijs bonis, quæ uel sola beatū reddunt. Vides enim quā sit absurdū habere domū aulæis, marmoribus, tabulis, auro, gemmis ac uarijs ornamentis undiq̄ decoratam, pectus aut habere nullis disciplinis, nullis uirtutibus excultū. Porro ut ipse tibi non uideris diues externorū bonorum copia, nisi ueris bonis

bonis dītecat animus: ita non uideris tibi liberos habiturus esse ditites, nisi in meliorum possessionum hereditatem tibi succedant; eoque prima curarum omnium ea tibi est, ut a teneris statim annis, honestissimis disciplinis, sed præcipue pietatis instituatur. Hoc pulcherrimum exemplum quod tu & Antonius Fuggerus insignie par hominum in istam ciuitatem induxistis; utinam quamplurimi imitentur; sic enim fieret, ut quæ nunc multis ornamentis, merito Augusta Vindelicorum dicitur, magis ac magis *φειρόμεθα*; hoc est, suo nomini respondere uideretur, utpote ueris bonis splendorem ac maiestatem sibi uindicās. Quin potius utriamque singuli parentes, quibus suppetunt facultates, liberos suos a primis statim annis curarent disciplinis liberalibus erudiendos: quibus ne id faciant obstat rei familiaris angustia, cogent illos artem aliquam sedentariam perdiscere. Idem censeo faciendum ijs, quibus non tam facultates desunt, quam liberis repugnat Minerua. Id si fieret, profecto longe minus errorum, ociosorum, prædonum ac spontaneorum militum haberet nostra Germania. Nunc parentum incuria, plerique perueniunt ad annos uiginti, ut profus *ἀναλωθέντες*, ita nullo artificio aduersus ocium uiciorum omnium fontem, & egestatē plurimorum malorum magistrum, instructi. Cæterum pro nostra mutua beneuolentia, præsertim Valricho Zasio currentem, ut aiunt, instigāte, iam pridem destinaram aliquid studij meis ad te mittere, quod tuum propositum non excitaret modo, sed non nihil etiam adiutaret. Verum hæc tuis nihil occurrit quod uel Paungartnero uel Erasmi in illum studio dignum existimari posset. Ne tamen uiderer hac tergiversatione sustingere officium, a trahōnis uice mitto aliquot Chrysostomi homilias, antehac nec uersas à quocquam nec excitas. Nihil autem uereor ne quis illud Græcorum in me faciat *γὰρ ἂν λέγοντες*, quod Chrysostomum theologum mittat homini laico. Imò hæc sunt colloquia, quæ uir ille diuinus apud uulgus promiscuum habuit, non de mysterijs theologicis, sed de reprimendis affectibus, cuiusmodi legimus & Socratis fuisse sermones cum quibuslibet e media plebe. Nam hæc philosophiæ pars ad omnes pertinet. Quin & ipsa dictionis ratio tota est ad populares aures accommodata. Spes est autem hoc euenturum alijs cōpluribus ex lectione, quod mihi accidit inter uertendum. Sensi enim in me sensu quosdam cupiditates uelut incantamento delinitas mitescere, dum Chrysostomus ob oculos ponit, quam eximia fuerit in priscis illis animi moderatio. Ad hæc animaduerti, quanto opere fallantur, qui ueteris testamenti historias eodem penè animo legunt quo legunt Luitanas aut Salustianas. In factis enim narrationibus, immanè, quanto maior uberiorque latet philosophia. Eam Chrysostomus mira curiositate sic eruit, sic enucleat, sic insigat animo ut nemo credi turus fuerit, sub historiæ tunica, tantum latere spiritualium deliciarum. Itaque si huiusmodi colloquijs transmittes aliquot horas in hisce quadragesimæ diebus, cōfido te id nō sine lucrō bonæ mentis facturum. Additurus eram & alias aliquot homilias, sed deprehendi pleraque uel esse notha, uel nothis contaminata. Quam temeritatem heu nimium sæpe deplorare cogimur, in ueterum monumentis uersantes. Codex erat belle descriptus, aureis literis & coloribus magnifice depictus. Sed omnium prima cuius initium, multo tempore silui, nihil habebat Chrysostomi: quam non in aliud uerti, nisi ut specimen esset, me toties nō omnino de nihilo queri. Occasionem argumenti sumpsit ex historia. Vulgaris hic fucus est. Deinde quam nihil coheret. A turbis uenit ad eos apud quos tranquilla erant omnia. Et subito uelut oblitus sui, tragice uociferatur, in rebus humanis turbata esse omnia, nihil fidum, nihil sincera. Ab hoc gradu desilit ad ditites, & auariciā, uelut horum malorum fontem. atque hic tractatur locus communis de reprehensione diuitiarū ac laude paupertatis. Posthæc Iob protrahitur in medium, quo probet summā esse diuitum philosophiam, si in diuitijs expectent paupertatē. In summa, sentias temere fundi uerba uocūque turbis expleri chartas, neque quicquā ex animo dici. Hunc sacrilegū ludū in gratiosissimis quibusque autoribus lusit bibliopolarū auaritia, non minus apud Græcos quam apud Latīnos. Et quod turpe dictū est; longe maior fuit Christianorum temeritas in sacros ecclesiæ doctores, quam unquā fuit Ethnicorū in libros prophanos. Hanc cātilenam toties recino, quo doctos excitem, ad incorruptiora exemplaria uestiganda, & ad repurganda pro uiribus que tenemus cōtaminata. Hunc libellum non iudicabo exiguum esse, si intellexero hinc tuis pijs studijs aliquid acceuisse lucri. Bene uale. Apud Friburgum Brisgoiæ Calen. Martijs. Anno à Christo nato M. D. XXXIII.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI EPI

SCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE DAUID

& Saule, de quo tolerātia, & quod oportet inimicis parcere, nec de absentibus male loqui. Domine miserere. Homilia I.



Uoties diuina quæpiam ac dura inflatio corporibus inhefit, tum & longo tempore, multoque labore, & multa sapientia in admoendis remedijs est opus, ut collectus tumor, absque uitæ periculo dissoluatur. Idem uidere est in anima. Quoties enim aliquis morbum qui iam radices egit in anima, multoque tempore concretus sit, radicitus euellere uoluerit, non satis est ad correctionē unius duorum uel dierum admonitio: uerum oportet frequenter ac diebus compluribus in hac cura uersari, si modo non ad ambitionem ac uoluptatem, sed ad fructum, & utilitatem munus hoc publicum gesturi sumus. Eoque quemadmodum de iurādo fecimus, multis ordine diebus uobis de eodem differentes argumenta: itidem de ira nunc faciemus, continuamque de ea faciemus exhortationem pro nostra quidē uirili. Nam hic mihi uidetur optimus esse docendi modus, si non prius desistamus consulendo quacumque de re, quam uiderimus admonitionem ad effectum peruenisse. Etenim qui hodie de eleemosyna, cras de orando, perendie de humanitate, deinde rursus de animi modestia differit nihil horum in auditorum animis perficere recte poterit, ab hoc ad illud, rursus ab illo semper alio transiliens. Sed necesse est ut qui uelit orationē in auditorū animis fructū destinatum assequi, nō ante desistat ipsidem de rebus admonens consulensque, nec prius ad aliud quippiam transiliat, quam cōspexerit superiorem admonitionem in eis bene fixam ac radicatum. Idem hoc facere solent præceptores. Non prius ad syllabas, hoc est literarum coniunctionem adducunt pueros, quam elementorum cognitionem in eis uiderint recte confirmatam. Hesternō igitur die parabolam uobis de decem denarijs, ac decem milibus talentorum enarrantes, ostendimus quantum esset malum, iniuriarum meminisse. Quem enim decem milia talentorum nō perdiderant, hunc centum denarij exitio demerferunt, ac ueniam pro debitis concessam, in irritum reuocarunt, debitæque pecunię cōdonationem dissiparunt, eumque qui fuerat à criminibus liberatus in iudicium retraxerunt, atque ipsum debitorē in carcerem coniecerunt, denique immortalī supplicio tradiderunt. Sed hodie de diuerso argumento dicere tentabimus. Oportuit enim de humanitate ac mansuetudine uerba facientem, e domo atque ex sese istius præclarę philosophiæ exempla præbere, atque ita demum simul & uerbis eam docere, & factis ad eam instituere. Quoniā autem nos ab hac uirtute longo absumus intervallo, uno quoque numero sanctorum in medium producto, oculisque uestris subiecto, perspicuā quandam ac potētē uobis admoebimus exhortationem, admonentes ut dum uelut ad archetypi cuiusdam æmulationem adhortamur, admoeanus & nos ipsos. Quis igitur in medium proferendus est, de humanitate dicturo? Quis uero alius, quam is qui celesti testimonio laudari meruit, ob hoc ipsum maxime suspiciendus? Inueni, inquit, Dauid filium Iesse, uirum secundū cor meū. Porro posteaquam deus pronunciauit, nulla cōtradiciendi reliqua est occasio. Nam illius calculus incorruptus est, eo quod deus nec ad gratiam, nec per odium iudicat, sed pro mera animi uirtute fert suffragium. At nō ob id tantum hunc in medium produximus, quod numinis suffragio fuerit laudatus, uerū etiā quod sit de numero eorū qui sub uetere lege sunt educati. Si quidē sub lege gratiæ extitisse quæpiā ab ira purū, et inimicis delicta cōdonantē, ac parcē tē ijs à quibus fuerit molestia affectus, nihil sanè mirū, uidelicet post Christi mortē, posteaque ille tā clemēter nobis oia peccata remisit, post tot præcepta referta euāgelicæ philosophiæ. Ceterū in uetere testamēto quæ lex pmitteret oculū pro oculo effodere, ac dentē pro dente extundere, eumque qui læsisset talionis æquilibrio ulcisci, aliquid extitisse qui præceptorū fines transilierit, atque ad apostolicā peruenerit philosophiam, quem hominū si audierit, non adducet in stuporem? Quem si quod audiuit nequaquam imitetur, non prius omnia uenia, omnique excusatione? Sed ut exactius pleniusque huius Dauidis uirtutē cognoscatis, concedite mihi ut orationem paulo altius repetam, eiusque beneficia commemorem quæ beatus

beatus ille uir in Saulem contulit. Nam non ulcisci eum qui simpliciter inimicus laetit, nihil miri est. At qui hominem a se multis affectibus beneficijs, sed qui pro beneficijs beneficium semel atque iterum ino frequenter interficere conatus sit, posteaquam in manus incidisset, ut iam liceret occidere, sustinuit, non ipsum dimittere tantum, uerum etiam ex aliorum insidijs eripere, praesertim quum sciret illum post eadem moliturum, quid is reliquum fecit, quod ad summam philosophiam possit adiungi? Quibus autem beneficijs David affecerit Saulem, quando & quo pacto, paucis enarrantem me sustinete. Quum aliquando Iudaei bello difficillimo premerentur, adeo ut oēs pauore essent consternati, nec quisquam auderet erigere caput, sed in extrema desperatione esset ciuitas, singulis mortem praecurantis habentibus, quotidieque mortem expectantibus cunctis, ut uitam agerent miseriores ipsi, qui degunt in terribili carcere, hic ab ouibus ueniens ad exercitum, quum per aetate nec artem bellandi callere posset, ac laborum militarium rudis esset, ipse pro uniuersis bellum in se recepit, ac feliciter rem gessit, supra quam quisquam sperasset. Quanquam etiam si uirtuti defuisset euentus, tamen ob solam animi promptitudinem egregiumque propositum coronandus erat. Iam si quis e numero militum aetate uigens facinus hoc designasset, nihil fuisset mirum, uidelicet id postulate militari lege. At qui usque adeo nullam uidebat necessitatem huc adigentem, ut multos etiam haberet dehortantes; Nam et frater illum increpauit, & rex perspicuus illum nondum aetate maturum ac periculis perferendis inhabilem comhibuit, ac manere iussit dicens: Non poteris ire, quoniam puer es, ille uero uir est bellator ab adulescentia sua: attamen quum nulla illum prouocaret occasio, suapte sponte & ex sese diuino accensus zelo, patriaeque charitate, perinde quasi oues cerneret uerius quam homines, & quasi canes inuasurus esset, potiusquam tam numerosum hominum exercitum, adeo intrepide ad Barbaros cucurrit: idque temporis tantam erga regem sollicitudinem declarauit, ut illum etiam ante praelium ac uictoria in faciem prostratum erexerit. Neque enim factis modo iuuat illum, sed ante factum etiam uerbis hortatus est bono animo ut esset, ac per sua sit, utque de euentu bona conciperet spem effecit, ita loquens: Ne concidat cor domini mei in ipso, quoniam seruus tuus ibi pugnabitque cum alienigena hoc. Quae num hoc parum uideatur, nulla necessitate compulsum, suam ipsius uitam prode, & in eorum utilitate a quibus nihil unquam acceperat beneficij in medios hostes irruere? An non par erat, hunc post tale facinus ornare titulo domini columnis inscripto, & publicum ciuitatis seruatore appellare: qui & regni decus, & ciuitatum fundamenta, & omnium uitam opitulante dei gratia seruarit: Quod esse poterat aliud beneficium hoc maius? Neque enim in gloria aut potentiam, sed in ipsam ipsius uitam beneficium hoc contulit, & ab ipsius mortis portis reuocauit. Atque hoc beneficium peruenit ad hominem. Per illum deinde uixit rex, ac principatum obtinuit. Et postea, quam ille reposuit gratiam? Nam si quis perpeditat praecclare gestorum magnitudinem, etiam si rex a suo capite detracta coronam David capiti imposuisset, nunquam parem retulisset gratiam, sed amplio rem debuisset. Hic enim & uitam & regnum illi donauit, ille uero huic regnum tantum erat cessurus. Verum tamen consideremus relatum pro beneficijs gratiam. Quae tandem erat illa? De caetero & ab illo die suspicium habuit David, & ab illo metu sibi. Quare & quam ob causam? Nam & suspitionis causa commemoranda est. Neque enim protinus quicquid aliquis dixerit, idem dicit esse iustum. Quaequam erga eum qui animam impendit, uitam dedit, quae poterat esse iusta suspitionis causa? Sed tamen ipsam inimicitiae causam inspiciamus, ut aliquid discatis, quod nec ipsa uictoria sit inferius: quodque David sit honore dignus, ob ea ipsa propter quae deinceps uenit in suspitionem & insidijs appetitus est. Quae igitur erat suspitionis causa? Posteaquam Barbari illius caput abstulit, & spolia gestans rediit: Exierunt, inquit, mulieres canentes ac dicentes: Percussit Saul in milibus suis, & David in decem milibus suis. Et iratus est Saul & suspicium habuit David ab eo die ac deinceps. Cuius obsecro rei gratia? Etiam si haec praeter meritum fuissent dicta, ne sic quidem oportebat hostilem in Dauidem gerere animum. Sed posteaquam ex rebus gestis, illius erga se beneuolentiam habebat compertam, quippe qui nullo cogente aut compellente, suapte beneuolentia tantum subisset discriminis, non oportebat deinceps quicquam de illo suspicari mali. Nunc autem ecce etiam ipsa laus dabatur pro merito, & si fas est uera proloqui, in Saulis gratiam illa dicta sunt potius quam in Davidis. Debebat autem esse sua laude contentus, quod illi tribuissent mille. Quare igitur indignatus est, quod

quod David tribuerint decem milia: Etenim si rex ad bellum finiendum uel paululum aliquid momenti contulisset, recte tum dictum fuisset, Saul in milibus, David in decem milibus. Quod si ipse quidem pauidus ac tremens domi desedit in singulos dies mortem expectans, hic autem totum facinus peregit, an non absurdum erat eum, qui nihil ad depellenda pericula contulerat, ob id indignari quod hic plus laudis tulisset? Nam si indignandum erat, Dauidem potius conueniebat indignari, quod quum solus totum gessisset, alterum haberet laudis participem. Sed horum nihil dico. Verum illud dixerim: ut donemus non recte fecisse mulieres, easque fuisse crimini obnoxias & accusatorem dignas: quid haec ad Dauidem? Neque enim ipse composuerat cantionem, neque illas iusserat ea dicere quae dicebant, neque adornat illum laudationis modum. Proinde etiam si indignandum erat, mulieribus oportuit indignari, non publicis de rebus. benemerito, & infinitis digno coronis. At Saul omnis illis in David ferebatur. Iam si ea laude sublatus ille beatus inuidisset rerum potentiam, fuissetque in illum contumax, & aspernatus fuisset eius imperium, forsitan aliqua fuisset inuidendi causa. At si factus fuit humanior ac modestior mitiorque, si in subditorum ordine se continuit, quae tandem erat iusta dolendi causa? Siquidem quum is qui honore afficitur, attollitur aduersus eum a quo prouectus est, nec desinit in illius contemptum honore abuti: habet dolor nonnullam excusationem. Ceterum ubi persistit in honorando illum, aut potius magis obsequitur creditque in omnibus, quae postea potest habere praetextum inuidiae: Itaque etiam si nihil aliud praecclare gestum fuisset, ob hoc ipsum tamen magis erat diligendus, quod quum tantam nactus esset occasionem occupandi regni, persistit in sua modestia. Neque enim quae prius gesta sunt tantum, uerum nec ea quae consequuta sunt superioribus illis multo praecclariora, sustulerunt illi animos. Quae tandem illa? Erat, inquit, David prudens in omnibus uis suis, & dominus omnipotens erat cum eo, uniuersusque Israel & Iuda diligebat David, quoniam ipse ingrediebatur, & egrediebatur ante conspectum populi. & Melcho filia Saul et uniuersus Israel diligebat illum, & sapiebat supra omnes seruos Saul, & honorabatur nomen illius ualde. Et Ionathas filius Saul diligebat David uehementer. Verum tamen quum uniuersum populum ac regis familiam sibi conciliatam haberet, quum ubique in bellis uinceret, nec usquam frustraretur successu, quumque pro bene gestis rebus illis, talem gratiam reciperet, non erexit ceruicem, nec regnum affectauit, nec hostem ultus est, sed perseuerauit in benefaciendo & in bellis pro rege feliciter gerendis. Quis est tam efferatus & crudelis, cui ista non fuerint persuasura, ut inimicitiam deponeret, & inuidiam abijceret? At crudelem illum & inhumanum nihil horum flexit, sed ad haec omnia caecus, & inuidiae permittens animum, conatus est illum e medio tollere: & quid obsecro facientem (Nam id maius est, ac stupendum) canentem cithara & ipsius insaniam sedantem. David, inquit, psallebat manu sua quotidie, & hasta in manu Saul. ac sustulit Saul lanceam dixitque, infigam in David, & fixit in pariete. & declinauit David a facie eius bis. Age, potest ne huic maliciae quicquam adiungi? Qui nuper hostes abegerat, per quem ciuitas sibi fuerat reddita, cunctis pro uictoria uictimas immolantibus: Saul bene meritum & seruatore, ac bonorum illorum autorem conatus est interficere, idque psallentem. ac ne beneficiorum quidem memoria furentem illum ac delirantem cohercuit, sed iterum atque iterum torisit in illum lanceam, cupiens occidere. Et huiusmodi mercedem illi pro susceptis periculis reposuit. Idque fecit non uno die, sed sapienter. At sanctus ille post haec omnia perseuerauit curare regis negocia, proque salute illius suscipere pericula, & in acie stare in praелиjs omnibus, suoque periculo seruare trucidatorem suum: denique nec dictis nec factis contristauit inimicem illam bestiam, sed concessit in omnibus, dictoque audiens fuit. Cumque uictoriae praemium non accepisset, sed omnium illorum periculorum mercede fraudatus esset, ne uerbo quidem exposulauit unquam, non cum militibus, non cum rege, propterea quod haec non gessisset spe mercedis, caelitus expectans retributionem. Nec id solum est admirabile, ne dignum, quod non poposcit praemium, sed quod etiam quum daretur, ob eximia animi modestiam recusauit. Siquidem posteaque Saul, omnia molitus, & omnibus tentatis, non potuit illum interficere, consuit illi dolum per nuptias, ac nouam quandam dotis ac dotalium formam commentus est. Non enim cupit inquit rex dotem, sed ut centum praeputia exoluat ab hostibus regis. Quod sentit, tale est. Occide mihi, inquit, centum uiros, atque hoc erit mihi dotis uice. Haec autem dicebat, cupiens illum obtentu coniugij hostibus obijcere. Nihil

hilo fecius Dauid pro sua modestia res aestimans, recufauit coniugium, non deterritus periculis aut hostium metu, sed quod existimaret sese indignum affinitate regia. Atque his uerbis respondit ad seruos illius. An leue est in oculis uestris me facere generum regis, quum ego sum uir humilis & inhonoratus? Atqui debebatur hoc honoris, ut merces ac pensatio laborum. Verum usque adeo cor habebat contritum, ut post tot res cum laude gestas, post adeo splendidam uictoriam, post expressam promissionem, indignum se iudicaret, qui debitam reciperet mercedem, idque quum denuo esset se periculis obiecturus. Postquam autem hostes deuicerat, ac filiam regis acceperat, rursus psallebat Dauid, & quarebat Saul eum lancea percutere: Dauid autem declinauit, & hasta impacta est parieti. Quem non ista uel exacte philosophiae gnarum animique moderatissimi ad iracundiam excitassent? Quem, ut nihil aliud, certe quo familiae suae incolumitatem prouidentia tueretur, non perpulissent ad occidendum praeter meritum insidias molientem? Neque iam res intra meritum constiterat. Etiam si constitisset, sic quoque uindictae modum a lege praescriptum mansuetudine superasset. Nam illa oculum pro oculo iussit effodere. Saul autem occidebat etiam, ut Dauid pro tribus homicidijs, unum fuerit exacturus, pro tribus inquam homicidijs, nulla probabili de causa tentatis. Nihil tamen horum tenuit Dauid, sed potius habuit fugere, & a patrijs adibus exulare, atque erroneo profugumque agere, & in calamitate sibi necessarium parare uictum, quam regi caedis occasionem dare. Nec enim eum spectabat, ut se ipsum ulcisceretur, sed ut illum ab eo malo liberaret. Hanc ob causam ab oculis inimici subduxit sese, ut subsidere faceret uomicam, contraheretque tumorem huiusmodi & inuidiam mitigaret. Satius est, inquit, me miserum esse, innumeraque pati acerba, quam hunc apud deum de innocentis caede condemnari. Haec non audiamus tantum, uerum etiam imitemur, nihil non tum faciamus, tum patiamur, ut inimici similitudinem erga nos deponant, nec illud inquiramus, utrum merito, an immerito maleuolum animum erga nos gerant, sed hoc modo spectemus, qui fieri possit, ut nobis inimici esse desinant. Siquidem hoc spectat medicus, ut morbo liberet aegrotum, non, utrum merito an immerito sibi morbum contraxerit. Tu quoque igitur medicus esto ei qui te laesit, unum hoc quaere, quo pacto illi morbum adimas. Id quod fecit hic beatus, egestatem praediuinitus, solitudinem praepatria, labores periculaque praedelicij ac securitate, perpetuum exilium, praeterrarum orbe elegit, ut Saulem ab illo in ipsum odio maleuolentiaque liberaret. At ne sic quidem melior factus est Saul, sed persequebatur, sed ubique circumibat quaerens eum, qui non solum nihil laeserat, sed quum esset laesus, tum maxima tum innumerabilia pro iniurijs bona rependerat. Ac Saul imprudens post incidit in retia Dauidis. Erat enim, inquit, ibi spelunca, & ingressus est Saul ut exoneraret aluum. Dauid autem cum comitibus suis in interiori spelunca parte sedebat, dixeruntque uiri Dauid ad illum. Ecce dies de quo dixit dominus. Tradam inimicum tuum in manus tuas, faciesque illi quod placitum erit in oculis tuis. Et surrexit Dauid, sustulitque laciniam chlamydis Saulis clanculum. Et post haec percussit Dauid eum cor ipsius, quod abstulisset laciniam chlamydis, dixitque Dauid ad uiros suos: Auertat a me dominus, ne faciam uerbum hoc domino meo, Christo domini, mittamque manum meam in illum, quoniam Christus domini est. Vidisti tensa retia, uidisti uenatum insidiantem, uidisti uenatorem erectum, uidisti omnes adhortantes, ut enses in hostis pectus immergeret. Nunc mihi spectia philosophicam animi moderationem, spectia luctam, uictoriam, coronam. Nam spelunca illa campus erat, in eo lucta quaedam admirabilis dictaque incredibilis facta est. Luctatus est Dauid, pugilem egit iracundia. Saul positus erat certaminis materia. Agonothetes erat deus. Quin potius, non ipsi modo aduersus se ipsum, propterque cupiditatem erat praedium, sed & aduersus milites qui aderant. Etenim si uoluisset animo moderari, ac parcere ei qui laeserat, consentaneum erat, ut & illos metueret, ne forte ipsum contrucidarent in spelunca, tanquam qui illorum salutem prodidisset, exitumque attulisset, ac publicum ipsorum hostem seruasset. Probabile enim est illorum unum quemque dolore percitum, haec suo cum animo dicturos fuisse: Errones exulesque facti sumus, domo, patria, ceterisque omnibus excussi, omniumque difficultatum tuarum consortes sumus. Et tu eum qui horum malorum tibi est autor, in manus tuas traditum cogitas dimittere, ne nobis unquam liceat ab his calamitatibus respirare, ac proditis amicis hostem seruare studeas? Et quo pacto ista sunt aequa? Nam si tuam ipsius salutem negligis, nostrae certe uitae parcas.

parcas. Non tibi dolent antea facta, neque memor es eorum quae ab illo perpetratae sunt mala: certe ob ea quae futura sunt tolle hostem, ne maiora & acerbiora perpetiamur mala. Haec ut uerbis non sint proloquuti, tamen animo secum uolebant, quum ista, tum istis etiam alia maiora. Verum nihil horum iustus ille apud se perpendebat, unum illud spectans, quomodo posset redimiri tolerantiae corona, ac nouam quandam admirabilemque philosophiam philosophari. Neque enim perinde mirum erat, si quum esset solus et absque comitibus pepercisset illi a quo fuerat laesus, atque nunc est quod hoc idem alijs praesentibus fecit, eum quod militum illorum praesentia geminum adferat obstaculum irae moderandae. Nobis ipsis frequenter euenit, ut quum statuerimus uindictam remittere, & commissam condonare, post ubi uiderimus aliquos nos iritantes, & ad ultionem concitantes, mutemus sententiam, & illorum dictis obtemperemus. Verum hoc non accidit huic beato, sed etiam post illorum consilium & exhortationem, perseverauit in animi sui decreto. At ne hoc quidem tantum est admiratione dignum, quod nec aliorum admonitu dimotus est a proposito, quodque non est illos ueritus, sed quod perfecit, ut & illi eandem animi moderationem sumerent. Magnum quidem, si quis suis cupiditatibus imperet: sed multo maius est & alijs persuadere posse, ut & ipsi mentem eandem sumant cum ipso, alijs inquam, qui nec modesti sunt homines, neque temperantes, sed milites, qui multis difficultatibus iam in desperationem erant adducti, a quibus paululum respirare cupiebant, haud ignari non modo totam malorum dissolutionem in hostis nece sitam esse, uerum etiam plurimorum bonorum acquisitionem, quando nihil obstabat quo minus illo trucidato protinus regnum transiret ad Dauidem. Attramen quum essent tam multae res quae milites iritabant, tantum ualuit ille generosus, ut satellites his omnibus fuerint superiores, hostique parcerent. Operae precium uero est, etiam ipsorum militum audire consultationem, eum quod exhortationis uersuta malitia, illustrat iusti mentem solidam & inconcussam. Non enim ita loquuti sunt: Ecce qui multa in te molitus est mala, qui necem tuam concupiscit, qui nos in medicabilibus uallauit difficultatibus: Sed ubi perspexerunt quod haec omnia negligeret Dauid, nec magnam haberet rationem in se commissorum, allegant illi diuinam auctoritatem, deus iniquitates illum tradidit, quo uidelicet iudicium a deo profectum reueritus, promptius iret ad homicidium. Non enim, inquit, tuam ipsius uicem ulcisceris, deo subseruis, ac minister es, illius sententiam comprobas. Sed quo magis haec illi dicebant, eo magis hic pepercit hosti. Intelligebat enim quod deus ideo tradiderat eum, ut ipsi maiores occasionem probandae uirtutis suppeditaret. Proinde tu quoque si quando hostis tuus incidit in manus tuas, caue putes esse datam ulciscendi opportunitatem, sed seruandi hostis oblatam occasionem. Eoque tum maxime parcendum est inimicis, quum illi forte uenerunt in potestatem nostram. At hic fortasse dixerit aliquis. Et quid magni aut quid miri, parcere ei quem habes in tua potestate? Complures enim & alij reges ad principatum euecti, sese indignum iudicauerunt in tanto regni fastigio ab ijs poenas exigere, a quibus olim fuerant offensi. Nam ipsa potentiae sublimitas causam adfert reconciliationis. Verum in hoc negotio tale nihil possis dicere. Neque enim Dauid ad principatum euectus, neque regnum adeptus ac Saulem in manibus habens ita demum illi pepercit, ne quis causari possit regni magnitudine dilutam fuisse iram: sed quum sciret fore ut ille seruatus rursus ad eadem rediret, & ipse in grauiora pericula conijceretur, ne sic quidem occidit. Profecto hunc cum illis ne conferendum quidem duxerimus. Siquidem illi quoniam am habent certum tutumque pignus futurae deinceps securitatis, merito parcent. Hic uero quum sciret se hostem in suam ipsius perniciem amittere, ac salutem dare inimico, haud tamen illum occidit, idque quum haberet multa ad eam cedem impellentia. Etenim solitudo regis ob absentiam eorum qui possent Sauli esse auxilio, dein exhortatio militum, praeterea antea factorum memoria ac futurorum metus: Ad haec, quod si interfecisset inimicum, non posset damnari caedis, quodque post caedem peractam liceret ipsi uiolare legem: Haec inquam, cumque his alia plura urgebant compellebantque gladium in illum stringere. At horum incitamentorum nulli cessit, sed adamantis inuicti more perstitit, philosophiae moderationisque legem seruans. Ceterum ne dicas illum nihil eorum sensisse affectuum quales nos illi per coniecturam tribuimus, sed id quod accidit non fuisse philosophiam sed stuporem: considera, quam uehementer exasperatus, sibi temperarit. Siquidem quod

iracundiæ fluctus in animo illius intumuerint, multaq; cogitationum iactatio concitata fuerit, sed eam tempestatem refrenarit timore dei, animosq; represserit, ex ijs quæ facta sunt perspicere licet. Surrexit, inquit, & abstulit oram chlamydis Saulis clanculum. Vides quanta iræ tempestas coorta fuerit? At non processit ulterius, neq; fecit naufragium, eò quod gubernatrix ilico sentiens periculum, uidelicet pia ratio, tempestatem uertit in tranquillitatem. Percussit enim, inquit, Dauid cor ipsius, ac uelut equum subsilentem ac ferocientem, reuocauit iram. Huiusmodi sunt sanctorum animæ, priusquam concidant resurgunt, priusquam ad peccatum perueniant refrenantur, eo quod sobriè sint, semperq; uigilent. Et tamen quantulū erat interuallum inter corpus & chlamydem? At tamen ille se ipsum cohibuit ne progredere ulterius. Quin insuper & ob hoc ipsum grauiter seipsum condemnauit. Percussit enim, inquit, illum cor ipsius, quod abstulisset extremum chlamydis, dixitq; ad uitros: Nequaquā hoc mihi sit à domino, propitijs, inquit, sit mihi, si hoc uoluissem. Ne concedat unquam ut hoc faciam deus, neq; permittat me ad tantum deuenire scelus. Quoniam uidebat hanc philosophiam superare penè naturam humanā cœlestiq; opus habere momento, seq; propemodum collabefactum ad eadem, precatur ut dominus conferuet illi manum impollutam. Quid tandem hoc animo possit esse mitius? An hunc posthac dicemus hominem qui in natura humana uitam præstitit angelicam? Verum id non passuræ sunt diuinæ leges. Quis enim obsecro te facile sustineat à deo eiusmodi petitionem petere? Quid dixi, huiusmodi. Quis sustineret, non precari aduersus eum qui molestus fuisset? Quis hoc quæso facile perferret? Nam plerique mortales eo feriatibus abrepti sunt, ut quum sint adeo imbecilles, ut nō queant eum à quo læssiti sunt ullo in commodo afficere, deum ad ultionem inuocent, obsecrantes ut ipsis donet ijs à quibus læsi sunt manus injicere. Hic uero illis omnibus uelut ex diametro contraria precando, rogat ne permittat ut manus injiciat, loquens hunc in modum: Ne mihi hoc accidat à domine ut injiciam manum meam in illum. perinde quasi de filio ita de hoste loquitur, quasi de prole germana. Neque pepercit tantum, uerum & excusationem pro eo composuit. Vide uero quàm prudenter quamq; sapienter. Siquidem quum uitam Saulis perscrutans nihil inuenisset boni, ut dicere possit, non sum ab illo læsus, nec ullo affectus incommodo: (protinus enim his reclamaturi erant milites qui aderant, regisq; maliciam experimento cognouerant) alia ex parte circūibat studens probabilem inuenire excusationem. Id quum non posset, nec ab illius uita, nec à factis, ad dignitatem illius confugit dicens: Quoniam Christus domini est. Quid ais, inquit, quod sceleris, quod sceleribus operatus, ac uicij innumerabilibus refertus, & in nos extrema cogitans? Non. Sed rex est, sed princeps, sed præfidentiam in nos suscepit. Neque tamen dixit, rex est, sed Christus domini est, non ab humano honore, sed à cœlesti iudicio sumpto honorifico testimonio. Contemnis, inquit, conferuum tuum, reuerere dominum. Asperraris electum, metue eum qui elegit, Etenim si uulgares istos principes ab imperatore designatos, etiam si sint improbi, si fures, si prædones, si iniusti, si deniq; quodcunq; aliud fuerint, timemus cum horrore, non propter maliciam despicientes eos, sed propter dignitatem illius à quo electi sunt, reuerentes: multo amplius id facere conuenit, in his quos elegit deus. Nondum, inquit, deus abdicauit illum principatu, nondum fecit eum ex rege priuatum. Itaque ne inuertamus ordinem, neq; rebellemus deo, Apostolicum illud dictum factis præstantes: Quoniam qui quis resistit potestati, dei ordinationi resistit. Quicumque autem resistunt, sibi ipsis accipient damnationem. Nō solum appellauit illum, Christum, hoc est, unctum & regem, uerum etiam suum dominum uocat. Non est profecto mediocris philosophiæ, hostem honoris & obsequij uocabulis appellare. Atq; id rursus quàm sit magnum, ex his quæ ceteris accidunt, queat aliquis perspicere. Pleriq; siquidē inimicos suos ne nudis quibentibus eos nominant, puta illum impiū, illum insanum, illum mēte captum, illum delirum, illū pestilentē: aliaq; multa contexunt, hisq; notis designant hostem. Id esse uerum, exemplo non eminus petito, sed è proximo sumpto docebo: nimirum ab hoc ipso Saule, qui iustum hunc ob uehemens odium non sustinuit proprio uocare nomine: sed quum aliquid quando festum quoddam celebraretur, requirens eum dicebat, ubi est filius Iesser? Sic autem appellauit eum, partim odio proprii nominis, partim genitoris humilitatem notans, sperans

sperans fore, ut hoc pacto iusti fama contaminaretur, haud intelligens hominem nobilem illustremq; reddi solere non progenitorum claritate, sed animi uirtute. At non itidem fecit beatus David. Neq; enim patris cognomento uocauit illum, quanquam is quoq; fuit admodum humilis & contemptus: neq; nudo simpliciq; nomine designauit, sed dignitatis & principatus titulo. Vsq; adeo purum ab omni maleuolentia gerebat animum. Proinde tu quoq; charissime, hunc imitans, illud in primis discito, ne unquam inimicum famosis nominibus sed honorificis potius appelles. Etenim si os affueuerit eum qui læsit, honoris obsequijq; nominibus appellare, & animus hæc audiens à lingua doctus, nō refugiet cum illo redire in gratiam. Nam ipsa uerba remedium erunt optimum hulceris in corde tumescētis. Hæc nunc loquutus sum, non tantū ut laudemus Dauidē, sed ut emulemur quoq;. Hanc igitur historiā in suo quisq; corde sibi depingat, cōtemplatione ueluti manu assidue proponens oculis, speluncam illam, illam chlamydem, ipsum Saulem intus dormientem somnoq; perinde ut catena uinctū, eumq; qui grauissime læserat dextræ subiectū, Dauid immimentē dormienti, præsentem milites & ad eadem exhortantes, beatum illum philosophantem, hoc est, & illorū animos & suam ipsius iram cohibentem, eumq; qui tam multa peccauerat excusantem ac defendentē. Hæc inquam non solum in animo depingamus, uerum etiam in confessibus inter nos assidue loquamur: has apud uxorem, has apud liberos frequenter renouemus narrationes. Etenim siue de rege loqui uoles, ecce rex: siue de militibus, siue de re familiari, siue de publicis ciuilibusq; negocijs, uidebis in scripturis horū omnium magnam copiam. Huiusmodi cōmemorationes maximā a dferunt utilitatem. Impossibile est enim, impossibile inquam est, animum in hoc genus historijs uersantem, à cupiditatibus superari. Ergo ne tempus inutiliter cōsumamus, neue uitā nostrā frustra teramus, in nugis ineptis ac superuacaneis, sed fortium uirorū discamus res gestas: De his assidue differamus. Quod si quis uoluerit, aut de spectaculis aut de cursu equorū, aut altoqui de rebus nihil ad te pertinētibus uerba facere, ab illa materia fac eum reuoces & in huiusmodi narrationem inducas, quo simul & purgatis animis, & uoluptate que periculo careat delectati, deniq; ipsi imites ac placabiles erga cūctos male de nobis meritos facti, ex hac uita migremus, & in futuro seculo nullum habētes inimicum bonis etiam æternis perfruemur, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in omne æuum, Amen.

MAGNUM ESSE BONVM, NON TANTVM EXERCERE uirtutem uerum etiam laudare, quodq; Dauid magnificentius tropheum exerit, parcendo Sauli, quàm prostrato Goliath, quodq; hæc faciens magis profuerit sibi q̄ Sauli, deq; excusatione ipsius apud Saulem. Homilia. II



Os quidem hesternò die laudastis Dauidem ob malorum tolerantiam, ego uicissim admirabar uestram erga Dauidem beneuolentiam ac charitatis affectū. non em̄ oportet expetere modo & æmulari uirtutē, uerū etiam eos qui uirtutē amplectuntur laudibus uehere, & admirandos prædicare, nobis fructum aliquem eumq; haud uulgarem adfert. Quemadmodū ex aduerso prauitatem nō emulari tantum uerum etiam in ea uiuentes laudare, supplicium haud mediocre nobis conciliat. & si phas est quiddam nouum & admirandum dicere, grauius supplicium quàm manet illos ipsos qui male uiuunt. Id declarans Paulus pesteaquam omnem maliciæ speciem enumerarat, accusassetq; omnes qui leges dei conculcant, de illis ipsis mox subiicit: Qui quum dei iustitiam nossent, quod qui talia faciunt digni sunt morte, non solum ea faciunt, sed & comprobant illa facientes; demonstrans hoc esse grauius illo. Nam collaudare insuper delinquentes, quod ad supplicij pertinet æstimationem, longè plus est quàm delinquere. Idq; iure optimo, propterea quod hoc suffragium proficiatur ab animo plane corrupto, & insanabili morbo laborante. Siquidem is qui dum peccat, condemnat interim peccatum suum, poterit aliquando temporis progressū ad se redire: ceterum qui laudat maliciam, is se ipsum priuauit curatione quam adfert pœnitentia. Proinde merito Paulus pronunciauit hoc illo esse grauius. Itaq; sicuti qui praua non tantum faciunt, uerū etiam tales collaudant ac prædicant, eandem aut etiam grauiorem pœnā sortuntur: ita qui bonos laudibus uehunt ac suspiciunt, coronarū illis repositarū fiunt participes. Quod ipsum ita esse, & scriptura licet perspicere, Deus enim ita loquitur Abraham:

Benedicentibus tibi benedicam, & maledicentibus tibi maledicam. Idem in Olympiacis certaminibus accidere uidebit aliquis. Neque enim athleta tantum coronam gestans, quique laborem ac sudorem pertulit modo, uerum & is qui admiratur uictorem, non minimam laudem illius ac uoluptatis partem decerpit. Quapropter & ego non solum generosum illum ac magnanimum ob animi moderationem effero beatumque praedico, uerum & uos ob beneuolum erga illum animum. Ille quidem certauit ac uicit, coronamque tulit: uos autem quia uictoriam collaudastis, non mediocrem coronam laudisque partem uobis tulistis. Ut igitur uerbior sit uobis ista uoluptas, ac fructus abundantior, agedum reliquas quoque huius historiae partes uobis persoluamus. Quam historiae scriptor commemorasset uerba, quibus Dauid abhorruit a caede, subiecit, Non permittit illis ut surgeret & occiderent Saul: simul & illorum animos ad caedem promptos, & huius fortitudinem demonstrare uolens. At isti sane qui uidentur per philosophiam habere moderatos affectus, etiam si ipsi in se non recipiunt homicidium, nolunt tamen alios occidere parantes cohibere. At non ita Dauid, sed perinde ac si depositum ac pignus aliquod suae fidei concreditum accepisset, pro quo rationem foret redditurus, ita non tantum ipse non attigit inimicum, uerum etiam alios occidere uolentes cohercuit, satelles optimus & corporis custos pro hoste factus. Itaque nequaquam aberravit a uero qui dicat, Dauidem id temporis in grauius incidisse discrimen, quam ipsum Saulem. Neque enim leue certamen periculumque sustinebat, dum omnibus modis conatur illum ab insidijs eripere, quas ei parabant milites: neque perinde metuebat, quum ipse esset occidendus, ac formidabat, ne quis militum irae obsequens perderet hominem: tamque ob causam eiusmodi commentus est excusationem. Atque illi quidem accusabant, accusabatur autem Saul dormiens, sed defendit inimicus, Deus uero iudex erat, ac Dauidis sententiam confirmauit. Neque enim absque dei praesidio ualuisse illos furentes deuincere: sed haec erat dei gratia, in prophetae labijs residens, quae ueluti suadela quandam addebat illius uerbis. Tametsi non leue momentum & Dauid huc attulit, qui quoniam illos superiore tempore sic instituerat, idcirco in articulo certaminis paratos illos ac morigeros reperit. Praefuerat enim illis non ut belli dux militibus, sed ut sacerdos, tamque spelunca illa erat ecclesia. Neque enim aliter atque aliquis episcopi fortitus munus, ad illos concionem habebat: ac peracta hac concione sacrificium obtulit, idque admirabile quoddam dictumque incredibile: haud quidem mactato uitulo, aut occiso agno, sed quod his erat multo honorificentius, mansuetudinem & humanitatem offerens deo, atque irrationabili animi motu mactato, occisamque iracundiam, uidelicet mortificatis membris quae sunt super terram. Et factus est idem tum uictima, tum sacrificus, tum altare. Siquidem & ratio quae offerebat mansuetudinem atque humanitatem, & ipsa humanitas ac mansuetudo, denique cor in quo haec offerebantur omnia erant eiusdem hominis. Postea quam igitur hanc im molasset preclaram uictimam, posteaquam uictoriam tulit, neque quicquam praetermisit quod ad trophaeum faciebat, surrexit tandem horum certaminum materia Saul, & egressus est e spelunca ignarus omnium quae gesta fuerant. Egressus est autem post illum & Dauid, liberis deinceps oculis caelum intuens, ac tum temporis magis exultans, quam quum Goliath deiecisset, ac Barbari caput amputasset. Siquidem haec illa magnificentior erat uictoria, haec magnificentiora spolia, haec praeda illustrior, hoc gloriosius trophaeum. Siquidem illic & funda & lapidibus & acie habebat opus. Hic uero cuncta prudentia rationeque peracta sunt, ac sine armis contigit uictoria, atque incruentum trophaeum erectum est. Itaque rediit, non barbari illius caput gestans, sed animi commotionem mortificatam, sed iram eneruatam. Neque haec spolia reposuit Hierosolymam, sed in caelo inque superna illa ciuitate. Nunc haudquaquam in choris obuiam ueniebant foeminae excipientes illum cum laudibus: sed angelicus populus e sublimi applaudebat, admirans eius philosophiam & humanitatem. Ascendit enim hoste uulneribus innumeris sauciato, ut qui tametsi seruasset Saulem, tamen illum reuera hostem diaboli multis plagis cofixit. Quae admodum enim nobis per iracundiam inter nos pugnantibus & mutuo conflictu collisis, ille tum gaudet, tum floret: ita nobis pacem habentibus & concordibus, iraque moderantibus, rursus contrahitur ac deijcitur, nimirum hostis pacis & inimicus concordiae, & inuidiae pater. Egressus est igitur Dauid, dextram illam totius orbis praerem, simul cum capite coronatam gestans. Quemadmodum enim saepenumero fit, ut imperatores eorum qui egregie sese in pugili certamine, aut in reliquis certandi generibus gesserunt,

runt

runt, ante caput coronant dextram: ita & deus manum illam coronauit, quae gladium purum potuerit educere, enseque deo nullo sanguine contaminatum ostendere, denique aduersus tantam iracundiam procellam resistere. Non egressus est gestans Saulem diadema, sed egressus est amictus humanitate, naturam humanam superante, quod pallium est quauis stola magnificentius. Egressus est e spelunca, tanta cum gloria, cum quanta tres pueri egressi sunt e camino ardente. Nam quemadmodum illos non exussit ignis, ita hic non conflagrauit irae incendio. Et illis quidem foris nihil ignis in quo uersabantur nocuit, hic uero quum intus haberet carbonis accensos, quum foris uideret diabolum caminum incendente, idque uarijs modis, ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, a facilitate perficiendi caedem, a solitudine eorum, qui Sauli possent auxiliari, a praeteritorum memoria, a futurorum periculorum metu: siquidem haec & samentis, & stipulis, ac caeteris omnibus quibus caminus ille Babylonius incendebatur, lucidiorum excitabant flammam: tamen non exarsit Dauid, neque ullo pacto sic fuit affectus, quemadmodum consentaneum erat hominem affici tot modis irritatum: sed exiit purus, & intuitus inimici faciem, hinc maxime sumpsit animum fortem ac philosophicum. Cum enim uideret illum manere immobilem, neque quicquam posse facere, suo cum animo loquutus est Dauid. Vbi nunc ille furor: ubi illa malicia: ubi tot technae, tot insidiae? Abierunt omnia illa, perieruntque exigui somni incursum. Iacet alligatus rex, quum nihil horum nos neque cogitauerimus neque perfecerimus. Conspiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur. Somnus enim nihil aliud est, quam mors temporaria, & unius diei interitus. Haud intemptuum fuerit, si quis hic meminerit etiam Danielis. Quem admodum enim ille ascendit e lacu superatis feris leonibus: itidem hic e specu prodijt, alijs bestijs longe fauoribus deuictus. Nam sicut iusto illi leones hinc atque hinc asidebant, ita hunc omnibus leonibus effratiores ac ualidiores animi motus inuaserunt, hinc indignatio de praeteritis, hinc futurorum metus: uerum horum utrunque hic cohercuit, ora bestijs occludens, ipsis factis docens, nihil esse tutius quam parcere inimico. Contra nihil periculosius, quam uelle ulcisci ac uindictam sumere. Alter igitur qui statuerat inuadere, nudus & inermis, omnibusque destitutus auxilijs, non aliter quam captiuus in manus inimici traditus iacebat: hic uero dum cedit, & ubique dat locum, dumque ne iuste quidem uult manus iniicere, sine machinis, sine armis, sine equitatu, sine militibus, hostem in potestate sua accepit, & quod est omnium maximum, deum erga se beneuolentorem reddidit. Non enim eum beatum praedico sanctum illum, quod hostem uiderit sub pedibus suis iacentem, sed quod illi in manus dato pepercerit: quorum alterum fuit opus diuinae potentiae, alterum Dauidicae philosophiae. Quomodo milites deinceps illum obseruasse consentaneum est, quanta erga illum beneuolentia fuisse affectos: Nam si mille habuissent uitas, an non prompte impendissent pro suo duce, iam ex reuerentia quam hosti praestitit re ipsa perspectum habentes, quam beneuolum animum gereret erga suos. Caeterum qui mitis ac mansuetus est in eos a quibus molestia affectus est, multo magis erit erga beneuolos eum affectum gesturus: quae profecto res fuit illi maximum securitatis pignus. At non in ipsum modo beneuolentiores erant, uerum etiam aduersus hostes promptiores: quod scirent se deum habere propugnatorem, qui semper a dedit duci, omnes illius actiones prosperas. Idcirco postea Dauid, non iam ut homini, sed ut angelo parebant. Itaque Dauid & priusquam deus ipsi mercedem rependeret, etiam in hac uita maius accepit praemium, ac illustriorem tulit uictoriam, seruato Saule, quam si eum mactasset. Quod enim tanti precij lucrifecisset praemium occiso hoste, quantum nunc tulit, illi parcendo. Haec igitur & tu tecum expende, ubi ceperis eum qui te laesit, multo esse maius ac lucrosius parcere quam perdere. Siquidem is qui occidit inimicum, frequenter & ipse sese condemnabit dum prauam gerit conscientiam, dumque in singulos dies, & singulas horas, a peccato illo urgente affligitur. At qui peperit breuique tempore uicit affectus suos, post exultat ac delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae braea expectans a deo. Quod si quando in aliquod acerbum inciderit, multa cum fiducia, praemium a deo reposcet: quemadmodum & hic magna miracula in hostem exhibitae reuerentiae praemia deinceps diuinitus recepit. Sed quae sequuntur uideamus. Exiit Dauid e spelunca, post Saulem, clamauitque post illum ita dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post tergum suum, & uidit Dauid in facie prostratum in terram, & adorauit eum. Haec non minus ad-

1. 4

ferunt

ferunt ornamenti Davidi, quam seruatus hostis. Neque enim uulgaris erat animi, non inflati beneficijs in proximū collatis, perinde ut mancipia supercilij adductis despiciedo quos beneficio iuuerint. At non ita beatus David, quin potius, post impenſa beneficia, pleniore mensura effudit beneficentiam. Nihil autem eorū quæ præclare gesta fuerat suæ ipsius industriae ferebat acceptum, sed totū diuino muneri ascribebat. Eoq; qui seruauit, idem adorabat seruatum; rursumq; regem nominat, uidelicet ob illius dignitatem animi tumorem reprimens, iramq; mitigans, & inuidiam submouens. Audiamus porro & excusationem ipsam. Quir audis uerba populi dicentium tibi, ecce David querit animā tuam. Et tamen qui hanc conscripsit historiā prius dixit, quod totus populus esset cum David, quodq; gratiosus esset in oculis seruorum regis, & quod principis filius uniuersusq; exercitus animo staret à Dauide. Quo pacto igitur hic ait fuisse qui deferreret ipsum ac Saulem in eum prouocarent? quū non aliorum instinctu, sed ipse ex propria mente maliciā hanc peperisset, ut bellum gereret cum iusto: idq; declarauit qui uolens conscripsit, quū ait, claudibus Davidis natam esse inuidiam, quodq; progrediens creuisset in dies. Quam igitur ob causam, crimen transtulit in alios dicens: Quir audis uerba populi tui, dicentium, ecce David querit animā tuam: nisi ut illi præbeat occasionem excutiendi maliciam. Hoc nimirum & parentes sapenūero faciūt erga filios, dum quispiam corripiens filiū suum corruptum, multaq; operatum mala, quamuis sibi persuasum habeat, illū ex propria malicia ad perditos mores exorbitasse, frequenter tamen in alios culpam reijcit, ita loquens: Noui non fuisse tuum delictū, sed alij te corruperūt ac seduxerunt. Illorū est totū hoc peccatum. Nam hæc audiens filius poterat paulatim à malicia respiciens facilius ad bonam frugē reuerti, dum pudeat erubescitq; hac laude uideri indignus. Idem fecit Paulus scribentes Galatis. Post multos illos ac prolixos sermones, postq; non cōmemorandas accusationes, quibus illos accusarat sub epistole finē, uolens ab illis amouere culpā, ut aliquantum à criminibus recreati ad excusationem uenire queant, hunc in modum loquitur: Ego confido de uobis, quod nihil aliud sentietis. Cæterū qui uos perturbat feret iudiciū quisquis ille fuerit. Idem fecit & David hic. cum enim ait. Quir audis uerba populi dicētis, ecce David querit animam tuam, indicat, alios esse qui prouocaret, alios qui animū illius inficerent, modis omnibus studens illi porrigere excusationis occasionē. Mox suā ipsius causam agens ait: Ecce uiderunt oculi tui hodie, quod tradiderit te dñs in manus meas in spelunca, quodq; noluerim occidere te, sed pepercerim tibi, dixerimq;: Non iniiciā manum meam in dominum meum, quoniam Christus domini est. Illi quidem, inquit, uerbis calumniatur, at ego re ipsa me purgo, ipsiq; factis depello crimen. Mihi nihil opus est uerbis, quū ipse rerū exitus quauis oratione clarius possit te docere. Qui porro illi, & quis ego? & quomodo facta est aduersum me mendax delatio, & calumnia? Harū rerum non alium, sed temetipsum testem inuoco, te ipsum inquam, qui meo beneficio seruatus es. Sed quomodo potuit Saul harum rerum esse testis, qui quum hæc fierent dormiebat, ac neq; uerba audiuit, neq; Davidem uidit tum præsentem, neq; cum militibus colloquentem? Quomodo igitur ut euidens esset declaratio, ad testimonium citat eos, qui id temporis cum ipso fuerant? Nam Saul suspectū habuisset eorum testimoniū, eosq; iusto gratificantes ea loqui putasset. Quod si ratiocinationibus ac probabilibus argumentis tentasset excusare sese: futurum erat, ut minus ipsi crederetur, quippe iam corrupto iudicis animo. Quomodo enim is qui tot beneficijs affectus nihilo secius bello persequebatur nihil committitū, suspicari potuisset, quod aliquis iniuria affectus, eum qui fecerat iniuriā nactus in manus, pepercisset? Plerunq; enim uulgus hominū ex suo animo de alijs iudicat. Velut qui assidue inebriatur, haud facile credere posset esse quempiā hominem sobrie frugaliterq; uiuentem. Qui scortis indulget, etiam pudice uiuentes habet pro incontinentibus. Rursus qui res rapit alienas, non facile persuadetur, esse homines qui sua quoq; profundant. Similiter & hic semel occupatus ira, haud quaquā facile credidisset esse hominē usq; adeo suis affectibus superiorem, ut non modo nihil læderet, uerū & eum qui læserat seruaret. Quoniam igitur & animus iudicis erat corruptus, & testes si producti fuissent in suspicionem erant futuri, cōsilio prudenti reperit probationē quandam, quæ posset & uehementer impudentibus obturare os. Quæ nam est hæc? Lacinia chlamydis quam indutus dicebat, ecce lacinia chlamydis tuæ in manu mea, quā abstulisti nec occidisti te. Mutus quidem testis, sed

testis, sed omnibus uocē habentibus euidentior. Neque enim si non fuisset inquit proximus, ac corpori tuo uicinus stetitsem, potuisset chlamydis amputare partem. Vides quantum sit ortum boni ex eo quod initio commotus fuerat David? Nisi enim ad iram commotus fuisset, neq; philosophiam hominis cognouissemus, sed pleriq; quod accidit, stupor potius fuisset uisus quam clementia, neque chlamydis partem amputasset. Quod si non amputasset, non poterat alijs argumentis inimico fidem facere. Nunc uero, quoniam & commotus fuit, & amputauit, suæ prouidentie certissimum præbuit argumentum. Quoniam igitur hunc in modum uerum & indubitabile testimonium exhibuit, ipsum mox inimicum, & iudicem & testem facit suæ erga regem reuerentiæ, loquens hunc in modum: Cognosce & uide hodie quod non est in manu mea iniquitas, neq; contemptus tui, & alligas animam meam ut capias eam. Hinc uel maxime quis admirari debeat illius magnanimitatem, quod non sumit excusationē nisi ab ijs quæ eo die acciderat: Nam hoc innuit quum ait, Cognosce & uide hodie. Nihil enim loquor de antea actis: Mihi ad probationē satis est hie dies, tamen si poterat multa magnaq; enumerare beneficia, quæ prius in illum contulerat, si uoluisset, poterat cōmemorare singulare certamen, quod cum barbaro susceperat, ac dicere: Quū bellum Barbaricum ceu diluuium quoddam uniuersam ciuitatē esset dissipaturum, consternatis uobis ac metu trepidis, quotidieq; mortem expectantibus, ego accedens adeo nemine cōpellente, ut tu quoq; prohiberes ac retineres dicens: nō poteris ire quoniam puer es, ille autem uir bellator à iuuentute sua: non me continui, sed unus pro omnibus insilij, hostem excepi, caput amputaui, ac ueluti torrentis impetū quendam, Barbarorum illorum insultus depulsi, rempublicam uacillantem constabiliui, ac per me tu quidem regnum ac uitam, cæteri uero omnes præter uitā, ciuitatem ac domos, liberos & uxores obtinent. Ac post illud rursus trophæum, & alia bella quæ fortiter ac feliciter gesserat cōmemorare, hoc non inferiora. Ad hæc quod quū semel atq; iterū, imò sapius tentasset ipsum è medio tollere, lanceamq; in caput illius toruisset: non tamen meministi malorū, neque refricuit, quod post illa gesta, quū Saul deberet prioris pugnae reddere præmia populo scit dotem, non aurum, nō argentum, sed cædem & exitū ipsius. Ac ne id quidem abnuisset David. Nec ista tantum, sed his etiā multo tum plura tum maiora dicere poterat. Verum nihil horū dixit, neq; ei erat animus illi exprobrare benefacta, sed tantū persuadere, se esse unum ex eorum numero, qui ipsum & amarent & reuererentur, non qui rebellionem aut insidiam molirentur. Eoq; prætermisissis illis omnibus, tantum quod eo acciderat die in excusationem adduxit. Vsq; adeo purus erat, & ab omni inani gloria immunis, nec alio respexit, quam ad unius dei uoluntatē. Deinde ait: Iudicet dominus inter me & te. Hoc uerbum dixit, nō quod cuperet puniri Saulem, aut de illo pœnas sumi, sed ut illi formidinem inficeret, uenturae condemnationis cōmemoratione, neq; ut timorem incuteret tantum, uerum ut seipsum à criminis suspicionem purgaret. Præcipuam quidem, inquit, probationem ex ipsis habeo factis: quod si non credis, ipsum deū inuoco testem, qui et cuiusq; mentis arcana nouit, & scrutari potest conscientias. Hæc autem loquutus est, declarans, quod nequaquā ausus fuisset appellare iudicem illū cui non potest imponi, & in sese condemnationem accersere, nisi certissimum haberet, quod ab omni insidiarum crimine purus esset, quodq; ea quæ dicebat non essent coniecturæ, sed simul & sese purgare cupiens & illū ad sobrietatē reuocare, illius iudicij fecit mentionem. Atq; illa quidem quæ iam gesta fuerat sufficissent ad innocentia declarationem: non minus autem his & illa quæ postea acciderunt, huius rei fidem facere possunt. Nam quū rursus Saul incidisset in manus ipsius, post datam salutem imminens illi, & occidere uolens, quumq; posset hostē cum uniuerso exercitu concidere, dimisit illum integrū & incolumem: idq; quum sciret morbum regis immedicabilem esse, neq; illum unquā hostilem in se animum positurum, submouit sese ab oculis illius, & apud alienigenas ac Barbaros uitam agebat, seruitutem seruans, honore priuatus, pudore suffusus, labore ac miseria sibi ipsi parans ad uitium necessaria. Atqui nō hoc tantū est quod miremur, sed illud quoq; quod postea quā audierat regem in acie cecidisse, & dissidit uestimenta sua, & cinere cōpersus est, & eo luctu luxit, quo quis lugeret amissio primogenito germanoq; filio: subinde nomen illius inclamans, unā cum filij nomine, composito etiam in defuncti laudem encomio, ac uoces acerbi doloris testes emittēs, impastus durauit usq; ad uesperam, execrans & ipsa loca, quæ Saulis sanguinem exceperat.

Montes

Montes, inquit, Gelboe ne cadat super uos neque ros neque pluuia, montes mortis, quoniam illic sublata sunt tabernacula potentium. Quod saepenumero patres faciunt, ut domum etiam auerferentur, & limen dolenter aspiciant per quod extulere filium: hoc & hic fecit, eos montes deuouens, qui eadem illam exceperant. Odi, inquit, ipsum etiam locum, propter mortuos illic prostratos. Ne igitur frigemini posthac coelestibus pluuijs, quia semel irrigati estis amicorum meorum sanguine: eaque nomina subinde repetebat ita loquens: Saul & Ionatha, amabiles ac speciosi, qui ut in uita sua non fuerant diiuncti, ita nec morte sua separati sunt. Quoniam enim praesentia illorum corpora non licuit amplecti, nomina illorum coniuncta complexus est, suum dolorem huiusmodi quatenus licuit leniens, & calamitatis magnitudinem mitigans. praeterea quoniam uulgò putabatur insanabile, ambos eodem cecidisse die, hoc ipsum arripuit in consolationis argumentum. Nam quod ait, in uita sua non fuerant diiuncti, nec in morte sunt separati, uerba sunt nihil aliud agentis. Quod ut hoc cedat in solatium doloris. Jam enim inquit, non potest dici, quod filius orphanum esse se lugeat, neque quod pater orbitatem suam deplorat: Verum quod nullis, inquit, obtigit, illis contigit, uide licet uno eodemque die uisus eripi neutro alteri superstiti. Existimabant enim uitam inuicendam fore, si alter ab altero fuisset diuulsus. Commouemini ne nunc, lacrymamini ne nunc, & animo perturbamini: Equidem usque ad lacrymarum effusionem, mutabiles facti sunt oculi uestri. Nunc mihi quisque recordetur inimici qui laesit, dolore etiam nunc in animo astuante, atque hunc & uiuum obseruantia prosequatur, & uita defunctum deplorat, haud quidem ad ostentationem, sed ex animo, ueroque corde, etiam si quid perferendum sit in commoda. Ne quid offendat eum qui laesit omnia tum faciat tum patiat, magna a deo expectans praemia. En hic noster Dauid, etiam regnum adeptus est, nec tamen inquinauit caedem manus, sed dextram habens puram, sic corona redimitus est, sic ad thronum ascendit, honesti nominis argumentum gestans, purpura ac diademate magnificentius, uidelicet, quod hosti pepercisset, quod eundem extinctum luxisset. Atque ob haec, non uiuus modo, sed & mortuus hominum memoria celebratur. Quapropter o homo si cupis & hic perpetua conferre qui gloriam, & illic solidis perfui bonis, huius iusti uirtutem imitare, huius amulare philosophiam, ostende factis ipsis hanc iniuriarum tolerantiam, ut eodem cum eo labores sustinens, eadem cum hoc bona consequaris. Quae utinam contingat nobis omnibus ad ipsi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre una cum sancto spiritu, gloria, imperium, honos nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

PERICVLOSVM ESSE ADIRE SPECTACVLA, QVOD QVE
ea res adulteros perfectos facit, & hinc socordia bellum nascatur: tum quod
omne tolerantiae genus Dauid in his quae fecit erga Saulem superarit: postremo
quod d rapinam a quo animo ferre, non minor uirtus sit quam largiri eleemosynam.

HOMILIA

III

NVIDEM arbitror multos ex his qui heri nos destituerant, & ad iniquitatis spectacula discesserant, hodie praesentes esse. optarim autem istos qui sint palam nosse, ut eos a sacris uestibulis arceam, non ut perpetuo foris maneant, sed ut correcti denuo redeant. Quandoquidem & patres filios delinquentes frequenter ex adibus exigunt & a mensa submouent, non ut semper illinc exulent, sed ut hac correptione redditi meliores, cum debita laude in patrum redeant contubernium. Idem sane faciunt & pastores, dum oves scabie oppletas, a sanis segregant, ut misero morbo leuatae, denuo tuto ad sanas reuertantur, potius quam aegrotae gregem uniuersum suo illo morbo impleat. Has ob res cupiebamus & istos nosse, sed quamuis eos oculis dignoscere non ualeamus, uerbum tamen dei filius eos prorsus agnoscet, correptaque illorum conscientia facile persuadet ut sua sponte uolentesque redeant, docens quod ille solus sit intus, qui mentem hac exercitatione dignam largiatur: ueluti contra, qui corrupte uiuens huius congregationis particeps est, etiam corpore hic astiterit eieci est, ueriusque submotus est, qui hi qui sic foras exclusi sunt, ut nondum liceat illis sacrae mensae participes esse. Siquidem illi secundum diuinas leges expulsi, forisque manentes haec uisus spei bonae sunt, si modo uelint corrigere delicta sua. Per ecclesiam eieci sunt, possunt denuo cum pura conscientia reuerti. At qui seipso contaminat, & admoniti ne prius introeat, donec maculae sceleris, contracta repurgantur

garint, deinde pudet agere poenitentiam, hinc animi reddunt acerbis ac maius. Neque enim tam graue est delinquere, quam post delictum de remedio erubescere, nec parere sacerdotibus talia subiectibus. Et quid hic inquit, a deo magni sceleris commissum est, ut ab istis sacris cancellis arcendi sint. Imò quod delictum his grauius quare: quam seipso plane adulterio contaminarint, impudenter ac rabientium more canum, ad sacram hanc mensam irruunt. Quod si aueris adulterij modum cognoscere, non mea uerba uobis referam, sed illius qui de tota hominis uita iudicaturus est. Qui uiderit, inquit, mulierem ad concupiscendam illam, iam moechatus est eam in corde suo. Quod si mulier sponte ac forte in foro obuia, & neglectius culta saepenumero curiosius intuentem cepit ipso uultus aspectu: isti qui non simpliciter neque fortuito, sed studio & tanto studio, ut ecclesia quoque contemnant, & hac gratia pergunt illuc, ac totum ibi desidentes diem in facies foeminarum illarum nobilium defixos habent oculos, qua fronte poterint dicere, quod eas non uiderint ad concupiscendum: ubi uerba quoque accedunt fracta lasciuiaque, ubi cantiones meretriciae, ubi uoces uehementer ad uoluptatem incitant, ubi stibio picti oculi, ubi coloribus tinctae genae, ubi totius corporis habitus fucorum impostura plenus est, aliaque insuper multa lenocinia ad fallendos inescandosque intuentes instructa: ubi socordia spectantium multaque confusio, & hinc nascens ad lasciuiam exhortatio, tum ab ijs qui spectaculis interfuerunt, tum ab illis qui quae uidentur in spectaculis post alijs enarrant. Accedunt huc irritamenta per fistulas ac ribias aliaque huius generis modulatio, in fraudem illiciens mentisque robur emolliens, ac meretricum insidijs delectatione preparans, illic desidentium animos, efficiensque ut facilius capiantur. Et enim si hic ubi psalmi, ubi diuinorum uerborum enarratio, ubi dei metus multaque reuerentia, frequenter ceu latro quispiam uersutus clam obrepit concupiscentia, quomodo qui desident in Theatro qui nihil sani neque audiunt neque uident, qui undique obsidione patiuntur per aures, per oculos, possint illam superare concupiscentiam? Rursum si non possunt, quomodo poterint unquam ab adulterij crimine absolui? Tum qui non liberi sunt ab adulterij crimine, quomodo poterint absque poenitentia ad haec sacra uestibula accedere, huiusque praedari conuentus esse participes? Quapropter equidem hortor rogoque ut prius confessione ac poenitentia, aliosque remedijs omnibus sese a peccato ex Theatris spectaculis contracto, perurgent, atque ita diuinos audiant sermones. Neque enim hic mediocriter a nobis delinquitur, id quod uel ab exemplis cuius perspice uidere licet. Nam si famulus in arculam ubi herilia uestimenta preciosa aureaque recondita sunt serulem tunicam fordibus ac multis pediculis refertam imponat, age dic mihi, num eam contumeliam aequo animo ferres? Quid autem si quis in uasculum aureum, in quo semper unguenta seruari consueuerint, stercuris ac coenitum infundat, an non & plagas infligeres qui scelus hoc commississet? Et post haec, seriniorum ac ualorum, uestium, & unguentorum tanta cura sollicitabimur, animam uero nostram, omnibus istis uiliorem esse putabimus: atque ubi spiritus infusum est unguentum, eò diabolicas pompas immitemus: eò fabulas Satanarum, eò cantilenas meretriciae turpitudinis plenas? Agedum dic mihi, quo animo ista feret deus? At qui non tantum est discrimen inter unguentum & coenum, inter uestes heriles & serules, quantum est inter spiritus gratiam, & istam peruersam actionem. Non metuis non expauescis dum oculis, quibus illic lectum qui est in orchestra spectas, ubi detestanda adulterij fabulae peraguntur, istidem hanc sacra mensam intueris ubi tremenda peraguntur mysteria: dum istidem auribus audis & scortum obfoecne loquens, & prophetam apostolumque ad arcana scripturae introducentem: dum eodem corde, & letalia fumis uenena, & hanc hostiam sanctam ac tremendam? An non haec sunt uitae subuersio, coniugiorum corruptela, bella pugnaeque & rixae in domibus? Quum enim spectaculis dissolutior ac mollior lasciuiorque omnisque pudicitiae hostis factus, domum redieris, uxoris aspectus minus erit iucundus, qualiscunque etiam illa fuerit. Siquidem inflammatus illa concupiscentia quam in spectaculis hausisti, & ab illa noua spectatione, quae te dementauit captus, sobriam ac modestam uxorem, uiciumque plebeio contentam despicias, contumelia afficis innumerisque probris operis, non quod quicquam habeas quod in illa culpes, sed quod erubescas confiteri morbum, quod pudet uulnus ostendere quo in spectaculis fauciatus redisti domum: alias neccis causationes, iniquas inimicitiae querens occasiones, omnia quae domi gerenda sunt fastidiens, & ad scelestam illam & impuram inhians concupiscentiam, a qua uulnus accepisti: dumque sonitum uocis geris in auribus

tinnientem

tinnientem, cumq; his, uultus, motus, breuiter omnia illa meretricia libidinis simulaera, nihil eorum quæ domi sunt cum uoluptate intueris. Et quid loquor de uxore aut familia, quando ipsam etiam ecclesiam postea minus libenter uisurus es, cum tædioso audies sermonem de pudicitia deq; modestia. Neque enim iam ea quæ dicuntur tibi pro doctrina sunt, sed pro accusatione, teq; paulatim in desperationem adducunt: tandem & abrumpes te ipsum à disciplina ad publicam omnem utilitatem adhibita. Quapropter rogo uos omnes, ut & ipsi prauas in spectaculis comorationes uiteris, & alios ab his deducias retrahatis. Quicquid enim illic geritur, non est oblectatio, sed perniciosa, sed pœna, sed supplicium. Quid prodest illa temporaria uoluptas? dum hinc perpetuus nascitur dolor, dumq; nocere pariter ac die à concupiscentia stimulus omnibus molestus es & inuisus. Excute igitur te ipsum, reputans qualis fias ab ecclesia rediens, rursus qualis à spectaculis, atq; hos dies cum illis conferas: id si feceris, nihil opus erit meo sermone. Satis enim fuerit, hunc diem cum illo comparasse, ad ostendendum & quàm magna sit hinc utilitas, & quanta sit illinc noxa. Hæc nunc ad uestram charitatem dicenda putauit, nec unquam dicere cessabo. Sic etenim & eos qui huic morbo obnoxij sunt, admonerimus: & qui sani sunt, confirmabimus: utriq; enim fuerit utilis hæc oratio, alteris quidem ut desistant, alteris uero ne incidant. Cæterum quoniam oportet & increpationem esse moderatam, hic admonitioni finem imponemus, quæ de superiore restant argumento persoluemus, redeuntes ad Dauidem. Si quidem hic pictoribus mos est quoties imaginem aliquam ad uitium expressam absoluere cupiunt, non unum tantum diem ac duos, sed & complures dies absident ijs quos effingunt, ut assidua contemplatione citra errorem exacteq; formarum exprimant similitudinem. Itaq; & nos non corporalis formæ imaginem, sed animi pulchritudinem, ac spirituales decorem cupimus uobis hodie proponere: ipsum uidelicet Dauidem, ut omnes in eum intuentes, in suum quisq; animum imitatum referamus pulcherrimum, huius iusti imaginem, mansuetudinis, tranquillitatis, in summa uirtutum omnium. Etenim si corporis imagines, nonnullum intuentibus solatium adferunt, multo magis idem facient mentis imagines. Atq; illas quidem non licet ubi uis intueri, sed eodem in loco consistas oportet: hanc uero nihil uetat quo minus quocunq; uelis tecum circūferas. Nam posteaquam eam in animi penetralibus reposuisti, ubicunq; locorum fueris, poteris contemplari: plurimumq; ex ea utilitatis capere. Et quemadmodum qui laborant ab oculis, si spongas ac uetrum cyaneo colore pannos tenentes frequentem in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi leuamen: similiter & tu, si Dauidis imaginem præ oculis habeas, & in hanc assidue desigas oculos, etiam si milies obtundet ira, mentis oculos perturbans, ad hoc uirtutis exemplar respiciens, perfectam consequeris sanitatem, puramq; animi philosophiam ac tranquillitatem. Ne quis igitur mihi dicat, inimicum habeo scelestum, improbum, corruptum, incorrigibilem, Quicquid dixeris, non est tamen Saule deterior, qui semel & iterum, imò sapius seruatus à Dauide, quum ipse mille modis illi struxisset insidias, tamen pro tot beneficijs acceptis, perseuerauit in sua malicia. Quid tu igitur habes quod incuses inimicum? Quod terræ partem ademit, quod in agris fecit iniuriam, quod domus limites transgressus est, quod mancipia tua rapuit, quod uim attulit, quod tua præter ius occupauit, quod ad paupertatē redegit? At nondum eripuit uitam, quod molitus est Saul, quod si & uitam eripere conatus est, fortasse semel id ausus est, non semel atq; iterum, non sapius, quemadmodum fecit Saul. Quod si etiā semel, si bis, si ter, si sapius hoc tentauit, at non tot affectus abs te beneficijs, at non quum semel atque iterum incidisset in manus tuas, seruatus est. Et si hoc quoq; factum est, sic etiā rursus superat ipse Dauid. Neq; enim paria sunt, sub uetere lege degentem & nunc post illustratam Euangelij gratiam condonare gratis. Non audierat Dauid parabolam de decem milibus talentorum, neq; de centis denarijs. Non audierat precationem dicentem: Remittite hominibus debita ipsorum, quemadmodum & pater uester cœlestis: non uiderat Christum crucifixum, non uiderat effundit preciosum illum sanguinem, nec audierat innumerabiles domini sermones de refrenandis animi cupiditatibus. Non contigit illi gustare talem hostiam, neq; particeps fuerat sanguinis dominici, sed legibus imperfectioribus educatus, neq; tale quicquam exigentibus, tamen ad Euangelicæ philosophiæ fastigiū peruenit animi moderatione. At tu frequenter præteritarum iniuriarum memoria offenderis: hic uero quum & de futuris metueret,

certo

certo sciens fore ut si hostem seruaret, & ciuitate exularet & uitam egenam calamitosamq; ageret, non desistit tamen illius habere curam, sed omnia fecit, hunc talem hostem fouens. Quis commemorare ualeat tolerantiam hac maiorem? Porro ut non tantum ex præteritis, uerum ex his quoq; quæ nunc fiunt discas fieri posse, ut cum quouis homine animum in te hostilem gerente redeas in gratiam, quid leone sauius? Et tamen hunc cicurem mansuetumq; reddunt homines, arte naturam superantes: fitq; quauis oue mitius animal bestijs omnibus immitius regalibusq; adeo ut per forum ambulet, neminem expauescens. Quam igitur habituri sumus excusationem, quam impetrabimus ueniam, si quum feras bestias cicuremus, negauerimus homines unquam posse placari, beneuolosq; erga nos reddi? At qui bestiæ quidem præter naturam est esse mansuetum, homini uero præter naturam est feritas. Ergo quum in illis naturam uincamus, qua fronte nos excusabimus, si in homine cautesmur, animi propositum non posse corrigi? Quod si adhuc cõtendis, illud dixerim, quamuis insanabili morbo agrotet homo, quo plus fuerit laboris, hoc tibi merces erit amplior, si assideas, curans immedicabili morbo laborantem. Vnum igitur illud spectemus, non ne quid mali patiamur ab inimicis, sed qua ratione fieri possit, ne quid illis mali factamus. Ita nihil patiemur mali, etiam si innumera perferamus mala: quemadmodum nec Dauid, dum eiicitur, dum in exilium agitur, dum usq; ad uitæ discrimen insidijs appetitur, quicquam acerbi passus est, quin potius tum hoste suo factus est illustrior honorabiliorq; tum cæteris omnibus amabilior, idq; non hominibus tantum sed ipsi etiā deo. Quid enim detrimenti cepit sanctus ille, quum tam multa perpetueretur à Saule? An non in hodiernum usq; diem canitur, illustris in cœlo? An non illum inenarrabilia manent bona, nonne cœlorum regnum? Rursus quid commodi cepit infelix ille ac miser, tot insidias molitus Dauidi? nonne regno excussus est? Nonne miseranda morte periit una cum filio? Nonne ab omnibus uituperatur? & quod his grauius est, æterna luit supplicia. Postremo quid tandem est quod incusas, quam obrem non uis cum illo redire in gratiam? pecunias eripuit? sed si fortiter perferas rapinam, tantundem accipies mercedis ac si eas in manus pauperum recepisses. Si quidem & qui dedit egenis, & qui aliena usurpanti, neq; parat illi insidias, neque male precatur, ambo propter deum id faciunt: proinde quum impendij causa sit eadem, perspicuum est & unam eandemq; fore coronam. Sed uitæ insidiatus est & conatus est occidere. Ea res tibi pro martyrio imputabitur, si insidias molientem, & ad tantam pro uectum maleuolentiam, inter bene meritos numeraris, non desinens orare pro illo, deum obsecrando ut illi fiat propitius. Ne igitur illud reputemus, quod Deus uetuit ne Dauid occideret Saulem: sed illud considera, quod ex insidijs Saulis tripla quadruplaq; martyrij corona redimitus est. Etenim qui seruauit hostem, eum qui semel atq; iterum imò frequenter lanceam in caput illius uibrarat, quum esset occidendi potestatem nactus, tamen perperit, idq; cum sciret post eam præstitam clementiam fore, ut denuo ab illo impeteretur, perspicuum est, quod milies coronam meruit animi proposito, milies autem interfectus propter deum, plurimas tulerit martyrij coronas: qui quemadmodum & Paulus ait: Quotidie mortuus est propter deum. Quum enim posset hostem sibi insidiantem à medio tollere, propter deum noluit, maluit quotidie periclitari, q̄ iusta cæde à tot mortibus liberari. Quod si usq; ad ipsius uitæ periculum insidiantem ulcisci atq; odisse phas non est, multo minus licet eum qui uulgariter læsit uindicare. Plerisq; ab inimicis affici cõuicij, aut in suspicionem adduci, uidetur omnibus mortibus intolerabilis. Age igitur & istud expendamus. Aliquis tibi maledixit, adulterum ac scortatorem appellauit, hoc si uere dicit, corrige: sin falso, irride. Si tibi ipsi conscius es eorum quæ obijciuntur, respice: si non es, despue. Imò potius non solum deride ac neglige, uerum etiam gaude atq; exulta iuxta domini sermonem qui nos iubet ita facere. Quum, inquit, exprobrauerint uobis, & dixerint omne malum uerbum aduersum uos, mentientes, gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Ac rursus. Gaudete & exultate, quum eiecerint uos, nomen malum mentientes. Cæterum ubi conuiciator quidem uera dixerit, tu uero modeste pertuleris ea uerba, non regrens contumeliam, neq; conuicia conuicij retalians, sed amare ingemueris damnans tua delicta, haud minorem feres mercedem quam ille prior. idq; uobis è scripturis approbare conabor, uti pernoscat, quod quantum utilitatis non adferunt amici dum laudant & ad gratiam loquuntur, tantum utilitatis adferunt inimici uituperando, etiam si uera dixerint.

Tom. 8

m rint

rint, tantū ut nos reprehensionibus illorū ad id quod oportet uti uelimus. Nam amici frequenter ad gratiam adulantur, contra hostes delicia proferunt in mediū. Quoniam cum nos nostra peccata non uidemus ob amorem nostri nobis insitū, illi quia propter odium ea melius quam nos perspiciunt, opprobando nos ad correctionis necessitatem impellunt, ut illorū maleuolentia nobis cedat ad maximā utilitatem, non ob id tantū quod per illos admoniti intelligimus errata nostra, sed quod ea deponimus quoque. Itaque si inimicus opprobauerit tibi crimen cuius tibi conscius es, tu uero audiens, non conuicias illi uicissim, sed cum amaro gemitu deum imploras, protinus omnem culpam deposuisti. Rogo quid hoc esse poterit felicius, quid ad criminū abolitionē facilius? Sed ne uideamur uos uerbis humanis excitare, e diuinis scripturis super hac re proferemus testimoniū, ne quid praterea dubites. Erat pharisaeus quidam & publicanus: quorū hic quidem ad summā progressus erat maliciā, alter ad summā peruenerat iustitiam, ut qui facultates suas dissiparet in pauperes, assidueque ieiunaret, purus à rapinis. Contra alter in rapinis ac uolentis uitae tempus omne consumpserat. Ambo ascenderunt in templum orandi gratia. Mox ille stans dicebat, gratias ago tibi domine, quoniam non sum sicut ceteri homines, rapaces, auari, neque uelut hic publicanus. At publicanus procul stans, non regessit contumeliam, neque uicissim dixit conuiciū. Non protulit ista uulgaria uerba: Tu ne audes mea uitae mentionem facere: tu ne audes mea facta reprehendere? An non sum te melior? Referā tua peccata, faxoque ne unquam in hac sacra conscendas atria, nihil inquam istiusmodi frigidorum uerborum loquutus est publicanus, quibus utimur quotidie nos, conuicij ac maledictis aspergentes: sed amare suspirans pectusque percutiens, hoc tantummodo dixit, propitius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus. uides celeritatē. Accepit probrū, abluuit probrum. Agnouit peccata, & deposuit peccata, & criminū accusatio, facta est illi criminum remissio, & hostis insciens factus est beneficus. Quot labores erant publicano subeundi, ieiunando, humi dormiendo, bona sua egenis impartiendo, longo tempore in sacco & cinere sedēdo, ut illa tam multa peccata possēt deponere? At nunc quū nihil tale fecerit, simplici uerbo omnē deposuit iniquitatē, ac probra conuiciaque pharisaei qui uidebatur illū contumelia afficere, pepererūt iustitiae coronā, idque sine sudoribus sine laboribus & absque longi temporis mora. Vides ne, quod etiā si quis uera de nobis praedicet, quorū nos ipsi nobis consci sumus, nos uero ista praedicantē non uicissim impetierimus maledictis, sed amare ingemiscetes, deū pro delictis nostris implorauerimus, omnia peccata deponere possumus: Hoc pacto & hic iustificatus est, quoniam pharisaeū non repetijt conuicij, sed pro suis peccatis ingemuit, descendit iustificatus praeter illo. Vides quantum adferat utilitatis inimicorum exprobratio, si modo eā philosophico pertulerimus animo. Quod si pariter & mentientes & uera loquentes nobis profunt, quā ob rem dolemus, quam ob causam urimur? Ni te ipsum laeseris o homo, neque amicus, neque inimicus, ne ipse quidē diabolus poterit te laedere. Etenim quū & hi qui nos contumelios afficiunt, qui traducti, qui usque ad ipsius uitae discrimen insidiantur, utilitatem adferunt, dum alij martyrij coronam nobis plectunt, quemadmodum ostendimus, & alij rursus dum peccata nobis exprobrāt, ea subducunt, nosque ex iniustis reddunt iustos, quemadmodum accidit in publicano, quorū in illos effera mur, & incādescimus: Ne dixerimus itaque, ille me atrociter irritauit, ille me laceffendo perpulit, ut dicerem inhonesta uerba, nos ubique talium causa sumus. Nam si uelimus philosophari, ne demon quidem poterit nos ad iram concitare, idque liquet, quū ex alijs compluribus, tum ex hac ipsa quae nunc in manibus est historia, de Davide: quam opera precij fuit & hodie in mediū adferre, quanquam heri super ea charitatem uestram admonuerimus, quam absolueremus cōcionem. Vbi igitur eam absoluimus: in excusatione Dauid, proinde necesse est, ut hodie uobis Saulis uerba referamus, quo uideamus quid hic ad iustissimam illius excusationem responderit. Neque enim uidelicet e uerbis tantum quae Dauid loquutus est, uerum etiam e Saulis oratione, Dauidis uirtutem perspiciemus: eod quod si Saul aliquid placide mansuetę responderit, huius causam Dauidi imputamus qui immutauit hominem, quicque erudierit & ad sobrietatem composuerit illius animū. Quid igitur ait Saul: posteaquam audierat Dauid loquentem, ecce lacrima chlamydis tuae in manibus meis, aliaque cuncta quae in excusationem attulit, uox inquit, ista tua fili Dauid. Quanta subito facta est mutatio? qui nunquam sustinuerat illum uel simplici uocare nomine, ipsam etiam

etiam appellationē habens exosam, nunc adoptat eum in cognationem, appellans eum filium. Quid igitur Dauid felicius, qui ex homicida fecit patrem? e lupo ouem, qui fornacem iracundiae multo impleuit rore, quicque tempestatem uertit in tranquillitatem, quicque tuorem omnem ira exarsuantis animi restinxit. Verba quippe Dauidis ingressa in animum istius efferrati, totam hanc perfecerunt immutationem, quod e Saulis uerbis deprehendas licet. Neque enim dixit, sermones tui isti fili Dauid: sed, uox tua ista fili Dauid. adeo mox ad ipsam uocem incaluit. Et quemadmodum pater ex longo intervallo audita filij reuertentis uoce, non ad conspectū modo illius, uerum etiam ad ipsam uocem excitatur: sic & Saul simul ut accepit uerba Dauidis in animū ingressa, abiecit inimicitiam, iamque sanctum agnouit, positoque affectu, recepit affectum. Siquidem posita ira, recepit tranquillitatem & condolecentiam. Et quemadmodum quod diu nox adest saepe ne praesentem quidem amicum agnoscerimus, at mox ut exortus est dies, etiam eminus conspectum agnoscerimus, itidem & in iracundia solet usu uenire. Donec inter nos maleuolum gerimus animū, & uox audita nobis aliter sonat, & ipsam faciem corrupta mente aspiciamus, Ceterum ubi posuerimus iram, & uox quae prius erat inuisa atque hostilis, placida nobis ac iucundissima uidetur, & aspectus ipse prius inimicus & iniucundus, tunc fit amabilis & iucundus. Idem accidit in tempestate. Non patitur nubium concursus nobis conspicuā esse caeli pulchritudinem, sed quamuis milies habeamus oculos perspicaces & acres, nequaquam peringere possumus ad illam supernā iucunditatē. Ceterum ubi iam radiorum calor, perruptis ac discussis nubibus solem ostendit, rursus & caeli decorem ostendit. Idem accidit in nobis ira feruentibus, dum simulas uelut densa nubes, ante oculos & aures stat, facit ut uoces aspectusque uideantur aliter esse. Verum simul atque aliquis animi robore posuerit odium, nubemque diruperit agrimoniae, tunc demum incorrupta mente & uidebit & audiet omnia: quod & huic euenit Sauli, qui simul atque nubem maleuolentę dirupit, agnoscerens uocem Dauidis ait: uox tua ista fili Dauid. Quae nam ista? quae Goliath deiecit, quae ciuitatē periculis eripuit, quae cunctos in seruitutis ac mortis periculo constitutos, in libertatem restituit, & in tuto constituit, quae Saulis furorem sedauerat, quae multa magnaque beneficia in eum contulerat. Siquidem haec barbarum illum & alienigenā prostrauit, eo quod priusquam mitteret lapidē, eum precationis robore fuerat aggressus. Neque enim uulgari more proiecit lapidem, sed prius dixerat: tu uenis ad me in dijs tuis, ego autem uenio ad te in nomine domini Sabaoth, cui exprobraſti hodie: Atque haec loquutus emisit lapidē, atque haec uox lapidem uelut manu direxit in Goliath, haec pauorem incussit barbaro, haec hostis confidentiam fregit. Et quid miraris, si uox iusti, & furorem mitigat, & hostes deiecit, quum impios quoque spiritus expellat: loquebantur tantū apostoli, & fugiebant aduersariae potestates: Vox sanctorū frequenter & elementa stare fecit, & potestates illorū immutauit. Loquutus est tantū Iesus Naue, & cōstitit sol & luna. Sic & Moses mare ingressus est, & celsific tres illi pueri ignis uim extinxerunt, hymnis illis suis ac uoce. Itidem & Saul ad eandem uocem incaluit dicens. Vox tua ista fili Dauid. Quid igitur Dauid? Seruus tuus domine mi rex. Posthac certamen oritur & contentio, uter alterū maiore prosequatur honore. Saul quidem ad cognationē ascituit, filium appellans, Dauid autem dominū eum appellat. Quod autem dicit tale est. unū inquit, unum illud quero, salutē tuam ac uirtutis profectum. filium me appellasti, mihi uero satis est, si me pro famulo habeas, tantū ut iram ponas, tantum ut ne quid de me suspicere malis, neu me ducas hostem aut insidiatorē. Impleuit illam legem apostolicam, quae iubet, ut nos ipsos uincentes honore inuicem praueuiamus, non iuxta plurimorū morem qui peius affecti sunt quae ipsae pecudes, qui proximum ne affari quidem priores sustinent, existimantes sese contumelia affici, & à dignitate deieci, si quem uel affatu simplici impertiant. Quid ista dementia possit esse magis deridiculum? quid hac arrogantia fastuque foedius? Tunc enim tunc inquam à dignitate deiectus es o homo, tunc iniuria affectus es, tunc contumelia affectus es, quoties expectas, ut proximus te prior alloquatur. Quid enim arrogantia deterius? quid fastu & inani gloria magis deridiculum? Nam si prior alloquaris, & deus ipse collaudabit quod est omnium maximum, & homines insuper comprobabunt, tuque illius appellationis mercedem totā accipies: quod si expectaris, ut prior honoratus, tum denique proximum honores, nihil iam magni feceris, nam is unde honoris coepit initium, idem relati abs te honoris totā mercedem accepturus

est, proinde ne expectemus, ut alij priores nobis honorem deferat, sed accurramus ad exhibendum proximo honorem, semperq; a nobis oriatur salutationis initiū: neq; putemus hoc officium esse contemnendum ut uulgare, si libenter & amanter salutemus. nam hoc prætermisum multas amicitias dirupit, multas peperit similitates, quemadmodum è diuerso idem studiose exhibitum, & ueteres inimicitias dissoluit, & amicitias priores confirmauit. Noli igitur charissime his in rebus studiū negligere, sed si fieri potest obuios qualescunq; fuerint, tum in salutando, tum in cæteris omnibus priores deliniamus, quod si quis te præuenerit, repende honorem cum scenore. Nam & hoc admonuit Paulus, ita loquens: inuicem alius alio se existimet præstantiorē. Ita fecit Dauid, qui & prior honorem detulit, & honoratus maiorem honorē reposuit dicens: Seruus tuus domine mi rex. Vide uero quantum fecerit lucri Dauid hæc loquutus: non iam sustinuit Saul hanc uocem audire sine lachrymis, sed plorauit amare, animi sanitate ac philosophiam, quam Dauid in seuerat, lachrymis declarans. Quid esse possit hoc propheta beatus, qui breui temporis momento sic hostem è furore ad sobrietatem composuit: & animum nactus sanguinis ac cædis sitientem, repente ad lamēta & eiulatus cōpulit: Non perinde miror Moysen, quod è saxo prærupto fontes elicit aquarū, ut admiror Dauidem, quod ex oculis lapideis fontes eduxerit lachrymarū. Siquidem ille quidem uicit naturā, at hic uicit animi decretum: ille uirga percussit lapidem, hic sermone pepulit cor, non ut contristaret, sed ut purū mansuetumq; redderet. Quod etiam perfecit, maiore beneficio regem afficēs quàm antea fecerat. Est quidem & illud laude summaq; admiratione dignum, quod ensē non tinxerit sanguine, nec caput illud hostile rescuerit: sed longe maiore corona dignum erat, quod ipsum inimici propositum immutauit, eumq; reddidit meliorem, idq; priusquā ipse suam immutaret humanitatem. Hoc beneficium illo præstantius est. Neq; enim paria sunt eon donare culpam, & ad animi sobrietatem adducere. Non sunt paria, liberare à morte & liberare ab ira cædem iniustam spirante: eximere à cæde, & eximere à furore, ad tantū properante nephas. Dum enim satellites suos Dauid cohibet ne Saulem occiderent, præsentī quidem uitæ profuit: cæterum quū mitibus uerbis maliciam ex animo depellit, futurā illi uitam æternāq; largitus est bona, quod quidem erat in ipso. Quoties igitur Dauidem laudas ob ipsius mansuetudinē, magis illum lauda, quod Saulem immutauit. Siquidem multo minus est proprijs temperare cupiditatibus, quàm alienum uincere furorem, quàm cor ira intumescens compescere, eq; tanta tempestate tantam facere tranquillitatē, quàm ocularum homicidium præ se ferentes calidis implere lachrymis. Atq; hoc est stuporis ac miraculi plenum. Etenim si Saul fuisset homo moderatus & æquus, nō admodum magni erat negocij, ad solitam reuocare uirtutem. At efferatum & ad extremam prouectū malitiam, iamq; ad cædem properantem breui temporis momento sic afficere, ut omnem illam amaritudinem euomat ex animo, quem non obscure omnium, qui unquam super philosophiæ doctrina clarum promeruerunt nomen. Et tu igitur si quando hostis inciderit in manus tuas, ne illud specta, quomodo illum ulciscaris innumerisq; cōiicijs conspersum emittas, sed quomodo sanes, quomodo ad sobrietatem reducas: neq; prius desistas omnia tum facere tum pati, donec tua mansuetudine superaris illius truculentiam. Nihil enim humanitate potentius, quod ipsum quidam declarauit dicens: Sermo mollis confringit ossa. At qui quid esse durius? Et tamen si quis æque durus sit & rigidus ac præfractus, nihilominus facile uicerit, qui illum mansuete tractet. Ac rursus: responsio submissa auertit iras. Unde liquet, ut hostis iritetur, aut reconcilietur, magis in tua potestate esse quàm illius. Non enim in ijs qui ira commoti sunt, sed in nobis situm est, ut uel extinguatur illorum ira, uel ad maius iritetur incendium. Et hoc item qui priora dixit simplici declarauit exemplo: quemadmodum enim, inquit, si infles in scintillam ignis, excitas incendium, contra si inspicias, extinguis, & utrumq; tibi in manu est, quoniam utrunque inquit, ex ore tuo proficitur, Idem fit & in inimicitia proximi, si inflatos ac uecordes ingeras sermones, excitas ignem illius, accendis carbones, Sin mites ac moderatos admoueas sermones, priusquam exardescat, iram omnem extinxeris. Ne dixeris igitur, hæc aut hæc audiui, quum hæc omnia sint in tua potestate. Hoc enim pacto iram ueluti scintillam, uel extinguere uel accendere, furoremq; uel excitare, uel contra sedare in te sitū est: quum uideris inimicum, si in mentem ueniat, quàm multa tum audieris, tum perpeffus sis mole-

sta, fac

sta, fac omnium horum obliuiscaris. Etiam si recorderis, tamen fac ea calumniatori imputes. collige uero si quid unquā humaniter uel dixit uel fecit. Si in horū recordatione commoratus fueris, ocyus dissolues inimicitiam: Quod si est animus illum incusare cumq; inimico expostulare, fac prius abijcias animi motū, iramq; extinguas, ac tum cum illo expostula, tum argue, & facile poteris uincere. Siquidem ira cōmoti nihil sani poterimus unquam uel dicere uel audire, Sed à perturbatione liberi, nec ipsi uerbum asperius unquam emittemus, nec alijs acerbe loquentibus, eodem modo audiemus: neq; enim ipsa perinde natura eorū quæ dicunt, atq; animus odio occupatus, nos exasperare solet. frequēter enim fit ut quū eadem cōiicia audimus ab amicis iocātibus facetijs uel ludentibus, aut à pueris paruulis, non solum nullam sentiamus molestiā, neq; incrudescamus, sed rideamus etiam atq; exhalaremur, eò quod illa non audimus animo affectu corrupto neq; mente ira præoccupata. Idem in inimicis, si extinxeris irā, si odium eieceris, nihil eorū quæ dicuntur te poterit offendere. Quid aut loquar de uerbis? Ne facta quidē offenderint, quemadmodum ne beatū hunc quicquam horū offendit: sed quū uideret inimicum aduersus ipsius incolumitatem belligerantem, huiusq; gratiā nihil intentatum relinquentem, non solum non est exasperatus, uerum magis illius indoluit malis, quo uehementius insidiabatur ille, hoc impensius eum defleuit. Nouerat enim, nouerat inquam certo, nō eum qui patitur iniuriam, sed qui facit, lachrymis ac lamentis esse dignū, ut qui lædat seipsum. Eoq; proluxa apud illum excusatione est usus, nec prius desistit, q̄ & hostē cōmoueret ad excusationem cū lachrymis ac lamentis. Posteaquā enim plorauit uocemq; amarā emisit, posteaq; clare eiulauit, quid dicat audiat iustior tu me es, quoniam tu mihi retribuisti bona, ego uero reddidi tibi mala. Vides ut suā ipsius damnat maliciā, ac iusti uirtutē prædicat, nullosq; cogere se purgat. Idē tu facito, quū hostis inciderit in manus tuas, noli accusare illū, sed teipsum purga, ut illum perpellas ad sui ipsius condemnationē. Nam si nos accusemus, exasperatur, Sin nos excusauerimus, ille reueritus nostrā humanitatē, mox seipsum condemnabit. Hoc pacto simul & redargutio fit carēs suspicione, & ille omnē exuit malitiā. quod & hic euenit: quū tacet is qui affectus erat iniuria, is qui fecerat multa cū uehementia seipsum accusat. Neq; em simpliciter dixit, fecisti mihi bona: sed, retribuisti mihi bona. hoc est pro insidijs, pro cæde, pro malis illis innumerabilib. magna mihi repēdisti beneficia. At ego ne sic quidem factus sum melior, sed post illa tua benefacta perseuerauit in malitia: tu uero ne sic quidem es immutatus, sed cōstanter tuū obtinuisisti morē, nos iterū atq; iterū tibi insidiantes, beneficijs prosequēs. In hisce singulis uerbis, quot coronis dign⁹ apparuit Dauid. Quamquam enim os Saulis ista sonabat, sapientia tamen & ars Dauidis ea in animū illius inferebat. Renunciaſti, inquit, mihi hodie, quæ mihi feceris bona, quū me dominus hodie cōcluserit in manus tuas, nec occideris me. En rursus de aliena uirtute perhibuit testimoniū, ut delictet, quod benemeritus nō tacuerit, neq; dissimularit, sed accedens narrari: nō quidem ad ostentationē, sed ipsi factis illum docere cupiens, se de numero eorū esse, qui regi bene cuperent, eiusq; cōmodis prospicerent, non eorū qui tenderent insidias: tum enim fas est propria cōmemorare benefacta, quū insignis hinc sperat utilitas: Nam quoties nulla data occasione factat quis ac deprædicat sua in aliū beneficia, nihilo potior est exprobrante. cæterum quoties id facit, ut correpto persuadeat & malā de ipso opinionē habentem fleat in diuersum, is & curator est beneficis, quod sane fecit & hic Dauid, haud quæq; à Saule gloriam captans, sed iram in illo radicātā euellere studens. Atq; hoc nomine Saul collaudauit eum, quod & benemeritus esset, & merita sua cōmemorasset. Dein quū Saul referre gratiam cupiens, non inueniret ullam parem, ipsum deum illi pro se cōstituit debitorem, ita loquens: Si inueniet aliquis inimicū suum in angustia, & dimittet illum in uia bona, & dominus reddet illi bona, quemadmodum fecisti tu hodie. Quid enim poterat Saul repōnere dignum meritis, etiam si regnum dedisset, cum omnibus oppidis? neq; enim oppida modo, & regnum, uerum & uitam ipsam donarat illi Dauid: ille uero nō habebat alteram uitam, quam rependeret: eoq; illum relegat ad deum, & ab illo manaturis præmijs honorat: pariter & hunc laudans, & uniuersos erudiens, quod tum maiora nobis apud deum præmia reposita sunt, quū pro innumeris beneficijs in hostem collatis, diuersa recipimus. Post hæc ait. Ecce agnosco, quod regnans regnabis, quodq; regnum Israel constituetur in manu tua. Et nunc iura mihi pro dominum, quod non aboliturus sis semen meum post

Tom. 8

m. 3.

me, nec

me, nec extingues nomen meum de domo patris mei. Sed dic obsecro, unde istuc scis? penes te sunt exercitus, penes te sunt pecunia, arma, ciuitates, equi, milites, breuiter uniuersa uis apparatus regij: hic contra desertus ac nudus, nec ciuitatem, nec domum, nec familiam habens. Vnde igitur, te quæso, ista loqueris? Nimirum ex ipsius Davidis moribus, neque enim nudus & inermis ac desertus me armatum, tantaque circumvallatum potentia superasset, nisi deum haberet adiutorem. Porro qui deum habet fauentem, omnibus est potentior. Vides ad quantam philosophiam Saul post insidias deductus sit? uides qui fieri possit, ut inimicus omnem exuat maliciam, immutatusque ad meliora sese recipiat? Ne uelimus itaque nostram ipsorum salutem per iracundiam deuouere, Quandoquidem etiam si ad ipsa malicie barathra fuerimus deducti, fieri potest ut nos ipsos inde reuocemus, & omni deposita malicia ad meliorem frugem redeamus. Deinceps quid ait? Iura mihi per deum, quod non abolebis semen meum post me, nec obliterabis nomen meum de domo patris mei. Rex priuatim rogat: qui diademate cinctus est, supplicem agit pro filiis suis, obsecrat exulem, & hoc ipsum arguit uirtutem Davidis, quod hostis ausus sit hæc ab hoste petere. Nam quod iusiurandum exigit, non eo facit, quod diffidat Davidis moribus, sed quod reputet quot malis illum affecisset. Iura mihi te non aboliturum semen meum post me, hostem filijs suis relinquit tutorem, suasque proles in illius deponit manus, dum his uerbis filiorum ac Davidis manus apprehendens, deum sequestrare inducit. Quid igitur David? Num uel leuiter dissimulatione & ironia ad hæc usus est? nequaquam, sed protinus annuit, quodque petebatur concessit: ac mortuo Saule, non modo non occidit illius posteros, sed tum plura præstitit, quam erat pollicitus. Siquidem filium eius quum esset claudus ac debilis ciuitatibus, in suam ipsius domum induxit, suamque mensam fecit participem, summo illum honore dignatus, nec erubuit, nec occultauit, nec arbitratus est regiam mensam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari potius ac lautiorē fieri. quotquot enim cum illo discumbebant, abibat magnam philosophiam doctrinam consequuti. Cum enim uideret Saulis filium, illius qui tanta mala patrarat aduersus Davidem, tanto in honore haberi apud ipsum, etiam si feris omnibus fuissent inimiciores, pudore tamen ac rubore cum omnibus inimicis redibant in gratiam. Quamquam si etiam ipse aliunde illi cibum dari iussisset, certumque uictus modum ordinasset, ualde magnum erat: sed illum ad suam ipsius mensam recipere, eximia cuiusdam est philosophia. Scitis profecto, non esse facile, hostium filios diligere: Quid dixi diligere? non odisse, non persequi, magnū est. Itaque multi, defunctis inimicis, in illorum liberos, iram quam in eos habebant, effuderunt. At non ita generosus ac magnanimus iste, sed & uiuentem inimicum obseruauit, & illo defuncto, beneuolentiam quam erga illum gesserat, filijs exhibuit. Quid illius mensa sanctius? quam cingebant filij hostis, hostis inquam occidere conati. Quid illo conuiuio spiritualius? in quo tam multæ abundabant benedictiones. Angelo potius quam homini erat plausibile. Siquidem inimici filios amplecti & amare, & illius filium, qui toties ipsum tentasset e medio tollere, atque id molis excellerat e uita, facit ut ille chorus celebretur. Hoc tu quoque facito charissime, & uiuentium & mortuorum filios fouens: uiuentium quidem ut hoc modo parentes illorum tibi concilies, defunctorum uero filios curans, ut a deo multum tibi pares fauorem, plurimisque coronis decoreris, utque innumera ab omnibus uota precisque consequaris, non ab ijs tantum qui tuis beneficijs adiuti sunt, uerum etiam ab ijs qui uiderunt. Hoc pro te stabit in illo die, magnique tibi futuri sunt patroni in articulo iudicij, hostes tuo beneficio adiuti: magnaque ex parte a peccatis liberaberis, & reposces mercedem. Etiam si innumera commiseris peccata, si proferas illam precationem quæ dicit: remitte inimicis uestris, & pater uester remittet uobis peccata uestra: multa cum fiducia commissorum omnium remissionem consequeris: atque hic interim, bona cum spe uiues, habiturus omnes amanter erga te affectos. Quum enim uiderint quod inimico & inimicorum filios sic diligis, qui fieri poterit, ut non affectent tibi amici, uicique studiosi fieri, & omnia tua causa tum facere tum pati? Porro quum tantum apud deum tibi pares fauorem, quum cunctos habeas omnia bona tibi comprecantes, quam sensurus es molestiam, aut quis te uitam uiuat feliciorē? Hæc in hac uita non tantum miremur, uerum etiam factis exequamur, ac obambulantes, inimicos persecutandi gratia, suos quisque sibi reconciliemus, & ex inimicis synceros reddamus amicos. Quod si etiam excusatione fuerit opus, ueniamque ab ipsis petenda fuerit, ne recusemus, etiam si ipsi fuerimus iniuria affecti. Hoc

paçto

paçto copiosior nobis erit merces, hoc paçto maior fiducia, hoc paçto cœlorum regnum haud dubie consequemur, munificentia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, imperium, honor, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

QUVM PRESBYTER ESSET DESIGNATVS, DE SE AC DE episcopo deque populi multitudinē sermo.



Vm uera sunt quæ nobis acciderunt, num re ipsa gesta sunt, nec falsi sumus, neque quæ nunc fiunt sunt somnia: an uere dies est & uigilamus omnes? Et quis credat quod in die, quum sobrii sunt ac uigilant homines, adolescens nullius rei & imperitus, ad tantum dignitatis fastigium subuectus sit? Nam nocte talia accidere nihil sit incredibile. Tum enim quidam & corpore claudi, & adeo ternues ut ne necessarius quidem suppetat uictus, in somnis sibi uidentur integris membris, & formosi, & regali frui mensa, Sed quæ uidebantur somnus erat, & in somniorum ludibria. Siquidem hæc est natura somniorum, uisura quædam ac uersuta res est, ac prodigiorum artifex gaudet nouis & incredibilibus simulachris illudere. At uero nec interdiu, nec reuera forsitan aliquis uideat hoc accidere, uerum omnia nunc corrigunt, facta sunt, perfecta sunt, quem admodum uideris, hæc inquam somniorum uisus incredibilia. Et ciuitas tantæ magnitudinis, tam celebris ac hominibus differta, populus & multus & admirandus ad meam inhiat exiguitatem, tanquam a nobis magnum quiddam ac præclarum auditurus. Atqui etiam si mihi tantum more profueret oratio, sique uerborum fontes essent in ore meo, protinus, extante multitudinis ad audiendum concursu, metu sisteretur profluuium, & indiuersum fluenta resisteret. Nunc uero quum tantum absumus a fluminum ac fontium copia, ut exigue pluuiole mediocritatem obtineamus, qui fieri possit, ut me non deficiat tam exiguus fluxus, metu arefactus, idemque eueniat, quod in corporibus solet accidere? Quid accidit in corporibus? multa frequenter quæ manu tenemus, quæ digitis stringimus, præ metu nobis excidunt omnia, dissolutis uertis nostris, corporisque uigore remisso, Itidem mihi profecto nunc metus est, ne idem eueniat in animo nostro, uidelicet ne quæ multo cum labore excogitauimus, quamquam & hæc sanè perquam exilia paruicque momenti, præ pauore ueniant in obliuionem, & euanescant, abeantque animum nostrum desertum relinquentia. Quapropter pariter omnes tum uos qui cum imperio estis, tum uos qui paritis imperio obsecro, ut quantum nobis anxietatem iniecitis uestro ad audiendum concursu, tantumdem nobis audacia inpiret precum uestrarum diligentia, si rogetis illum qui dat sermonem Euangelizantibus uirtute multa, ut nobis quoque det sermonem in apertione oris nostri. Nullus omnino uobis tot ac tantis, labor erit unius adolescentis animum timore dissolutum, denuo compingere, quin & par fuerit, ut hoc quod nunc petimus, præstetis: quandoquidem tantam procellam subiuiimus propter uos uestramque charitatem, qua nihil uiolentius aut imperiosius, ut quæ nos non admodum dicendi peritos, ad dicendum pertraxit, effecitque: ut ad doctrinam studium exueremur, licet antehac hoc palæstræ genus nunquam attigerimus, sed semper in auditorum ordine, quieto silentio frui soleamus. Verum quis sit adeo durus & immobilis ut istum uestrum cōuentum silentio prætereat, & amicos nactus audiendi studio flagrantem non alloquatur, etiam si omnium hominum esset infantissimus. Cupiebam equidem primum in ecclesia dicturus, proemiorum primitias illi dicere qui linguam nobis hanc dedit, nimirum deo. Atque ita sanè fieri oportuit: neque enim aræ tantum ac uinarij lacus, uerum etiam uerborum primitias oportet uerbo persoluere, multoque magis uerborum quam actionum. Quin etiam ut ad uos hic fructus magis pertinet, ita ipsi deo qui honoratur acceptior est. Botrum enim & aristam suo terra emittit gremio, alit pluuiarum irrigatio, colunt agriculturalum manus: at sacrum hymnum parit animi pietas, alit bona conscientia, deus in cœlestia recipit horrea. porro quanto præstantior est animus terra, tanto hæc illa melior est oblatio. Quapropter & prophetarum quispiam, uir magnus & admirandus, nomen illi Osee, eos qui deum offenderant, parabantque illum sibi propitium reddere, adhortatur dicens. Adferte uobiscum non armenta bouum, neque simile mensuras tantas aut tantas, neque turturæ neque columbæ, neque aliud quicquam istiusmodi rerum, sed quid ferte uobiscum uerba. Et quale sacrificium, dixerit aliquis, sunt uerba: maximum quidem charissimum

m 4 me

me, ac splendidissimum, ceteris omnibus præstantius. Et quis ista dicit? is nimirum qui hæc oia nouit maxime atq; exactissime, uidelicet magnanimus ille ac magnus Dauid. Is enim quum aliquando deo gratiarum actiones immolaret, pro uictoria quam ex hoste tulerat, ita ferme loquitur. Laudabo nomen dei mei cum cantico, magnificabo eum in laude. Mox huius sacrificij præstantiam nobis aperiens subiicit, & placebit deo supra uultum nouellum cornua producentem & ungulas. Cupiebam igitur & ipse hodie has maclare uictimas, & altare spirituale hisce cruentare hostijs. Sed quid faciam? Vir quidam sapiens obturat mihi os deterretq; dicens: non est speciosa laus in ore peccatoris. Quemadmodum enim in coronis non sat est flores esse puros, nisi pura sit & manus eas cõtrens: sic & in factis hymnis oportet non uerba tantum esse pia, uerum etiam animum hymnos concinentem. At is mihi impurus est, fiducia uacuus, utpote multorum plenus scelerum, porro sic affectus, non hæc modo lex obturat os, uerum etiam alia quadam illa uetustior & ante illam lata, quam & ipsam adiecit, is qui modo nobis de sacrificijs loquutus est Dauid. Quum enim ait: laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis, laudate dominum de terra, quum utraq; inuitat creaturam, & quæ sursum est, & quæ inferne, sensibilem atq; intelligibilem, cõspiciam & inconspiciam, quæ supra cœlos est, & quæ sub cœlo, & ex utraq; chorum constituit, atq; ita iubet hymnis celebrare regem uniuersorum, nequaquam inuitauit peccatorem, sed & hic illi fores occlusit. Ceterum ut uobis quod dico fiat euidentius, ipsum psalmum ab initio uobis prælegemus. Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. Vides angelos laudantes, uides archangelos, uides cherubim et seraphim, summas illas uirtutes. Quum enim ait, oēs uirtutes eius, uniuersum populum cœlestem cõplectitur, Nuncubi uides peccatorem? Et quomodo, dixerit aliquis, in cœlo uidere possum? Ergo age & in terram descendamus, ad alteram chori partem transeuntes, nec hic rursus uidebis peccatorem. Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyssi, bestia & omnia pecora, reptilia & uolucres pennata. Haud frustra neq; temere dicit hæc loquor, inter silui. Quia & mentis cogitatio metu confusa est, ad amaras usq; lachrymas, grauēq; eiulatū perducta. Quid enim obsecro possit esse miserabilissimum? scorpis, serpentes ac dracones inuitantur ad laudandum eum à quo condita sunt, solus peccator ab hac sacra chorea submotus est, idq; iure optimo. Mala bestia est peccatum, non quidem in conferua corpora malum proferens, sed in ipsam domini gloriam effundens maliciam. propter uos, inquit, nomen meum conuictijs afficitur inter gentes, Eoq; peccatorem tantamquam è sacra patria abegit propheta, & ultra fines ac pomeria submouit. Atq; uti musculus optimus è cithara bene modulata chordam dissonam refecat, ne reliquarum uocum harmonia uitietur, Sic & peritus artis medicus, membrum putrefactum amputat, ne hæc lues ad cetera membra sana trãssiliat, Eundem ad modum propheta fecit, dum ueluti chordam dissonam ac ueluti membrum agrum ab uniuerso creaturæ corpore refecat. Quid igitur nobis faciendū est? Posteaquam reiecti sumus, posteaquam refecti sumus, omnino sileamus oportet, dic igitur obsecro: num tacebimus? neq; quisquam nobis permittet hymnis celebrare dominum nostrum? ergo ne frustra uestros animos implorauim? frustra ad uestras confugimus preces? Absit, ut frustra. repperi enim repperi & alterum glorificandi modum, uestris in hac hesitatione precibus, ceu stellis in caligine apparētibus, phas enim est, & conseruos nostros laudare, quibus laudatis, haud dubitū est quin ea gloria penetret in cœlum, quemadmodum ipse dominus dicit: luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est, En alter glorificandi modus, quo & peccatori fas est uti, ut legem tamen non uiolet. Quem igitur, quem inquam conseruorū laudabimus? quem alium, quam illum communem huius patriæ doctorem, non solum per patriam, sed & per uniuersum orbem. Quemadmodum enim uos ille docuit ut usq; ad mortem religioni instaretis, ita uos alios homines docuistis, à uita citius, quam à pietate recedendū esse. Vultis igitur illi posthac laudum coronas plectamur? uolebam equidem & ipse, sed uideo recte factorum pelagus immensæ profunditatis, uereorq; ne sermo noster ad fundum delatus præ imbecillitate non possit in altum recurrere. oportet enim uerusta narrare facinora, peregrinationes, uigilias, curas, iudicia, pugnas, trophæa trophæis, uictorias uictorijs cumulatas, res gestas, non nostram modo, sed & omnem humanam linguam superantes, quæq; uocem requirunt apostolico spiritu cõcitata, qui potest

omnia

omnia tum eloqui, tum docere, sed hanc partem prætercurrentes ad alteram quæ minus habet periculi accedemus, quam uel exigua scapha licet enauigare. Age igitur de temperantia dicere tentabimus, quomodo uentri imperarit, quomodo delicias contempserit, quomodo mensam sumptuosam deriserit, idq; quum in domo sumptuosa esset educatus: nam mirum non est eum qui in paupertate uixit ad hanc squalidam asperam uenire uitam, quandoquidem is habet ipsam paupertatem peregrinationis ac uicæ comitem, quæ illi farcinam indies reddit leuiorem. At qui factus est diuitiarum dominus, haud facile sese ab illarum explicet complexu, tantum cupiditatum examen animam illam circumuallauit, tam grauis & caliginosa affectuum nubes, mentis illius oculos obducit, ut non sinat ad cœlum intuitum erigere, sed cogat deorsum inclinare caput & ad terram inhære. Nec est alia res, quæ perinde obstat quo minus proficiscamur in cœlum, ac diuitiæ, & hinc uentientia mala. Nec meus est hic sermo, sed ab ipso Christo deuenit sententia: facilius est, inquit, camelum per foramen acus ingredi, quam diuitem in regnum cœlorum, sed ecce, quod erat difficile, uel impossibile potius, factum est possibile. Et de quo Petrus olim dubitabat apud præceptorē, uoluitq; ex eo discere, iam ipsa experientia nouimus omnes, imò etiam amplius, non enim iam diues ipse tantummodo ascendit in cœlum, uerum etiam populum introducit, quum præter diuitias, & alia his non minora habeat impedita, quod iuuenis est, quod ante tempus orphanus, quæ res quemuis hominis animum possint in fraudem illicere, Eiusmodi habent intentamenta, eiusmodi præbent uenena: uerum hæc iste deuicit, & cœlum apprehendit, selesq; ad cœlestem contulit philosophiam, ac neq; splendorem præsentis cõsiderauit uitæ, neq; ad progenitorum claritatem respexit, imò potius ad maiorum claritatem respexit, non quidem istorum quos ipsi natura necessario deuinxerat, sed qui iuxta pietatis propositum conuincti sunt, eoq; talis factus est quales illi fuerunt. Respexit ad patriarcham Abraham, respexit ad magnum illum Moysen, qui quum esset in regio educatus palatio, mensa Sybaritica frui coniuetus, & inter Aegyptios relictus strepitus ac tumultus (nostis autem cuiusmodi sint barbarorum illorum mores, quam fastus & arrogantia pleni sint) contemptis illis omnibus, ad lutum & laborem opificum ultro se contulit, & in seruorum numero esse concupiuit, qui rex erat & regis filius. Atqui hanc ob causam post reuersus est maiore cum dignitate, quàm antea gerebat atq; abiecit. Si quidem post exilium, post impossitum apud focerum, post erinas peregre toleratas, redijt, regis ipsius princeps, imò uerius regi iam factus deus, feci, inquit, te deum Pharaonis, ipsoq; rege splendidior erat, non gestans diadema, neq; purpura amictus, neq; curru uectus aureo, sed uniuerso illo fastu conculcato. Erat omnis filia regis gloria ab intus. Reuersus est sceptrum gestans, quo imperaret, non hominibus tantum, sed & cœlo, terræ marisq; aeris & aquarum naturæ, stagnis, fontibus ac fluminibus, in quacumq; enim uoluit Moyses, in ea uertebantur elementa, & in manibus illius de nouo transformabatur creatura: quæ non aliter quàm ancilla quæpiam officiosa, conspicua heri sui amicum aduenisse, per omnia parebat, dictoq; audientem se præbebat perinde atq; ipsi domino. Ad quem hic quem nunc laudandum suscipimus, respiciens illi similis effectus est, quum esset iuuenis, (sitamen unquam fuit iuuenis, non enim sane credo, usq; adeo illi ab ipsis cunabulis mens erat cana) sed quum iuxta supputationem ætatis esset iuuenis, omnem arripuit philosophiam: & postea quam cognouerat naturam hominis esse ueluti fundum quandam & agrum syluestrem, animi cupiditates ratione pietatis ceu falce quæpiam facile refecit, agricolæ purgata reddens arua, ad faciendum sementem: ea recepta totum semen ad profunda demisit, ut deorsum radicatam, nec ad radiorum impetum cederet, nec à spinis male suffocaretur. Animum quidem ad hunc curauit modum: carnis uero lasciuam temperantiæ remedijs compressit, tanq; equo cuiuspiam, in os habentis rebellem, iunij frenum iniiciens, et hæcenus in diuersum tendens, ut ipsa concupiscentiarum oralparimonia congruente cruentaret. Atq; adeo corpori frenum intendit hæcenus, ut nec immodice stringendo equum sibi ad ministerium redderet inutilem, neq; passus sit supra modum obesum fieri, ne corpulentior factus, rursus erigeret sese aduersus rationem habentem moderantem: sed simul & sanitatis illius, & moderationis curam habuit. Talis autem erat, quum nondum esset iuuenis: uerum posteaquam teneram ætatem excesserat, hanc quoq; corporis curam abiecit, ceterum nunc qui in senectute uelut in amœno portu sedet, rursus eandem curam obseruat, Nam iuuentus è dilecte pelago furenti similis est, immitibus undis ac

uenis

uentis malis referto. canicies uero, uelut in tranquillo portu fouet eorum animos qui con-
fenerunt, præstans ut ibi per aetatem à periculis liberam deliciantur. Hac ætatis tranquil-
litate quum hic nunc tuto fruatur, nihilominus tamen in certamine uersatur. atq; hunc ti-
morem accepit à Paulo, qui quum ascendisset in cœlū atq; inde reuersus, tertio rursus atti-
gisset, aiebat, ne forte quū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar: eoq; hic sese in perpe-
tuo timore constituit, ut esset in perpetua fiducia, assideretq; clauo, non ille quidem stella-
rum exortus obseruans, neq; rupes sub aquis latentes neq; scopulos, sed dæmonum insul-
tus ac diaboli uersutias, cogitationumq; pugnas, omniq; ex parte lustrans exercitum, cun-
ctos in tuto constituit. Neq; enim illud modo spectat, ne scapha demergatur, sed ne quis
eorum quos secum habet in nauī uectores, à tumultu cupiditatum tanquam à piratis abri-
piatur, nihil non curat agitatq;. Per hunc perq; huius sapientiam nos omnes secundo nauī
gamus uento, plena nauis uela pandentes. Sanè quum priorem illum patrē amississemus,
qui & hunc nobis genuit, in desperatione nostra nauis erat, eaq; gratia miserabiliter lamen-
tabamur, ut qui nō sperabamus fore, ut hic thronus aliū uirū talem acciperet, uerū ubi hic
aduenit, & in clara luce uisus est, effecit ut omnis illa desperatio ueluti nubes præterierit, &
omnes molestiæ euantuerint. Neq; sensim nobis lucē illum exemit, sed adeo repente, quasi
idem ille beatus è tumulo rediuius in hunc thronum ascendisset. Verū imprudētes amo-
re studioq; præclare gestorum patris nostri, sermonē ultra modum produximus: non dico
ultra modū eorum quæ hic cum laude gessit, nam de his ne loqui quidem cœpimus, sed ul-
tra nostræ iuuentutis mediocritatem. Agedum igitur rursus uelut in portum orationē silen-
tio ad quietem reuocemus: ceterum ea desinere non uult, sed egre fert indignaturq; cupi-
ens toto prato expleri. Verū id impossibile est è pueri. Desinamus igitur ea persequi, quæ
nō possumus assequi, sufficiant nobis ad solatiū ea quæ dicta sunt. Quandoquidē in precio-
sis unguentis, non tantum si quis effundat lecythum, uerum etiā si quis uel summis digitis
superficiem attingat, & aerem nouo colore tinxit, & quotquot adsunt, suauitate fragrantie
repleuit. Quod & in præsentia contigit, non uiribus eloquentiæ nostræ sed propter uim
ab hoc bene gestorum. Abeamus igitur abeamus, ad preces diuertentes, deprecemur de-
um, ut cōmunis mater nostra illabefacta et immota maneat, ut hunc patrē, hunc doctōrē,
hunc pastorem & gubernatorē, ad longam producat uitam: si quis uobis etiam nostri re-
spectus est (neq; enim iam nos ipsos in sacerdotum numero ponere audebimus, quando
nec fas est abortiuos partus cum legitimis ac perfectis numerare) quod si qua inquam est
apud uos & nostri ratio, tanquam fœtus cuiusdam abortu eieci, orate ut è supernis nobis
multus accedat uigor: Opus quidē erat nobis & prius tutela, quum soli uitam gereremus
à negocijs liberam. At postquam in medium producti sumus, (omitto quomodo, siue hu-
mano studio, siue fauore diuino, nihil enim uobiscum hac de re contendam, ne cui uide-
ar per dissimulationem & ironiam loqui.) Attamen quando producti sumus, ac iugum
hoc ualidum graueq; suscepimus, multis nobis opus est manibus, infinitis precibus, quo
possimus depositum reddere domino qui deposuit, in die illo, quum ij quibus talenta
credita sunt, citabuntur, & iudicio sistentur, rationem redditori. Orate igitur ne nobis eue-
niat, quod euenit illis alligatis & in tenebras coniectis: sed simus in eorum numero, qui
poterunt qualemcunq; assequi ueniam, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui
gloria in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CANTATE DOMINO CANTICVM NOVVM
CANTATE DOMINO OMNIS TERRA.



Gregium uereq; mirandum hymnum spiritali lyra nobis resonuit hymno-
graphus David, dum prophetica lingua sermonem textit Euangelicum, &
antiquis sermonibus nouas res significauit. Quid enim insonuit, quemad-
modum modo audiuius. Cantate domino canticum nouum, cantate do-
mino omnis terra. Considera charissime piæque contemplare, ut prophe-
tiam uerbis adaptans Euangelicis eundem reddat sententiarum dogmatumque con-
centum. Cantate, inquit, domino canticum nouum. Scimus fratres, quod nouum can-
ticum à uetere distinguitur. Quærendum igitur, quod sit argumentum cantici uete-
ris, quod noui: hoc pacto ex rerum differentia consequi poterimus ueritatis intellectu:
Primum

Primum omniumq; uetustissimum canticū ad mare rubrum decantatum est: quo tēpore
admirandus ille Moses uirtute diuina transijt mare, ac pelagus uertit in terram, canticū re-
sonans dicebat. Cantemus domino, gloriose enim glorificatus est: equū & confensorem
profecit in mare. fuit & aliud uetus canticum à beata Debbora decantatum, quū prostra-
tis in bello hostibus, pro maximo quopiam trophæo erexit hymnum uictorialem. Inueni-
es & aliud canticum in deserto cantatum, quum puteum repperissent filij Israhel, nouoq;
beneficio frui contigisset, Quin insuper multam ueteris cantici mentionē inuenire licet ijs:
qui uere syncereq; uersantur in sacris literis. Oportet igitur, iam & recens illud & nouum
quærere canticum, quam uim habeat & quid proponat nobis contemplandum. Hic mihi
uigilanter attende. Vetus canticum unius populi finibus circumscriptū erat unoq; clima-
re continebatur uidelicet Palæstine, neq; phas erat populo extra illud clima uetus efferre
canticum: sed quū populus esset unus unaq; gens, uno loco unoq; climate, tum canticū,
tum religio uetus erat circumscripita. Testatur quod dico etiam beatus Dauid, sic alicubi
loquens sub persona Iudæorū, qui erant in Babylonem abducti, Quomodo cantabimus
canticū domini, in terra aliena? Vides, quod non fuerit concessum ueteri cantico per om-
nem ire terrā, quæ sub cœlo est: Sed repetamus ea quæ dixerunt in Babylone uersantes:
tunc interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos uerba cantionū, & qui abduxerunt
nos, hymnū cantate nobis de canticis Sion. Dein lege circūscriptū, uetitiq; ne in terra pere-
grina canerent diuina cantica, respondent, quomodo cantabimus canticū domini in terra
aliena? Vetus itaq; canticū adeo angustis finibus circumscribatur, quæadmodū modo
dicebam, intra populum unum, unamq; regionē: sed nouum per omnem terram incedit
quæ sub cœlo est, & ab uniuerso decantatur orbe. eoq; Propheta quum dixisset, cantate
domino canticum nouum, protinus adiecit, cantate domino omnis terra. Vide quomo-
do explicat donū, uide quomodo dilatat theologiam, uide quomodo ostendit discrimen in-
ter canticū nouum, & uetus illud angustis finibus circumscripiti. Ac ne quis humanis con-
iecturis cæcutiat in huius rei contemplatione, nec Euangelicæ gratiæ uim tacuit, sed quū di-
xisset, Cantate domino omnis terra, rursus adiecit, annunciate diem ex die salutare eius.
Quod salutare profecto liquet, quod de multis hymnis celebranda seruatoris dispensatio-
ne loquitur, quod deus amore generis humani, inter homines uersatus est, quod medicus
ad egrotantes aduenerit, quod caligantibus lux affulserit, quod errantibus apparuerit uia,
illa inquam uia, quæ hodie clamat in euangelij, ego sum uia, ueritas, & uita. Sed operæ
precium est fratres discere, quam ob causam deus populum illū loco & climate circūscri-
pserit, tum quæ illi nō permiserit per uniuersam terrā canere laudes diuinas. nā illud oportet
in primis pulchre nosse, quod deus nō uertitur, nec immutatur, nec ab una sententia in
aliā dimouetur, ut nunc hoc decernat, nunc diuersum: sed quod quum ipse maneat immo-
tus & immutabilis, sese ad humanā attēperat imbecillitatē. Crebro fratres loquitur deus
ac leges præscribit, nō ut ipse potest, sed ut nos capere ualeamus. Poterat & per uetus can-
ticum accendere lucernā gentibus: sed non erant qui lucernā manibus attingerent ualidi
ad pietatis prædicationem. Etenim si qui acceperunt non obtinebāt pietatis sermonē, qui
potuissent in alios pietatis legē transfundere? Verum quoniā populis ille segnīs erat &
incredulus, ut facile gentiū abominationib. seductus sese submitteret, uno loco septus est
quo posset solus apud se exercere pietatis legē. Idem facit frequenter & maritorum homi-
num quisq;, quoties uxorem habet suspectam, circumscribit illam uno loco, thalamisq; in-
cludit, Eunuchos adhibet, & omnem apponit custodiā: in summa, nihil non facit curatq;
eorum quæ seruant pudicitiam, eo quod illa non habet uerum amorem, ac pudicæ mentis
custodiā, quæ castæ fœminæ solet esse familiaris. At qui pudicam beneq; moratā habet
uxorem, à nulla eam progressionē prohibet, quippe qui certum pignus habeat uxoris af-
fectum. Illa prodit in forum, & extinctus est zelus: congregitur cum multis uiris, nec
usquam est zelotypiæ morbus, eo quod pudica mulier secum habeat custodem ac pæda-
gogum, morum integritatem. Quod igitur inter nos homines geritur, idem fecit & deus.
Ac ne quis dicat incongruam esse similitudinē quam proposui, deus hoc modo copula-
tur populo, quo uir uxori, non iuxta corporum unionem, sed iuxta mentis affectum, ac be-
neuolentiā. Idem ergo etiā in uetere testamento, synagogā alloquēs per prophetā manife-
sto dixit. Desponsauit te in iudicio & in misericordia & in iustitia, & in agnitione. Interpre-
tatus

tatus est dei copulam, corpora corporibus applicantur, uerum in commixione de anima deo conglutinatur. Et quemadmodum illic dictum est, & adglutinabitur uxori suae, & erunt duo in carnem unam: sic & anima quum deo uerbo unitur, clamat, Adhaesit anima mea post te, me autem suscepit dextera tua. Habebat igitur uetus Synagoga pro uiro legem, quemadmodum hodie testatur Esaias, per apostolum loquens, nam prophetica uoce Paulus usus est dicens, sicut scriptum est: multi filij deserte magis quam eius quae habet uirum. Quoniam igitur Synagoga illum uirum habuit, uidelicet legem (resumam enim quod dicebam) erat autem suspecta, quod ubique charitatem deo debitam proderet Idolis, conscientiam habens illorum cultu polluta: redarguit illam deus ita loquens, Et mœchata est cum lapide & ligno, ac mei oblita est dicit dominus. Quoniam suspectam habebat mentem Synagoga, merito illam loco circumscribit, temploque ueluti thalamo cuidam includit, nequaquam permittens ut quouis loco sibi constituat altare: sed uniuersa quidem Iudaea ac Palaestina erat populi, ceterum unicus erat locus habens altare. Ea propter & Moses quum sciret uxoris mores suspicioni obnoxios, (uxorem autem scriptura haecenus appellat Synagogam) sciens igitur mentem Synagoga merito suspectam, prius illam appellat dicens, Attende tibi Israel, ne quando offeras holocausta tua, & uictimas tuas in omni loco, quaecumque inueneris, sed in loco quem elegerit dominus deus tuus. Videte quae circumscripta sunt, & quidem merito fratres, quum enim in uno loco accepisset altare, totum locum impleuit simulacrorum cultu, sicuti clamans Hieremias testatur: iuxta numerum ciuitatum erant diij tui Iuda, & iuxta compita Hierusalem sacrificabas Baal. Si quum accepisset unum locum, terram omnem impleuit adulterio, si plena libertas fuisset concessa, cogita in quibus enormem incidisset incontinentiam. Ob hanc causam fratres, etiam canticum loco circumscriptum est, & altare loco definitum, & populus ille loco conclusus. At ecclesia quae ubique Christi in se circumfert, innumerisque martyres immolauit ob charitatem quam gerit erga uirum, a nullo prohibetur loco: sed in omni loco sunt altaria, in omni loco doctrina. haec praedicat deus per prophetam, nam & ecclesiasticam exprimens sinceritatem, et alterius populi ingrati tudinem traducens, ad illos loquitur: non est mea uoluntas in uobis dicit dominus omnipotens, nec accipiam hostias de manibus uestris: quoniam ab exortu solis usque ad occasum, nomen meum glorificatum est inter gentes, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo, & sacrificium purum. Vide quae luculenter quamque dilucide mysticam interpretatus est mensam, quae est incruenta hostia. Thymiana uero purum appellat, sacras preces, quae post hostiam offeruntur. hic enim suffitus deum refocillat, non is qui a terrenis radicibus sumitur, sed qui a puro corde exhalatur. Dirigatur igitur oratio tanquam incensum in conspectu tuo. Vides ut ubicumque concessum est angelicum illud sacrificium in claresceret: uides nullis sinibus circumscriptum, neque altare, neque canticum. In omni loco Thymiana offertur nomini meo. Est igitur hostia pura, prima quidem, mystica mensa, coeleste summeque uenerandum sacrificium. Est autem & in nobis uaria sacrificiorum differentia. Postea quae enim lex in ueteri testamento multas habuit hostias, aliam pro peccatis, aliam quae dicta est holocausta, aliam uocatam laudis, aliam salutaris, aliam pro leprosis mundandis, breuiter alias & multas & uarias, pro his qui innumeris expiationibus censebantur, omnino magnus erat & modo carens numerus sacrificiorum in lege: quae omnia noua gratia superueniens uno complectitur sacrificio, unam ac ueram statuens hostiam. Habemus autem & nos in nobis ipsis uarias immolationes, non quae iuxta legem incedunt, sed quae decent euangelicam gratiam. Vis ne has cognoscere uictimas, quas habet ecclesia, quum sine sanguine, sine fumo, sine altari ceterisque caeremoniis, munus euangelicum sursum ascendit ad deum, quodque sit sacrificium mundum & immaculatum? Audito sanctam scripturam tibi palam exponentem hanc differentiam ac uarietatem. Est igitur primum sacrificium, quod ante dixi, spirituale illud mysticum donum, de quo Paulus ait, Imitatores estote dei, tanquam filij dilecti, & ambulate in dilectione, quem admodum & Christus dilexit nos, tradiditque seipsum pro nobis deo sacrificium & oblationem in odorem suauitatis. Alterum sacrificium est martyrium, & quae testatur hoc scripturae. Audi Paulum: obsecro uos fratres, ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuam, sanctam, gratam deo. Habes primam hostiam quae dicitur salutaris, habes secundam martyrium, tertiam precationis: dirigatur deprecatio mea, tanquam incensum in conspectu tuo, sublatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Quarta est quae offertur laude, hoc est per hymnos: sacrificia

sacrificia deo sacrificium laudis. Quinta est per iustitiam: tunc acceptabis sacrificium iustitiae. Sexta offertur per elemosinam: Sacrificium, inquit, mundum & immaculatum, uisitare pauperes & orphanos in afflictione ipsorum. Septima fit in iubilo. Iubilum autem est uictoriale in bello applausus. Nam aliud est εὐλογίαι, hoc est clamor: aliud ἐκκαυχίαι, hoc est iubilatio. Quum post uictoriam in bello milites uociferantur, ea est iubilatio, uictoriae signum, eoque propheta eos qui conspexerunt erant Christi uictoriam, hymnum uociferantes aduersus hostes, beatos appellat dicens: beatus populus qui scit iubilationem. Iubilatio igitur est uictoriale in bello plausus. Posteaquam ergo seruator uictoriam tulit, deuictis omnibus inimicis, dicens: confidite ego uici mundum: hymnum hunc offerentes uictori, perficimus iubilationem, quam propheta beatam uocat, dicens: circumiui & immolauit in tabernaculo eius sacrificium laudis & iubilationis. Est & octauum quoddam sacrificium deo, spiritus contritus: cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Vides quales hostiae a nobis tractentur. Est & aliud nonum sacrificium, quod peragitur per Euangelij praedicationem. is est sermo doctrinae de qua Paulus apostolus ait: administrantes Euangelium dei, ut fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata in spiritu sancto. Vides quam declarauit, etiam Euangelij praedicationem offerri deo: Habes igitur primum sacrificium, illud salutare donum, secundum martyrium, tertium deprecationis, quartum iubilationis, quintum iustitiae, sextum elemosinae, septimum laudis, octauum compunctionis, nonum humilitatis, decimum praedicationis: tamen si quiddam praetermissi, quum animo nouem enumerarem, putauit me tradidisse decem. Quod nam igitur sacrificij genus praetermissum est? Est decimum sacrificium, fructificationis, de quo loquitur Paulus: accepi quae a uobis missa sunt per Epaphroditum, sacrificium acceptabile in odorem suauitatis. Vides beneficentiam in sanctos a Paulo uocari sacrificium. Habes igitur uarias sacrificiorum formas, Sacrificia deo sacrificium laudis. Laudauit uos omnes fratres, in deo potius omnes laudauimus, & ante omnia deus, sacrificium quod exhibuistis: loquor de beneficentia in pauperes, ut qui miseri estis eorum qui in fora conculcabantur clamantes ad deum, & per uos exauditi sunt: imitati estis dei benignitatem, depulistis a foro mendicitatis probrum, processit elemosina, & extinxit dedecus. dedecus enim diuitum est clamor pauperum. Thesaurizatis thesaurum, diuitias iustitiae, Nam huc thesaurum oportet habere praeculis, thesaurum ueritatis, thesaurum iustitiae, thesaurum benignitatis in pauperes. Siquidem duo fratres sunt thesauri, unus qui reponitur malis, & alter qui bonis reconditur. Thesaurus malorum est inobediencia & instabilitas, & iniquitas: de qua dicit Paulus, Ignoras quod bonitas dei ad poenitentiam te inuitat, sed iuxta duritiam tuam & cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die irae, & reuelationis & iusti iudicij dei. Vides thesaurum peccatorum, reponi operantibus iniquitatem. Nunc uide thesaurum qui ex humanitate erga pauperes reponitur operantibus iustitiam. Audi Paulum Timotheo scribentem: praecepe his qui diuites sunt in presenti seculo, ne animis effertantur, neque spem ponant in incerto diuitiarum, sed ut benefaciant, diuites sint in operibus bonis, ut faciles sint ad impartendum & communicandum, thesaurizantes sibi thesaurum in futurum, ut ueram apprehendant uitam. Vides thesaurum bonorum, uides thesaurum malorum. Et apud quem hic thesaurus deponitur? Clarum est quod apud deum: nam ille & malorum thesaurum reponit ad retributionem. Et alteros quidem ulciscitur, alteris uero repperdit premia. Vis ipse uidere, quis thesaurorum horum perfectam habet memoriam custodiamque? Per Moysen loquitur de his qui perpetrant mala, De uinea Sodomorum uinea eorum, & palmes illorum ex Gomorra: uua eorum uua fellis, botrus eorum botrus amaritudinis: uenenum draconum, uinum illorum, & uenenum aspidis insanabile. Et posteaquam commemorauit opera iniquitatis, protinus adiunxit: nonne haec omnia condita sunt apud me, & signata in thesauris meis: in die ultionis retribuam, in tempore quum lapsus fuerit pes eorum. Ad hunc modum dispensat thesaurum iniquitatis, his qui operantur iustitiam. Dispensat & thesauros regni, de quibus loquitur & Esaias: uenit sapientia & scientia et pietas a deo. Hi sunt thesauri iustitiae, de quibus & Seruator sanctis discipulis suis loquebatur, Thesaurizate uobis thesaurum indeficientem, aeternum in caelis. Atque idem diuiti loquens: ueni sequere me, & habebis thesaurum in caelis. Fugiamus itaque thesaurum iniquitatis, & recondamus thesaurum elemosinae, bonum opus, quodque possit omne peccatum extinguere, quod idoneum sit ad soluendam omnem iniquitatem. Atque ut plane cognoscas quan-

tam habeat uim eleemosyna, attentius considera quæ dicuntur, peccata quædam spectant ad deum, quædam ad hominem: ueluti impietatem committere, blasphemias euomere, ac uiolare templum dei aut ecclesiam dei persequi, aut sacerdotes afficere contumelia, hæc omnia referuntur ad deum. Ceterum moechari, furari, iniuriã facere, hæc intra consuetudinem quæ nobis cum conseruis est cõsistunt. Multiplex autem est differentia, eorum quæ committuntur in deum et quæ in homines. nihil itaque peius iniquitate, neque quicquam infelicitus iniquitate aduersus deum, neque quicquam magis impium quam aduersus deum blasphemia. Et tam tam tam impietate eleemosyna ualet diluere, non si perseueret in blasphemia, sed si per poenitentiam peccatum reuocet. Ne quis mihi hic obstrepat dictis meis perperam intellectis, non enim mihi ad amentium amentiam, sed apud uos fideles mihi sermo est, apud ueritatis collataneos. Nihil scelestius impietate, nihil scelestius blasphemia: & tamen tantum malum per eleemosynam diluitur, si quis uere accesserit ueritati. Sumo mihi ad probationem ueterem Danielis historiam. Balthasar Nabuchodonosoris filius, quum aliquando debaccharetur in res diuinas ac sancta uiolaret ausus est in prophano conuiuio ebriorum impiorum ac blasphemorum, sacra uasa, quæ Hierosolymis sustulerat, in medium afferre, ipsaque pro temulentia instrumentis abuti. Et exportauit, inquit, uasa dei, quæ erant Hierosolymis sancta, & bibit ex illis, ipse & uxores illius, & pellices, & concubinae illius. Violauit autem diuina, non tantum per mensam prophanam, uerum etiam per intemperantiam. Atqui tantum etiam malum deus lenitate sua tulit, illa malorum tolerans uis, illa opulenta gratia, illa benigna copiosaque humanitas, quæ acceptat poenitentiam nostram, & uindictam prorogat. Debaechantem in sancta tolerat deus, & sententiam aduersus illum proferre differt. Extitit, inquit, dum hæc fierent in superficie parietis, hoc est in crustamento, talis manus, à uola usque ad digitos, scriptaque in pariete. Mane Thehel phares. & uerba erant Hebraica, ac miraculi nouitas expauescit tyrannum, cum conuiuiis suis. Requiebat anigmatum solutio, nec inueniebatur. accersit complures interpretes, qui non habebant quod dicerent de eo quod uidebatur. Vocatur Daniel in medium: oportet enim primum consilio destitui mendacium, atque ita demum elucescere ueritatem. Quemadmodum in Aegypto, quum hærent magi ac sapientes, moxque Ioseph interpretans aperuit ueritatem: ita & in Babylonia, redarguta omni humana sapientia, mox dei sapientia per fidelis famulum eluxit. Vocatus est Daniel, ingressus est sanctorum uerborum propheta, spiritalis scripturarum liber, magni regis interpretis. Atque ut cognoscas quid intersit inter hominem simplicem & hominem dei, qui natura quidem purus est homo, mente uero immortalis, introgressus ad illud conuiuium impietatis, aduocatur ab eius conuiuii principe, uidelicet rege, qui ait ad illum. Scio quod spiritus dei sanctus sit in te, Explana nobis scripturam hanc, quid sibi uelit. Honoras famulum, & contumelia afficis dominum, hominem reuereris, & deum contemnis. Confiteris spiritum sanctum, & sancta polluis: Scio quod spiritus dei sanctus sit in te, Etenim sub patre meo, copiosior spiritus erat in te. Si igitur hanc quaestionem dissolueris, purpuram indues, & torquem aureum circa collum tuum. At beatus & admirandus ille, pro nihilo ducens hominum munera, sed super omnia ueritatem honorans, ait, Rex munera tua alteri da uiro, ac dona tua alijs largire, Ego tamen scripturam enarrabo. Et quod erit interpretationis primum: A deo merces uenit. Quin potius hoc ipsum mihi ueritatis primum erit, interpretari ueritatem ac pietatem quæ infamatur uindicare. Vide autem admirandam iusti sapientiam, non protinus interpretatur scripturam, sed prius redarguit mentem regis dicens: o rex: deus cœli dedit regnum & potentiam patri tuo Nabuchodonosor, insuper honorem addidit illi, similiter & tibi. & ut sermonem in pauca conferam, dedit tibi deus regnum & potentiam, & tu oblitus es dei, & exportasti uasa illius aurea argenteaque, atque ex his potasti tu cum uxoribus tuis pellicibus & concubinis, eum uero qui habet in manu spiritum tuum, non benedixisti: à deo missus est articulus manus à facie eius, scriptisque in superficie parietis sententiam ipsius. Atque hæc sunt uerba: Mane, numerauit deus regnum tuum, & compleuit, id enim sonat Mane Syriorum lingua atque itidem Hebraica. Thehel, liberauit deus regnum tuum & dedit illud Persis ac Medis. Nam id temporis tantum erat regnum Babyloniolorum. Considera illud admiratione dignum, quomodo declarauit, deum omnia numero & mensura facere: liberauit, inquit, ac mensus est, nihil enim ab illo fit absque mensura, nihil sine potestate, nihil sine congruentia, sed iuxta mensuram uindictam infligit, quumque punit trutinam librat ultionem

nem, pro delictorum modo eam rependens, ne maior sit commissis, sed congruens, Eoque deus aliquando comminans Iudæam, quum prius esset sublata atque extincta Samaria, dicit: & extendam in Hierusalē mensuras Samariæ, & trutinas domus Ephraim: pro eo quod erat, eandem uindictam admetiar his, quam illis sum ad mensuram. Neque enim mensura caret diuina uindicta, sed mensura, & regula, et trutina mensurata est, sicut seruator loquitur in Euangelio Ihs, Qua mensura mensus fueris, remetietur. Mensus igitur fuerat deus, ac liberauit, diuisit & impletus est numerus regni, ait ad illum. Quid autem accidit, post tam seueram sententiam mox induxit dicti solutionem. & nunc rex consilium meum placeat tibi, ac peccata tua eleemosynis redime, et impietatem tuam commiserationibus pauperum, si forte propicius fiat delictis tuis. Vides quantam uim habeat eleemosyna, quantum ualeat humanitas, quam efficax iustitig opus operetur erga egenos misericordia. Admonuit propheta, cui si obedisset ille legis transgressor, gratia fuisset conseruata promissum. Sed gratia quidem erat simplex, mens uero non recipiebat correctionem: A deo ualida res est erga pauperes humanitas. Resecuit eleemosyna captiuorum speciem è foro, tollitur captiuitatis species ex uniuersa terra, uidi si forum plenum captiuis, & correxisti inamœnum spectaculum, contrahet deus ultionem uindictam suam quæ peccatis infligitur: neque enim iniustus est deus, ut obliuiscatur animarum iniuste interfectarum, neque sanguinis iniuste effusi. Sublati sunt sancti, sed pro pietate mortui sunt. Ne mihi respicias ad captiuitatis bellicę speciem, sed illud spectata, quod complures suscepto pro castitate certamine, mortem perpeffi sunt, multæ uirgines in tempore opportuno, uidelicet in tempore persequutionis coronatę sunt, quum animarum complures eodem tempore expugnarentur. Ac ne putēs illos deo indignos quorum sanguis effusus est, illud est uetus historiarum exemplum. Semper deus sanctos exponit periculis quo per hæc declaratur pietatis uis, ne quis dicat. Quis si erant pii sublati sunt, quis si erant pii occisi sunt, quis si deo erant curę tantam sustinuerunt oppugnationem? Audi Dauidem, per uetera decantantem noua, Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum tuum, Ac non simpliciter templum sed templum sanctum tuum, imposuerunt Hierusalē in pomorum custodiam, posuerunt morticinia seruorum tuorum escas uolatilibus cœli, carnes sanctorum bestiarum terrę. Si hi tanquam indigni pietate traditi sunt, illi quomodo traditi sunt: si hæc nunc quidam patiuntur ut indigni deo, quomodo eadem illa ueteres sancti perulerunt: Quod si idem deus permittit, hæc omnia ad utilitatem suorum dispensans, ac per sanctos emendans peccati maculam, nihil profus iniustum, in his quæ diuina potentia permittuntur. Hæc permittit deus ad exercendas mentes nostras, ac frequenter iusti pro iniustis mortem perferuntur. Habes ueterem congruentiam, per antiquas historias, pronunciauit deus aduersus Adam dicens. Terra es et in terram abibis. Atque is quidem accepta sententia, inter uiuos censebatur, Contra qui nihil peccarat Abel, interfectus est, qui obnoxius erat culpæ uita fruebatur, iustus morti subiectus est, idque utiliter, posteaquam enim deus pronunciarat sententiam aduersus Adam, quocumque die comederis morte morieris, non dedit morti potestatem illico reum inuadendi, ne mors aduersus genus nostrum arriperat uera certaque contagia. Etenim si transgressos protinus arripuisset, poena fuisset irreparabilis, citraque poenitentia remedium, Sed ingressa est mors per iniustitiam, ut eijceretur per iustitiam, Sublati sunt iusti, sed extincti non sunt: in memoria sempiterna erit iustus. Sanguis iustorum effusus est, sed deus eos qui traditi sunt tanquam uiles & abieci, filios appellat & tanquam filios ulciscitur. Porro quod qui simpliciter ab inimicis occisi sunt, filij dei dicuntur ac tanquam filij uindictam accipiunt, sermonem meum confirmat beatus Moses. Quid autem ait in canticis: Exultate gentes cum populo eius, & adorent eum omnes filij dei, quoniam sanguinem filiorum suorum ulciscetur. Si filij dei, quomodo occisi sunt ab inimicis. Vides quod deus permittit iustos occidi, ad probationem pietatis: nec uiolatum est uerbum, ut confirmaretur sensus. Latamini cœli, quoniam sanguinem filiorum suorum ulciscetur, traditi sunt tanquam alieni, & uindcantur tanquam filij, Exercitatio pietatis, est martyrium, hoc est testimonium euidentis & professum. Et quomodo? Audi & considera obsecro, demitte cogitationem ad sermōis profunditatem. In omni tribunali quid aliud martyri proponitur, quam ut abneget deum? Ac dum aduersus hanc propositionem decertat, manifestam & irreprehensibilem arripit coronam martyrii. Super his uero sanctis, qui nunc occisi sunt, non erat iudex iudicans, sed conscientia, Complures enim interdum (neque enim cõdemno, sed hu-

manas cogitationes excutio) transgressi sunt in cogitatione: ueluti si quis aliquando in afflictione dixit, ubi est deus cui seruiui, ubi est deus quem professus sum? Ibi procella ac tempestas, ibi periclitatur nauigium. Quod si quis dum illis examinatur tempestatibus, denuo respicit ac dixit, num hic mihi uita circūscripta est? Num expectaui bona terrarum? An non expectabam regnum, an non expectaui resurrectionē mortuorum? An non magnificam angelorum uitam? An non uitam illam senij nesciam? Quid itaq; me laedit mors, adferens bona aeterna? Non perturbor temporarijs, quum expectē aeterna. Qui hac expendit in animo, deum habet suae cogitationis iudicem, habet patronum, pium animū, habet tribunal, metum, habet testem conscientiam, quae ipsi iustitiae plectit coronam, & ante conscientiam deum caelitus praemia distribuētem operarijs pietatis, Etenim qui uidet occulta, coronat in propatulo. Ora tu, inquit, patrem tuum in abscondito, & pater qui est in abscondito reddet tibi. Ergo ne qui orat in occulto coronatur, sed qui in occulto contorquet mentem ad confessionem, non coronatur? Martyrium fratres non euentu tantū aestimatur, sed etiā proposito. Non quum martyr decollatur tum fit martyr, sed ex quo propositū ostendit proficendi martyr est, etiam si non patitur quae martyres solent. Et quis est, qui hac suo comprobatur testimonio? Beatus ille Paulus, qui quū semel sit mortuus tamē ostendit se quotidie mori. Quid enim inquit, quotidie morior, per uestrā gloriā, quam habeo in Christo? Quotidie morior. Quomodo moreris, qui uiuis? Moriebar proposito, sed seruatus sum gratia dei. Quantum erat in hominibus potentibus, & in me, quatenus me ipsum exposui, quotidie morior: quod autem ad gratiā attinet diuinam, tanquam doctor, reseruatus sum ecclesiae. Dispensat enim deus res ad utilitatem hominum. Et alios quidem tradit ut ostendat probata fidelium mens: alios rursus seruat, ut custodiat fermentum ecclesijs. Non sunt pollutae uirgines, quod propositum sit immaculatum, & animus immarcescibilis. & illud mihi considera frater, uirginitas citra cōtrouersiam accipit coronas, ultra uirginitas, quae est propositi, an quae est necessitatis? An nescis, quod innumere uirgines corporaq; impolluta decesserunt ex hac uita? An non multae filiae gentium abominabilium, & impiorum, tēpus nuptiarum expectantes raptae sunt? An non multi iuuenes corpore incontaminato, post coniugium & nuptias morti sunt traditi? Iuuenes inquam ethnicorū filij, Iudaeorum filij, impiorum haereticorum filij, Abieruntq; innumeri corporis uirginitatem habentes. An apud tribunal Christi, tali uirginitate praeditae turbae dantur coronae? Nō dantur coronae uirginitatis, fructum aufert necessitas. Quod si nullus est necessitatis fructus, sed tota merces est propositi, numerus ille innumerabilis manet incoronatus, uirginitatem quidem habens, sed uirginitatis propositum non habens. Neq; enim deus acceptū fert quod fit ex necessitate, sed quod ex proposito recte fit. Si igitur illis innumeris uirginitas nō imputetur ad uirginitatem, nec his quae praeter propositum iniquationis corruptae sunt. Pollutum est corpus, sed animi templum non est pollutum: uiolatum est corpus, sed mens corrupta non est. Ne quis igitur reiiciat multitudinem sanctorum in contumeliam & captiuitatem traditorum. Saepenumero sanctorū est pro impijs pati. Seruator qui nihil peccauerat, pro peccatoribus traditur. Et Esaias clamat: homo in uia sua aberrauit, & dñs tradidit eū pro peccatis nostris. Atq; idem rursus. Qui peccatū nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & dominus tradidit illum pro peccatis nostris, & pro peccatis populi uenit ad mortē. *Vt nescit desine* *des:* Imitatores Christi sunt, qui pro iniustis patiuntur. Accidit autē fratres & alio modo, ut aliquantulum dilatam historiam, accidit ut etiā ex his qui occiduntur nonnulli peccatis obnoxij sint: dominus autem per temporariam afflictionem, diluit peccatum, per corporum plagas extinxit animae uulnera. His mors imputatur pro supplicio, quin & agrotatio pijs qui peccarunt imputat pro supplicio. Et quis est qui ista promittit? Paulus: neq; enim oportet quicquam dicere sine testibus, solaq; animi cogitatione. Nam si quid dicitur absq; scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc haesitans, & interdum sermonem ut frivolum auersans, interdum ut probabilem recipiēs: uerum ubi scriptura diuinæ uocis prodijt testimonium, & loquentis sermonem, & audientis animum confirmat. Quis igitur sermo nobis attestabitur, quod afflictiones & flagella hominibus illata imputantur ad peccatorum remissionem? Audi beatum Paulum loquentem de his qui indignè accedunt ad mensam mysticam. An ignoratis quod qui edunt indignè, sibi edunt ac bibunt iudicium? Et quid continenter adiecit? propterea inter uos multi infirmi, propter

rea

rea, quoniam indignè acceditis ad mensam, propterea multi infirmi. Multi infirmi, & dormiunt multi, pro eo quod erat, moriuntur, tanquam mors etiam pro peccato adueniat. His protinus annectit. Si enim nos ipsos iudicemus, nequaquam iudicemur à domino. ergo domini iudicium est, & moribus, & mors. Et quid mihi prodest post mortē? Quis fructus post obitum? Si nos ipsos iudicemus, nequaquam iudicemur. Cum autem iudicamur à domino corripimur, ne cum mundo condemnemur. Deus enim iustificauit, ne iustos simul cum impijs perdat, ne simul condemnet sanctos cum prophanis, idq; ualde conuenienter: non enim par est, ut qui deum adorat simul puniatur cum eo qui deum afficit blasphemijs, eodem modo plectatur pie colens deumq; glorificans, quo blasphemantes & despectui habentes ueritatem, propterea deus occultis & inuisibilibus modis uarie flagellat pios delinquentes quo uidelicet nos puros exhibeat magno illi tribunalū: ut quum hic corripuerit, illic imputet praemium. Denuo resumite sermonem apostolicae intelligentiae. Si nos ipsos iudicemus, nequaquam iudicemur, cum autem iudicamur à domino corripimur, ne cum mundo condemnemur. Huic dictio concordat & beatus Dauid. Beatus, inquit, homo, quemcumq; corripueris domine, & de lege tua docueris eum, ut mitiges ei a diebus malis, qui enim hic correptus fuerit, in requie erit, ac mitius experietur diuinum iudicium. Ne mireris, si pium ac castigatum liberat in futuro seculo. Reperis enim in diuina scriptura certissimum argumentum, Sodomitarum, ac nihilo deterius habitatorum Gomorrae. Nihil illis magis impium, & tamen quoniam hic poenas dederunt, mitius illos in iudicio tractandos promittit dominus. Et tu Capernaum, quae usq; ad caelum elata es, usq; ad infernū detraheris: quoniam si in Sodomis factae fuissent uirtutes quae factae sunt in te, mansissent ad hunc usq; diem: ueruntamen tolerabilius erit terrae Sodomorum, & terrae Gomorrae, in die iudicij quam uobis. proinde si Sodomitis tolerabilius iudicium reddat, quod in hac uita puniti sunt: cogita, quomodo pijs qui hic castigantur futurum effugiant iudicium. Quod iudicium nobis omnibus contingat effugere, & cum fiducia listi ad tribunal Christi cui gloria in secula, Amen. *Tandem desine* *sijs dypay*

BEATI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIA, QVVM
Sartonianus & Aurelianus acti essent in exiliū & Gainas egressus esset à ciuitate, & de auaricia.



Mito tempore silui, & post longum temporis spacium ad charitatem uestram reuersus sum. Quanquam id non accidit ulla uel animi socordia, uel corporis desidia, sed abfui, tumultus componens, fluctus sedans, tempestatem corrigens, eosq; qui iam demergi coeperant ad portū & in tranquillum porrecta manu reducere studens: Sum enim cōmunis omnium pater, eoq; necesse est curam agere, non tantum eorū qui stant, sed eorum quoq; qui collapsi sunt: non illorum tantum qui secundis nauigant uentis, sed & illorum qui tempestate iactantur, nō eorum modo qui in tuto sunt, uerum etiam illorum, qui periclitantur. Harum sane rerum gratia reliqui uos ad temporis spacium, obambulans, exhortans, obtestans, supplicans, ut à domino ea calamitas dissolueretur. Posteaquam autem in amoenis illis ac tristibus finis est impositus, denuo me ad uos recepi, ad uos qui in tuto estis, qui multa cum tranquillitate nauigatis. Ad illos profectus eram, ut tempestatem sedarem: ad uos reuersus sum, ne qua tempestas exoriatur. Ad illos discesseram, ut eos à molestijs liberarem, ad uos redij ne in similes molestias incidatis. Quemadmodū enim oportet habere curam non eorum modo qui stant erecti, sed illorum quoque qui lapsi sunt, ita rursus non lapsi tantum nobis debent esse curae, sed & stantes: illi quidem ut erigantur, hi uerò ne cadant: illi ut ab urgentibus malis liberentur, hi ne incurrant in molestias imminentes. Nihil enim est in rebus humanis stabile, nihil incōcūsum, sed hominum uita imitatur mare uesaniens, quotidie parturiens naufragia, naufragia inquam tum noua, tum periculosa. Omnia tumultu ac turbarum plena sunt, omnia scopuli & praecipitia, omnia rupes sub aquis latentes, & sinuosa cautes. Omnia terrores, discrimina, suspiciones, tremores, & angores. Nemo cuiquam fidit, à suo quisq; proximo metuit, tempus fortassis illud in pro-pinquo est, quod propheta depinxit his uerbis: Ne fiduciam habeatis in amicis, & in principibus nolite spem ponere, à suo quisq; proximo caute, à coniuge tua caue, ne quid illi

Tom. 8

n 3

credas

credas. Quid ita tandem? Quia tempus malum est, quia omnis frater insidiatur calcaneo ut supplantet, & omnis amicus dolose incedit. Non est amicus tutus, non frater firmus. sublatum est charitatis bonum, civile bellum habet omnes, ac ne id quidem apertum, sed obumbratum. Innumerabiles ubique personae simulataeque facies. Multa ouium uellera, innumeri ubique lupi sub his occultati, ut iam inter hostes aliquis tutius uixerit, quam inter hos qui uidentur amici. Qui heri adlabantur, qui blandiebantur, qui manus exosculabantur, hodie repete coperti sunt esse lupi, abiectisque personis facti sunt omnibus. accusatoribus acerbiore. Pro quibus hesterno die gratias agebant, pro his nunc inculant & calumniantur. Quae est igitur horum omnium causa? Pecuniarum amor, uesana diuitiarum cupiditas, morbus insanabilis, fornax quae nunquam extinguitur, tyrannus quaque uersum per totum orbem terrarum diffusa. Hanc ob causam, & nos quae prius dicebamus, nunc denuo dicimus, nec dicere desinemus, Tamen si heri complures incusabant nos talia loquentes: Itane nunquam desines aduersus diuites armata habere linguam? Non desines cum his assidue belligerari? Num ego cum illis bellum geram? Num aduersus illos armorum? An potius pro illis cuncta tum dico, tum facio? Imo ipsi aduersus seipsums gladios acuunt. An non id declarauit ipsa rerum experientia? Quo inquit pacto? ego quidem increpans & assidue obiurgans quare bellum commodum: Sed illi uerius sunt hostes, qui nobis haec loquentibus culpam impingunt. uidistis euentus rerum cum oratione nostra congruere. An non semper dixi, fugitiuas esse diuitias, ab hoc ad illum transeunt? Atque utinam transissent solum, non etiam occidissent: utinam discessissent tantum, ac non e medio quoque sustulissent. Nunc autem praeter quod deserunt suam protectionem, etiam gladio tradunt, & in barathrum pertrahunt, eo quod sunt periculosa proditrices, cumque his potissimum bellum gerunt a quibus amantur. Ingratae sunt fugitiuae, homicidae, crudeles & implacabiles, bestiae incircurabiles, praecipitium undique quaque praeceptum, scopulus assiduus plenus fluctibus, mare innumeris uentis agitatum. Tyrannicae acerbe imperantes, domine quouis barbaro fauiores, inimice irrecocilabiles, hostes implacabiles, quaeque nunquam erga eos a quibus possidentur, remittunt similitudinem. At non huiusmodi paupertas, sed his quae dicta sunt contraria. Ea siquidem est tutum asylum, portus tranquillitas, perpetua securitas, deliciae periculorum expertes, uoluptas sincera, uitae turbationum nescia, uita fluctuum ignara, copia inexpugnabilis, philosophiae parens, frenum intemperantiae, supplicij sublatio, radix modestiae. Quam obrem igitur, rogo, hanc fugientes illas persequemini: illas hostes, illas homicidas, illas quauis bestia seuiore? Talis est enim pecuniarum amor, talis uesanum auri studium. Quor hostem tibi domesticum, et perpetuum conuictorem tibi facis? Quor bestiam iritam, quam delinire oportuit? Et quo pacto, inquit, fiet mansuetata? Si uel nunc mea uerba toleretis, dum delicta feruent, dum calamitas uiget, dum omnes in tumultu sunt ac moerore. Ergo qui fieri possit, ut bestia non sit bestia? Equidem possum illam immutare si uos uelit. Nam ea sermonum uis est. Quo pacto igitur a feritate sua mutabitur? Si didicerimus quomodo fiat faua, more leonum, more pardorum, more urforum, qui dum includuntur cohercenturque in tenebris, erigunt animos, acuuntque iras. Itidem & diuitia, dum includuntur & defodiuntur, acrius rugiunt quam leones, perturbantque omnia. Quod si eas e tenebris eduxeris, & in egenorum uentres dissemines, ex feris bestiis sunt oues, quae fuerant insidiosae duces, pro scopulis sunt portus, pro naufragio tranquillitas. Quandoquidem hoc & in nauigijs uidere licet, si quando onus est iusto grauius, demergit cymbam. Rursum quum est moderatum, prospero fertur cursu. Idem usu uenit in nostris aedibus. Quum ultra quam usus postulat congeris pecunias, exigui uentis procella & quouis rerum inexpectatarum incursus, demergit cymbam. At si tantum reponas, quantum postulat necessitas, etiam si uehemens turbo ingruat, facile percurris undas. Noli igitur plus concupiscere, quam exigit necessitas, ne totum amittas: noli quae superant usum congregare, ne perdas etiam necessaria. Noli praefinitos terminos praetergredi, ne facultatibus uniuersis exuaris, sed quod superest refeca, ut necessarijs ditescas. An non uides quod agricolae uitam putant: ne uim omnem in pampinis & palmitibus, sed in radice profert? Idem & tu facito. Amputa folia, omneque studium huc intende, ut quam plurimum fructus ferat. Quod si facere recuses rebus prosperis, expectes aduersas. In tranquillitate tempestatem expecta: in sanitate morbum expecta: in diuitijs paupertatem ac mendicitatem expecta. Memeto, inquit scriptura, tempus famis, in tempore abundantiae mendicitatem

Paupertas

Ex Plutarcho

dicatam & egestatem, in diebus opulentiae. Ad hunc modum si fueris affectus, tum & diuitias multa cum sobrietate administrabis, & egestatem si incidat, fortissime perferes. Malum enim inexpectatum, perturbat animum si incidat. Quod autem expectabatur, si accidat, non multum adfert perturbationis. Ita duo comoda lucrificeris, alterum ne prosperitas te reddat ebrium & insolentem, alterum ne commouearis ac perturbaberis rebus in diuersum commutatis, maxime si semper expectatione contrariorum pendebis, succerit pro experientia expectatio. Tale est quod dico: diues es, expecta quotidie paupertatem. Quare & quamobrem? Quoniam ista expectatio tibi maximam adferre poterit utilitatem. Etenim qui in diuitijs expectat paupertatem, non indulget delicijs, non extollitur, non diffinit, non concupiscit aliena. Nam expectationis metus qui illi adest, paedagogi cuiusdam uice, cohibet eius mentem, nec patitur mala auariciae germina subnasci, dum ea metu contrariorum, ueluti falce quadam prohibet crescere, amputatque. Hoc igitur unum est e maximis bonis quae lucrificies. Alterum autem non est isto minus, uidelicet, ut si accesserit paupertas non expauescas. Assumatur igitur rerum tristitium expectatio, ne quando ueniat ipsa tristitium experientia: ob hoc enim uenit experientia, quod non adit expectatio. Quod si illa correxisset hominem, hac non erat opus admodum, huius rei testis est Ionas Niniuus praedicans interitum. Siquidem illi dum expectant, quod propheta praedixerat, eis imminere calamitatem insanabilem, expectatione malorum uenturorum fregerunt iram numinis. Rursus Iudaei, non credentes prophetae praedicenti Hierosolymorum excidium, acerba perpessi sunt. Sapiens enim metuens declinauit malum, insipiens fiducia sua inuoluitur. Qui expectat paupertatem dum uersatur in diuitijs, haud facile fiet pauper. Nam quod ab expectatione lucrari noluit, id ab ipsa experientia pulcre discet. Proinde quum in diuitijs es, expecta paupertatem, quum in affluentia, expecta famem, quum in gloria, expecta ignominiam, quum in sanitate uiuis, expecta morbum. Assidue perpende rerum humanarum naturam, quae nihil melius habet quam amnium defluxus, & fumo in aerem euanescente fugacior est, & umbra praetercurrente inanis. In his si philosophatus fueris, nec sua uita te poterunt inflare, nec molesta deijcere: si praesentibus bonis non admodum haereas, neque absentibus discruciaberis, si consuefacias animum ad diuersorum expectationem. Saepem quidem fiet, ut diuersa non accidant. Sed si acciderint non uehementer te commouebunt. Atque ut intelligatis me haec non ex coniectura loqui, uolo uobis narrare ueterem quandam historiam. Fuit uir quidam admirabilis & magnus, & ubique per orbem terrarum celebratus, beatus ille Iob, ille pietatis athleta, ille totius mundi uictor & coronifer, qui per omnia certaminum genera transiit, qui innumera trophaea erexit deuicto diabolo. Hic erat diues & pauper, gloriosus & contemptibilis, multorum liberorum pater, & orbis. Hic uersatus est in aulis regalibus, sed idem fuit in sterquilinio. Hic fuit in splendida ueste, sed post illam in morsu tinearum. Hic possedit innumera ministeria, sed idem sustinuit innumerabiles contumelias, a familiaribus in ipsum insurgentibus, ab amicis conuiciantibus, ab uxore insultante. Omnia illi prius uelut e fonte affluebant, pecuniarum copia, potentiae magnitudo, gloriae accessio, pax & securitas, honores & obsequium, corporis sanitas & filiorum opulentia, nec erat in his quicquam molestum. Aderant illi diuitiae cum securitate, prosperitas stabilis. Atque optimo quidem iure. Deus enim illum undique uallauerat. Sed post, illa omnia recesserunt, moxque innumerae tempestates immigrarunt in domum illum: omnes, inquam, ac sibi uicissim succedentes, ac perpetuae, denique supra modum supraque fidem omnines. Siquidem uniuersae facultates illi semel ereptae sunt, famuli liberique praematura uolentia morte oppressi sunt, ad mensam & ipso in conuiuio macerati, non quidem securi aut gladio, sed a malo spiritu, qui domum concussit. Tum uxor in illum armabatur, suasque machinas admouit iusto. Famuli poro & amici, partim expuerunt in faciem eius, quem admodum ait ipse: Non pepercerunt faciem meam conspuere: partim irruerunt in eum, & ex tota domo eiectus est, ac deinceps in sterquilinio uitam egit, ac uermium fontes scatebant, undique sanguine & sanie diffusebat ille preciosus adamas. Et accepta testa, absterfit saniem, ipse sibi factus carnifex, dolor dolorem excipiebat, & cruciatus intolerabiles, & nox die molestior, & dies nocte terribilior, sicut ipse dicit: Quum obdormiero dico, quando erit dies? Quum surgo, rursum dico, quando erit uespera? Plenus dolorum sum a uespera usque ad diluculum, Omnia praecipitia, omnia scopuli, nec est ullus qui consoletur, qui insultent

innumeris. Attamen in tanta tempestate, tantisque fluctibus a deo intolerandis, constitit aduersus omnia generoso animo & illabescibilis. In causa fuit, id quod dicebam: nimirum quod quum diues esset, expectabat egestatem, quum sanus esset expectabat agrotationem, quum tot liberorum esset pater, expectabat, ut subito fieret orbis. Atque hunc timorem semper apud se suscepit, & hanc anxietatem semper apud se aluit, intelligens rerum humanarum naturam, momentariamque uolubilitatem negotiorum considerans. Eoque dixit: Timor quem timebam euenit mihi, & periculum quod metuebam occurrit mihi. Semper enim cogitatione spectabat ad illum timorem, opperiens eum, sperans expectansque. Eoque quum aduenisset, non perturbauit illum. Neque sibi inquit, neque quiescit, sed mihi uenit ira. Non dixit, non silebo, neque quiescam, praesenti tempore, sed non quiescit praeterito tempore. Neque enim rerum prosperitas attulit arrogantiam, sed expectatio tristitiam non sinebat me quiescere. Quamquam affluentia uehementer hortabatur ad delicias, sed asperitas eorum quae expectabantur, profligabat securitatem. Et licet praesens felicitas cogere frui rebus, tamen futurorum sollicitudo uoluptatem interrupit. Ideoque quoniam praemeditatus in animo suo haec uentura prospexerat rebus laetis, haec certamina postea quam acciderunt fortiter & animose pertulit, utpote iam olim ad illa exercitatus: & quoniam ea expectatione preceperat, non esse perturbatus, quum cerneret illa adesse, quoniam ne tum quidem quum adessent laeta, uehementer illis adhaesit. Audi quid dicat. Quod si delectatus sum quum mihi multae affluerent diuitiae, si reposui copiosam auri uim mihi, si fiduciam habui in lapidibus preciosis, si ad innumerabilia posui manum meam. Quid ais homo: non delectatus es diuitiis affluentibus tibi? Nequaquam inquit. Quid ita? Quoniam uidebam illarum instabilitatem fluxamque naturam, uidebam possessionem haud durabilem. Aut non uideo quidem inquit, solem orientem ac deficientem, lunam uero intereuntem: non enim in eodem manet situ. Quod autem dicit tale est: Si stellae quae sunt in caelis perpetuoque lucent, recipiunt nonnullam mutationem, sol deficiens, luna interiens, an non extremae dementiae sit, terrena pro stabilitibus fixisque ducere. Eoque nec praesentibus magnopere delectabar, nec discedentibus uehementer contristatus sum, quoniam probe noueram earum naturam. Haec nos audientes charissimae, neque paupertate deficiamus, neque diuitiis intumescamus, sed in rerum permutatione animum immutabilem retinentes philosophiae fructum metamus, ut & hic uoluptate perfruamur, & futura assequamur bona. Quae contingat nobis omnibus adipisci, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre gloria simul cum sancto spiritu nunc & in secula seculorum, Amen.

DE FIDE ANNAE, DE QVA PHILOSOPHIA, HOC EST ANIMI MODERATIONE, DE HUMANITATE, DE HONORE DEFERENDO SACERDOTIBUS, & QUOD TUM IN INITIO, TUM IN LINE PRANDII SIT ORANDUM.

Prima oratio
nis, tantum
nis extabat



NULLA profectio res est charissimae, quae possit aequari deprecationi, neque quae quam est fide potentius. Vtrunq; uobis heri declarauit Anna: cum his enim muneribus accedens ad deum, omnia quae uoluit effecit. Siquidem & naturam mancama ac sterilem correxit, & uulua quae erat conclusa aperuit, & probrum sustulit, & conuicta aemulae dissoluit. Sed ipsam ad magnam restituit fiduciam, dum e petra infrugifera spicam messuit comantem. Omnes audistis, quomodo fleuerit, quomodo precata sit, quomodo orarit & exorarit. Concepit, peperit, educavit, & consecrauit templo Samuelem. Itaque nequaquam aberrarit, qui hanc mulierem pueri simul & matrem & patrem appellarit. Quanquam enim & uir addiderat semen, huius tamen deprecatio uim efficaciamque semini praebuit, effecitque ut Samuel auspiciationibus exordiis nasceretur. Neque enim quemadmodum in ceteris hominibus somnus & congressus tantum parentum, uerum etiam preces, lachrymae, fidesque fuerunt huius generationis principia. Eoque ceteris illustriorem habuit ortum, propheta propter matris fidem factus. De hac muliere forsitan aliquis non absurde dixerit. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metunt. Hanc aemulemur uiri, hanc imitemur foeminae: nam utriusque sexus magistra est mulier. Quae steriles sunt, ne desperent. Quae matres sunt, sic educet natos liberos. Sed oes simul imitemur mulieris philosophiam, quam habuit ante partum, fidem quam habuit in partu, curam studiumque quod habuit post partum. Quid enim esse possit illa muliere magis philosophicam animique moderatioris, quae calamitatem a deo intolerabilem, placide

placide fortiterque tulit, nec prius destitit, donec eam molestiam discussit, malique finem reperit, tum admirandum, tum incredibilem, nullo e terrenis accito adiutore & opitulatore. Non erat enim humanitatem domini, eoque sola illum adiit, & quicquid uoluit impetrauit. Neque enim humanum auxilium, sed diuinam gratiam requirebat, illius desperationis correctio: quod ea non nascebatur ex iactura pecuniarum, ut aliquis allato auro, diluere posset angorem: neque ex aduersa corporis ualitudine, ut accitis medicorum filijs morbum posset abigere. Natura erat maledictio obnoxia, caelestem manum desiderans. Eoque sane praetermissis omnibus terrenis ad naturam dominum confugit, nec prius destitit, quam illum fleteret exoraretque: ut orbita tem tolleret ac uulua aperiret, eque sterili faceret matrem. Itaque beata est & ob hoc, non quod mater facta sit, sed quod quum non esset, facta sit. Siquidem illud est naturae commune, hoc autem erat eximium foeminae meritum. Beata quidem igitur, & propter nixus illos, nihilominus tamen beata, propter omnia illa quae partum praecesserunt. Scitis enim profectio omnes, siue mulieres, siue uiri, nihil grauius aut intolerabilius accidere posse foeminae, quam ut liberis careat, adeo ut si mille prosperitatibus alioqui fruatur, dolorem ex hoc uulnere natum haud unquam ex animo ualeat depellere. Quod si id nunc post euangelij lucem a deo est intolerandum, quum ad maiorem philosophiam uocati sumus, quumque ad caelum tendentibus nullus est rerum praesentium respectus, sed ad alteram uitam adornamur, quumque multis laudibus effertur uirginitas: cogita quanta infelicitatis ea res uisatum fuerit, quum futurorum nulla esset spes, ac ne cogitatio quidem, ueteris illius legis aluminis, sed omnia fierent rerum praesentium gratia: quum id temporis sterilem & orbam esse foeminam, execrabile quiddam erat ac damnabile. Nemo possit eloqui, nec ullo sermone consequi, doloris magnitudinem ex hoc uulnere uenientis. testes uero sunt foeminae, quae quum in ceteris omnem praestiterint philosophiam, hanc infelicitatem non pertulerunt aequo animo, sed quadam maritis indignatae sunt, aliae sibi uitam iudicauerunt esse inuicendam. Hanc uero foeminam non anxietas modo a sterilitate proueniens, uerum & aliud quoddam obsidebat malum, ira uidelicet, propter aemulae opprobria. Et quemadmodum uenit ex aduerso inter sese concurrentibus, mediaque scapham dum inter se depugnat, corripientibus, ac multis fluctibus partim a proa partim a puppi insurgentibus gubernator clauo asidens seruat nauim, undarum incursum gubernandi prudentia depellens: sic & mulier tum illa, quum ira & angor in animum ipsius faceret impetum, rationem illius perturbantes, multosque fluctus excitarent, non tam biduum aut triduum, aut dies uiginti, sed ad totos annos (nam hoc uerum scriptura, ex multo tempore factum est) fortiter pertulit tempestatem, nec passa est rationem demergi. Siquidem dei timor tanquam nauclerum gubernaculis asidens, persuasit eam tempestatem magno animo perferendam esse, nec prius destitit mentem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum, onere plenam, hoc est uterum precioso thesauro onustum. Neque enim aurum argentum ue portabat, sed prophetam, sed sacerdotem. Eratque gemina eius uteri sanctificatio, & quod tali puero praegnans esset, & quod conceptionis initium, per deprecationem ac caelestem gratiam accepisset. Onus autem illud non solum erat inopinatum & admirabile, uerum & importationis modus fuit admirabilior: neque enim illud hominibus ullis uendidit, aut negotiatoribus, sed protinus ut exposuerat e scapha, deo uendidit. Tantum autem hac negotiatione lucrum fecit, quantum facere par est eam quae cum deo habuerit commercium. Etenim posteaquam eum foetum acceperat deus, redidit illi alterum filium, imo potius, non unum, neque duos, neque tres, neque quatuor tantum, sed his multo plures, ut iam usura sortis excederet. Talis enim est negotiatio commerciumque quod cum deo geritur. Non ille quantulamcunque sortis partem, sed multis partibus multiplicatam reddit. Neque solum dedit illi proles foemineas, sed ex utroque sexu lucrum illius cumu lauit, ut illi iam plenam ac perfectum contingerit gaudium. Haec eo commemoro, non ut laudemus tantum, sed et aemulemur huius mulieris fidem ac tolerantiam, quam ex parte quidem audistis hesterno die: Verum ut reliquias persoluamus concedite mihi pauca commemorare de sermonibus post primam deprecationem cum sacerdote eiusque ministro habitis, ut perspicatis mentem ac placidum huius mulieris animum. Et factum est, inquit, quum multiplicaret deprecationem in conspectu domini, Heli sacerdos obseruauit os illius. Geminam scriptor hic uirtutem in foemina suo testimonio comprobauit: in precibus asiduitatem instantiamque, & animi uigilantiam: illam quidem quam ait, multiplicauit; hanc, quum addit in conspectu domini.

Nam

Nam omnes quidem oramus, sed non omnes in conspectu domini. Etenim quū corpore in terra prostrato, & ore frustra delirante, mens ubiq; per domum ac forum circumuagatur: quo ore talis posset dicere, quod orauerit in conspectu domini: Nam in conspectu dei orat, qui orat undiquaq; colligens suam mentem, nihil habens cum terra commercij, sed ad ipsum deum totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa. Quem admodum id temporis hæc fecit mulier: totam enim sese collegerat ac mentem intendebat, atque ita deum inuocauit, animo dolente. Sed quomodo dicit, quod multiplicauerit precationem, quando exiguus est modus precationis quam fudit mulier. Neque enim in longum produxit sermonem, neq; in multum temporis extendit supplicationem, sed pauca nudaq; uerba proloquuta est. Adonai domine, eloi Sabaoth, si respiciens respexeris ad humilitatem ancillæ tuæ, meiq; memor fueris, nec obliuisceris ancillæ tuæ prolem masculam, offeram illam dono in conspectu tuo, usq; ad diem mortis ipsius. Vinum & quicquid inebriat, non bibit, & ferrū non ascendet super caput eius. Quæ est hic uerborū multitudo: Quid igitur innuit, quū ait, multiplicauit: Assidue sonabat eadē, nec destitit istdem uerbis iterandis multū temporis absumere. Ad hunc modum & Christus in euangelio docuit orare. Quum enim iussisset discipulis ne more gentium orarent, utentes multiloquio, etiam modum precationis docuit: ostendens ut exaudiamur, nō esse situm in uerborū multitudine, sed in uigilantia mentis. Quomodo igitur, dixerit aliquis, si paucis orandum est, parabolam eis proposuit, admonentē semper esse orandum: Vidua quædam erat, quæ assidue appellando, crudelem & inhumanū iudicem, neq; deum timentem, neq; homines reuerentē, frequēter adiens flexit. Quin nos & Paulus hortatur dicēs, precationi instantes. Ac rursus, indefinēter orate. Vtrumq; faciendū est, ut nec in longum uerba proferamus, & tamen assidue deprecemur. Hoc inquit, cum illo pugnat, sed non inter se pugnant ista. Absit hoc, sed magnopere inter se cōgruunt. Siquidē & Christus & Paulus iussit breues, sed crebras fieri precationes ex paucis interuallis: Nam si in longum extenderis uerba, quū frequenter parum sis attentus, multam audaciam diabolo suppediasti, ut accedat supplantetq; ac mentem ab his quæ dicuntur auocet. Quod si frequenter ac subinde oraueris, tempus omne crebris dirimens interuallis, facile poteris esse sobrius ac uigilans ut precationē multa cum attentione perficias. Quod sanē hæc fecit, dum non sermone prolixo, sed crebris ac frequentibus precibus adiit deum. Deinde postea quā sacerdos illi occlusit os: nam, hoc est quod ait, obseruabat os eius, & labia eius mouebantur, uox autem illius non audiebatur: coacta est obedire sacerdoti, & ab orando desistere. Et uox quidem illi interclusa est, at non est exclusa fiducia, sed uehementius etiam cor clamabat intus. Nam illa potissimum est deprecatio, quum ab intimis uoces sursum feruntur: hoc præcipue mentis est exercitatio, non intentione uocis, sed animi feruore precationem absolueret. Sic orauit & Moses: cui quū nihil uoce resonaret, deus tamen quid inquit, clamas ad me: Homines quidem externam hanc uocem tantū audiunt, at deus & ante hanc intus inclamantes audit. Itaq; fieri potest, ut etiam qui non clamant audiantur, ut per forum ambulans quis oret accuratissime, ut in confesso amicorū, aliorumq; , quiduis aliud agens uehementi clamore inuocet deum, clamore inquam interno, etiā si nihil faciat, quod à quoquam præsentium sentiat. Quod sanē tum hæc fecit mulier. uox inquit, illius non audiebatur & exaudiuit illam deus. Tantis erat illius clamor internus. Et dixit illi puer Heli, quousq; eris ebria: Discute uinum tuū abs te, & recede à conspectu domini. Hic potissimum licet huius mulieris philosophiam perspicere, Domi exprobrabat æmula, uenit in templum, & sacerdotis puer afficit illam contumelia, & increpat ipse sacerdos. Effugerat domesticam tempestatem, uenit in portū, & rursus inuenit undas. uenit acceptura medicamen, & uulnus exasperatum est. Scitis quomodo animi in incertore constituti, aduersus contumelias & conuicia sint affecti: Quemadmodū acerba uulnera ne leuem quidem manus cōtactū ferūt: sic & animus perturbatus difficilis est ac morosus, & ad oīa indignatur, quouisq; uerbo mordet & offenditur. Verū hoc nō accidit huic mulieri, ne tū quidē quū à puero cōuicijs peteretur. Nam si sacerdos fuisset cōuiciatus, nō erat perinde miranda tolerantia, propterea quod dignitatis magnitudo, ac magistratus autoritas uel inuitam illam cōpulsisset ad molestiam. Nunc uero nec aduersus sacerdotis puerum indignata est, quo magis etiam sibi conciliauit deum. Sic enim res habet, quous opprobrijs milleq; malis

malis affectū, conuiciantes excelsio ferimus animo, maiorem nobis à deo beneuolentiam conciliamus. Et unde hoc liquet: ex his quæ euenere Dauidi. Quid autem illi euenit: Exulabat aliquando è patria, simul & de libertate & uita sua periclitans, & exercitu aduersus intemperantem illum iuuenem tyrannū ac parricidam instructo, errabat in desertis. Nec tamen indignatus est, nec despondit animum apud deum, neque dixit: quid tandem hoc rei est: permittit, ut filius insurgeret aduersus illum, à quo progenitus est, qui etiam si quid haberet, de quo iuste queri posset, non oportuit tamen id facere. Nunc uero nec in paruo nec in magno læsus à nobis, obambulat cupiens dextram paterno sanguine polluere, & deus hæc uidens patitur. Sed nihil horum dixit. Quin quod profectio maius est & admirabilius, errantem & undiq; expulsum Semei quidam uir improbus ac scelestus insectatus est, homicidio pollutum & impiū appellans, alijsq; innumeris conuicijs impetens. At ne sic quidem fuit exasperatus. Quod si quis dixerit. Quid miri, si non ultus est, quum propter imbecillitatem ulciscēdi potestatem non haberet: Primum illud dixerim. Non perinde mirarer eum, si diadema gestans & regno potiens, inq; throno sedens conuiciantem pertulisset, ut nunc illum & laudo & admiro tempore calamitatis philosophantem animoq; moderantem. Nam illic & imperij magnitudo, & conuiciantis uilitas, sæpenumero persuasit, ut contumeliam negligenter. Multi reges frequenter similem animi moderationem præstitērunt, qui insignem conuiciantium insaniam acceperūt pro excusatione. Neque enim æque nos in rerū prosperitate atq; in aduersis opprobria mordere solēt. Sed ubi concidimus, tunc magis pungunt nos, acriusq; mordent cōuicia. De hoc porro, & aliud quiddam licet cōmemorare, uidelicet quod illi fuerit in manu uindictam sumere. Atq; uti perspicias eam animi moderationem non fuisse impotentiam sed patientiam, quū id princeps exercitus cuperet sibi cōmitti, ut ad conuiciantē transiret, eiusq; caput amputaret, non solum nō permisit Dauid, uerum etiā indignatus est dicēs. Quid mihi tecū fili Saruig, finite illum maledicere, ut uideat dominus humilitatem meam, & reddat mihi bona pro maledictis huius in die hoc. Quod quidem & euenit. Vides quod iustus intellexit magno animo perpeti conuicia, occasionē esse maioris probationis. Hanc ob causam & Saulem aliquid quando nactus inter geminum parietē, quū esset occidendi facultas, pepercit, idq; quum comites hortaretur ut stringeret gladium. Sed neq; tam prompta occidendi facultas, neq; comitum qui aderant prouocatio, neq; multarum iniuriarum, quas perpeffus fuerat memoria. Neq; enim illū perinde miror, priusquā esset ab uxore instigatus, ut post illud perniciosum consilium, Verum ne cui uideatur incredibile quod narro, frequenter quos ipsa rerum natura non subuertit, uerbum corruptaq; exhortatio deuicit. Quod quū non ignoraret diabolus, post insidicum uulnus ipsa malorū experientia, etiam per sermones fecit insultum. Nimirum hoc est quod fecit in Dauide, posteaquam enim uidit illum infracto animo tulisse filij rebellionem, & impiam illius tyrannidem, uolens supplantare Dauidis mentem, atq; ad iracundiam percellere, aggressus est illum amarulentis Semei uerbis, hoc agens ut morderet & exasperaret animum illius. Hoc ipsum & in beatū Job astu molitus est. Ut enim perspexit & illum sua deridere iacula, neq; secus atq; turrim quandam adamantinā aduersus omnia fortiter consistere, obarmauit in eum uxorem, quo uidelicet non esset suspectum consilium, & uenenum uerbis foeminae texit, calamitatē exaggerans. Quid igitur beatus ille ac magnanimus? Quor loquuta es, inquit, sicut una de stultis mulieribus. Si bona accepimus de manu domini, mala non excipiemus: Nam si nō esset, inquit, dominus, neq; tanto nobis excellentior, sed amicus aliquis pari loco & cōditione, quam haberemus excusationē, si tot tantisq; affectū beneficijs, diuersa nolimus perferre? Vides ut uir deū diligens, excelsio est peccatore, nec effertur animo nec gloriatur, quod plagas illas humanam naturam excedentes fortiter toleret, neq; sua sapientia tribuit, non insolentit tam insigni tolerantia, sed perinde quasi debitū exoluisset, nihilq; præter æquū accidisset, ita ex superfluo mulieri os occlusit. Idem factum est in hac muliere. Nam simul ut Satanas perspexit eā magno animo ferre sterilitatē, adiit sacerdotis puerū, qui magis illā exacerbaret. At nihil horū accidit mulieri, Sed domi præparata ad perferenda maledicta, æmulæq; conuicijs exercitata, intrepide iam aduersus eiusmodi insultus colluctabatur. Quapropter & in tempore multam præstitit humanitatem, admodum uirtiliter magno animo scommata perferens, dum audit temulenta ac uinolenta. Nihil aut uetat & ipsa mulie

ris audire uerba. quum enim puer dixisset, digere uinum tuum abs te, & recede à cōspectu domini; respondit Anna & dixit, nequaquam domine. Qui contumeliose loquutus fuerat, eum appellat dominum, Non dixit quod plerique solent homines, Ista ne sacerdos; Ista qui alios docet, temulentiam ac uinolentiam mihi exprobrat: Sed illud spectabat, quomodo suspitionē depelleret, licet falsam. Nos contra, si quando conuicijs appetimus, quū oportet excusare & in gratiam redire, frequenter excitamus incendium, ac ferarum in morem insilimus in conuiciatores, praefocantes, obstricō collo trahentes, pro dictis supplicium reposcentes. At qui his ipsis factis suspitionem de nobis cōfirmamus. Nam si cupis exprobrantibus ostendere, te non esse temulentū, ostende per mansuetudinē, ostende per humanitatem, non per contumelias & conuicia. Nam si percusseris eum qui te affecit conuicijs, temulentiam tuam condemnaturi sunt omnes, Sin magno pertuleris animo, factis ipsis depuleris malā de te suspitionē: id quod tum haec fecit mulier. Quū enim diceret nequaquam dñe, re nimirū ipsa declarauit, falsam esse illius suspitionē. Vnde aut hoc uel suspicari potuit sacerdos? Neq; enim ridentem uidit, neq; saltantem, neq; uertigine concidentem, non audiuit ullum uerbum obscœnum aut illiberale sonantem. Vnde igitur concepit hanc suspitionem? Haud ille quidem temere nullaq; de causa conceperat eam, sed ex diei tempore, erat enim meridies quum precaretur illa. Vnde hoc liquet? Ex his quae locum hunc praecedunt. Surrexit inquit Anna, postquā illi comederant & biberant in Silo, & constitit in conspectu domini. Quod omnes faciunt tempus relaxationis, illa fecit tempus deprecationis: post conuiuium accurrens ad supplicationē, fontes lachrymarū emisit, mentemq; praese tulit sobriam ac uigilantem: ac post epulas adeo intente orauit, ut donum acciperet supra naturam, soluereq; sterilitatē ac naturā imbecillitatem corrigeret. Hoc igitur à femina lucro consequuti sumus, ut sciamus & post conuiuium orare. Quisquis enim ad hoc praeparatus fuerit, nunquam in ebrietate aut uinolentiā incidet, nunquam edacitate distendetur, sed quoniam expectationē precationis habet pro freno impositam animo, conueniente mensura attinget ex omnibus quae fuerint apposita, multaq; benedictione tum animā tum corpus implebit. Siquidem cōuiuuiū quod à precatione cepit, in precationē desinit, nunquam deficiet, sed quouis fonte uberius nobis omnia adferet bona. Ne igitur tantū negligamus lucrum. Absurdum enim fuerit, si quum famuli nostri, si quando partem aliquam eorum quae nobis apposita sunt acceperint, nobis gratias agā, beneq; nobis precantes abeant: nos quum tot tantisq; fruamur bonis, ne hoc quidem honoris deo persoluamus, praesertim quū hinc multam sumus assequuturi securitatem. Vbi enim precatio & gratiarum actio, eo sancti spiritus aduenit gratia, abiguntur daemones, & omnis aduersaria potestas diffugit ac discedit. Qui se conuersurus est ad orandum, nō audeat quicquam absurde loqui, ne in medio quidem cōuiuio: aut si loquutus fuerit, mox resipiscit. Proinde oportet, tum in initio tum in fine conuiuij gratias agere deo, ob hanc praecipue causam, quod quemadmodum dicere coeperam, haud facile prolabemur in ebrietatem, si nos ipsos in hanc consuetudinē constituimus. Quin si quādo surrexeris crapula potuq; grauatus, ne sic quidem abijcies consuetudinē: sed quamuis habeamus grauatum caput, quamuis uertigine circumferamur, & concidamus, nihilo secius tamen orabimus, nec abolēbimus consuetudinē. Etenim si praecedenti die ad hunc oraueris modum, post die corriges dedecus pridie commissum. Quoties igitur prandebimus, meminerimus huius mulieris, & illius lachrymarū, nec non praeclearae eius ebrietatis. Nam ebria erat mulier, non è uino, sed ex abundantia pietatis. Etenim si post prandium talis fuit, qualis erat sub auroram: Sin tam instanter orauit post cibū & potum, qualis erat ieiuna: Redeamus igitur denuo ad uerba illius, uerba multae plena philosophiae, multaq; referta mansuetudine. Quum enim dixisset, nequaquam domine, subtexuit. *Mulier in duro die sum ego, uinum & quod inebriat non bibi.* Obserua quomodo nec hic cōmemorat amulā conuicia, neq; traducit illius maliciam, nec domesticā calamitatem exaggerat euulgans, sed haecenus aperit suam anxietatem, ut tantū sese apud sacerdotem purgaret. *Mulier in duro die ego sum: Vinum & quicquid inebriat non bibi, sed effundo animam meam coram domino.* Non ait deprecor dominum, supplico domino, sed effundo animam meam coram domino, hoc est, meipsam totam conuertit ad dominum, mentem meā exinanit apud illum, toto animo totaq; uirtute precationē meā peregi. Deo narraui calamitatē meā, ostēdi uultus, ille

nus, ille potest dare remedium. Ne des ancillam tuā in faciem in filiam pestilentem, Rursum ancillam appellat seipsam, multam adhibens curam, ne à sacerdote malam referat opinionem, nec apud se dixit. Quid mihi cura est istius calumniae? ignoranter ac temere accusat, suspicatur ubi nihil erat opus, Mea conscientia pura esto, & omnes me traducant: sed apostolicam illam impleuit legem, quae iubet ut prouideamus bona, non tantū coram domino, sed etiam coram hominibus. Atq; omni modo suspitionē depulit, quū ait, ne des ancillam tuam in faciem, in filiam pestilentem. Quid autē est in faciem? Ne me existimes effrontem & impudentem esse. Angoris nō uinolentiā est haec audacia, mœroris nō ebrietatis. Quid igitur sacerdos? Considera & illius prudentiam. Non inquisiuit curioso de genere calamitatis, nō exactius scrutatus est angoris causam, Sed quid ait? Vade in pace, dabit tibi dominus deus Israel omnem petitionem, quam ab eo petisti. Mulier ex accusatore fecit patronum, Tanta res est humanitas ac mansuetudo. Pro contumelia, copioso accepto uiatico discessit, eumq; nacta est propugnatorē & intercessorem, quem habuerat oburgatorem. At ne sic quidem destitit, sed rursus ait, inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis: hoc est, utinā è sine rerumq; exitu discas, quod hanc deprecationē obsecrationemq; fecerim non ex uinolentiā, sed ex angore. Et quū abisset, inquit, non amplius concidit. Vides mulieris fidem? priusquā acciperet quod postularat, perinde confisa est, quasi iam accepisset. In causa erat, quod oraret multo cum feruore, multoq; studio citra ullam haecitationem aut dijudicationē. Hanc ob rem abijt animo pacato, quasi totū impetrasset. Quin insuper deus iam totam anxietatem illi excusit ex animo, largiturus donum quod petebat. Hanc femina imitemur & nos, & in omnibus afflictionibus ad deum cōfugiamus. Et si nobis non fuerint liberi, ab illo postulemus: quos si acceperimus, multa cura educamus: adolecentes quū ab omni uicio seuocemus, tum praecipue à lascitia, quod hoc difficile sit bellum, nec alia res molestior est illi aetati, q̄ hic morbus. Vndiq; igitur circūualle mus illos cōsilijs, adhortationibus, terroribus, minis. Si hanc deuicerint cōcupiscentiam, nec ab alijs facile expugnabuntur, sed & pecunijs erunt superiores, & temulentiam uinolentiamq; superabunt, & improbos conuictus omni studio discutient, & amabiliore erūt parentibus, & omnibus hominibus magis reuerendi. Quis enim nō reueratur iuuenem caste sobrietq; uiuentem? Quis non amplectatur ex osculeturq; eum qui cupiditatibus frenum imposuit? Quis non uel è numero praediuittū multa cum gratia uolet illi locare filiam suam, etiam si fuerit omnium pauperrimus. Sicut è diuerso, luxuriose uiuentem, etiā si fuerit omnium opulentissimus, nemo tam miser est, nemo tam abiectae fortunae, ut sibi generum uelit asciscere. Contra nullus adeo stultus est, ut sobrium ac pudicum respiciat, & hoc honore iudicet indignum. Vt igitur filij nascantur & hominibus reuerendi, & deo amabiles, exornemus illorū animos, cumq; pudicitia ad coniugium perducamus. Hoc enim modo tum illis uelut è fonte prouenient omnia, & deum habituri sunt propitium, deniq; tum huius praesentis tum futurae uitae gloria perfruentur. Quam assequi contingat nobis omnibus gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria simul cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE ANNA, DE QVE SAMVELIS EDUCATIONE,
& quod utilis sit in pariendo tarditas, & quod periculosum sit liberos negligenter habere.



ISI uideor aliquibus fastidio esse fatietatem adferens, uolo idem argumentum rursus attingere, quo de uobis heri differui: uosq; ad Annam introducere, atque in pratum uirtutum illius inducere sermonem, pratum inquam, non quod rosaria profert aut alios flores, qui marcescunt, sed quod deprecationem, ac fidem, magnamq; tolerantiam. Siquidem haec sunt longe uernis floribus redolentiora, ut quae non aquarum fontibus, sed lachrymarum hymbre rigantur. Neq; enim perinde amnium fontes, floridos reddunt hortos, ut plantam deprecationis fontes lachrymarum irrigantes faciunt in summam altitudinē excurrere. Quod huic contigit mulieri. Simul enim ut loquuta est, subuolauit in coelū eius deprecatio, ac fructū ipsi produxit tempestiuum, sanctum uidelicet Samuelem. Nolite igitur moleste ferre, si rursus idem argumentum tractare incipimus. Neq; enim uetera dicemus, sed noua quaedam ac

recentia. Nam in conuulso corporali, ex eodem obsonio multa eduliorum genera potest aliquis conficere. Quin & aurifices utilem ex eadem auri massa, & armillas, & in aures aliasq; multas res aureas fingere. quanquam enim eiusdem generis est materia, ars tamen est uaria, nec coarctatur similitudine materiae subiectae, quod ipsa sit copiosa uarijque artificij, multo uero magis spiritus gratia. Nam quod gratiae mensa sit uaria, multiformis, & opipara, audi Paulum dicentem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alij uero sermo cognitionis, alij rursus fides, alij uero dona sanationum, subuentiones, gubernationes, genera linguarum, haec autem operatur unus & idem spiritus, diuidens seorsum cuiq; ut uult. Multa, inquit, flumina, sed unus est fons. Varia sunt edulia, sed unus est conuiuator. Ergo quum tam magna tamq; multiplex sit spiritus gratia, ne defatigemur. Scimus eam fuisse sterilem, scimus eam factam matrem, scimus lacrymasse, scimus gauisam esse. Ac tum simul cum illa indoluimus, simul cum illa gaudio afficiamur & hodie. Sic & Paulus iubet gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, id uero faciendum est, non solum super his qui nostris uiuunt temporibus, uerum etiam super his qui olim nati fuerunt. Ac ne quis mihi dicat, quid fructus capiam ab Anna, & ab illius commemoratione? Si quidem & orbæ poterunt discere, quomodo ualeant fieri matres; rursus matres scient, quæ sit optima ratio liberos educandi, nec foeminae tantum, sed & uiri plurimum ab hac historia fructus auferent, si hinc didicerint, placido mitiq; erga uxores esse animo, etiam si sterilitatis uicio laborent, quemadmodum Helcana erga Annam fuit affectus. nec uero hoc solum, sed & aliud quiddam boni lucrifacient, quum didicerint patres omnes oportere liberos qui nati fuerint educare deo. Ne igitur quoniam pecunias & argentum accipere ex hac narratione non licet, existimemus sermonem nobis infrugiferum esse: sed ob id ipsum arbitremur lucrosum & utilem, quod non aurum argentum uel, sed quod his longe maius est, animi pietatem caelestesq; thesauros nobis ostendit, docens quo periculum omne de pellamus. Si quidem præbere nummos & hominibus in procliuem est, ceterum corrigere naturam, ac talem merorem excutere, talem animi cruciatum tollere, animum iam collapsurum erigere, nulli quidem hominum, sed soli naturæ domino in manu est. Tu uero si quum morbo laborares insanabilis, percursa tota ciuitate, pecunias impendisses, pluribus utens medicis, nec ullum mali solatium reperisses, incideres in mulierem, quæ quæ eodem morbo teneretur, liberata sit, haudquaquam desineres obsecrare, rogare, exhortari, ut eum tibi commonstraret cuius opera fuisset sanata. Nunc uero quum uideas Annam in medio sanantem, suumq; morbum enarrantem, & eiusdem remedium commemorantem, ac medicum ultro commonstrantem, nullis obsecrationibus, nullis precibus adductam, non accedes acceptura remedium? Nec audies tota cum attentione historiam? Hoc si piget quid unquam boni poteris consequi? At alij frequenter magna etiam emensi sunt maria; longinquas peregrinationes susceperunt, pecunias impenderunt, labores perpessi sunt, ut medicum commonstratum in peregrina regione conspicerent, idq; quum non admodum certa esset fiducia, ut prorsus à morbo liberarentur. At tu o mulier, quum non sis initura perfectionem transmarinam, nec ultra patriæ fines demigratura, nec ullum laborem similem perpessura, & quid dixi, ultra patriæ fines, quum nec ipsum domus limen transire cogaris, sed uel in ipso thalamo possis conuenire medicum, citraq; internuntium ullum cum illo colloqui de quibuscunq; uolueris, (Deus omnium inquit, appropinquans ego sum, & non deus procul) differs & cunctaris? Et quam habitura es excusationem, quam consequeris ueniam, si quum procliuem & undiquaq; facilem uiam inuenire possis, qua ab urgentibus malis libereris, per socordiam tuam ipsius salutem prodideris? Hic enim medicus non sterilitatem, sed & omne morborum genus, tum corporis, tum animi sanare potis est, si uelit tantum. Neq; id solum mirandum est, quod citra laborem sine peregrinatione, sine impendissis, absq; intercessoribus curationem adhibet, uerum etiam quod citra dolorem. Neque enim ferro igniue nouit tollere malum, quemadmodum ceteri medici faciunt: sufficit uel simplex nutus, ac protinus omnis angor, omnis dolor, omne malum fugit atq; exulatum abicit. Ne cunctemur igitur ac procrastinemus, licet pauperes simus, & ad extremam redacti egestatem. Neq; enim hic numeranda est pecunia, ut inopiam possimus obtinere, Hic nimirum medicus non argentum pro mercede petit, sed lacrymas, preces, ac fidem, Haec si portas ad illum accelleris, quicquid omnino postularis accipies, multoq; cum gaudio discedes.

Atq;

Atq; id sane quum multis ex rebus cognoscas licet, tum uero precipue ex hac muliere, quæ non aurum non argentum exhibuit, sed preces, fidem & lacrymas obtulit, atq; ita quicquid petijt consequuta discessit. Proinde ne putemus hanc narrationem nobis infrugiferam esse, quando quidem scriptura haec commemorat ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Sed ad eam eam, discamus quomodo liberata sit malo, & quid egerit morbo leuata, & quo pacto fuerit usa munere à deo dato. Sedit, inquit, & lactauit Samuelem, Ergo conspiciebat deinceps infantem illum, non tantum ut infantem, uerum etiam ut rem deo consecratam: eoq; matri geminus amoris stimulus insitus est, alter à natura, alter à gratia. Ac mea quidē sententia, etiā reuerebatur puerum suum. Etenim si qui phialas poculaue aurea deo dicaturi sunt, posteaq; ea iam cōfecta acceperint, domiq; reposuerint nequaquam ea quasi prophana uasa intuentur, sed tanquam deo sacra, nec audent ea temere citraq; causam attingere, quemadmodum cætera: multo magis hæc mulier simili animo attendebat ad puerum etiam priusquam illum in templum induceret: & diligebat in pensus, tanquam filium, & curabat tanquam deo dicatum, existimans se per illum sanctificatum iri, quando domus ipsius iam erat facta templum, ut quæ prophetam ac sacerdotem intra se contineret. Non solum autem ex eo quod illum deo spopondit, uerum etiam ex hoc quod non ausa sit ascendere in templum, priusquam ablactasset infantem, foeminae pietatem licet perspicere. At enim uiro suo, non ascendam donec ascendat puer mecum. Quum autem ablactauero illum, offeretur in conspectu domini, & sedebit illic in auum. Non existimabat esse tutum relicta domo ascendere in templum, quod quum accepisset donum non sustineret absque dono comparere. Rursus adducto illo ac mox recepto descendere uerebatur. Eoq; tanto tempore remansit, ut cum dono compareret. Adduxit, ac reliquit, nec puer à mamma diuulsus moleste tulit, quum sciatis quam soleant indignari pueri quoties à lacte depelluntur. Verum nec ipse puer aegre tulit à matre diuulsus, sed ad dominum respexit, qui matrem creauerat: nec ipsa mater doluit à puero seiuncta, propterea quod naturalem affectum, uicem interueniens gratia: & uterq; se alteri cōiuiuere existimabat, quemadmodum eodem in loco fixa uitis, in longum producit palmites, & uua multo interuallo pendens, cum radice habet commercium. Itidem & in hac accidit foemina, quæ in urbe manens usq; ad templum extendit suum palmitem, atq; illic uua suspendit maturam: nec interuallum illud, ullum attulit impedimentum, quum charitas quæ secundum deum est puerum matricopulari. Quamq; enim puero atas erat immatura, uirtus tamen aderat matura, nam ascendentibus in templum omnibus multæ religionis ac pietatis magister factus est. Si quidem illi dum inquirunt discuntq; modum natiuitatis illius, abunde magni solatium accipiebant spei quæ est erga deum. Neq; quicquam uulso puero tacitus descendebat, sed oēs glorificabant illum à quo præter spem datus erat. Hanc ob causam deus distulit partum, ut hanc auerget uoluptatē, ut mulierem redderet illustriorē. Nam quicumq; calamitatē eius nouerāt, hi testes facti gratiæ dei: & quod longo tempore mansit in orbitate, effecit, ut & ipsa multis esset notior, & ab omnibus beata prædicaretur essetq; apud omnes in admiratione. Postremo in causa fuit, ut per illam deo gratias agerent quam plurimi. Hæc ideo loquor, ut etiam si nos foeminas sanctas nouerimus in orbitate degentes ne moleste feramus neue indignemur, neq; ita loquamur apud nos ipsos: Quare tandem deus despexit mulierem, tanta pietate præditam, nec dedit prolem? Neq; enim ista sunt negligētis, sed hoc nobis expedire, melius scientis q̄ nos ipsi scimus. Ascendit igitur in templum, & agnellum induxit in ouile, ac uitulū perduxit ad armentum, & in pratum deduxit rosam à spinis liberā, rosam inquam quæ nunquam marcescit, sed floret perpetuo, quæq; possit ad ipsum usq; coelum exilire, cuius fragrantia in hodiernum usq; diem iuuantur ac reficiuntur oēs qui terrarum incolunt orbem. Tantus annorum numerus præterijt, & tamen uirtutis illius fragrantia semper auerscit, nec tanta temporis magnitudine facta est languidior. Talis enim est rerum spirituum natura. Ascendit igitur præclarum illud germen transplantans: & quemadmodum in dustris agricolæ, primum semen in terram deponunt, cupressi aut aliarum arborum similitudine, deinde ubi conspexerunt è semine factam arborem, non relinquunt in eadem terra, sed inde reuulsam plantulam in aliud transferunt solum, ut terra in recens gremio suo exceptam illius radicem, puram & integram uim suam proferat, ad nouam educationem. Itidem & hæc fecit mulier, quæ puerum præter spem profeminatum in illo utero, à domo transtulit & in templum

Tom. 8

o 2 transplan

transplantauit, ubi perpetua sunt fontium scatebrae & irrigationes spirituales, ut uidere licuerit illud propheticum in illis impleri quod Dauid dixit ita canens. Beatus uir qui non ambulauit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & super cathedram pestilentiae non sedit: sed in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte, & erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Neque enim post maliciae experientiam uenit ad maliciae remissionem, sed ab ipsis conuulsis ad uirtutem transiit, non habuit consortium cum confessoribus iniquitati obnoxiijs, neque communionem habuit cum conuentibus impietate plenis: sed prima statim puericia, à mamma matris uenit ad mammam spiritualem: & quemadmodum arbor perpetua irrigatione in magnam excrescit altitudinem, sic & hic diuinorum eloquiorum doctrina assidue irrigatus, ad uirtutis fastigium peruenit. Age uideamus quomodo illum plantarit, afficemur mulierem, simul cum illa templum ingrediamur. Ascendit inquit, cum illo in Silom, in uitulo triennante. Iam geminum sit sacrificium: & erat uirtulus hic irrationalis, ille rationalis: & illum quidem sacerdos immolauit, hunc uero dedicauit mulier. Eratque mulieris uictima melior quam hostia, quam obtulit sacerdos, propterea quod hanc suorum uiscerum facta est immolatrix. Imitata est patriarcham Abrahamam, cumque illo certamen suscepit, sed ille quidem filium receptum reduxit de monte, hanc uero reliquit in templo, ut illic perpetuo maneret. Quin potius ille quoque totum dedicauit, caue iam illud species quod non occidit, sed quod animo totum peregerit. Vidisti foeminam cum uiro decertantem, uidisti nihil à sexu uertitum, quo minus amularetur Patriarcham. Sed uideamus quomodo illum consecrarit, Adijt, inquit scriptura, sacerdos, ac dixit illi. In me dñe. Quid tandem est illud, in me? Ausculta, inquit, diligenter quae loquar: Quonia multum temporis iam intercesserat, studet illa quae prius dicta fuerant in memoriam reuocare. Eoque dicit, in me dñe. Viuit anima tua. Ego sum mulier quae constiti in conspectu tuo, deprecans dominum pro puero hoc, Effudi preces ad dominum, & ille dedit mihi petitionem quam petebam ab eo. Et ego comodo illum domino, ut seruiat domino omnibus diebus uitae suae. non dixit, ego sum illa mulier cui tu exprobrasti, quam maledictis impetisti, quam uelut temulentam & ebriam derisisti, eoque deus tibi declarauit me non esse uiolentam, te uero crimen hoc temere mihi impigisse: nihil huiusmodi uerborum asperorum dixit, sed multa cum mansuetudine loquitur: quanquam quum haberet rerum euentum sibi patrocinantem, iure potuisset exprobrare sacerdoti, quod id temporis ipsam temere ac citra causam in cufasset, nihil horum facit, sed tantum commemorat dei erga se beneficentiam. Considera uero gratum ac prudentem ancillae animam. Quum affligeretur nemini suam aperuit calamitatem, ne sacerdoti quidem dixit: amulam habeo mulierem, quae mihi exprobrans conuiciasque chorum habet liberorum: ego uero quae modestam mansuetudinem colo, ad hunc usque diem nondum potui fieri mater: sed deus conclusit uulnam meam, quum uideret afflictionem meam, non est miserus. nihil horum dixit, sed suppresso calamitatis genere, tantum indicauit se animo angere, dicens, mulier in duro die ego sum, ne illud quidem dicatur nisi sacerdos huc compulisset, suspicans eam esse temulentam. At postea quae id uulnus sustulit, deo dante quod postularat, tum demum dei beneficentiam aperit sacerdoti, cupiens illum in agendis gratijs habere consortem, quemadmodum prius habuerat in precando. Atque pro puero hoc precabar, deditque mihi dominus petitionem meam quam petebam ab eo. Et nunc comodo eum domino. Vide quae sit modesta. Ne putes, inquit, me magnam rem aut admirandam facere, quod infantem dedico, non ego huius beneficii sum autor, sed persoluo debitum. Depositu accepi, & hoc ei restituo qui dedit. Atque haec dum loquitur, seipsam quoque dedicauit cum puero, quasi solido quodam naturae affectu seipsam templo alligans. Etenim si ubi est thesaurus hominis, illic est & cor eius, multo magis ubi puer mulieris, ibi & mens illius erat, atque uterus illius rursus implebatur benedictione: Nam simul atque haec dixerat, oraueratque, audi quid loquatur sacerdos Elcana. Reddat tibi dominus semen alterum ex muliere ista, pro scenore, quod domino scenerasti. Initio non dixerat, reddat tibi, sed quid dedit tibi dominus, quicquid postularis. Verum postea quae illa deum fecerat debitorem, ait reddat tibi, bona de futuris spem praebens. Etenim si dedit, quum nihil deberet, multo magis redditurus est postquam accepit. & hic primus ex deprecatione, & post hunc ceteri benedictione duxerunt originem, totus autem mulieris fructus sanctificatus est. Atque hic primogenitus foeminae uirtuti debebatur, alter uero mulieris ac sacerdotis erat communis, nec secus quam

terra.

terra pinguis ac fertilis, postquam accepit felicia semina, ostendit nobis segetes: sic & mulier haec quoniam cum fide excepit uerba sacerdotis, alias nobis latas aristas produxit, ueteremque maledictionem Euae mutauit, pariens ex deprecatione ac benedictione. Et tu igitur o mulier hanc amulare, & si sterilis fueris talem precationem exhibe, sacerdotem accerse, ut tecum suscipiat apud deum legationem. Omnino si cum fide uerba exceperis, patrum benedictio in fructum exibat ac maturum. Quod si mater fueris, ad huius exemplum conserua filium tuum deo, & in templum adducito. Quin ipsum potius templum deo regale para. Membra, inquit, uestra corpus Christi sunt, ac templum sancti spiritus qui est in uobis. Ac rursus, inhabitabo inquit, in uobis & inambulabo. An non absurdum est nos domum ueterem, ruinam minitantem fulcire, pecunias impendentes, fabros accerentes, denique nihil non facientes: domum autem dei (nam dei domus esse debet adolescentis anima) ne uulgari quidem dignari cura. Vide ne idem audias quod olim audiere Iudaei. Nam illi postea quae captiuitate templum materiale conspicientes neglectum, priuatas aedes suas exornarunt, adeo deum exasperarunt, ut mitteret eis prophetam, qui famem minaretur, magnamque rerum necessariarum penuriam, atque hanc combinationis causam eloqueretur. Vos quidem in domibus undique habetis mansiones, domus autem mea deserta est. Quod si illius templi neglectus tantam excitauit iram numinis, multo magis huius templi neglectus ad iracundiam prouocabit dominum. Siquidem hoc templum tanto est illo honoratius, quo plura habet sanctimoniarum symbola. caue igitur committas, ut templum dei fiat spelunca latronum, ne & alteram audias oburgationem, qua Christus oburgauit Iudaeos, dicens domus patris mei domus deprecationis est, uos autem fecistis eam speluncam latronum. Sed quomodo fit spelunca latronum? Quum patimur illiberales ac seruiles concupiscentias intrare sedemque figere in adolescentulorum animis, Tales enim cogitationes grauiiores ac perniciosiores sunt latronibus, quae puerorum ingenuitate uertunt in seruitutem, ipsosque brutis cupiditatibus dedunt in seruitutem, undique confodientes illos, ac mentem illorum multis implentes uulneribus: quapropter super his quotidie dispiciamus, & uerbis proscutica utentes oes id genus affectus ab illorum animis depellamus, quo uidelicet filij nobiscum coelestis ciuitatis ualeant esse participes, & uniuersum cultum qui celebratur illic rite peragere. An non uidetis frequenter quod qui in urbibus uersantur pueros nuper à lacte depulso faciunt Thallophoros, aut agonothetas, aut certaminum praefectos, aut chorearum magistrum faciunt: Idem & nos facimus, à primis statim annis inducamus eos ad disciplinam Reip. coelestis. Siquidem haec terra, quum impendium adferat, fructum tamen nullum habet. Nam quae so te, quis fructus esse possit è populari applausu? Simul ut uespera nos occuparit, ilico plausus ille totisque tumultus emarcescit, ac festo peracto, perinde quasi in somnis fuerint deliciae, ita omni uoluptate destituti consistunt, dum nec à corona, nec à magnifica ueste, nec à reliquo fastu uniuerso conceptam uoluptatem, si quarant inuenire ualeant, quod omnia illa quouis uento celerius praetercurrant. ceterum in coelesti politia omnia secus habent, citra impendium lucrum adferunt & copiosum & stabile. Nam illic non homines ebrii, sed angelorum populus iugiter applaudit rem gerenti. Sed quid dixi angelorum populus? ipse angelorum dominus, laudabit & comprobabit illum, Nec uno alteroue die aut tertio, sed in aeternum triumphat illic, gestans coronam, nec unquam caput illum uidebis ea nudatum gloria: neque enim illius celebritatis tempus certis diebus circumscribitur est. Huic cultui nunquam paupertas esse possit impedimentum, sed usque ad futurum seculi immortalitatem extenditur. Verum & pauperi licet hoc celebrare festum, imò pauperi maxime, quippe qui ab omni mundi fastu strepituque sit liberi: neque enim opus est pecuniarum impendijs & opulentijs, sed animo puro, ac mente sobria. Haec enim est quae illius politiae uestes texit anime, haec quae coronas concinnat, quae nisi uirtutis officijs fuerit exornata, nulli usui fuerit auri magna copia, sicut è diuerso nec damno erit paupertas, si diuitias intus habeat repositas. Hanc celebritatem non modo masculi liberi, sed & filiae nobis celebrent. neque enim quemadmodum in externa administratione uiris tantum imperatum est hoc festum peragere, uerum & foeminas illud recipit Theatrum, & senes & iuuenes, & seruos & ingenuos. Vbi enim animi spectaculum est, ibi non sexus, non aetas, non dignitas huius seculi, non aliud quicquam impedire potest. Eoque uos oes exhortor, ut à teneris statim annis, & filios & filias, huiusmodi functionibus dedatis: & huic administrationi congruentes diuitias eis addatis, non aurum confodientes, non argentum congregantes, sed modestam, &

Tom. 3

o 3 bria

brietatem ac pudicitia, reliquiasq; uirtutes oēs in animis eorū reponentes. Hos enim sumptus exigit illa functio. Si hāc igitur opulentiam tum nobis, tum filijs collegerimus, & in praesenti uita multū splendoris cōsequamur, & in futura uita beatā illam uocē audiamus, per quā Christus oēs qui ipsum professi fuerint, suo ornatu praerogant. Professio autē nō tantum fit per fidem, uerum etiā per opera, adeo ut si hāc ab sint, ueniamus in periculum necum abnegantibus poenas luamus. Neq; enim unus est abnegandi modus, sed multi ac multiplices, quos Paulus nobis describens ita loquitur; profitentur se nosse deum, sed factis negant. & rursus, Si quis suorū & maxime domesticorū, curam non habet, fidem abnegauit, & est infideli deterior. & iterū, fuge auariciā, quae est idolorū cultus. Quū igitur tot sint abnegandi modi, manifestū est totidem esse profitendi, ac multo etiā plures. quibus omnibus profiteri studeamus, ut & ipsi in caelis honorē cōsequamur, munificētia & bonitate domini nostri Iesu Christi, per quē & cum quo patri gloria simul cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

ERASMVVS ROTERODAMVS LECTORI S. D.

Quum aggressus essem uertere cōmentarios in acta apostolorū, cepi de titulo subditare, nō quod displiceret opus, sed quod stilus haberet cōcōsum quiddam & abruptum, id quod à phrasi Chrysostomi uidebatur alienū. Quanquā alioqui multa congruebant, crebrae percontatiunculae ac dialogismi, & illud *ὁρα* & *ὁρα*s, quibus subinde lectori renouat attentionem. Ad hāc digressiones locorum cōmuniū, praesertim sub finem homiliarum, ut si non sit Chrysostomus, simium quempiam huius fuisse oporteat. Verū hic iudicio meo nolui fidere, proinde paucas homilias in gustum dedimus, daturi reliquas uolente domino, si docti censebunt opus esse Chrysostomo dignum, Quorum iudicio freti libenter hoc quicquid est suspicionis ponemus, quam tamen haud temere concepimus, toties tam insigniter delusi mendacibus titulis, Bene uale.

SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI

COMMENTARIVM IN ACTA APOSTOLORVM,

Erasmo Roterodamo interprete.

Primū quidem sermonē feci de omnibus ὁ Theophile quae cepit Iesus tum facere, tum docere usq; ad eum diem, quo praecipiens apostolis per spiritū sanctum quos elegerat, receptus est.

HOMILIA I

Liber Actorū olim incelebris

Vtilitas actorum



OMPLVRES sunt quibus hic liber adeo ignotus est, ut non solum ambigant de autoritate, à quo conscriptus sit, uerū ne id quidem cōgnitum habeant an omnino extet hāc rerum ab apostolis gestarū historia. Atq; hac potissimū de causa coactus sum negotiū hoc suscipere, ut ignorantes allicerem, neq; sinerem tam insignem thesaurum in tenebris abditum latere: Siquidem hinc non minor nobis cōtingere poterit utilitas, q̄ ex ipsis euangelijs, tanta scater philosophia, tanta abundat quū omnīū dogmatum rectitudine, tum praecipue eorum quae de spiritu sancto prodita sunt. Proinde cauendū est ne negligenter praetercurramus hunc librū, sed exactissima cura scrutemur excutiamusq;. Etenim promissa quae Christus in euangelijs ante uerbis pollicitus erat, ea hic re praestita & exhibita uidere licet, ipsamq; ueritatem in ipsis factis relucens intueri. Simulq; uidere est discipulos mirifice ad meliora transmutatos, nimirum sancto spiritu uim suam in illis exerente. Audierant enim Christum dicentem: Quisquis crediderit in me, signa quae ego facio & ipse faciet, & his maiora faciet. Audierant & illa praedicentem discipulis suis, quod ad praesides & reges essent ducendi, quodq; in synagogis suis Iudaei essent ipsos flagellaturi, quod essent atrocissima quaedam passuri, sed his omnibus euasuri superiores: ad hāc quod Euangelium praedicandum esset toto terrarum orbe: quae quidem omnia sic euenisse ut nulla in parte promissoris fides desiderari possit, uidere licet in hoc libro. Neq; uero hāc tantū quae modo cōmemorauimus, uerum etiā alia plura, quae dixerat dominus quū ageret cum discipulis. Cōspicies autē hic & illa, nimirū apostolos ipsos ceu uolucres, terrā mariaq; percurrentes

rentes, ac timidos illos quondam rudesq; subito in alios homines esse uersos, fastuq; diuitiarum, gloria, ira, concupiscentia, breuiter rebus omnibus superiores esse factos. Videbis summam inter ipsos cōcordiam, nec quicquam omnino prioris illius liuoris aut inuidentiae residere, nec iam loci principis ambitum inter ipsos feruere, sed omnem uirtutē in eis absolutam perspicies, tum summam eximiamq; charitatem in illis relucens. Nam de hac quoq; multa illis praecerat, dicens: Per hoc cognoscent omnes, uos esse meos discipulos si dilexeritis inuicem. Quin & dogmata quaedam hic reperire licebit, quae nisi liber fuisset proditus, haud quaquam fuissent ulli tam dilucide cognita, quin potius quod est caput salutis nostrae, fuisset occultum & in obscuro latuisset, tam de his loquor quae ad bene uiuentium, quā quae ad fidei nostrae dogmata pertinent. Porro eorum quae hic tractantur maior pars, sunt acta Pauli, qui plus omnibus laborauit. Eius rei causa est, quod is qui librum hunc conscripsit, discipulus & cultor Pauli fuit: nimirum beatus Lucas, cuius uirtutem, quū ex alijs multis argumentis, tum hoc praecipue licet perspicere, quod praecatori suo insinuatus adhaerit, quodq; per omne tēpus illum fuerit affectatus. Itaq; quum Demas & Hermogenes illum in periculo deseruissent, alter in Galatiam profectus, alter in Dalmatiam: audi quid de hoc dicat, Lucas, inquit, adhuc solus mecum est. Quin & Corinthijs scribens de eodem: cuius, inquit, laus est in Euangelio per omnes ecclesias. Rursus quum dicit, cōspectus est Cepha, deinde duodecim. Item quum ait iuxta euangelium quod accepistis, de Luca euangelio sentit: ut iam non aberrarit à uero, qui uoluminis huius descriptionem ad hunc authorem retulerit. Ceterum quum dico hunc, ipsum Christum dico. Quod si quid dixerit, quid tandem fuit in causa, quò minus omnem historiam ad finem usq; persecutus sit, quum illi semper adfuerit: huic sic respondere poterimus, Primū quod hāc quoq; sufficiebant his qui uellent animum aduertere: deinde quod euangelistae semper incubuerunt in ea, quae magis urgebant, nec illis cura fuit historias cōscribere. Siquidē non parū multa & absq; scripto tradiderunt. Itaq; quū oia sint admiratu digna, quaecunq; hoc libro continentur, tamen illud potissimū admirandū in apostolis, quomodo sese ad infirmorum ac rudium captum demiserint, atq; hoc ipsum eis spiritus sanctus suggessit, in hoc illos praeparas, ut in dispensando uerbo dei uersarentur. Vnde factum est, ut quum tam multa de Christo differuerint, pauca dixerint de eius diuina natura, plurima uero de natura eius humana, de morte, de resurrectione & ascensu. Etenim quod id temporis querebatur, illud erat, ut homines audirent eum excitatū à mortuis, ascendisse in caelum. Quomodo igitur ipse Christus illud in primis agebat, ut perspicuum faceret, quod uenisset à patre: itē hic praecipue studet hoc persuadere, quod reuixit, quodq; in caelum receptus est, quodq; ad eundem reuersus est à quo profectus fuerat. Nam nisi hāc prius credita fuissent, praesertim quum accessisset assertio, de resurrectione, deq; in caelum reditu, nimirum uniuersum dogma Iudaeis uisum fuisset uanum & incredibile. Quapropter sensim ac paulatim illos ad sublimiora prouehit. Quin etiam apud Athenienses, Paulus eum simpliciter hominem appellat, nihil attribuens amplius: Idq; iusta de causa. Etenim si Christum ipsum de aequalitate quam habet cum patre differentē frequenter aggressi sunt lapidibus obruere, eaq; de causa blasphemū appellarunt, haud quaquam eum sermonem à piscatoribus accepissent, praesertim quum crux praecessisset. Quid autem de Iudaeis loquor, quum ipsi tum temporis discipuli, quoties audiebant sublimiora dogmata crebro turbati fuerint & offensi: Vnde & dicebat dominus, Multa habeo quae uobis dicam, sed in praesentia non potestis ea ferre. Quod si illi ferre non poterant, qui tantum tēporis cum ipso consuetudinem habuerant, & quibus tam multa arcana cōmunicarat, quicq; tot miracula uiderant, quomodo homines qui recens ab aris, simulacris, & sacrificijs, à felibus & crocodilis uenerāt (nam huiusmodi tum erant gentiū numina) quicq; & ab alijs malis tum primū fuerant auulli, repente sublimes illos de dogmatibus sermones receperunt: Imò quomodo ipsi quoq; Iudaei qui quotidie discebant & instituebantur à lege, frequēter illud audientes, Audi Israel, Dominus deus tuus unus est: quum uidissent eum affixū in ligno crucis, atq; adeo quum ipsi crucifixissent illum ac sepelissent, nec eum uidissent resuscitatum, si aedissent, hic ipse deus est, ac patri aequalis: nōne maxime omnium ab his uerbis abhorruerunt, ac resillissent, & oblatrassent? Proinde paulatim ac sensim illos institunt, seseq; mirō studio ad captum imbecillium in dispensatione dogmatum demittunt. Ceterum

Nonator spūs

Ioan. 13

1. Cor. 15

2. Tim. 1.4

2. Cor. 8

1. Cor. 15

2. Cor. 4

Acta quare non longius produca

Christus tantum homo dicitur

Infra. 17. Ioan. 8

Ioan. 16 Sensim praedicatus est Christus

Deut. 6

rum quo magis se demittunt apostoli, hoc uberior contingit illis è diuini spiritus liberalitate gratia: dum in eius nomine maiora faciunt quam ipse fecerat, nimirum ut utroque modo proficiat euangelium, dum sese demittentes, auditores humiles & humi facientes erigunt, & sermonem de resurrectione miraculis probabilem reddunt. Siquidem quod maxime agit hic liber, resurrectionis declaratio est: Quæ si credita fuerit, et ceteris aperta est uia. Argumentum igitur & scopus huius libri, si quis rei summam crassiore sermone uelit cõplecti, hic potissimum est. Superest ut præfationes audiamus. Primum quidẽ sermonem feci de omnibus õ Theophile quæ cõcepit Iesus tum facere tum docere. Statim hic quæret aliquis, Quamobrem Theophilo renouat mentionẽ Euangelij: Vt suam declararet exactam diligentiam: Nam in illius operis præfatione dicit, Visum est mihi & ab initio affectato omnia, diligenter ordine tibi scribere. Nec suo unius testimonio contentus est, sed omnia potius referit ad apostolos, dicẽs: Quæadmodum tradiderunt nobis, qui ab initio spectatores ac ministri sermonis fuerunt. Quare quum illic uerbis suis fidẽ cõciliari, nihil hic opus erat alia confirmatione, quum ibi semel habita sit à Theophilo fides ipsius sermoni, ac per illud certissimam ueritatẽ eum edocuerit. Etenim cui fides est habita scribenti quæ audierat, hic multo magis habenda fides, ea conscribenti, quæ nequaquam ab alijs accepit, sed quæ uidit ipse simul & audiuit. Etenim si ea quæ Christus gessit recepisti, multo magis recipies res ab apostolis gestas. Quid igitur nihil hic aliud est, quam historia, & narratio spiritus experta: Nequaquam. Qui sic: Quonia & illa quæ ab initio ipsi, qui spectatores fuerunt ac ministri sermonis, & tradiderunt, spiritus erant. Et quare non dixit, quæadmodum nobis tradiderunt, qui spiritus sancti donum promeruerunt, sed quorum ipsi spectatores fuerunt: Quonia hoc maxime fidem cõciliat, si quis didicerit ex his quæ narrat, oculis suis uiderunt. Illud autem, si spiritus auctoritatẽ præ se tulissent, fastui & arrogantia tribuissent imperiti. Vnde & Ioannes sic loquitur: Ego uidi & testimonium perhibui, quod hic est filius dei. Christus autem sic loquitur, Nicodemo uidelicet crassiori. Quod scimus loquimur, & quod uidimus testificamur, & testimonium nostrum nemo recipit. Rursus declarans, multa testimonia proficisci ab oculis, dicebat discipulis: Et uos testificamini de me, quonia ab initio mecum estis. Quin & ipsi apostoli frequenter hunc in modum loquuntur, Testes nos, & spiritus sanctus, quem dedit deus fidentibus sibi. Postea Petrus cõprobans resurrectionem dicebat, Qui simul edimus & bibimus cum illo. Facilius enim testimonium auditores recipiebant ab his, qui uixerant cum illo, quod id temporis adhuc multi abessent ab intellectu spiritus. Vnde & Ioannes in suo euangelio, quod scripsit, ait se uidisse, quod narrat de fluxu sanguinis & aquæ, hoc ipsum grauissimi testimonij loco ponẽs, quod uidisset, etiã quæ spiritus suggerit certiora sunt ijs quæ uidemus, sed non apud incredulos. Porro quod Lucas non fuerit expertus spiritus, pluribus ex argumentis perspicuum est, uel è miraculis, quæ nunc per illum fiunt, uel quod tunc quilibet participes fiebant spiritus sancti, nõ solũ eximij, qualis erat Lucas, uel ex ipsius Pauli de illo testimonio. Ait enim, Cuius laus est in euangelio, uel ex hoc quod ecclesiarum suffragijs delectus fuit. Siquidẽ supra dictis & illud adijcit, Quin etiam electus est ab ecclesijs, ut nobis peregrinationis sit comes, in hac gratia, quæ administratur a nobis. Iam mihi uide quæ hic euangelistæ sermo ab sit ab omni fastu. Nõ enim dicit, prius euangelium quod euangelizauit, sed, priorem quidem sermonem feci, nimirum euangelij prædicationem magnificentijs quiddam esse dicens, quàm pro ipsius dignitate aut uiribus: Et tamen apostolus hoc titulo ornat illum dicens, Cuius laus est in euangelio. Ipse contra modestè loquitur, dicens: Priorem quidem sermonem feci de omnibus, õ Theophile, quæ cõcepit Iesus tum facere tum docere, non simpliciter de omnibus, sed ab initio ad finem usque. ait enim: ad eum usque diem quo receptus est in cœlum. Atqui Ioannes declarat impossibile per scribere omnia. Siquidem hoc ut ostenderet, ubi dixerat, Quæ si scribantur singulatim, nec ipse ut arbitrò caperet mundus: addidit, qui scribendi forent libri. Quomodo igitur, inquit aliquis, hic Lucas loquitur de omnibus? Atqui non dixit omnia, sed de omnibus, perinde ac si quis dicat summam & in genere: aut de omnibus loquitur, quæ necessaria sunt urgentibus. Ac mox indicat, quæ sint illa omnia, quæ cõcepit Iesus, tum facere tum docere: intelligi uolens miracula ac doctrinam. Nec id uero solum indicauit, uerũ etiam quod Iesus faciendo docuerit. Vide porro humanitatẽ eius ac mentẽ apostolo dignam, etiam si unius hominis causa tam diligẽtem sollicitudinem suscepisset, ut totum euangelium conscriberet

Astorum non simplex bisto

10an. 21

10an. 3

Ibi. 15

Infra 2

Infra 10

10an. 19

Miracula per Lucam

2. Cor. 9

Lucæ modesti.

Quæstio

10an. 21

Facere & docere

beret: ut, inquit, habeas eorum sermonum quos audisti certitudinem. Audierat enim Christus Mat. 18
stus dicentem, Non est uoluntas patris mei, ut uel unus pereat ex his pusillis. Et quam ob Lucas quare
causam non unicum fecit librum, quem unum mitteret Theophilo, sed in duo partitus est ar
gumentar: Nimirum quo res distinctione uoluminum esset dilucidior, simulque ut intermis
sione respiraret ac refocillaretur auditor. Quamquam & alioqui distinctæ sunt res quæ in
his libris tractant. Quin & illud considera, quo pacto Christus dictis suis per opera fidem
concliarit. Ad mansuetudinem hortatus est, dicens: Discite a me, quod mitis sum & humi
lis corde. Docuit nos paupertatem, & utrumque factis demonstrauit. Siquidẽ filius hominis,
inquit, non habet ubi caput suum reclinet. Rursum præcepit, ut diligeremus inimicos. Mat. 5
Exhibuit hoc in cruce, deprecans pro crucifigentibus. Dixit, uolenti trahere in ius ut tuni
cam eripiat, permitte ut & pallium auferat. Ipse uero non uestimenta tantum, uerum san
guinem quoque suum dedit. Idem ut facerent & discipulis præcepit: unde & Paulus dixit, Philip. 3
quemadmodum habetis formam ex nobis. Nihil enim doctore frigidius, qui uerbis dum
taxat philosophat: Neque enim hoc doctoris est, sed histrionis & hypocritæ. Eoque apostoli
prius uitæ exemplis docebant, deinde uerbis. Quin potius ne uerbis quidem erat opus,
quum clamarent opera. Nec aberrarit a uero, qui passionem eius actionem dixerit. Nam
patiendo fecit ingens illud & admirandum opus, quo mortẽ deiecit, reliquaque omnia per
egit. Ad eum usque diem, quo præcipiens apostolis per spiritum sanctum, quos elegerat, in cœlum
receptus est. Per spiritum præcipiens, hoc est spiritualia ad illos uerba loquutus, nihil autem
humanum. Vide igitur, num hic sensus placeat, an magis placet accipere, quod per spiritum
eis præcepit. Vides ut adhuc Lucas modice de Christo loquitur, quemadmodum
& ipse dominus de se ipso loquebatur: Quod si ego per spiritum eicio demonia. Etenim
spiritus ille sanctus operabatur in eo templo. Quid tandem præcepit? Profecti, docete omnes
gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docetes illos seruire o
mnia, quæcunque præcepi uobis. Magna laus apostolorum, quum talia fuerint aggressi, ni
mirũ totius orbis salutem, quum horum uerba spiritus essent plena. Quod ipsum sanctus innuit,
quum dicit, per spiritum sanctum, hoc est, etiã uerba quæ loquutus sum uobis, spiritus sunt. Mat. 12
Cæterum quod dicit, hoc est: primum, auditorem rapit ad cupiditatem deinceps discendi
cognoscendique præcepta, tum apostolis fidem conciliat, quando quidẽ spiritus uerba di
cturi sunt, & Christi præcepta. Itaque quum præcepisset, inquit, receptus est: Non dixit, ascen
dit: Nam adhuc tanquam de homine loquitur. Videlicet & post resurrectionem docuit dis
cipulos, cæterum huius temporis historiam nemo nobis explicuit exacte totam. Verũ im
moratur quidem huic rei Ioannes magis quæ ceteri, quemadmodum & hic: sed nullus omnia
euidenter disseruit, propterea quod ad alia festinarent. Dicimus igitur hæc per apostolos,
qui quæ audierant retulerunt, quibus & seipsum præbuit uitium. Prius autem de assumptione
ne loquutus, dicit & de resurrectione. Posteaquam enim dixit eum assumptum ne puta
res illum ab alijs assumptum esse, adiecit, quibus & exhibuit seipsum uitium. Etenim si
semetipsum exhibuit in re maiore, multo magis in minore. Vides quomodo clancu
lum aspergit magna hæc dogmata? Per dies quadraginta uisus est ab illis. Neque enim
ita tunc perpetuo quemadmodum ante resurrectionem fecerat, uersatur cum illis.
Illud uide, non dixit quadraginta diebus, sed per quadraginta dies: Aduolabat enim, ac
deuolabat rursus. Quare ita tandem? Subducebat animos illorum ad altiora, nec patiebatur
illos similiter erga ipsum sic affectos esse quemadmodum prius fuerant. Neque uero hoc
simpliciter faciebat, sed ad utrumque diligenter preparabat, & ut crederetur resurrectio,
& ut deinceps maior humana conditione haberetur. Atqui hæc erant inter sese contra
ria. Vt enim persuaderetur resurrectio, oportebat multa esse facta, quæ erant humanæ
naturæ. Vt autem crederetur id quod est mirabilius, uidelicet diuina natura, contra. Et
tamen utrumque factum est oportuno tempore. Cæterum qua de causa non apparuit omni
bus, sed discipulis tantum? Quonia multis illorum uisum fuisset spectrum, uidelicet ihs qui
non nouerant arcanum mysterij. Etenim si ipsi discipuli diffidebant initio ac turbabantur, &
opus erat ut manibus contrectarent, opus erat mensa communi: quomodo uerissimile
est affectos futuros fuisse, uulgares istos? Proinde ex miraculis certam & indubitata facit
resurrectionis fidem, ut non solũ euidẽs esset eius ætatis hominibus, uerũ etiam omnibus
sequuturis. Quod enim in illis effecerunt conspecta prodigia, hoc in omnibus posteris erat
effectura

Miraculum in
donati mundi

effectura fides. Quapropter & incredulos per fidem colligimus. Etenim si non resurrexit, sed manet adhuc mortuus: quomodo in nomine eius apostoli crediderunt miracula? At non crediderunt miracula, dixerit aliquis. Quomodo igitur nostra natio collecta est? Nec enim hoc saltem sic habere negabunt, neque repugnabunt iis quae uidentur. Itaque quum aiunt non esse facta miracula, tum magis etiam seipsum pudescunt. Nam hoc ipsum maximum est miraculum, absque miraculis orbem terrarum currere, a duodecim pauperibus & illiteratis hominibus attractum. Neque enim opulentia diuitiarum, neque sapientia dicendi, nec alia re simili uicerunt piscatores, ut iam uel inuiti fateantur homines in illis diuinam esse uirtutem. Nam erat iam possibile, ut unquam res tanta uiribus hominum conficeretur. Atque hac de causa & ipse diebus quadraginta comoratus est post resurrectionem, longo temporis spatio certis argumentis declarans & comprobans conspectum sui ipsius, ne spectrum & inane phantasma crederent quod uidebatur. Ac ne his quidem contentus fuit, sed mensam etiam addidit. Nimirum hoc est, quod deinceps dicit: Et conuescens simul cum illis. Sic hoc argumento ipsi quoque apostoli, semper astruxerunt resurrectionis fidem, ut quum aiunt, qui quidem cibum simul sumpsimus, & bibimus cum illo. Sed quid apprens faciebat? Per quem illos ad fidem adduxerit ostendit, dicens, Apprens illis, & loquens de regno dei. Quoniam autem deiectionis erant animis & his quae facta fuerant conturbati, ac restabat, ut magna aggredere certamina, recreat & erigit illos: praedicans quid esset illis euenturum, ac praecipiens ne discederent ab Hierosolymis, sed expectarent promissa patris. Primum uocarat illos in Galilaam, mementes etiam ac trementes, quo uacui pauore, possent audire quae dicerentur. Deinde quum audissent, & in his quadraginta dies essent uersati, praecipit ab Hierosolymis ne discederent. Quae ita tandem: Quemadmodum milites in multitudinem erupturos, nemo patitur exire, priusquam armati fuerint, neque quisquam equos suum a carcere prostrare priusquam aurigam nacti sint: ita nec Christus discipulos suos passus est in acie conspici, priusquam descenderet spiritus, ne facile caperetur, & abduceretur a multitudine. Verum non haec sola causa est. Sed posteaquam complures erant illi credituri, & rursum cum his alij, ne qui dicere possent, quod praetermissis notis, ad peregrinos abissent ostentandi sui gratia: hac de causa, apud ipsos qui Iesum occiderant, exhibent argumenta resurrectionis: apud ipsos, inquam, qui eum crucifixi erant, qui sepeliterant, in ipsa ciuitate in qua factus illud impium erat patratum, ut aduenis etiam omnibus os occluderetur. Etenim quum ipsos etiam qui dominum crucifixi erant, palam esset crediturum: satis constat, quod uere crucifixus fuerat dominus, & euidentis erat eius facinoris impietas, denique resurrectionis fides aperte comprobatur. Post haec ne dicerent, quomodo ergo poterimus inter homines impios & homicidas, ad haec tam multos durare, quum simus pauci contempti? uide, quomodo desperationem hanc dissoluat dicens, sed expectate promissionem patris, quam audistis ex me. Et quando audierunt, dixerit aliquis: Quum diceret, Expedi uobis ut ego discedam, nisi enim ego discessero, consolator ille non ueniet ad uos. Ac rursum, Rogabo patrem, & alium consolatorem mittet uobis, ut maneat uobiscum. Et quare is non aduenit quum adhuc adesset dominus, aut mox ab illius discessu, sed ipse quidem abijt die quadragesimo, spiritus autem aduenit quum completeretur dies quinquagesimus? At si nondum aduenerat, qui consistit, quod dixerat, Accipite spiritum sanctum: Nimirum ut eos capaces redderet, & idoneos accipiendo spiritui. Etenim si Daniel angelum uisurus semotus est, multo magis hos dicebat secedere, tantum dei donum accepturos. Vtrum igitur licet hoc pacto quaestionem propositam soluere, an sic potius accipiendum est quod de eo quod erat futurum, perinde quasi iam factum esset sit loquutus: Velut quum dicit, Calcate serpentes & scorpiones, & omnem uirtutem inimici? Quam igitur ob causam non num accipere. Ideo quae quum ipse digressus esset, tum aduenit spiritus: Qui si uenisset eo praesente, non habuisset illos tam ardens expectatio. Et ideo non protinus ab ascensione domini uenit spiritus, sed post octo aut nouem dies. Itidem & nos tum maxime excitamur in deum, quoties in necessitate constituti sumus. Sic & Ioannes tum maxime mittebat in carcere. Sed aliter exponi potest: Oportebat in caelo comparere naturam nostram, & perfectam reconciliationem fieri, ac tum uenire spiritum, quo purum meriti gaudium fieret

Acto. 10

simile

Ioan. 11

Ioan. 14

Spiritus sanctus
quare non
statim missus

Ioan. 20

Dan. 7

Luc. 10

Luc. 7

Spiritus a qua
lis filio

fieret. Nam si spiritu praesente dominus quidem abisset, ille uero mansisset, non fuisset perinde magna consolatio: Si quidem sic erant affecti, ut admodum egre ab illo diuellerentur, unde & consolans illos dicit, Expedi uobis, ut ego discedam. Itaque diebus aliquot interiectis differt missionem spiritus, ut paulisper afflicti, & in necessitate, quemadmodum dictum est, constituti, mox solido puroque gaudio fruenterentur. Porro si spiritus esset minor aut inferior filio, non erat sufficiens consolatio. Sed quomodo dictum & illud, Expedi uobis: Ideo spiritui seruata est maior doctrinae portio, ne putarent illum minorem. Iam illud considera quantam eis imposuerit necessitatem manendi Hierosolymis, ex eo quod pollicetur sese illic exhibiturum spiritum: Nam ne rursum post ascensionem ipsius fugerent, hoc promisso, ceu uinculo quodam eos illic astringit. Caterum quum dixisset, Expectate promissionem patris, quam audistis ex me, subiecit, Quoniam Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto post non multos hos dies. Demonstrat in sequentibus, quid intersit inter Ioannem & ipsum, non iam adumbrate, quemadmodum prius: uehementer enim adumbrabat sermonem quum diceret, Qui autem minor est in regno caelorum, maior est eo: sed nunc manifestius. Ioannes, inquit, baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto. Non iam utitur testimonio, sed personam tantum meminit, quo memoriam illis reficit eorum quae prius dixerat, simulque declarat eos iam maiores factos Ioanne, quando quidem & ipsi baptizaturi erant spiritu. Neque dixit ego uos baptizo spiritu sancto, sed baptizabimini, nos interim docens, ut modeste de nobis sentiamus. Nam hoc iam ex Ioannis testimonio dilucidum erat, quod ipse esset qui baptizaret, quum diceret, Ipse uos baptizabit spiritu sancto & igni. Atque hac de causa, huius uicis facit mentionem. Igitur euangelia quidem eorum quae Christus gessit ac dixit narrationem & historiam quandam continent, Ceterum actuum liber refert ea quae alter ille paracletus dixit ac fecit. Nam & tum quidem multa ipse faciebat. Quemadmodum et nunc Christus agit occulta uis, sicuti & tunc quoque temporis agebat, Sed tum quidem per ipsum templum, nunc autem per apostolos. Actum quidem in uirgineum uenit uterum, templumque construxit, nunc uero in animos apostolicos. Rursum tum uenit in specie columbae, nunc in specie ignis. Quae ita? Videlicet illic praeserebat mansuetudinem, hic uero etiam uindictae seueritatem. Tempestiue sane commonefecit iudicij, quum enim iam oportebat peccata condere atque abire, plurima opus erat mansuetudine. Rursum posteaquam adepti sumus donum, iam instat iudicij & examinationis tempus. Sed quomodo dicit, baptizabimini, quum aqua non esset in coenaculo? Quoniam in baptismo praecipua pars est spiritus, per quem & aqua fit efficax. Itaque quemadmodum ipse dicitur unctus, quum nequaquam unctus esset oleo, sed accepisset spiritum sanctum, sic & baptizati dicuntur discipuli. Est & alia interpretatio. Comperire licet illos aqua fuisse tinctos, idque diuersis temporibus: In nobis enim utrumque sit pariter, tunc uero dissimulatum. Si quidem initio a Ioanne baptizati sunt. Id ne cui mirum uideatur. Etenim si meretrices ac publicani ad baptismum illum uenerunt, multo magis uenerunt hi qui post erant baptizandi spiritu. Post haec ne dicerent totum hoc nihil aliud esse quam pollicitationes, iam enim multa de hoc baptismo dixerat, ne ue putarent, hanc spiritus uim talem ut nusquam appareret, reuocans illos ab huiusmodi suspitione dicit, Post non multos hos dies. Nec expressit, quando, quo semper uigilarent, tantum dixit breui futurum, ne desicerentur animis: quando uero id esset futurum, nondum addidit, ut semper essent uigilantes. Nec hac re solum illos inducit ad credendum, uidelicet breuitate temporis uerum etiam quum dicit promissionem quam audistis ex me. Porro quod dicit hoc est, Non nunc, inquit, tantum dixi uobis, sed & iam pridem promissi, quae sine dubio facturus sum. Quid igitur miraris, si non exprimit diem, quo hac erant perficienda, quando quidem hunc instantem ac uicinum nouit esse manifestum, idque iustissima sane de causa, nimirum ut uigilantes sollicitius promissum expectarent. Non enim datur, non datur, inquam, gratia nisi uigilanti. An non uides quid dicat Helias discipulo? Si uideris me quum arripiar, sic erit tibi, hoc est, contingeret tibi quod postulas. Quin & Christus undique ad ipsum confluentibus dicebat, Credis? Etenim nisi adducti fuerimus ei quod datur, ne sentiamus quidem magno opere beneficium. Sic & Paulo non statim data est gratia, sed triduum intercessit, quo fuit cecus, atque interim metu purgatur ac praeparatur. Etenim quemadmodum qui purpuram tingunt, prius alijs quibusdam coloribus praeparant id quod tincturam accipiet, ne flos dilutus & uanidus fiat, Itidem & hic prius animi sollicitudinem deus praeparat, ac deinde

uictio spūs

Apost. a Ioan
ne baptizati

Dies quare non
exprimitur

Pentecostes
mysterium

Simile
Contra socor
des locus com
munis

Baptismo con
donantur o
mnia

Relapsi post
baptismum

Baptismi dila
tio periculosa

infundit gratiam. Eandem ob causam nec spiritum ilico misit, sed in die quinquagesimo. Quod si quis dixerit, quare non & nos eodem tempore baptizamus, Illud sane responde re possumus, quod gratia quidem tum esset eadem quae nunc est, ceterum animus nunc fit sublimior & excellior dum ieiunio praeparatur. Quanquam & Pentecostes tempus habet aliquam rationem haud quaquam absurdam. Quam tandem dicitur: Existimauerunt patres satis idoneum malae cupiditatis frenum, magnamque doctrinam esse baptismum ad hoc, ut etiam tempore deliciarum sobrietatem tuerentur. Itaque perinde quasi simul cum Christo cibum capiamus, communisque cum illo mensae participes simus, ne quid temere faciamus, sed in ieiunijs, in precibus, multaque sobrietate degamus. Etenim si quis aditurus ante non praefaturam, sibi parat quicquid ad uitae usum pertinet, atque ut sibi non nihil dignitatis assequatur, & pecunias consumit, & tempus impendit, & innumerabiles suffert labores: quo malo nos digni fuerimus, si cum tanta socordia regnum caelorum adierimus, neque ulla cura nosmetipsos ad hoc praeparauerimus, priusquam accipiamus? quin & posteaquam acceperimus socorditer egerimus? Ideo namque posteaquam accepimus socordes sumus, quod priusquam acciperemus non uigilauerimus. Ideo complures posteaquam acceperunt protinus redierunt ad priorem uotum, ac redditi deteriores, grauius supplicium sibi accersierunt, eo quod a prioribus peccatis liberati, hoc pacto grauius etiam iudicis iram in se prouocarunt, dum tanto liberati morbo, ne sic quidem ad sanitatem mentis conuerti potuerint: quin illud potius illis usu uenit, quod paralytico cominabantur dominus, dicens: Ecce sanus factus es, noli posthac peccare, ne quid tibi deterius eueniat. Item quod de Iudaeis praedicabat, ostendens quod illos ob ingrattitudinem immedicabilia manerent mala, si non uenisset & loquutus eis fuisset, peccatum non haberent. Itaque posthac dupla & quadrupla peccata fiunt. Quis sic? Quonia post exhibitam nobis dignationem ingrati sumus & improbi. Quapropter nihil nobis proficit lauacrum ad hoc, ut melius puniamur. Illud uero considera, Habuit aliquis commissa grauia, uel homicidium, uel adulterio, uel alio quopiam facinore patrato, haec per lauacrum remissa sunt. Non enim est, non est, inquam, ullum iam peccatum, ullaue impietas, quod non cedat locumque det dono dei. Nam diuina res est gratia, Denuo moechatus est aliquis, aut homicidium perpetravit, prius quidem adulterium condonatum est, & homicidium illud simul cum adulterio concessit ac nequaquam reuocatur, Nesciunt enim poenitentiam, dona, & uocatio dei. Ceterum pro his, quae post baptismum commissa sunt tantam damus poenam, quasi & illa reuocata sint, ac multo etiam grauiorem. Iam enim non simplex peccatum est, sed duplex aut triplex. Quod autem his grauior poena debeatur, audi quid dicat Paulus. Qui spernit legem Moysi, sub duobus aut tribus testibus, absque misericordia, morte luit poenas. Quanto putatis grauiore uindicta dignus censebitur, qui filium dei conculcarit, ac sanguinem testamenti immundum duxerit, ac spiritui gratiae contumeliam fecerit. Fortasse multos auertimus ne nunc accipiant baptismum. Verum non propterea diximus haec, sed ut qui iam acceperunt, perseverent in multa sobrietate multaque modestia. At dicit aliquis, metuo. Si metueres, accepisses utique seruassesset. Verum ob hoc ipsum inquiet non accipio, quod metuam. At non metuis sic ex hac uita decedere? Humanus, inquiet, est deus. Igitur accipe baptismum, Humanus enim est, & opitulatur. Tu uero ubi uigilandum erat, non occupas istam humanitatem dei: ubi uero tibi uisum fuerit differre, tum uenit in mentem illius humanitas. At qui tunc erat tempus utendi hac humanitate, quam tum magis assequemur, quum eam nostra sponte amplectemur. Etenim qui posteaquam curam uniuersam coniecit in deum, post baptismum redierit in peccatum, nimirum homo, si poenituerit, dei benignitatem experietur. At qui ueluti deludens dei bonitatem, excesserit expers gratiae, nullo pacto ualebit effugere uindictam. Quis autem istiusmodi causificationes aduersus tuam ipsius salutem usurpas? Impossibile est, impossibile est, inquam, eum qui tali spe differt baptismum, agere quicquam egregium aut honestum. Tu uero cuius tandem rei gratia tantum periculi recipis, & incertum futuri amplecteris? Quin potius istum timorem mutas in laborem, ac studium, ut magnus sis ac suspiciendus. Vtrum melius est metuere an laborare? Si quis te collocasset ociosum in domo ruinosa dicens, expecta donec in caput tuum deciderit testudo iam putris, fortassis enim cadet, fortassis non cadet: quod si id non placet, operare, ac tutissimum in habita thalamum; utrum magis eligeres: ocium ne illud cum timore, an laborem

rem

rem cum securitate? Sic igitur & nunc facito. Siquidem incertus euentus futuri ceu domus quaedam est putris, semper ruinam minitans. At industria illa, quanquam laborem habet, tamen spondet securitatem. Absit igitur ut in tantam necessitatem incidamus, ut post baptismum recidamus in peccatum. At tamen si quid acciderit istiusmodi, ne sic quidem abijciamus spem, Benignus est erga genus mortale deus, multasque uias nobis dedit abolendum criminum etiam post baptismum commissorum. Ceterum quemadmodum hij qui post baptismum delinquant, ob id grauius puniuntur quam catechumeni: ita qui sciunt esse poenitentiae remedium, nec eo uolunt uti, grauiora luent supplicia. Etenim quo maior est dei benignitas erga nos, hoc maior erit ultio, nisi illius benignitate sicut oportet tutamur. Quid ais homo, qui tantis malis plenus es ac deploratus? Semel factus es amicus, semel ultioni supremae subductus es, haud quaquam ex proprijs laboribus sed ex dei dono. Rursus ad pristinam turpitudinem reuolutus es, dignus qui grauius puniaris. At deus ne sic quidem auersus est abs te, sed dedit innumeras reparandae salutis occasiones, per quas redeas in gratiam. Et haec quidem fecit deus. Tu uero ne tanta quidem lenitate prouocatus uis laborare. Et qua tandem uenia posthac dignus habebis? An non optimo iure gentes te ridebunt, ceu fucum quempiam sterilem, frustra que uiuentem? Si potens & efficax es, inquit, philosophia quam profiteremini, ostendite quid sibi uelut tanta nondum initiatorum multitudo. Praeclara uero & expectanda mysteria. At nullus animam agens, capit lotionem. Non enim illud est tempus mysteriorum, sed testamentorum: mysteriorum tempus est, sanitas mentium, & puritas animarum. Etenim dic mihi, si quis ad istum affectus modum nolit scribere testamentum, si uero scripserit etiam dat in posterum ansam rescindendi testamenti (siquidem propterea solent his uerbis praefari, Viuus, sanusque & integra mentis ordinari de bonis meis) qui fiet, ut qui iam sui compos esse desijt, possit ad plenum initiari mysterijs? Etenim si de rebus ad hanc uitam corporalem pertinentibus statuere uolenti, non permitterent leges ciuiles ordinare, quoties testari uolens non admodum constat animo, praesertim quum de suis ipsius facultatibus praescripturus sit: quomodo qui de regno caelorum docetur deque bonis illis ineffabilibus, poterit ad plenum omnia percipere, frequenter & a morbo factus attonitus? Quando uero futurus est, ut illa uerba dicas Christo, consepultus cum illo, quum iam sis mox abiturus? Nam factis & uerbis oportet declarare beneuolentiam. Tu uero perinde facis, ac si quis tum postulet ascribi militie, quum iam bellum est soluendum, aut si athleta tum uestes exuat, quum iam surgere coeperint spectatores e theatro discessuri. Siquidem in hoc arma sumis, non ut protinus aufugias, sed ut accipis illis ex aduersario trophaeum referas. Ne quis arbitretur intempetuum esse hisce de rebus sermonem, eo quod nunc non est dies quadragesimus. Nam hoc ipsum est quod urit animum meum, in huiusmodi rebus obseruari tempus. Atqui Eunuchus ille quum esset barbarus & iter faceret, essetque in uia publica, non exquisiuit opportunitatem: sed ne carcerarius quidem ille, quum esset inter uinctos, conspiceretque doctorem casum ac uinctum, praesertim quum id temporis crederet illum in carcere mansurum. Hic autem plerique, qui nec in carcere habitant, nec itinere sunt, proferunt salutis suae negocium, idque usque ad extremum uitae halitum. Quod si adhuc ambigis, num Christus sit deus, stato fortis, ne diuinos sermones audias, ne uel te ipsum inter catechumenos numeraris. Quod si fidis & hoc certo cognoscis, quid cotaris? quid refugis? quid detrahas? Vereor, inquit, ne peccem. Verum illud quod periculosius est non uereris: ne cum tantis sarcinis abeas illuc? Nec enim idem est, gratiam in medio positam non assequi, & quum iam aggressus sis ad honesta tendere, frustrari. Age dic mihi, si quis sic tecum expostulet, quam ob causam non accessisti? quam ob causam non pertedisti quod coeperas? Quid dices? Nam illic fortassis habebis quod causeris, onus praceptorum, ac difficultatem uirtutis, at hic nihil istiusmodi. Hic enim gratia est gratis largiens libertatem. Sed uereris ne pecces. Istuc dicitur post baptismum, tunc istum habeto metum, quo serues libertatem quam accepisti, non ut non accipias tantum donum gratis oblatum. Nunc uero contra, ante baptismum cautus es ac circumspectus, post baptismum socors & incogitans. Sed tempus opportunum expectas quadragesimae. Qua gratia? Nunquid enim amplius habet illud tempus? Ipsi apostoli non in pascha donati sunt hac gratia, sed alio tempore. Praeterea quum baptizarentur tria milia & quinque milia, non erat paschae tempus. Similiter quum baptizaretur Cornelius & Eunuchus alijque complures. Proinde

De ijs qui baptizantur in morte simile

Baptismi tempus semper est Exempla Eunuchi & Carceris custodis

Tom. 8

p

ne tempus

ne tempus expectemus, ne quando fiat, ut dum contamur & recastinamus, discadamus hinc, inanes uacuiq; tantis bonis. Quomodo creditis me discrucari animo, quoties aliquis nondum initiatus ex hac uita sublatus fuerit, mecum reputantem, intolerabiles illos cruciatus, & supplicium ineuitabile. Rursus quos æstus pectoris sentio, quoties alios uideo sub extremum halitum festinantes ad initiationem, nec hinc fieri puriores? Eoq; sanè multa sunt indigna tanto dei dono. Oportet enim epulari, choros ducere, gaudere & coronari, quoties alius initatur. Ast ubi uxor ægotantis audierit hoc ordinatum esse à medico, ueluti magnum aliquod malum acciderit, ita consternatur ac plorat, singultus & eiulatus totam undiq; domum implent, non aliter quàm cõplorantur iudicium sententia condemnati, quum ad capitis supplicium abducuntur. Ille uero multo magis etiam plorat, & si contingat à morbo conualecere, grauius etiam dolo, uelut affectus contumelia. Quoniam enim nondum præparatus est ad uirtutem, cõtatur ac detrectat deinceps futura certamina. Vides quas artes excogitet diabolus, quod probrum, quantum ludibrium. Itaq; subducamus nos à tali ludibrio, uiuamus quemadmodum præcepit Christus. In hoc dedit baptismum, non ut eo accepto mox decedamus, sed ut semper uiuètes baptismi fructus proficramus. Quomodo dices hinc abeunt, fructifica, quomodo dices idem iam ex arbore exector? Non audisti, quod fructus spiritus est charitas, gaudium, pax? Quomodo igitur his diuersa proueniunt? Siquidem uxor adstat lugens, quum oportuerit gaudere, adstant liberi flentes, quum oportuerit gratulari parenti, ipse decumbens in tenebris, tumultu ac perturbatione plenus est, quum oporteat diem festum agere, toto cõsternatus est animo, quod filios orbos relinquat, quod uxorem uiduam, quod domum desolatam. Dic mihi quis ad istum modum adit mysteria? Quis sic accedit ad sacram mensam? Hęc cõferenda uidentur? Si rex missis literis iubeat uinctos à carcere dimitti, gaudium est ac lætitia. Deus autem mittit spiritum à cœlis, non reliquas pecuniæ debitas, sed uniuersa peccata condonans? & omnes fletus ac eiulatus? Quæ tandem est hæc inæqualitas? Nondum commemoro, quod etiam mortuis infusa est aqua, & quod sancta proiecta sint in terram. Non enim uestra culpa sunt ista, sed ingratorum. Proinde exhortor, ut omnibus rebus omissis conuertamus nosmetipsos, ac baptismum omnium animi promptitudine adæmus, ut posteaquam in hac quoque uita declarauerimus non uulgare studium animi nostri, futuram consequamur libertatem, quam nobis omnibus contingat assequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

ILLI QUIDEM IGITUR CONGREGATI INTERROGAV-
runt eum dicentes, Domine, num in tempore hoc restituis re-
gnum Israel? HOMILIA II



Dies filio in-
cognitus

Quomodo discipuli domini parant interrogare, simul adeunt, hoc autem faciunt, quo pudore reuerentiæque multitudinis quod scire desiderant extorqueant. Nouerunt enim quod prius dixerat, nemini cognitum esse diem illum, repellentis fuisse sermonem, non ignorantis, sed differentis responsionem. Vnde rursus aggressi eadem percõtantur. Nequaquam autem interrogassent, si uere persuasum habuissent. Nam quoniam audierant quod spiritum essent accepturi, tanquam digni iam cupiunt discere, & ad libertatis spem habebant erectos animos. Non enim uolebant sese conscire in pericula, sed respirare potius ac refocillari, eo quod non exigua forent, quæ illis contigerant, sed de extremis imminabat periculum. Nihil igitur de spiritu loquuti, interrogant dicentes, Domine, num in tempore hoc restituis regnum Israel? Et non dixerunt, quando restitues, sed annunciant, inquit, a deo desiderabant diem cognoscere, eoq; multo cum honore adeunt. Et quidem arbitror, ne illud quidem aliquo pacto cognitum illis fuisse, quod tandem esset illud regnum. Nondum enim erat spiritus, qui post docuit eos. Nec dicunt quando hæc erunt, sed quid dicunt? Num in tempore hoc restituis regnum? tanquàm quod iam sublatum erat. Hæc ad hunc modum sciscitantur, quod rebus sensibilibus adhuc afficerentur, quancq; non æque ac prius. Nondum enim tum facti fuerant meliores. Sic in posterum maiora de eo imaginabatur. Itaq; posteaquam ad altiora prouecti fuerant discipuli, & ipse sublimis cum illis differit, Non enim iam sic illis loquitur, ne filius quidem hominis nouit diem illum

illum. Quid igitur? Non est uestrum nosse tempora uel momēta, quæ pater posuit in sua potestate. Maiora, inquit, quàm quæ uobis cõuenit postulatis. Atqui iam didicerant his etiã multo maiora. Id quo magis ac plenius intelligas, uide quam multa recenseam. Age dic mihi, quid est maius quàm didicisse quæ iam didicerant? Didicerant enim, Christum esse filium dei, didicerant quod deus filium haberet æqualē honore, didicerant resurrectionē futuram, didicerant futurum, quod nunc factum est, uidelicet quod confedit ad dextram patris. Insuper & quod est his magis stupendum, didicerant quod caro sedet in cœlis & adoratur ab angelis, Didicerant, quod uenturus esset rursus ut iudicet mundum uniuersum, Didicerant, quod ipsi essent confessuri iudices duodecim tribuum Israel, Didicerant quod Iudæi essent eiciendi, ac pro his ingressuræ gentes. Hæc scire futura magnū est. Cæterum discere, quod aliquis sit regnaturus, & quādo, nihil magni est. Didicerat Paulus quæ fas non erat homini loqui. Didicerat omnia quæ mundum hunc præcesserant. Vtrum cognitu difficultius: Principium, an finis? Liqueat prius illud esse magis arduum. Igitur & Moses hæc didicit. Et quando, & ante quantū tēporis, conditus esset mundus: id declarat per hoc quod numerat annos. Hoc & Solomon didicerat: proinde dicebat, Cõmemorabo ea quæ fuerunt à seculo. Itaq; quod post hæc dominus breui uenturus esset, norunt & hi, quemadmodum & Paulus dicens, Dominus prope est, ne quid solliciti sitis. At tum quidē non nouerunt, tamen signa tradiderat illis dominus. Christus autem quemadmodum ante dixit, Post non multos dies, uolens eos uigilare, nec euidenter aperuit tempus, ita & hic facit. Quamquam & alioqui hic isti non de fine mundi, sed de regno Israelitico percõtantur, eoq; dicebant, Num in tempore hoc restituis regnum Israel? Ille uero ne id quidem illis aperuit. De fine uero mundi & prius interrogauerant, sed non quemadmodum illic seuerius respondit, auocans animos illorum ne putarent liberationem esse uicinam, conijciens eos in pericula, itidē & hic facit, sed mansuetus dat responsum. Etenim ne sibi uideretur illud, ne ueritatem ista quæ dicebantur, prætextus esse, audi quomodo pollicetur sese protinus eis daturum quod gauderent. Subiecit igitur, Sed accipietis uirtutem sancti spiritus superuentientis in uos, eritisq; mihi testes, tum Hierosolymæ, tum in tota Iudæa & Samaria, & usq; ad extrema terra. Deinde ne rursus ipsum interrogarent, protinus assūptus est. Quemadmodum igitur illic metu illis offudit tenebras, negās se scire, sic & hic idem fecit, post sermonem statim receptus in cœlum: uehementer enim id scire desiderabant, nec destitissent percõtari, quum esset uehementer necessarium, ne scirent, quod scire uolebant. Age dic mihi, utrum minus credunt gentes, futuram ne mundi consummationē, an deum hominem esse factum, & e uirginis utero prodisse, & ab hominibus in carne conspectum esse? An hoc nequaquæ dices, sed respondebis: omnino tuū fuerit & hoc dicere. Atqui pudet me perpetuo hac de re loqui, ueluti de negotio quopiam ancipiti uel indifferenti. Rursus ne dicant, quare suspendis causam? Quæ pater, inquit, posuit in sua potestate. Atqui eadem est potestas patris & illius, ueluti quum dicit, Sicuti enim pater suscitatur mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. An quum est operandum, eadem cum patre potestate operatur: ubi uero scire quippiam oportet, nō cum eadem scit potestate? Attamen longe maius est excitare mortuos, quàm scire diem. Quod si cum potestate facit id quod maius est, multo magis faciet & alterum. Verum ut intelligatis rem, adhibita similitudine reddam dilucidiorē. Quemadmodum quum uidemus infantem plorantem semperq; cupientē aliquid à nobis accipere, quo nihil illi est opus, tum occultato potius quod concupiscit, ostendimus illi manus uacuas, dicentes: Ecce non habemus: Itidem & ille fecit apostolis. Sed quemadmodum puer ille, si postea nihil ostendamus instat plorando, uidens se esse delusum, deinde eo relicto discedimus dicentes, uocat me talis, & aliud quiddam eius loco quod concupiscebat damus, uolentes illum auocare ab eo quod maluisset accipere, extollentesq; illud quod in alterius locū damus, eo dato, repente subducimus nos: Itidem fecit & Christus, Illi quærebant accipere, hic negauit se habere. Attamen primum deterrebat. Cæterum ubi rursus quærent, iterum negauit se habere, nisi quod nunc non territat, uerum posteaquā ostenderat quod fecerat, dicit etiam probabilem causam, Pater, inquit, posuit in sua potestate. Quid igitur, Nescis ea quæ sunt patris? An ipsum quidem nosti, cæterum quæ facit ignoras? Ipse dixisti, nemo nouit patrem nisi filius, Et spiritus quidem omnia scrutatur, etiam profunda dei, tu uero ne hoc quidem scis? Absit, Non ut hoc

Quomodo fili-
us dicitur ne
scire diem

Simile

suspīcetur, ad istum loquutus est modum. Sed ita se gerit quasi nesciat, quo illos reuocet ab intempestiua inquisitione. Timuerunt igitur iterum interrogare, ne audiret. Et uos sine intellectu estis: Longe magis enim illum nunc metuunt, quam antea. Sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientis in uos. Quomodo modum illic non respōdet ad ea quae percontabantur: nam hoc doctoris est, docere non quae uult discipulus, sed quae discere expediat: sic & hic quae cōcessit illis scire, ideo praedicit, ne turbarentur. nimirum adhuc etiam imbecilles. Ut autē illos confirmaret, erexit illorū animos, simulq; textit ea quae erant auditu grauiā. Nam quum esset illos paulo post relicurus, haec colloquens cum illis, nihil dicit molestum simpliciter, sed cum admixta laude mitigat per haec quae nunc facit, illud propemodum dicens. Ne formidetis, capietis enim uirtutem superuenientis in uos spiritus, & eritis mihi testes, & Hierosolymis, & in tota Iudaea ac Samaria. Quādoquidē antea dixerat, In uiam gentiū ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne ingrediamini. Nūc autem uult eos per omnem Iudaeam ac Samariam praedicare. Et quod tum reticuerat hic addit, Et usq; ad extremum terrae. eloquutus quod erat omnium maxime formidabile. Deinde ne rursus ipsum interrogarent, uidentibus illis subleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Vides eos praedicasse & impleisse Euangeliū. Vere rem magnam illis donauit. Caeterū ubi, inquit, timuistis Hierosolymis, illic primum praedicate, post usq; ad extremum terrae. Deinde rursus astruitur fides his quae dixerat. Vidētibus illis eleuatus est, inquit. Non resurrexit quidē illis uidentibus, sed uidentibus illis eleuatus est. Quoniam nec hic aspectus potuit omnia. Et resurrectionis finem quidem uiderant, principium uero non item. Rursum assumptionis initium quidem uiderunt, finem uero non item. Si quidem illud abstulit, uidelicet uti resurrectionis principium uiderent, quum praesens esset qui haec loquebatur, quum ipsum monumentū declararet ipsum illic non esse. Caeterum quod restabat sermone discendum erat. Quoniam oculi non poterant assequi celsitudinem ut uiderent, utrum in caelum ascenderet, an uelut in caelum, uide quid fiat. Quod idem Iesus esset, sciebāt ex his quae loquutus fuerat ad ipsos: quod autē susceptus esset in caelum, ipsi deinde docuerunt angeli. Eminus enim non potuissent agnoscere. Vides sic rerum ordinem esse dispensatum, ut non omnia gererentur per spiritū, uerum etiam nonnulla uisu. Quam ob rem autē nubes suscepit eum? Et hoc signum erat in caelum ascendere. Non ignis, neq; currus igneus quemadmodum factum est in Helia, sed nubes eum suscepit, quod erat caeli symbolum: quemadmodū dicit propheta. Qui posuit in nube ascensum suū. Quanquam hoc & de spiritu dictum est, ideoq; dicit in nube, declarans, quod in ipso signo diuinā potentia ascenderet. Nec enim alia uirtus ulla uidetur in nube. Audi rursus quid dicat alius propheta, Deus sedet super nubem leuem. Mihi sanē uidetur haec, cum adhuc interrogarent, illis uehementer attendentibus ijs quae dicebantur, uigilantibus minimeq; dormitantibus esse facta. Quanquam etiam in monte nubes cinxit illum, quum Moses ingrederetur in caliginem, uerum non illius causa adhibita est nubes. Ipse uero non dixit simpliciter uado, ne rursus mœrore afficerentur, sed addidit mitto spiritum. Nam quod abiret in caelum, oculis ipsis didicerunt. Papae, quo speculo dignatus est illos dñs. Erant, inquit, intendentes oculos in caelum, eunte illo. Et ecce uiri duo astiterunt illis in ueste candida qui & dixerunt, Viri Galilaei, quid statis aspicientes in caelum? Hic demonstratis est sermo, quo usi sunt, quum aiunt, Hic qui assumptus est à uobis in caelum, sic ueniet quemadmodum uidistis illum euntem in caelum. Iterum leta rerum facies ostenditur. Siquidem angeli quidā simul coniuncti humanā specie praeserentes, assistūt & aiunt, Viri Galilaei. Superest ut digni uideantur, quibus fides habeatur, in his de quibus loquūtur. Itaq; ueluti dignitate preminentes, e loci uocabulo cōpellant illos. Quid est alioqui opus erat, eos autē dire cuius essent patriae, cum id nequaquā ignorarent. Quin & ipsa specie reddiderunt illos in se intentos, uidelicet hoc quoq; modo declarantes, quod essent e caelo profecti. Quā ob causam, non ipse potius dominus haec discipulis loquitur, quam angeli? Imò praueuerat dominus, atq; haec oia praedixerat suis. Proinde per angelos cōmonescit illos eorum quae audierant, Nec dictum est, quē uidistis assumptū, sed euntem in caelum, nimirum ut intelligas hanc assumptionē esse reditum siue ascensum. Carnis autē est assumi, eoq; dicūt, qui assumptus est à uobis, sic ueniet. Nō mittetur sed ueniet. Vbi sunt igit, qui dicunt filium patrem minorē. Nubes suscepit eum, Recte dictū est, eum. Ipse enim cōscendit nubē, Proinde qui ascendit

Sensus quaedam tradit fidei

ascendit, ipse est qui descendit. Hic uero mihi confydera, quomodo partim quidē iuxta discipulorū intelligentiā loquantur angeli, partim uero iuxta diuinā naturae dignitatē, tum quo pacto deinceps cogitatio uidentū tollatur in altum, eo quod illis secundū aduentus nō mediocris cognitio data sit. Siquidē haec uerba, sic ueniet, perinde ualent, ac si dicerent, cū ipso corpore ueniet. Nā hoc audire cupiebant: deinde declarant, quod similiter nubi insidens iterū uenturus esset ad iudiciū. Ecce, inquit, uiri duo astiterūt. Quare ait uiri: Nam tota specie uiros representabant, ne pauore cōsternarētur. Qui & dixerūt, Quid statis inuidentes in caelum? Protinus addunt castigantiū uerba, quaeq; non sinerent illos protinus expeclare reditū illius. Angeli quod minus est dicunt, quod maius est tacent. Quod em sic esset uenturus, quodq; idē e caelo foret expectāndus eloquuntur, Caeterū quādo id esset futurū, silent. Deinceps igitur illos ab eo spectaculo seuo catos, reddunt attentos ad ea quae dicebātur, ne quoniam nō poterant tā uidere dominū, crederent illū nō ascendisse, Verū hanc cogitationē suis uerbis occupant ac preueniunt. Etenim si prius dicebāt, quō uadis, multo magis & nunc dixissent, num in tēpore hoc restituis regnū Israel? Vsq; adeo delectabatur illius māsuētudine, ut etiā post crucē ac mortem percōtarentur illum, Nū restituis? Atqui prius illis dixerat, Audietis bella & rumores de bellis, sed nondū finis, neq; Hierosolyma capietur. Nam tum de regno percōtabantur non de cōsummatione mundi. Quāq; & alia, posteaq; resurrexerat dñs, non misceat cum suis prolixos sermōes. Igitur sanē uelut ipsi quoq; futuri in precio si id eueniret, percontantur. Ipse uero nō aperuit, quādo restitueret regnū. Quid enim opus erat illos hoc scire? Hoc ergo ueritū, nō rursus ita loquūtur, quod signum aduentus tui, & cōsummationis seculi, sed hunc in modū interrogāt, Nū restituis regnū Israel? Existimabant enim iā illud adesse. Ipse parabolis docuerat illos, quod non esset in propinquo. Itaq; hoc percōtantiū non respōdit ad percontationē, uerum alium sermonem iniicit. Sed accipietis, inquit, uirtutē sancti spiritus superuenientis in uos. Hic illud cōsidera, quod dixit, superuenientis, nō missi, nimirū quo declararet honoris aequalitatem. Vbi es igitur o tu qui bellās aduersus spiritū, creaturā illū facis? Eritis mihi testes. Inuit assumptionē, quin potius eorū quae prius audierant memoriā illis renouat, ut palam faceret, quod in caelum ascendisset. Animaduerte uero, quod quēadmodū dixit Dauid, Nubes & caligo in circuitu eius, ita nunc ad id alludit dicens, Nubes suscepit eum, his uerbis declarās illum esse regem caelorum. Quēadmodū currus regalis declarat ipsum regē, sic & ad illū missum est regale uehiculū, ne quid triste loquerētur, nec idem illis accideret, quod accidit Elisaeo, qui magistro assumpto in caelum, discerauerit tunicam suam. Quid autē dicunt angeli? Hic Iesus qui assumptus est à uobis in caelum, sic ueniet. Et ecce uiri duo astiterunt illis. Cōgruenter. Siquidē in ore duorū testium stabit omne uerbū, praesertim quum eadem loquantur. Et in ueste, inquit, candida. Quemadmodū ante iam angelus ad monumentū uisus est in uestimentis fulgurantibus, qui & praedixit illis quid in animo uersarent, sic & assumptionis praeco exhibetur angelus. Quod si propheta nusquam praedixerunt, ne mireris. Superuacaneū enim erat, separatim eius rei mentionē facere, cuius intellectus cum resurrectionis intelligentia cōiunctus est. Caeterū ubiq; apparent angeli, uelut in natiuitate, rursus apud Mariam. Iterū in resurrectione. Itidē apparuerunt & in assumptione. Magis autē & in secundo aduentu, apparebūt angeli praecursores. Cū uero sic essent loquuti, Sic Iesus assumptus est à uobis, ne cōsternarent illorū animos, subiecerunt, Sic ueniet: Respirarunt aliquantulum quū audissent, eum denuo rediturum, praeterea sic rediturū ut intelligerent illum sic rediturū ut adiri possit. Rursum haec particula, à uobis, non simpliciter addita est, sed cōmendat domini charitatē erga illos, quos e mundo selegerat, docetq; eum nunquam deserturum quos elegerat. Itaq; suae quidem resurrectionis ipse fuit testis, quod id esset omnium maxime mirandum quae acciderant post uirginis partū, imò & omnium quae cōtigerunt ante uirginis partū, uidelicet quod ipse suscitaret seipsum. Ait enim, soluite tēplum hoc & ego excitabo illud. Caeterū posterioris aduentus angeli fuere testes, dicentes, sic ueniet. Proinde si quis desiderat uidere Christū, si quis dolet quod illum non uiderit, hoc angelorū audito sermone, Sic ueniet, uitā admirādis uirtutibus cōponat, & omnino uisurus est quē desiderat, nec frustrabitur suo uoto. Nā maiore cum gloria ueniet, sic tamen ueniet, cum nube, sic ueniet, cum corpore: sed multo magis admirandum est uidere eum e caelo descendentem, q̄ e terris in caelum ascendentē. Venturum igitur dixerunt, in

Excessus in loquē cōmune

Contra Ma-
nichæos

quo uero uenturus sit nondū addiderunt. Hic sermo cōfirmat resurrectionis fidē. Etenim si in corpore assumptus est, multo magis cum corpore resurrexit. Vbi sunt, qui pertinaciter negāt resurrectionē? Qui sunt, dic mihi, Ethnici an Christiani? Nō enim satis agnosco. Quin potius optime noui, Nimirū Ethnici sunt, qui nec mundū à deo conditum credunt. Nam eorundē est, non cōcedere deo potestātē aliquid à nihilo creādi, & negare illū posse suscitare quę sepulta sunt. Mox erubescens quod non cognoscant uirtutē dei, ne uocentur in hoc crimen, tergiuersantur dicentes. Non eō hęc dicimus, sed quod corpore non sit opus. Aptum profectō cōgruumq; respōsum. Fatuus enim, ut dicit Elaias, fatua loquitur. An nō pudet detrahēre deo potestātē ex nihilo creādi quę uult? Quod si tantū creat ex his quę sunt, quā re differt ab hominibus? Sed unde, inquit, mala? At tu quia nō intelligis, unde, non ideo debes aliud inducere malum in cognitiōne malorū. Hic enim gemina cōmittitur absurditas, altera quidē quod sic audes loqui, Etenim si negas deū ex his quę non sunt creare quę sunt, multo magis ignorabis unde sint mala. Altera uero, quod dum ista dicis, inducis maliciam increatā. Cogita q̄ sit absurdum, dum studes inuenire fontē malorum, & hunc ignorare, & alterum huic addere. Quare fontem malorū, & ne blasphemias inferas deo. Quomodo, inquit, blasphemias infero deo? Quid ais? An nō blasphemias es, dum malum inducis increatū, dum illi tribuis potestatem deo parem? Dum uim malorum inducis, æqualis cum deo potestatis, dum malum facis increatū? Vide quid dicat Paulus. Inuisibilia enim illius, ex creatione mundi, per ea quę facta sunt intellectu, cōspiciuntur. Ceterū ille diabolus utraq; dixit esse hyles, hoc est, primę materię, ne deinceps ulla ex re deum cognoscamus. Age dic mihi, utrum difficilius, creare quod natura sit malū, si tamen ullum est (Loquor enim iuxta uestram sententiā. Non enim potest creati natura malum, quod bono sit adiumento) an creare ex non extantibus? Vtrum facilius? Verbi causa de qualitate loquor, eā quę non sit, inducere, an quę sit in diuersum uertere? Vtrum difficilius? domum quę non sit extruere, an desertā instaurare? Perspicuū est illud esse difficilius. Non hoc igitur impossibile. Quēadmodū autē hoc impossibile, ita & illud impossibile. Sic enim loquor, ut in cōtrarium colligam disputādī gratia. Quin potius si hoc nō est impossibile, nec alterum erit impossibile. Age dic mihi, utrum facilius unguētum conficere, an efficere ut cœnum habeat eandem uim, quā habet unguētum? Vtrum facilius? quādo quidē deum nostris rationibus effingimus, nō nos, absit hoc, sed uos potius. Ipsos oculos ut sint creare, an efficere, ut cæcus uideat acutius uidenter? & ipsa cæcitate abuti ad acuem dum uisum, & surditate abuti ad facultatem audiendī? Mihi uidetur prius illud difficilius. Quod ergo difficilius est cum tribuas deo, quod facilius est eidē non tribuis. Sed quid hęc commemoror? Etiam animas aiunt ex dei substantiā profectas esse. At uide quantum hoc impietatis, quātumq; dementiæ: dum enim probare nituntur deum esse malorū autorem, aliud magis etiam impium inducunt. Primum enim fingunt mala iuxta tēporis spaciū æqualia deo, prædicantes hunc nihilo uerustiore, quolibet illorū. Nec uerentur his senectutem, ac longeuitatem immensam dare. Deinde maliciam asseuerant immortalem, neq; enim interit quod non nascitur. Videtis blasphemiam? ita necesse est ut aut nihil sit à deo: aut si hæc non sunt, ne deum quidem esse. Quod tertio loco proposuerā in hoc ipsi secum pugnant, ac maiorem æterni numinis indignationē in se prouocant. Quartum est, quod materię quę non subsistit, tantam uim tribuunt. Quintū, quod asunt maliciam fuisse causam diuinę bonitatis, quodq; absq; hac deus, qui bonus est, non fuerit futurus bonus. Sextum, quod uia nobis præcludunt perueniēdi ad cognitiōne dei. Septimū, quod deum ad homines deducunt, Imō ad plantas & ligna. Etenim si nostra anima pars est substantiæ diuinę, anima uero demigrat etiā in corpora cucurbitarū, pepōnum, & ceparum, consequitur ut substantiā dei sit in cucurbitis. Iam si dicamus quod spiritus sanctus in uirgine construxerit templum dei, derident. Si dixerimus quod deus habitaret in spiritali tēplo, rursus irident. Ipsos uero nō pudet dei substantiā in cucurbitas, pepōnes, muscas, bruchos, & asinos detrudere, noua idololatrię specie reperta. At non cepe, inquit, in deo est, sed deus est in cepe. Cur fugis ne uidearis deo tribuere demigrationem in corpora? Turpe est inquis. An nō igitur istud multo turpius? An non hoc turpe est? Quomodo nō turpe sit in deū, quod si nobis cōtingat, reuera turpe futurū sit? Videtis ne fecē impietatis? Sed quam ob rem tandē nolunt corpora resurgere? Quid hic adferunt? An quod corpus sit malum? unde

unde igitur nosti deum? unde habes rerum cognitionem? Tum philosophus quo pacto philosophus est, si nihil efficit corpus? Destruere sensus, & disce aliquid eorum quę scire est opus. Quid autē insipientius esset anima, si ab initio sensus habuisset corruptos? Etenim si una corporis parte corrupta, nimirū cerebro, læditur uniuersa uis animę, quid futurū censes, si ceteræ quoq; corporis partes corrupantur? Vbi fuerit utilis anima? Ostende mihi animam sine corpore. An nō audisti medicos aliquando dicentes: Morbus cum adest, uehemēter obscurat animę uires? Quousq; persistetis? Dic mihi num corpus est materię Pulchre. Igitur habendū erat odior: Quare igitur illud alis? quare foues? Quin potius liberaanda erat anima ab hoc carcere. Nam alioqui deus non potest uincere materiam, nisi illi commisceatur. Non enim potest illi præcipere, donec illi mixtus fuerit, ac per uniuersam materiam cōstiterit. O imbecillitatē! Rex quidem imperando peragit omnia, deus autē malis non imperat. Imō in totū nisi malicia boni cuiuspiā fuisset particeps, ne subsisteret quidem: italis est enim natura mali, ut nō cōsistat, nisi uirtuti cuiuspiā admisceatur. Proinde nisi prius fuisset malicia admixta uirtuti, iam olim perierat. Nam hunc in modum sese habent mala. Sit aliquis lasciuus, quicquid sese prorsus nō temperet, num uixerit decem dies? Sit rursus latro quispiā, quem à nullo facinore retrahat cōscientiā, sit etiā talis erga latrociniū forcius, num uixerit omnino? Sit aliquis fur impudens, qui non uereatur etiā palam furari, num uiuet istiusmodi? Mala non habent naturā, ut ex sese possint subsistere, nisi paulū ali quid à uirtutibus ceperint. Sic ista deus cōparauit, ut alteris altera sint admixta. Sit ciuitas uiuorum improborū, an stabit unquam? sed fac stare malos, utrum stabūt iuncti bonis, an inter sese? At fieri non potest ut soli stent. Vere stulti facti sunt, quā se dicūt esse sapientes. Si corpus malū est, omnia simpliciter mala sint oportet, & frustra sunt quę cōspiciuntur, aqua, terra, sol & aer. Siquidem & aer corpus est, quanquā inuisibile. Tempestiuū igitur existimarunt iniqui loqui nugalia. Verū ista ne toleremus, quin potius aduersus illos obturemus aures. Est enim, est in quā, corporis resurrectio. Hoc declarat sepulchrū quod est Hierosolymis, hoc declarat lignū, cui fuit alligatus cum flagellis cæderetur. Comedimus enim, inquit, & bibimus cum illo. Credamus itaq; resurrectionē, & hac digna operemur, quo simul & futura bona consequamur in Christo Iesu dño nostro, cui cum patre & spiritu sancto gloria, imperium, honor nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

TUNC REVERSI SVNT HIROSOLYMAM A MONTE QUIDICI
tur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati. HOMILIA III

TUNC, inquit, reuersi sunt, Tunc, quādo postq; audierāt. Alioqui nō sustinuis-
sent, nisi alter aduentus ipsis promissus fuisset. Mihi uero uidetur hæc in sabba-
to gesta fuisse, alioqui nō ad istū modū indicasset interuallū loci, dicens à mon-
te qui dicitur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati. Etenim certa uia
longitudo præscripta fuerat, quā peragere fas esset die sabbati. Et cū essent ingressi, ascende-
runt in cœnaculū, ubi erant permanentes. Itaq; post hac Hierosolymis manebant post dñi
resurrectionē, Petrus, Iacobus, et Ioannes. Non hic iam solus cū fratre recenset, sed & An-
dreas cū Petro, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphei &
Simon Zelotes ac Iudas Iacobi. Recte mentionem fecit discipulorū. Postq; enim unus
prodidit, alter diffusus est, declarat quod uno excepto reliqui essent incolumes. Hi oēs erāt
unanimiter perseverantes in deprecatione & obsecratione cū mulieribus. Pulchre. Magna
siquidē armatura in tentationibus est deprecatio, & hoc abunde didicerant prius ab ipso
magistro. Quanquā & alioqui præfens tentatio ad orandum illos adegit. Atq; hac gratia
conscendunt etiā cœnaculum. Vehemēter enim metuebant Iudæos. Cum mulieribus.)
De his loquitur de quibus narrat Euangeliā, quod dominū sint sequutæ. Et Maria matre
Iesu & fratribus eius.) Quomodo igitur dicitur est, quod peculpariter in sua receperit eā ille
discipulus? Sed rursus ubi cōgregasset illos, ita demū & illa simul aderat. Et cum fratri-
bus eius.) de his loquitur, qui prius diffusi fuerāt. Et in diebus illis surgēs Petrus in medio
discipulorū dixit.) Quam est feruidus? Quam agnoscit creditum à Christo gregē? Quam
in hoc choro princeps est? & ubiq; primus omnium incipit loqui. Erat autē turba nominum,
inquit, simul ferē centū uiginti. Viri fratres oportebat impleri scripturā hanc quam præ-
dixit spiritus sanctus.) Quare nō solus à Christo postulauit, ut ipsi daret aliquē substituē-
dum in locū Iudæ? Deinde, quare non potius per seiplos perficiunt electionē? Iam Petrus

bat. Ea res maxime declarat rursum domini humanitatem. Quonia, inquit, conuersatus erat nobiscum, & acceperat sortem ministerij huius. Sortem eius ubique uocat, declarans totum esse gratiae electionisque dei, simul comonefaciens illos uetustae legis, quod dominus sic eum sorte ascuisset, quemadmodum ascuierat leuitas. Et immoratur his quae dicuntur de Iuda, eo quod proditiōnis merces, eadem esset praeco uindictae. Parauit, inquit, agrum ex mercede iniquitatis. Vide quomodo quod factum est fuerit diuinae dispensationis. Iniquitatis inquit: Multae sunt iniquitates, sed hac nihil unquam factum est iniquius. Itaque iniquitatis erat negocium. Neque praesentibus tantum innotuit quod factum est, uerum etiam posteris omnibus. Inscientes igitur eum sic nominauerunt locum, non data opera, quemadmodum & Caiphas insciens edidit prophetiam. Ita deus copulit eos sic a dero uocabulum Hebraicum aceldama. Hinc enim patebant etiam mala, quae Iudaeis erant superuentura. Haec enim ostendit ex parte euenisse quod erat praedictum hisce uerbis, Bonum erat, si natus non fuisset homo ille. De Iudaeis autem conuenit eadem dicere. Etenim si punitus est qui fuit dux, multo magis & isti. Sed horum nihil adhuc loquitur. Post haec declarans, quod de eo congruenter dici debeat aceldema, allegat prophetam dicentem: Fiat comoratio eius deferta. Quid enim desertius esse possit sepulchrorum? Itaque merito debuit hoc nomine uocari ager. Etenim qui precium numerauit, etiam si fuerunt alij qui emerant, tamen is merito pro domino habebatur magnae desolationis. Haec desolatio pro oemium est Iudaicae desolationis, si quis diligenter expendat. Nam & ipsi seipso occiderunt fame, multosque peremerunt, & ciuitas uersa est in sepulchrum, hospitium ac militum. Nam nec illos patiebantur sepeliri: neque enim sepultura fuerant digni. Oportet igitur, inquit, ex nobis qui congregati sumus uiris. Vide ut illos noluit esse spectatores. Quamquam spiritus erat adfuturus, tamen huius rei magnam curam habebat. Congregatis, inquit, nobis uiris, in omni tempore quo egressus & ingressus est ad nos dominus Iesus, significat illos habitasse cum eo, non simpliciter ut discipulos adfuisse. Nimirum iam tum ab initio multi sequebantur eum. Vide igitur quomodo id declarat, dicens: Erat unus ex duobus qui audierant a Ioanne & sequuti sunt Iesum. In omni, inquit, tempore quo ingressus & egressus est apud nos dominus Iesus, incipiens a baptismo Ioannis. Pulchre. Etenim quae prius fuerant facta, nemo nouerat edocuit, sed spiritu didicerant. Usque ad diem, inquit, quo assumptus est a nobis, ut testis resurrectionis eius nobiscum fiat unus ex his. Non ait, Caterorum testis, sed tantum testis resurrectionis. Si quidem illi magis erat habenda fides, qui poterat dicere, Qui edebat, qui bibebat, qui crucifixus est, idem resurrexit. Itaque non oportebat esse testem, neque priorum temporum, neque prodigiorum quae post gesta sunt. Nam quod quarebatur, id erat resurrectio. Si quidem illa erant manifesta & in confectis, haec autem clam facta est, hisque solis erat manifesta. Neque dicunt, angeli retulerunt nobis, sed uidimus nos. Unde liquet istud: Ex miraculis quae facimus. Ob id potissimum id temporis digni erant quibus crederetur. Et statuerunt, inquit, duos. Quare non multos? Ne maior fieret animorum perturbatio, ne ueres in multis distraheretur. Neque temere, non praefert illum, uidelicet ostendens eum frequenter qui apud homines in precio est, apud deum esse inferiorem. Omnes tamen communiter orant dicentes: Tu domine qui nosti corda omnium, ostende. Tu inquit, non nos. Apte cordium cognitorem appellat. Hinc enim erat electio facienda. Hoc pacto confidebant, quod oporteret omnes unum fieri. Non dixerunt, elige, sed ostende electum, hoc est, quem tu elegisti, scientes, quod omnia prius a deo fuerant destinata. Ex his duobus, ut unus accipiat sortem huius ministerij & apostolici muneris. Hoc ideo dicunt, quod esset & aliud ministerium. Et dederunt eis sortes. Nondum iudicauerunt sese esse idoneos, ut ipsi ex sese facerent electionem, eoque cupiunt aliquo signo edoceri. Alioqui si illic ubi nec erat deprecatio, neque uiri probi, tantum ualuit fors, eo quod recto animo fieret super Iona, multo magis hic expleuit chorum, ac perfectum ordinem, nec alter ille praeteritus doluit. Non coelauerunt apostoli, si quid habuerunt minus perfectum, qui quidem de ipsis primoribus non ueriti sunt dicere, quod alicubi commoti fuerunt, idque non semel, sed semel atque iterum ac sapius. Hos igitur & nos imitemur. Non tam omnibus loquor, sed his tantum qui principatum affectant. Si credis dei esse electionem, ne indignaris, illi enim indignaris, & aduersus illum iritaris. Illius enim est electio. Quod si ipse elegit, tu uero aude huic indignari, idem facis quod Cain. Oportet enim probare quod deo placuit. At ille quonia praelata est uictima fratris, incensus est, indignatus est, quum

Expatriatur

est, qui oporteret compungi. Ego uero non hoc dico, sed quod deus nouit utiliter dispensare. Fit enim crebro, ut tu qui moribus es humanioribus, non sis idoneus. Rursum est tibi uita inculpata, moresque liberales, caterum in ecclesia non his tantum opus est. Quin & alio qui alius ad aliud est appositus. Non uides quot uerba faciat super hac re scriptura diuina? Sed si quando ob aliquam causam res deuenit ad contentionem, non tanquam ad principatum aut praefecturam fratrum accedamus, sed tanquam ad illorum honorem ac refocillationem. Etenim si nouisses, quod Episcopus debet omnium onera gestare, quod alijs irascens datur uenia, ipsi uero nequaquam, quod alijs peccantibus superest excusatio, ipsi uero minime, haudquaquam festinales ad primatum, haudquaquam accurrisses. Hic enim omnium linguis expositus est, omnium iudicij obiectus, & sapientium & insipientium, curis perpetuis obtunditur, tum diurnis tum nocturnis. Multos habet quibus est inuisus, multos habet inuidentes. Nec enim mihi loquaris de his qui nihil non faciunt ad gratiam, qui dormire cupiunt, uelut ad quietem accedunt, ad negocium. De his non loquor, sed de his qui uigilant pro animabus uestris, qui subditorum salutem anteponunt suam. Dic mihi, si qui decem habet filios subditos, assidue cum ipso uiuentes, cogitur sine intermissione curam illorum agere: quid non patietur hic, qui tot habet, non domesticos sed obedientiam habentes in sua ipsorum potestate. Sed habetur, inquit, in honore. Quis honos? Pauperes triobolares conuicia iaculantur in illum in foro. Quare igitur illis non ocludit os? Admodum sane. Non enim opus Episcopi narras. Rursum nisi semet omnibus praebet, & his qui uiuunt in ocio, & his qui in negocio, mille undique criminationes. Nemo metuit accusare ac traducere. Nam in principibus urget metus, in his uero nequaquam, quando dei timor apud istos ualet nihil. Quis eloqui possit in dicendo docendoque sollicitudinem? Quis difficultatem in electionibus? Fortassis aut ego sum uehementer infirmus & infelix, nihilque aut sic habet res, nihil a nauis fluctibus iactatur differt sacerdotis animus. Undique premitur ab amicis & inimicis, a suis & ab alienis. Nonne terrarum orbis imperium tenet imperator? Hic autem unius ciuitatis Episcopus est. Sed tanto plus curarum habet hic, quantum interest inter aquam fluminis uento agitatum, & inter mare intumescens & insaniens. Quam ob rem tandem? Quoniam alii complures sunt, qui adiuuant, eo quod legibus ac mandatis omnia peraguntur: hic uero nihil tale. Neque enim licet ex autoritate praecipere. Verum si uehementer commoueatur, audit crudelis: si parum uehementer, audit frigidus. Sed oportet haec duo contraria concurrere, sic ut neque contemnatur, neque odio habeatur. Quin & alias, ipsa negotia praeventur occupantque. Quam multos cogitur offendere, uolens nolens? Quam multos oburgare, uelut nolit? Non temere dico, sed ut affectus sum ac sentio. Non arbitror inter facientes multos esse qui salui fiant, sed multo plures qui pereant. In causa est, quonia res excelsum requirit animum. Multas enim habet causas quae depellant ipsum a suis moribus, & innumeris oculis illi opus undique. Non uides quam multas res oportet adesse Episcopo, ut sit appositus ad docendum, ut tolerans malorum, ut tenax sit ac fidelis in doctrina sermonis. Quantae hoc difficultatis? & quod alij peccant illi imputatur. Nihil dico praeterea, si uel unus tantum decedat, non initiatus, nonne totam ipsius subuertit salutem? Unius enim animae perditio, tantam habet iacturam, uti nulla ratio possit aestimare. Etenim si unius animae salus tantum est, ut ob hanc filius dei fieret homo, tantaque pateretur, perditio cogita quantam conciliabit poenam. Quod si quis ob hominem, in hac uita perditum, morte dignus est, quanto magis ille. Ne mihi dixeris igitur, Peccauit presbyter, aut diaconus, omnium horum crimina redundat in caput eorum, qui hos elegerunt. Rursum aliud dico. Euenit ut quis successione accipiat uitrorum improborum, quid consilij capiat haeret, peccatis praeventus. Vtrinque praecipitum est, Nec illum oportet amittere, nec alios offendere. Quid? An excutiendus est prior? Verum non adest occasio. An omittendus? Certe inquis, Nam eius est culpa qui elegit. Quid igitur? Non oportet eligere quenquam, nec in alium reuocare gradum? Verum ita fiet, ut omnes norint illum esse malum. Itaque rursus alio offendit modo. Ergo ad maiorem gradum promouendus est? Hoc multo detentius. Proinde si quis ad summum sacerdotium accesserit, uelut ad sollicitudinem & curam, nullus illud facile susceperit. Nunc autem non aliter quam prophanos magistratus, & hanc affectamus dignitatem, nimirum ut glorificemur, & honoremur apud homines, perdimur apud deum. Quid lucri fert hic honos? Quomodo demonstratum est eum esse nihil: Quum concupisces

concupisces sacerdotiū, ex aduerso pone criminationes quas illi perpeti necesse, pone uitam à negocijs liberā, pone supplicij modum: Quoniam si pecces priuatim nihil tale passurus es, sin in sacerdotio, peristi. Reputa, quā multa sustinuerit, in quā multis philosophum praestiterit Moses, quā multa praestiterit bona: sed quoniam peccarat unū peccatum, acerbè punitus est, idēq; merito, quippe cum id aliorum iactura factum sit. Itaq; grauiores poenas dedit, nō solum ob id quod propalam factum est, sed & quod esset sacerdotis peccatum. Neq; enim simili poena plectimur pro cōmissis manifestis & occultis. Propterea quod peccatum quidem idem est, iactura non est eadem, imò ne peccatū quidem est idem. Neq; enim idem clam occulteq; peccare. & in propatulo. Episcopus autem non potest peccare clam. Bene enim cum illo agitur, si nō peccans liber esse possit à criminationibus, tantum abest, ut peccans id possit. Si uel irascatur, si uel rideat, si uel somnum relaxationis cōcupuerit, multi sunt qui scommatis incessant, multi qui offenduntur, multi qui leges praescribant, multi qui priorum memoriam refricent, & praesentem deiiciant, idēq; faciunt non ut illos laudent, sed ut hunc mordeant. Dulce aiunt bellum inexpertis. Hoc & nunc conuenit dicere, Imò potius hoc dicimus prius quā ueniamus in certamen. Ceterum posteaquam eò descendimus, sic nos gerimus ut popularis conditionis hominibus etiam ignōti simus. Non enim est nobis bellum, aduersus eos, qui potentia opprimūt pauperes, neq; sustinemus propugnare gregē, sed ad exemplum pastorum, quorum meminit Ezechiel, maclamus ac deuoramus. Quis nostrum praestat tantam sollicitudinem pro ouibus Christi, quantā praestitit Iacob erga greges Laban? Quis potest recensere toleratum nocētis gelu? Ne uero mihi dixeris peruigilatas noctes, tantamq; curam exhibita. Totum itaq; contrarium est. Primates ac praefecti nō tanto potuntur honore, quanto qui praestit ecclesiae. Si ingrediatur in aulam regiam, quis prior? Si apud matronas, si in aedibus uersetur magnatum, nullus alius illi praefertur honore. Perierunt omnia, corruptaq; sunt. Haec loquor non ut nobis pudorem incutiā, sed ut uestram cohibeā cupiditatem. Quem enim consciū adibis, si procuraris uel per te ipsum uel per aliū? Quibus oculis obtueberis illum, qui tibi fuit auxiliō? Quid habebis quod excuses? Etenim qui nolens & inuitus cōpulsus est, habiturus est aliquam excusationem. Quanquā maxime & hic priuatus est uenia, nisi quod ad hoc collatus habet aliquid excusationis. Cogita quid acciderit Simoni. Quid enim refert si non das pecuniā, sed pecuniā loco adularis, subornas, multaq; machinaris. Pecunia tua sit tecum in perditionē, ad illum dictum est. Et his dicitur, Ambitio tua sit tecum in perditionem, quoniam putasti ambitu humano parari donū dei. Verum nullus fortassis est talis. Utinā non sit. Cupio siquidem nihil horū ad uos pertinere quē loquor. Sed interim ipse sermonis tenor in harū rerum mentionem me deduxit. Neq; enim quoties loquimur aduersus auaritiā, aduersus uos loquimur, imò nec prorsus aduersus ullum. Utinā cōtingat ut remedia frustra sint à nobis parata. Talia sunt medicorū uora, nihil aliud postulantium, nisi ut post multū laboris insumptū prorsus abijciantur pharmaca. Idem & nos optamus, ut nostra uerba prorsus in aerem dicantur, & uerba tantū sint. Equidem omnia prompte sustinuerō, ut non sit opus haec dicere. Quin si uultis tacebimus, tantum ut silentium careat periculo. Nec enim arbitror quenquā, quamuis admodum gloriae sitientem, nisi uocet necessitas, uelle prorsus Episcopum designari. Concedemus uobis doctrinam. Nam haec maior est doctrina, quā docet ipsis factis. Quandoquidem & medici sunt optimi, qui tamen morbus agrotatiū affert ipsis mercedem, cuperent tamen suos amicos uti prospera ualeatudine. Et nos cupimus oēs bene ualere. Non enim cupimus ut nos probati simus, uos autem reprobi sitis. Optarim si fieri possit, ut ipsis oculis meā erga uos charitatem ualeā ostendere. Id si fiat, nullus posthac mihi culpā ullam impingeret, etiam si sermo meus fuerit uehementer asper. Etenim quā ab amicis dicuntur, etiam si contumeliam habeant, tolerabilia sunt. Magis enim credendū uulneribus amici, quā spontaneis inimici osculis. Nihil mihi uobis charius, ne lux quidem ista. Optarim enim ipse uel miles execrabilis esse, si queam per hoc uestras animas conuertere. Adeo mihi luce dulcior est uestra salus. Quid enim mihi profunt solis radij, si dolor per uos obortus, multam caliginem offundat oculis? Tunc enim bonum est lumen, quū in gaudio exoritur: Nam animae micerenti etiam molestum uidetur esse. Ceterum nō mentiri me quā loquor, utinā non cōtingat unquam experimento discere, Verum si quando contigerit uestrum peccare

care quempiam, dormiēti mihi obuersamini. Emoriar nisi uideor similis dolore exanimatis, nisi a tonitus, & ut uerbis propheticis utar, etiam ipsum lumen oculorum meorū non est mecum. Nam quā spes nobis, si uos nō proficiatis. Rursus quantum animi solatium, si uos probati sitis. Gestire mihi uideor, quoties boni quippiam audio de uobis. Implete meum gaudium. Hoc solum adfero ad uotū, quoniam desidero profectū uestrum. Quod aduersus omnes decerto, hoc est, quoniam diligo, quoniam conglutinatus sum, quoniam omnia mihi uos estis, & pater & mater & fratres ac liberi. Itaq; ne quid eorū quā à me dicuntur arbitremini ab odio uestri proficisci, sed in hoc dici, ut corrigamini. Frater, inquit, qui à fratre adiuuatur, ut ciuitas munita. Ne igitur aspernemini. Neq; enim ego cōtemno si quid dicere uoletis, sed cuperem & à uobis corrigi, cuperem discere. Omnes enim nos fratres sumus, unus autem est noster magister. Quanquam & inter fratres fas est ut unus praescribat, ac ceteri obtemperent. Ne igitur aspernemini, sed omnia faciamus in gloriam dei, Quoniam ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

ET DVM COMPLERETUR DIES PENTECOSTES, ERANT
unanimitè cōgregati in unū: & factus est repente de caelo sonitus.

HOMILIA QVARTA

QVAE est haec pentecostes, quā falx mittenda esset in messem, quā fructus essent colligendi. Vides typum? Vide iam ueritatem. Quā falx sermonis esset adhibenda, quum colligendae fruges, tunc spiritus ille ueluti acuta falx aduolauit. Audi enim Christū loquentem, Attollite oculos uestros, & uidete regiones, quod iam albæ sunt ad messem. Ac rursum, Messis quidē multa, operarij uero pauci. Vnde ipse prior falcem misit in messem; propterea quod ipse segetis primitias subuexit in caelum, nostra assumpta natura: atq; hanc ob causam appellat messem. Dum cōpleretur, inquit, dies pentecostes, hoc est nō ante pentecosten, sed circiter ut ita loquar pentecosten. Nam oportebat festi tempore rursus haec fieri, ut qui cruci adfuerant Christi, isdem haec quoq; spectarent. Et factus est repente de caelo sonitus. Quare id nō est factū absq; signis sensibus expositis: Quoniam si quum hoc accidisset, dixerunt, multo pleni sunt, quid non dixissent, si signum nō fuisset additum? Neq; tantummodo repente factus est sonitus, sed ut magis excitaret illorū animos, totam etiā domum repleuit. Miram spiritus uehementiam expressit. Præterea demonstrat omnes fuisse congregatos, ut simul & qui aderant crederent, & discipulos eo munere dignos ostenderet. Nec id accidit modo, uerum etiam quod multo cognitum est mirabilis. Et uisæ, inquit, sunt illis dispersitæ linguæ, uelut igneæ. Recte ubiq; additū est, uelut, ne quid sensibile de spiritu suspicaueris. Velut igneæ, inquit, & uelut flatus. Nec enim uentus erat simpliciter per aerem diffusus. Ac tum quā Ioanni deberet innotescere spiritus, uelut columbae specie, in caput Christi uenit: nūc uero quum tota multitudo cōuertenda esset ad fidem, uenit in specie ignis. Et insedit singulis illorū. hoc est, mansit apud illos & in illis requieuit. Nam sedendū uerbum stabilitatem ac mansionem declarat. Quid autē, an in duodecim uenit tantum, nō etiam in ceteros? Nequaquā, sed uenit etiā in illos centū uiginti. Neq; enim temere Petrus allegauit prophetae testimonium, dicens: Et erit in nouissimis diebus dicit dominus deus, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri, & filiae uestræ, & iuuenes uestri uisiones uidebunt, & senes uestri somnia somniabunt. Animaduerte quod ut non solum obstupescas, uerum etiam gratia implearis, ideo uenit in spiritu sancto & igni. Et repleti sunt oēs spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus dabat illis loqui. Non accipiunt aliud signum, sed hoc primū, erat enim nouum, nec erat opus alio signo. Insedit inquit, singulis illorum. Ergo & illi qui non fuerat assumptus, eoq; iam nec dolere se non fuisse electum, quem admodum fuit Matthias. Et repleti, inquit, sunt omnes. Recte sic loquutus est, nec enim uulgariter acceperunt gratiam spiritus, sed eousq; ut implerentur. Et cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Quum & apostoli essent illuc praesentes haudquaquā dixisset omnes, nisi ceteri quoq; fuissent participes. Alioqui quā illos antea seorsum ac nominatim sit eloquutus, nunc non cōiunxisset illos in eodem negotio nisi fuisset omnium commune. Etenim si tum quū loquendum esset,

quando priuatum aderat, apostolorum meminit, multo magis hic idem fecisset. Illud autem considera, quum instant deprecationi, quum charitatem inter se habent, tum aduenit spiritus. Adhuc quomodo etiam comonefecerit illos alterius uisionis, quum ait uelut ignis, quando quidem & in rubo uelut ignis apparuerat. Prout spiritus dabat illis loqui. Hoc pacto loquitur, indicans apophthegmata ac uelut oracula esse quae ab illis dicerentur. Erant autem Hierosolymis habitantes uiri Iudaei religiosi. Hoc ipsum habitare, signum erat religionis. Quomodo? Quia quum essent tam multis profecti nationibus, tamen & patria, & domo, & cognatis relicti habitabant illic. Erant enim, inquit, Hierosolymis habitantes Iudaei uiri religiosi ex omni natione quae sub caelo est. Quum autem facta esset haec uox, conuenit multitudo & confusa est. Quoniam id quod fiebat in domo gerebatur, merito qui foris erant concurrebant. Confusa est multitudo. Quid est confusa est? Turbata est, admirati sunt: deinde declarans quid admirarentur adiungit, quoniam eorum singuli audiebant illos, propria cuiusque lingua loquentes. Et conuenit multitudo, & inter se dicebant: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilaei sunt? Haec dicit respicientes ad apostolos, & ad dunt. Quomodo nos audimus illos propria cuiusque lingua loquentes in qua nati sumus, Parthi, & Medii, & Elamitae, & qui incolunt Mesopotamiam, Iudaeam simul & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam pariter & Pamphylia, Aegyptum & eius partes Libyae, quae est circa Cyrenen: praeterea qui hic agunt Romani, partim Iudaei, partim profelyti, Cretenses & Arabes, audimus eos loquentes nostrarum linguarum proprietatibus magnifica dei. Stupuerunt autem omnes & haec haesitabant inter se dicentes: Quid hoc uult esse? Vides quemadmodum uelut alati terrarum orbem percucurrerint, Alij uero subsannabant illos dicentes, multo repleti sunt. O uesania, o malitia inaudita. Atqui ne tempus quidem illud habebat mustum. Erat enim pentecoste. Quodque mirabilis est, quum omnes confiterentur, & qui erant Romani, & qui erant aduenae, fortasse & hi qui dominum in crucem egerant, illi post argumenta tam multa dicunt, multo repleti sunt. Sed rursus ab initio quae dicta sunt consideremus. Repleuit, inquit, domum flatus, & facta est uelut piscina plena aquarum. Porro ignis arguit gratiae copiam ac uehementiam. Nequaquam idem accidit in prophetis: sed tum quidem sic accidit illis, prophetis autem alio modo. Nam capitulum libri datum est Ezechielis, edebatque quae diciturus esset. Eoque dicitur est, factum est in ore eius ut mel dulcescens. Rursus manus domini tetigit linguam alterius prophetae. Caterum hic ipse spiritus operatur omnia. Tanta est inter patrem & filium aequalitas. Ac rursus alius alibi, Lametatio & caniticum & uae. Illis merito in libris datum est donum. Adhuc enim eis opus erat parabolis. Quin potius ob id, quod illi prophetae ad unam duntaxat gentem mittebantur, eamque peculiarem ac propriam, isti uero ad uniuersum terrarum orbem, & ad nationes haec tenent incognitas. Helisaeus per exuium ouillum accepit gratiam: Rursus alius per oleum quemadmodum Dauid, Moses uero per ignem rubi uocatur. Non itidem hic factum est, sed ipse ignis insedit. Et quam ob causam, dixerit alijs, non apparuit ignis qui repleuit domum: Quoniam exterriti fuissent. Demonstrat tamen quod hoc factum sit. Tu uero considera, quod non solum dixerit, uisae sunt illis dispersitae linguae, sed additum est, ignis. Tam magnus ignis immensam syluam potest incendere. Ac recte dixit dispersitae. Nam ex eodem fonte uenerant, ut intelligas occultam uim esse a paraclito missam, qui quidem ignis, mundi peccata quasi syluam exussit. Vide uero & illos primum declaratos eo munere dignos, atque id temporis spiritu donatos fuisse, sicut & in Dauid factum est. Nam quae fecerat quum esset pastor ouium, eadem fecit & post uictoriam ac trophaeum, quo uidelicet ipsius nuda, simplexque fides declararetur. Rursus considera Moysen, qui & ipse regiam aulam contempsit, & Samuelem qui post quadraginta annos quum populi rem administrasset, tamen adhuc nutrebat in templo: specta Helisaeum omnia relinquentem, cumque his Ezechielem. Porro quod ad hunc modum res illis gesta sit, perspicuum est etiam ex his quae sequuta sunt, quando quidem & hi facultates suas omnes pro desertis habuerant. Eoque tum accipiunt spiritum sanctum, posteaque suae uirtutis dedere specimen. Didicerant humanam infirmitatem ex his quae ipsis acciderant, didicerant quod ea quae pie fecerant frustra gesserint. Sic & Saul prius dum adhuc testimonium haberet quod uir bonus esset, tum accipiebat spiritum. Sed eodem modo quo nunc discipuli, nemo alius. Quin potius ne Moses quidem prophetis maior. Nam ille quum oporteret alios affari spiritu, ipse diminutus est. Hic uero non eodem modo: sed quemadmodum ab igni, quotquot uolet aliquis

quis lucernas accendit, nec ignis imminuitur, ita & in apostolis tum temporis accidit. Non enim per ignem tantum gratiae largitas demonstrabatur, sed unusquisque spiritus fontem accepit: sicut & ipse fontem aquae salientis in uitam aeternam dixit accepturos eos, qui in ipsum credidissent. Idque ualde congruenter. Neque enim cum Pharaone disceptaturi abierant, sed cum diabolo luctaturi, quodque mirabilis est, quum mitterentur nihil excusarunt, neque dixerunt se gracili uoce esse linguarum inexplicatae. Siquidem Moses illos in hoc erudierat. Non dixerunt se iuniores esse. Nam Hieremias hic illos reddit uerecundos. Atqui multa audierant terribilia, multoque plura quam illi, & tamen ueriti sunt contradicere. Ex quo liquet illos lucis angelos fuisse, & caelestium negotiorum administratores. Attamen istis quidem nullus est caelo apparuit adhuc in terris agentibus. Sed posteaque abijt homo superna petens, simul spiritus est supernis delabatur. Quali ferretur, inquit, flatus uehemens. Per hoc perspicuum facit, neminem fore qui posset illis resistere, sed ab eis aduersarios ceu puluerem dissipandos. Et repleuit totam domum. Domus mundi typum gerebat. Et sedit super singulos illorum, & conuenit multitudo & confusa est. Vides illorum religionem, & quomodo non illico pronunciant, sed haesitant. Alij uero dementes pronuntiant dicentes, multo pleni sunt. Quoniam licebat per legem ter quatuordecim annis apparere in templo, ideo habitabant illic ex omnibus nationibus uiri religiosi. Hinc perpende quod non adulatur illis qui haec scribit. Non enim dixit pronuntiarunt, sed quid? Quum facta esset haec uox conuenit multitudo & confusa est. Merito. Existimabant enim ipsis rem ad extrema peruenisse, ob facinus quod ausi sunt in Christum. Quin et alioqui conscientia perturbabat illorum animos, eo quod etiam in manibus esset homicidium, omnes illos reddens attonitos. Nonne ecce, inquit, omnes isti qui loquuntur Galilaei sunt? Pulchre hoc dixit, quando quidem hoc se esse profitebantur. Vnde adeo sonitus illos reddiderat attonitos, quod hic maiorem orbis partem comprehenderit. Illud uero confirmabat apostolos, quod quid tandem esset Parthice loqui, non nouerat, ab illis tamen id temporis scire putabantur. Porro gentium meminit quae illis erant hostes, Cretensium, Arabum, Aegyptiorum, Persarum, uidelicet declarans quod eas omnes essent in ditionem suam redacturi. Quippe quum id temporis Iudaei essent in captiuitate, conueniebat ut illic multi adessent ex gentibus: siue quod iam ad gentes quoque fidei dogmata seminata fuerint, & hanc ob causam coplures ex illis aderant, ut memorarent quae audierant. Certissimum utique nec ullam recipiens contradictionem testimonium, a ciuibus, ab hostibus, ab aduenis. Audiuimus eos loquentes linguis nostris magnifica dei. Neque enim quidlibet garriebant, sed admiranda quaedam loquebantur. Vnde merito haesitabant, nunquam enim tale quicquam acciderat. Vide hominum modestiam, Stupebant & haesitabant dicentes: Quid uult hoc esse? Alij uero subsannantes dicebant, multo pleni sunt. O impudentiam si ob hoc irridebant. Et quid mirum? Quando quidem ipsum etiam dominum, qui daemonia pellebat, daemonia habere dixerunt. Nam ubicumque fuerit improbitas, unum hoc duntaxat studet, nempe dicere. Quid tandem? non ut dicat rei consentanea, sed tantum ut dicat: Multo impleti sunt. Prorsus sane, quum homines in tantis constituti periculis, extrema metuentes, & in tanta uersantes desperatione, eiusmodi audent proloqui. At quum id esset minime uerisimile, ut audientibus imponant, persuadeantque illos esse temulentos, ebetudini crapulaeque rem totam ascribunt, dicentes eos esse multo plenos. Stans autem Petrus cum reliquis undecim, extulit uocem suam, ac loquutus est illis. Vides ne illic curiositatem, hic animi fortitudinem? Etenim si admirabatur, si stupebant, nonne & illud aequum mirandum erat, in tam numerosa multitudine in uerba prorumpere, hominem illiteratum & idiotam? Nam si quis inter familiares diciturus perturbatur, quanto magis hoc accidere debuit apud hostes & uociferantes? Quod autem ebrii non essent, protinus ex ipsa uoce declararunt, quod non essent arrepti furore more uatum, quodque nulla uis compellerentur. Quid autem est cum reliquis undecim? Communem, inquit, uocem edebant, Petrus omnium erat os, sed astabant illi undecim testimonio suo comprobantes ea quae ab illo dicebantur. Extulit, inquit, uocem suam, hoc est multa cum fiducia loquebatur. Id autem facit, uti cognoscerent spiritus esse gratiam, quum is qui uillis puellae non tulerat percontationem, nunc in medio populi, cunctis uociferantibus, tanta cum fiducia differat, ut hoc indubitatum esset resurrectionis argumentum, ridentibus interim hominibus, taliaque scommata in eos facientibus, tanta uti libertate. Quanta putas hoc esse improbitatis, quanta impietatis, quanta impudentiae

dentia, temulentia affcribere linguarum miraculum: Verum id apostolis nihil attulit trinitate, neque reddidit illos timidiore, quum eo tempore audiret in se iaci scdmata, quando iam aduentu spiritus fuerant instructi, ut essent cunctis rebus corporalibus superiores. Quoscuq; autem accesserit spiritus sanctus, eos pro luteis reddit aureos. Iam mihi Petrum considera ac reputa, timidus ille, adeoque timidus, ut nec mulierculae uilis percontationem tulerit, qui uir factus sit, post accessionem & largam suppeditationem spiritus. Quin & illud considera, apostolorum concordiam, qui Petro cesserint concionandi ius. Neque enim oportebat omnes pariter loqui. Et sublata uoce sua loquitur, quae res declarat ingentem illam fiduciam, animique praesentiam. Tale quiddam est esse uirum spiritualem, Tantum nos ipsos praebemus dignos caelesti gratia, & omnia fuerint facilia. Quemadmodum enim igneus homo si in medias incidat stipulas, nihil laedetur, sed magis uim exeret suam. Nec enim ille quicquam patitur mali, sed qui his reluctatur, ipsi seipos perdunt. Ita nunc euenit. Imò potius ac si quis ignem gestans, lucretur cum eo qui importat foenum. Idem uidelicet, & apostoli illos adorti sunt multa cum fiducia. Quid enim, obsecro, laesit illos tanta multitudo? Num illis cum egestate & fame fuit conflictatio? Num cum ignominia & infamia? Nam impostores esse credebantur. Num irrisionibus & conuitijs praesentium succubuerunt? Nam utraq; haec simul in eos incidebant, eo quod alij deridebant illos, alij etiam scommatis incessabant. Nonne totae ciuitates furoribus & insanijs illos impetebant? Nonne seditionibus & insidijs obiecti sunt? Nonne igni, ferro & bestijs? Nonne undiq; illos innumera bella uallabant? Nonne perinde fuerunt affecti, quasi in somnis uidissent haec mala, aut in pictura? Quid igitur? Nonne consumpserunt omnium furoribus? Nonne in ipsos animi anxietatem retorserunt? Nonne illi furore metuq; omnium maxime tenebantur? Nonne periclitabantur, formidabant ac tremebant? Audi enim illos dicentes: Vultis inducere in nos sanguinem hominis istius. Atq; illud interim mirabilius, quod apostoli nudo corpore consistebant aduersus armatos, aduersus principes qui publicum in ipsos ius habebant, imperiti, elingues ac simplices idote, aduersus impostores & circumuentores, aduersus sophistarum rhetorū ac philosophorum turbam, qui in Academia Platonis & Aristotelis deambulationibus exercitati depugnarāt, & in Stoicorum porticibus fuerāt occupati. Hos ita superauit Petrus, quasi cum mutis piscibus certamen fuisset. Nec enim aliter quam piscator mutos pisces, ita hic illos superauit. Ac Plato quidem ille multa nugari solitus, obtinuit: hic uero loquitur, non tantum apud suos, uerum etiam apud Parthos, apud Medos, apud Elamitas, apud Indos, breuiter, in omni loco, usq; ad orbis terminos. Vbi nunc Graeciae fastus, ubi nomen Athenarum, ubi philosophorum deliramenta? Ille Galilaeus, ille Bethsaide natus, ille rusticanus, uniuersos illos deuicit. Agedum nonne ad nominatam patriam illius qui uos deuicit erubescitis? Quod si nomen ipsum hominis audieritis, Cephas enim dictus est, multo magis obtegetis faciem. Siquidem hoc uos, hoc inquam perdidit, quod expolitam habere linguam laudi ducitis, ac huius rei imperitam probrosam existimatis. Non ingressi fuistis qua oportuit, sed regali omnia uita, quae facilis est ac leuis, operosam illam ac praeruptam difficilemque calcastis, eoque non peruenistis ad regnum caelorum. Quare igitur, dixerit aliquis, non in Platone & Pythagora operatus est Christus? Quoniam Petri mens multo erat, quam illorum ad philosophiam accommodatior. Nam illi re uera pueri erant, ubiq; supra modum gaudentes inani gloria. Hic uero uir fuit philosophicus & gratiae capax. Quod si haec quum audis rides, mirum non est, quandoquidem & illius temporis homines ridebant, eosque multo plenos esse dicebant, uerum postea quum perpessi fuissent illa tam acerba, ut omnes calamitates superarent, quum ciuitatem uiderent direptam, quum incendium in altum subuolans, quum moenia solo exquata, quum uarias illas debacchationes, quas nemo possit oratione consequi, tum non ridebant. Similiter & uos tunc non ridebitis, quum iudicij dies ingruerit, quum gehennae ignis fuerit incensus. Sed quid loquor de futuris? Vis ostendam qui uir sit Petrus, qui Plato? Iam mores illorum si uidetur expendamus, uideamusque quid ambo gesserint. Hic omnem uitam consumpsit distorquens sese circa dogmata inutilia superuacanea. Quid enim prodest scire, quod anima philosophi sit musca? Re uera musca est, non in muscam conuersa est, sed accessit animae in Platone habitanti. Quid hic non est stultiloquij? Vnde tales nugari nugae illi uenit in mentem? Homo plenus erat ironiae, ac zelotypia laborabat aduersus

aduersus cunctos. Itaque quasi studeret in hoc, ut nec ex sese, nec ab altero quicquam adferret utile, sic ab alio mutuatus est animarum transmigrationem, ex sese uero rem publicam commentus est, in qua leges prodidit multa refertas turpitudine. Vxoribus, inquit, communes sunt, nuda uirgines sub oculis amatorum lucent. Tum genitores, tum filij qui gignuntur communes sunt. Quae tam insignis dementia est, quam ista non superent? Ad hunc igitur modum habet illius doctrina. Hic porro non natura facit communes parentes, sed Petri philosophia, quandoquidem & illud quod Plato docuit, sustulit. Nihil enim is aliud effecit, nisi ut si quis uere pater est, tantum non ignoretur, & qui non est inducat, in ebrietatem quandam & sterquiliniam coniecit animum. Omnes, inquit, uxoribus audacter utuntur. Eoque non expendo poetarum dogmata, ne quis me dicat fabulas expendere: sed alias adfero fabulas, poeticis multo magis ridiculas. Vbi poetae quicquam tam prodigiosum prodiderunt? Verum ille philosophorum antesignanus, ut habebatur, & arma addidit mulieribus, & galeas, et ocreas, nec quicquam dicit hominum genus differre a canibus. Posteaque enim, inquit, inter canes foemina & mas comunicant in factis, comunicent & mulieres, cunctaque sursum deorsum misceantur. Semper enim per illos hoc egit diabolus, ut ostenderet nostrum genus nihil a brutis distare, quando nonnulli in opinionem tam peregrinam & absurdam uenerunt, ut animalia rationis expertia, dixerint rationalia. Vides uero quae multipliciter debacchatus est in illis mentibus, posteaque qui sunt inter illos primi, docuerunt animam nostram in muscas, canes, & animalia bruta transmigrare. Caeterum qui his sic cesserunt hoc ueriti dicere, in aliam absurditatem delapsi sunt, omnem rationalem scientiam brutis cum homine comunem facientes, ac demonstrantes ea quae per nos facta sunt, meliora esse quam nos ipsos. Non solum autem hoc, sed & futurorum praesensionem & religionem apud illa esse praedicant. Coruus, inquit, nouit deum & cornix, & prophetiae donum habent, futuraque praedicunt, quin & iustitia adest illis, & res publica & leges, & apud illa canis habet inuidiam, secundum Platonis sententiam. Fortasse non creditis quae dicimus. Nec iniuria, quippe sanis imbuti dogmatibus. Nam si quis hoc cibo sit enutritus, nequaquam credere possit, esse hominem qui libenter uescatur humanis excrementis. Proinde quoties illis dicimus, istae fabulae sunt dementiae plenae, non intellexistis, inquit. Vtinam nec intelligamus unquam uestra tam ridicula. Multo sane intellectu, sensuque profundo opus est, ut perdiscam quid sibi uelit tanta impietas, tantaque rerum confusio. Ne coruorum more loquamini o dementes, quemadmodum faciunt pueri. Nam re uera pueri estis, quemadmodum illi. Petrus uero nihil tale docuit, sed emisit uocem, quae tanquam lux men in tenebris uehementer refulgens dispulit orbis terrarum caliginem. Verum mores illius quam erant mansueti, quam humani, ut omni gloria inani erant superiores, ut suspexit in caelum, alienus ab omni fastu, idque quae excitaret mortuos? Quod si cui dementia illo rum tale quid peractum fuisset, non uere, sed fallaci specie, an non protinus aram poposcisset ac templum, ac deo par haberi postulasset? maxime quae semper talia somnient, etiam huiusmodi nihil agentes. Quid enim illis uult Minerua, Apollo & Iuno? Genera sunt apud illos daemoniorum. Et rex est apud illos, ideo non recusans mori, ut dijs aequalis habeatur. Verum apostoli non item, sed contra fecerunt. Audi enim illos loquentes de claudi sanatione. Viri Israelitae, quid nobis intenditis quasi nostra potestate nostraue pietate effecerimus ut hic ambulet? Rursus alibi, Et nos homines sumus isdem obnoxij quibus uos. Illic uero multus est tumor, multa arrogantia, omnia propter honorem humanum, nihil philosophiae gratia. Vbi quid enim gloriae causa geritur, omnia manent uisita. Quod si quis habeat quidem omnia, sed hoc non obtineat, tota excidit philosophia, uolentissimo nimium turpissimoque affectui obnoxius. Huius inanis gloriae contemptus sufficit ad docendum quicquid est rerum bonarum, & ad propellendum ex animo omnem perniciosam cupiditatem. Quapropter hortor ut & uos magno studio adnitamini, morbum hunc radicitus ex animis euellere, alioqui non potestis placere deo, nec illius oculi qui nescit obdormiscere, beneuolentiam uobis conciliare. Omnem igitur curam adhibeamus, ut illius in nos propensionem promereamur, quo simul & praesentium malorum afflictionem effugiamus, & futuri seculi bono digni inueniamur, per gratiam & benignitatem domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto, gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, COMMENTARIUM IN SECUNDA AD CORINTHIOS EPISTOLAM D. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE

Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntate dei, & Timotheus frater, ecclesie dei quae est Corinthi cum sanctis omnibus, qui sunt in tota Achaia, gratia uobis & pax a deo patre & domino Iesu Christo. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater miserationum ac deus omnis consolationis, qui consolatur nos in omni afflictione, ut possimus consolari eos, qui sunt in quacunque afflictione, per consolationem qua consolatur nos deus.



PER AEPRECIUM est quærere, primum quam ob causam priori epistolae secundam adiecit, deinde quur sic exorsus a miseratione. Quur itaque secundam adiecit? Quum in priori dixisset: Veniam ad uos, & cognoscam, non sermonem eorum qui sunt inflati, sed uim, rursum sub epistolae finem, hoc ipsum seuerius etiam pollicens, Veniam enim inquit, ad uos quum Macedonia peragraro, per Macedonia enim proficiscar: apud uos autem fortasse permansurus sum, aut etiam hyematurus: quum multum interea temporis intercessisset, non solum non uenit Corinthum, uerum etiam quum dies praescriptus praeterisset, tamen etiam non contabatur, spiritu nimirum eum detinente in alijs multo magis necessarijs. Ob id opus habebat altera epistola, nequaquam habiturus, si ad breue tempus distulisset promissum aduentum. Caeterum non ob hanc tantum causam scripsit iterum, uerum etiam eo, quod prior illa epistola reddiderat illos meliores. Siquidem & illum qui stuprum cum uxore patris commiserat, cui prius applaudebant super eo gloriantes, eiecerunt, ac prorsus absciderunt, id quod declarat quum ait: Quod si quis contristauit, sed ex parte, ne grauem uos omnes. Sufficit illi haec increpatio, quae facta est a pluribus. Rursumque progressus, hoc idem indicat, dicens: Ecce enim quod secundum deum contristati fuistis, quantam genuit in uobis sollicitudinem, imò purgationem, imò indignationem, imò timorem, imò desiderium, imò zelum, imò uindictam: in omnibus ita gelsistis uos, ut perspicuum esset uos esse puros in eo negotio. Quin & pecuniarum collectionem, quam fieri iusserat apostolus, multo studio collegerant, unde & dixit: Noui siquidem animi uestri promptitudinem, quam de uobis iactio apud Macedones, quod Achaia iam ab anno superiori parata esset. Insuper & Timotheum, quem ad ipsos legarat Paulus, plurima cum beneuolentia exceperant, id quod declarans rursum ait: Viscera mea abundantius affecta sunt erga uos, dum recordor uestram omnium obedientiam, quoniam cum timore ac tremore excepistis eum. His omnibus rebus commotus scripsit alteram epistolam. Par enim erat, ut quemadmodum peccantes increparat, ita correctos complecteretur & collaudaret. Hinc est quod nec per totam hanc epistolam admodum inuehitur in eos, sed in paucis illius partibus, nimirum circa finem. Nam erant & apud illos nonnulli ex Iudaorum gente, qui quemadmodum sese factu ferebant, ita Paulum traducebant, ut impostorem nulliusque precij uirum, quod & ipse declarat dicens: Epistola quidem graues, caeterum praesentia corporis imbecillis, ac sermo despicibilis. Quibus uerbis hoc se sentire indicabant, Quoties adest, uidetur esse nullius momenti, id enim est quod dicebant, praesentia corporis infirma: Verum enim uero quum abest, scriptis epistolis magnifice sese iactat: Nam hoc indicant illa, epistola graues. Atque ut suam autoritatem confirmarent, simulabant se non recipere literas illius. Quod ipsum quoque subindicat quum ait, ut in eo de quo gloriantur, reperiantur, quemadmodum & nos. Ad haec quum pollerent uirtute sermonis, illic uehementer efferebantur. Hinc est quod seipsum appellat imperitum, declarans se nequaquam hoc nomine erubescere, neque rem admodum praecaram esse possidere scientiam, tamen diuersum sentit. Itaque quum probabile esset, ab his nonnullos in prauam sententiam esse deflexos, postea quam illos laudasset super his quae correcte gesserant, deinde eorum superbiam, incogitantiam deiecit

deiecit, qui Iudaicas caeremonias iam intempestas obseruandas esse contendebant, tum demum congruenter inducit hinc de rebus increpationem. Atque argumentum quidem epistolae, quantum in summa & in transcurso licuit attingere, sic habere mihi uidetur. Superest ut epistolae proemium attingamus, mox post apostolo solitam salutationem exponere, quam ob causam sic exorsus sit a miserationibus dei, deinde post expositam talis inuicem causam operae precium fuerit quærere disserereque, qui factum sit, ut hic sibi Timotheum copulet. Ait enim, Paulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater. Siquidem in prioribus literis pollicitus est se illum missurum, mandaque dicens, Quod si uenerit Timotheus uidete ut sine timore sit apud uos. Quo pacto igitur illum in proemio sibi copulat, quum is iam eo peruenisset iuxta preceptoris promissum? Missi enim, inquit, uobis Timotheum, qui uos commonefaciat de uis meis quae sunt in Christo, & omnibus correctis reuersus est. Nam quum mitteret illum dicebat, Deducite illum in pace ut ueniat ad me, expecto enim illum cum fratribus. Quoniam igitur receperat discipulum, cunctaque simul cum illo correxisset in Asia, ait enim, mansurus sum Ephesi, usque ad pentecosten, rursus peruenerat in Macedonia, merito illum tanquam presentem sibi copulat. Siquidem ut tum ex Asia, ita nunc ex Macedonia scribit. Coniunxit enim illum sibi, partim illi hac re dignitatem & autoritatem concilians, partim suam declarans modestiam. Erat ille quidem Paulo inferior, sed charitas omnia conglutinat: unde non hic tantum, sed ubique illum equat sibi aliis ita loquens, ut cum patre filius, ita mecum feruirit aliis sic, opus enim dei operatur quemadmodum & ego; hic uero etiam filium appellat, modis omnibus, agens, ut Corinthiis sit reuerendus & obseruandus, quod ut dictum est, ad eos accesserat, iureque uirtutis specimen apud illos dederat. Ecclesiae dei quae est Corinthi. Rursum eos ecclesiam appellat, uidelicet concilians illos, & in unum conglutinans. Nec enim fuerit una ecclesia, diuisis ijs qui in ea ueriantur, ac seditione inter se dissidentibus. Cum sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia. Simul & Corinthios honore afficit, dum epistola ad ipsos scripta compellat uniuersos Achaicos, & gentem totam inter se conciliat. Sanctos autem eos appellat, uidelicet indicans, si quis sit inter illos impurus, eum ab hac appellatione seclusum esse. Sed quam ob causam quum scribit metropoli, per hanc scribit uniuersis, praesertim quum id aliis non temere faciat: Etenim quum scribit Thessalonicensibus, non eadem opera scribit uniuersae Macedoniae: quumque scribit Ephesijs, non itidem complexus est totam Asiam: quemadmodum & epistola quae scripta est ad Romanos, non pertinet ad omnes qui totam incolunt Italiam. Verum id hic tantum facit, & in epistola ad Galatas. Neque enim illic scribit uni ciuitati, nec duabus, nec tribus, sed omnibus scribit quaque uersum dispersis, ita loquens, Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum ac deum patrem, qui excitauit eum a mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiae Galatae, gratia uobis & pax. Sic & Hebraeis uniuersis unica scripsit epistola, nec eos per ciuitates distinxit. Quid igitur hic fuit in causa? Mihi uidetur apud hos morbus fuisse publicus & omnium communis, eoque uoluit epistolam omnibus esse communem, quod communi opus habebant correctione. Siquidem Galatas omnes simul habebat morbus, quemadmodum & Hebraeos, opinor autem quod & Corinthios. Proinde gentem totam simul congregatam alloquitur, quemadmodum illos erat apud uniuersos uerba facere. Gratia, inquit, & pax, a deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Audi quae sermonis exordium conuenit praesenti argumento. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarum, & deus omnis consolationis. Et qua in re dicit aliquis, hoc praesenti respondet argumento: Sane quae maxime, si consideratis. Vehementer contristauerat illos, & animos illorum perturbabat, quod ad ipsos non accessisset apostolus, praesertim quum uenturum se fuisset pollicitus, sed totum interea tempus in Macedonia consumpsisset, qua re uidebatur alios pluris fecisse quam hos. Ad eum itaque tumultum compescendum, exponit causam quam obrem ad illos non accessisset, tamen non protinus illam aperit. Nec ita loquitur, Scio quidem quod pollicitus sum me uenturum ad uos, caeterum quoniam per afflictiones hactenus non licuit, date ueniam, neque hoc superbiae ac negligentiae meae tribuatis. Sed alia quadam ratione magnificentius maioreque cum fide hoc idem agit, rem attollens consolatione, ut ne in posterum quidem percontarentur causam dilatati aduentus: ac perinde facit ac si quis pollicitus se uenturum ad aliquem

id desiderantem, ubi post innumera discrimina tandem eò perueniret, dicat, Gloria tibi deus, quod mihi desideratam faciem ostenderit, Benedictus deus, qui periculis me liberasti. Siquidem ad hunc modum gloriam tribuens deo, excusationem parat ei, qui fuerat incusaturus, nec relinquit locum querimoniarum de contatione. Pudet enim eum qui tot malis liberatus gratias agit deo, in ius trahere, ac pœnas tarditatis flagitare. Hanc ob causam ita exorsus est. Benedictus deus misericordiarum,] his uerbis subindicans sese à magnis periculis fuisse subductum ac liberatum. Alioqui Dauid deum non ubiq; eodem nominat nomine, neq; ab iisdem rebus addit cognomina, sed ubi de bello uictoriaq; loquitur, Diligam, inquit, te domine uirtus mea, dominus protector meus. Rursum ubi gratias agit, ab afflictione & caligine qua uallatus erat, liberatus, Dominus, inquit, illuminatio mea, & seruator meus. Denique nunc quidem ab humanitate, nunc rursus à iustitia, nunc autem ab integro incorruptoq; iudicio cognonem addit, utcunq; postulat presentis argumenti ratio. Consimilem ad modum Paulus in ipso statim exordio, ab humanitate benignitateq; deum appellat, quum ait, deus misericordiarum, hoc est, deus qui tantum misericordiarum erga nos prestitit, ut ab ipsis portis mortis nos reduxerit. Siquidem hoc deo maxime proprium est, & illi eximium, eiusq; naturæ cognatum, taliter misereri, eoq; deum appellat misericordiarum. Cæterum tu mihi fac hinc contemplator etiam Pauli modestiam. Quum ob euangelij prædicationem periclitaretur, non ait se seruatum eò quod dignus esset, sed propter miserationes domini: quanquam hoc postea dicit manifestius, nunc autem adiungit dicens. Qui consolatur nos in omni afflictione.] Non dixit, qui non sinit nos affligi, sed qui dum affligimur consolatur, quod hæc ut dei potentiam declarat, ita eorum qui affliguntur auget patientiam. Afflictio, inquit, patientiam operatur. Idem propheta dixit, In afflictione dilatasti me. Non dixit, non passus es me incidere in afflictionem, aut esse cisti ut celeriter transiret afflictio, sed ea manente dilatasti me, hoc est, multam cordis latitudinem, ac relaxationem dolorum indulsisti. Quod idem accidit in tribus illis pueris. Nec enim obstitit quo minus inijcerentur in fornacem, neque quum essent in lecti, flammam extinxit, sed ardente camino spacium latum præbuit. Quod tum factum est, idem deus semper facere consuevit, Id tacite Paulus quoque significans, ait. Qui consolatur nos in omni afflictione. Quin & aliud quiddam per hæc indicat. Quidnam hoc est? Quod non semel, neque bis, sed continenter id facit. Neque enim aliàs consolatur, aliàs destituit, sed semper idem agit omnique tempore, ideo que dixit qui consolatur, non, qui consolaturus est: & addidit, in omni afflictione, nõ in hac tantum aut illa, sed in omni. Ut possimus consolari eos qui sunt in quauis afflictione, per consolationem qua deus nos consolatus est.] Vides ut prius attingit excusationem, magnæ cuiusdam afflictionis suspicionem præbens auditori, simulq; in his ipsis modestiam obseruans, dum ait id quod accidit esse misericordiam, non quod ipsi digni essent, sed ob eos qui per illos erant adiuuandi. In hoc enim, inquit, consolatus est nos deus, ut nos inuicem consolemur. Quin & apostolicam dignitatem declarat, ostendens quod solatio refectus, ac respiratio ne recoillatus, non se supinat ocio que dat, quemadmodum nos, sed huc potius intendit studium, ut alios ungat, corroboret atque erigat. Tamen si sunt qui locum hunc sic intelligendum existiment, quasi dicat Apostolus: Nostri consolatio & aliorum est consolatio. Cæterum mihi uidetur, hoc proœmio etiam apostolos qui illic erant, iactantes sese, domiq; sedentes ac delicijs indulgentes, petere, quãquam id quidem obscure, ac uelut obiter, Præcipuum tamen erat, ut se de contatione purgaret. Etenim si ideo consolationem nobis impertit deus, ut & alios consolemur, ne mihi uitio detis, quod non aduenerim. In hoc enim omne mihi tempus consumptum est, in declinandis insidijs, in alliciendis infirmis, in discutiendis imminentijs malis. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, sic per Christum abundat & consolatio nostra.] Ne deijceret animos discipulorum, supra modum exaggerans calamitates, ex diuerso demonstrat etiam consolationis abundantiam, atque ita mentem illorum erigit, non modo mentione consolationis, uerum etiam per hoc quod Christi meminit, dicens huius esse afflictiones, & ante consolationem, ab ipsis afflictionibus adfert consolationem. Quid, inquit, dulcius quàm me Christi afflictionum fieri participem, atque hæc illius gratia perpeti? Quid huic solatio par esse potest? Verum non hinc tantum, sed aliunde erigit animos afflictionum.

Vnde

Vnde aliunde? Illinc, quod dixit, abundant. Non enim dixit, quemadmodum accidunt nobis afflictiones Christi, sed quemadmodum abundant, indicans illos non tantum ea pati quæ passus est Christus, sed plus etiam afflictionum sustinere. Non enim ea tantum, inquit, ferimus quæ ille pertulit, uerum his plura. Id ita esse considera. Vexatus est, persequutiones passus est Christus, flagellatus est, mortuus est: sed nos, inquit, plura persequimur, quod uel solum sufficere debebat ad consolationem. Nec est quod quisquam hunc sermonem condemnet temeritatis & audaciæ. Nam & alibi dicit, nunc gaudeo in afflictionibus meis, & adimpleo quæ desunt afflictionibus Christi, in carne mea. Ita nec illud audaciam habet ullam aut arrogantiam. Sicut enim plura miracula ediderunt, quàm edidit Christus: qui credit, inquit, in me, his maiora faciet, totum autem hoc cedit in gloriam eius qui in ipsis operatur: sic & plura quàm ille perpassi sunt. At rursus totum hoc illi debet acceptum ferri, qui consolatur eos, & instruit aduersus irruentes calamitates. Vnde sane Paulus animaduertens quantam rem eloquutus esset, uide quo pacto hoc ipsum temperat dicens, Sic per Christum abundat & consolatio nostra, simul & ad illum totius negotij laudem referens. & hinc diuinam benignitatem prædicans. Non enim, inquit, quanta est afflictio, tanta datur & consolatio, sed multo amplior: quia non dixit, afflictionum magnitudinem æquat modus consolationis, sed excellit consolatio, ut certaminum tempus, rursus altarum coronarum excipiat occasio. Age dic mihi, quid habent simile, propter Christum flagellari, & cum deo colloqui, rebusq; omnibus esse superiorem, uincere persequentium sauitiam, ita munitum esse ut mundus tibi manum non posset injicere, denique hinc eiusmodi expectare præmia, qualia nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt? Quid simile, ob pietatem affligi, & innumeris solatijs à deo refocillari, à tantis peccatis liberari, dignum haberi dono spiritus, sanctificatione, & iustitia, neque quenquam metere, nullius formidine tangi, postremo in medijs periculis, omnibus excellentiorem uideri: Proinde ne cõsternemur animo in tentationibus, Nullus enim communicat Christo delicatam agens uitam, nullus inquam istorum qui molliter ac dissolute uiuunt, uerum qui uersatur in afflictione & tentationibus, qui per angustiam ingreditur uiam, is demum illi uicinus astat, quandoquidem & ipse per hanc ingressus est, ut & ait, filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Itaque ne doleas, quum affligeris, cogitans primum qui cum habeas societatem, deinde quomodo per tentationes repurgeris, denique quantum lucrifacias. Nihil enim aliud molestum est, quàm deum habere offensum. Id si absit, non afflictio, non insidiæ, non alia res ulla molestiam adferre potest animo recte sapienti: sed quæadmodum exiguam scintillam, si in profundam aquam immergas, protinus extinxeris: itidem quamuis magna animi deiectio, si in bonam incidat conscientiam, perit, facileque euanescit. Eoque nimirum & Paulus semper gaudebat, quoties in dei præsidijs sumebat fiduciam, adeo ut ne sensum quidem tantorum malorum caperet: ac dolebat quidem ut homo, sed non deijciebatur animo. Similiter & insignis ille patriarcha, quum multa molesta pateretur, tamen gaudio fruebatur. Quatum autem pertulerit considera, Exulabat patria, profeciones longas ac periculosas sustinuit, quum adiens alienas regiones, ne uestigium quidem pedis illic haberet suum: hinc rursus fames illi excepit, coëgitq; solum uertere: ac fami rursus succedit rapta contumax, ac mortis metus, tum orbitas, bellum, pericula, insidiæ, postremo accessit difficultatum colophon, germani & unici filij maciatio, illa inquam, maciatio dolorem afferens immedicabilem. Caue igitur putes illum, quoniam facile paruit deo, omnia illa sine doloris sensu pertulisse. Etiam si decies milites iustus fuisset, sicut re uera erat, homo tamen erat, obnoxius naturæ affectionibus: quanquam nihil horum illum deiecit, sed ut decuit generosum ac fortem athletam, constitit, & in horum unoquoque certaminum uictor & corona dignus pronunciatu est. Consimiliter & beatus Paulus quum uideret quasi niuis cumulos, tentationes quotidie ingruentes, non aliter quàm si in medio paradiso uixisset, ita gaudebat gestiebatq;. Proinde ut qui hoc gaudet gaudio, non potest animi perturbatio ne uinci: ita qui hoc non tenetur gaudio, à quibuslibet facile capi uinciq; potest, ac prorsus huic idem euenit, quasi si quis arma gerens imbecillia, quamlibet leui plaga uulneretur. At non item, qui undiq; probe communitus est graui armatura, quin potius quocunquetelum impactum fuerit discutiet. Nullum enim armaturæ genus ualidius, quàm

gaudere

gaudere secundum deum: neque quicquam est, quod hominem eiusmodi, deiectum aut tristem reddere queat, sed omnia erectio fortisque animo perpetitur. Quid enim talem ad deteriora depellat? Quid assiduis tormentis cruciabilis? Nam etiam si quis immensam possessionum vim amittat, si liberos, si aliud quodcunque, hoc si ad doloris rationem uoces, ceteris omnibus est magis tyrannicum ac uiolentum. Pellem enim, inquit, ille pro pelle, & omnia quaecumque possidet homo, dabit pro anima sua. Neque quicquam accidere possit corporis cruciatu molestus, attamen etiam illa quae ne audire quidem sustinemus, non solum tolerabilia, uerum etiam desiderabilia redduntur per spirituale gaudium. Quod si martyrem adhuc semiuiuum leuiterque spirantem à ligno seu sartagine deponas, reperies in illo tantum adhuc gaudij, quantum oratione consequi nemo possit. Et quid faciam, inquit aliquis, quoniam non adest martyrij tempus? Quid ais? Non adest martyrij tempus? Istud quidem nunquam abest, uerum semper ob oculos nostros uersatur, si modo uigilemus. Neque enim in eculeo pendere reddit martyrem. Nam si ita esset, beatus Iob hoc coronae genere careret, neque ad tribunal astitit, neque iudicis uocem audiuit, neque carnificem uidit, neque suspensus in eculeo sublimique latera radebantur: acerbiora tamen perpeffus est quam multi martyres, atque ille nunciatorum sibi succedentium uoces, quauis plaga atrocius uulnerabant ipsum, & undique pungebant, & quod ore uermium illorum arrodebatur, id erat innumerabilem carnificum tormentis acerbior. Quis est itaque martyr cui hoc non possit aequari? Imò martyres innumeros hic unus aequat. Nullum enim rerum genus est, per quod ille non & luctatus est & coronatus, per possessiones, per liberos, per corpus, per uxorem, per amicos, per inimicos, per famulos. Nam & hi in faciem illius inspuebant, per famem, per insomnia, per foetores, & ob id sanè dicebam hunc, non uni, non duobus, non tribus, sed innumeris martyribus unum aequiparandum. Nam praeter haec quae memoraui, ipsa etiam temporis ratio multum addit illius coronis, ueluti quod ante legem Moisaicam, quod ante datam gratiam ista passus est, quod complures menses, quod omnia modum excedentia, quod omnia simul ingruerint acerbiora, quam perdidit horum unum quodque per se fuit intolerabile, ad haec, quod tolerabilius esse uidetur, iactura facultatum. Sunt enim non pauci, qui uerba ferunt, iacturam rerum non ferunt: quin magis earum gratia cadi maluerunt, innumerasque perpeti molestias, quam ex illis quicquam amittere: potiusque duxerunt hanc corporis molestiam sustinere, quam pecuniarum iacturam accipere, ut hic rursus alia sit martyrij species, harum iacturam fortiter ferre. Et quo pacto, dixerit aliquis, fortiter feremus? Vbi cognoris quod plura lucraris, quam perdideras, idque unico uerbo, quo deo gratias agis. Nam si post nunciatam facultatum iacturam non turbemur animo, sed dixerimus, benedictus deus, longe maiores opes inuenimus quam amisseramus. Neque perinde magnum fructum tuleris, si diuitias erogaris in egenos, obambulans & undique pauperes inquirens, tuasque facultates esurientibus dissipas, atque per hoc uerbum lucraberis. Quando ne Iob quidem perinde miror domum suam egenis aperientem, ut suspicio celebratae, quod ereptas facultates gratias agens acceperit. Hoc ipsum uero & in liberorum amissione uideas licet accidere. Neque enim hic minorem mercedem capies eo, qui filium suum subduxit in montem, mastrauitque, si tuum morientem uidens gratias agas bono ac benigno deo. Talis enim qua tandem in re inferior est Abraham: Nam ille non uidit quidem iacentem mortuum, sed tantum hoc expectabat futurum: & si in hoc praestat, quod apparabat immolare, manique extenta, gladium arripuit, in hoc inferior est quod hic filius iacet exanimis. Quanquam & alioqui egregij facinoris spes illi non nihil adferebat solatij, tum quod pulcherrimum illud factum propriae uirtutis opus esset, tum & uox e supernis audita, reddebat illius animum promptiorem. Hic autem nihil est eiusmodi, ut iam adamantino pectore sit opus ei qui filium unicum in diuitijs educatum, egregiasque spes de se praebentem, conspicatur in fossa iacentem, porrectis ac rigentibus membris, ut eum casum placide ferat. Is si poterit sedatis naturae fluctibus, siccis oculis dicere illud beati Iob, Dominus dedit, dominus abstulit: ex eo solo uerbo, cum ipso Abraham collocabitur, cum ipso Iob praedicabitur. Quod si etiam cohibitis mulercularum singultibus, disiectioque lugentium choro, cunctos ad glorificandum deum excitaris, immensa tum superne, tum inferne feret praemia, nimirum hominibus illum admirantibus, angelis applaudentibus, deo coronate. At dixerit quispiam, qui fieri potest, ut homo

cum

eum sim non lugeam? Si reputaris quomodo patriarchae, quomodo Iob, cum utriusque homines essent, nihil istiusmodi acciderit, idque ante datam legem, ante effusam gratiam, cumque ambo ante tantam legis philosophiam uixerint. Item si consideres, quod is qui mortuus est, in melius contubernium demigrarit, ad meliorem requiem transilierit: nec enim amisit filium, sed in locum tutum ac securiorem reposueris. Ne dixeris igitur, posthac non audio pater. Cur enim iam non diceris pater, cum filius tuus superfit? Num amisisti filium, num perdidisti filium? Imò parasti potius, ac tutius possides, eoque non hic modo uocaris pater, uerum etiam in caelo. Non itaque perdidisti patris uocabulum, sed accessit ut iam felicius dicere pater. Nec enim mortalis filij posthac diceris pater, sed immortalis, strenui militis, assidue tamen domi manentis. Neque enim quia non adest putare debes illum perisse. Etenim si forte abesset peregre filius, non protinus tibi decederet una cum corporis praesentia, cognitionis uocabulum. Proinde ne sis attentus ad iacentis spectaculum, nam isto modo resuscitaris aegritoniam: quin potius abduc animum à cadauere iacente ad caelum. Non iste est filius quem iacentem uides, sed ille qui auolauit, qui cursu se sustulit in immensam altitudinem. Itaque cum uideris oculos oclusos, os contractum, totumque corpus immobile, ne sic tecum cogites, illud os posthac nunquam loquetur, illi oculi posthac non uidebunt, illi pedes non amplius ambulabunt, sed in corruptionem ac talem abibunt omnia. Ne sic loquaris, inquam, sed his potius contraria: hoc os melius loquetur, hi oculi meliora uidebunt, hi pedes tollentur ultra nubes, hoc corpus quod nunc corrumpitur, induet immortalitatem, ac filium splendidiorem quam habui recepturus sum. Quod si tibi dolore conciliant ea quae uidentur, tum ita tecum loquitur: uestimentum hoc est, id exiit, ut idem recipiat preciosius. Domiciliū hoc est, ille sublatus est, ut hoc fiat illustrius. Ut enim nos ubi uolumus purgare domum, non sinimus illic manere qui in habitant, quo uidelicet absint à puluere ac tumultu, sed illis iussis paulisper secedere, simul atque domiciliū sic adornauerimus, ut iam tuto possit incoli, tum illos citra periculum illum introducimus: ita & deus facit, demolitur illius putre tabernaculum, atque ipsum interim in patriam domum atque ad sese recipit, ut cum tabernaculum repurgatum atque extructum fuerit, tum illi reddat idem splendidius ac praclarus. Itaque ne dixeris, perijt, nec amplius erit, Sunt enim ista uerba deo diffidentium: sed ita potius loquere, dormit, ac resurget: peregre profectus est, rediturus cum imperatore. Quis haec dicit? Is qui Christum in se loquentem habebat. Nam si credimus, inquit, quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ac uiuit, sic & deus eos qui obdormierunt per Iesum, adducet cum ipso. Proinde si quaeris filium, illuc quaerito ubi imperator est, ubi angelorum exercitus, non in sepulchro, neque in terra, ne cum ille in tantam sublimitatem sit euectus, tu maneat humi reptans. Ad hunc igitur modum si philosophemur, uniuersum huiusmodi maerorem facile discutiemus. Deus autem omnis consolationis, consoletur corda cum omnium nostrum, tum & eorum qui tali luctu occupantur, & eorum qui alia quapiam molestia tenentur, donecque ut omni molestia liberentur, ut illis gaudij spiritualis fructum impartiat: denique ut futuri seculi bona adipiscantur, per gratiam ac benignitatem domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA SECUNDA



Iue autem affligimur, pro uestra consolatione & salute, quae operatur in tolerantia eorundem malorum, quae & nos patimur, & spes nostra firma pro uobis. Postquam exposuit unam eamque praecipuam consolationis ac refocillationis causam, quae erat cum Christo habere communionem, ponit & alteram quam nunc dicit. Haec autem est, quod hinc discipulorum salus parabatur. Itaque ne despondeatis animi, inquit, eo quod affligimur, neque turbemini, neque formidetis, quin potius hoc deberet uobis addere fiduciam & alacritatem. Ni enim nos fuissetis afflicti, uos oes hec erant in exitum data. Qui sic & quo pacto? Na si nos ob molliorem ac metum cessissemus malis, nec praedicassetis uobis sermonem Euangelicum, per quem assecuti estis cognitionem ueritatis, extremis in malis fuissetis res uestrae. Vides rursus Pauli uiolentam ac instantem argumentationem, ob quas res illi turbabantur, ab his ipsis eos consolatur. Quo maior est, inquit, acerbitas mearum persecutionum, hoc meliorem spem animis uestris debebat addere, quo deo magis augetur salus uestra & consolatio. Quid igitur tantum momenti poterat

poterat habere ad consolandirationem, quantum quod per apostoli prædicationem tantum bonorum affectu sint. Deinde ne uideatur totam hanc laudem ad se unum rapere, ut de quemadmodum has laudes cum illis communicet. Cum dixisset, Siue uero affligimur pro uestra consolatione & salute, subiunxit, quæ operatur in tolerantia, eorundem malorum, quæ & nos patimur.] Quamquam hoc ipsum post apertius expressit, cum ait hunc in modum, Vt quemadmodum socij estis afflictionum, ita sitis & consolatio. Hic uero tantum subindicat hoc, cum ait, earundem afflictionum, cõmunicata cum illis ratione. Porro sensus hic est, non nostri tantum operis est uestra salus, uerum est & uestri. Siquidem & nos dum prædicamus affligimur, & uos dum recipitis sermonem Euangelicum eadem patimini quæ nos. Nos quidem ut uobis impartiamus quæ accepimus: uos autem, ut quod docui excipiat, non autem rejiciatis. Quid igitur huic modestiæ possit æquari, cum illos tanto inferiores, in eadem tolerantia dignitate ascescat, quæ operatur, inquit, in tolerantia eorundem malorum. Neq; enim per fidem modo paratur nostra salus, uerum etiam per hoc quod talia ferimus ac perpetimur. Quemadmodum enim pancratiafles admirandus est & illustris, bonaq; corporis habitudine, etiam cum artem intra se habet: ceterum cum artem ac uires suas exerit, cum ictus tolerat, cum ferit aduersarij, tum uero maxime clarus est & illustris, eo quod tum maxime profertur bona corporis habitudo, maximeq; declaratur, quantum arte præstet. Sic nimirum & uestra salus tum magis exeritur, hoc est, ostenditur, augetur atq; intenditur, cum tolerat, cum patitur, cū omnia fortiter suffinet. Nimirum declaratio salutis non in hoc sita est, ut quis alij faciat male, sed ut ab alijs afficiatur malis. Neq; dixit actiue, quæ operatur, hoc est se exerit in uobis: sed quæ exeritur illud significans, quod ad illorum promptitudinem accedens gratia, multū momentū attulerit, operans in illis. Et spes nostra firma est pro uobis.] Hoc est, etiam si innumerabiles molestias patimini, tamen confidimus futurum, ut ne in uestris quidem persecutionibus desiciamini: tantū abest ut metuamus, ne his quæ nos patimur perturbemini, quando tum quoq; bona de uobis fiducia simus, cum ipsi periculis factamini. Vides quantū illis accesserit profectus ex epistola priore. Siquidem longe magnificentius testimonij tribuit illis quam Macedonibus, quos effert ac prædicat tota illa epistola. Illis enim metuebat, cum ait: Misimus uobis Timotheum ad confirmandū uos, & ad consolandum super fide, ne quid cõmoueamini in his afflictionibus: nam ipsi scitis quod in hoc positi sumus. Ac rursum, Propterea non amplius mihi temperās, nisi, ut cognosceret fidem uestram, ne quo pacto tentasset uos ille tētator, & inanis esset labor noster. De his uero nihil simile dicit, sed diuersum potius loquitur: Spes nostra firma est pro uobis, siue consolationē accipimus pro uestri consolatione ac salute, scientes quod quemadmodum participes estis afflictionum, sic estis & consolationis.] Etenim quod ob illos quidem affligebantur apostoli, monstrauit, dicens: Siue affligimur pro uestri cõsolatione & salute. Ceterum ostendere uult, quod ijdem propter illos solatium acciperent. Dixit hoc idem superius, licet in genere, Benedictus deus, qui consolatur nos in omni afflictione, ut possimus consolari eos, qui sunt in quacumq; afflictione. Hoc ipsum autem hic iterum dicit, tum manifestius, tum ad medendum illorum dolori accommodatius. Siue enim, inquit, solatio refocillamur, pro uestra consolatione.] Quod aut dicit, hunc habet sensum: Nostri cõsolatio, uestri est refrigeratio, etiam si uos uerbo non consolatur. Si uos uel paululum respiraueritis, sufficit hoc nobis ad solatium. Et si ipsi solatiū nacti fuerimus, id uobis cedit in solatium, adeo nostrum solatium, uestrū esse ducitis. Neq; enim profectio fiet, ut cum in molestijs fueritis socij, in lætioribus non sitis consortes. Itaq; si in omnib. consortes estis, tū in afflictione, tum in solatio, nequam inculsabit me, cunctationis huius ac tarditatis nomine, quandoquidē & affligimur pro uobis, & solatium accipimus propter uos. Nam ne quis illud grauius dictum existimaret, propter uos hæc patimur, addit, & propter uos solatium accipimus: neq; nos solum periclitamur, cum & uos consortes sitis earundem afflictionum: ut per hoc quod illos recipit in periculorum societate, suæq; consolationis causam ad illos refert, sermonem mitiget molliatq;. Ergo siue affligimur, bono estote animo, quandoquidem hæc à deo perpetimur, ut uestra fides corroboret: siue solatio refrigeramur, uos & inde gloriamini, quod uestra causa hoc nobis contingit, ut hinc quoq; uobis nonnulla accedat cõsolatio, dū nobis gaudij participes estis. Porro ut perspicias quod nunc hunc solatiū modum sentiat, quem capiebant

capiebant, nō eō tantum, quod ab ipsis solatium acciperet, uerum etiam quod intelligeret illos in respiratione esse, audi quæ sequuntur, quibus hoc idē explanatius reddit, dicens: Scientes quod sicut estis consortes afflictionum, sic estis & consolationis.] Quemadmodum enim dum nos persecutionem patimur, perinde doletis ac si ipsi pateremini, ita nouimus quod dum solatio reficimur, existimetis uos eodē frui. Quid hac anima modestius? Qui in periculo quidē tolerādis tanto superior erat, socios appellat eos, qui ne minimam quidem partem eorum sustinebant. In solatio uero, causam totam illis acceptam fert, non proprijs laboribus. Deinde quoniam in genere de afflictionibus locutus est, iam locum exprimit, in quo hæc perpeffus sit. Non enim uolumus uos ignorare fratres, de afflictione nostra quæ uoluit nobis in Asia.] Hæc autem dicimus, inquit, ne ignoretis quæ nobis acciderunt. Volumus enim uos scire rerum nostrarum statum, idq; uehemēter facere studeamus, quod sane maximum amoris est argumentū, quod idem & in priore epistola subindicatum licet animaduertere, cum ait: Ostium mihi apertum est magnum, & aduersarij multi in ciuitate Epheso. Horum igitur memoriam reficiens atque enarrans, quam multa passus sit, ait: Nolo uos ignorare de afflictione quæ nobis accidit in Asia, Hoc autem dixit scribens etiam Ephesijs. Cum autem Tychicum ad illos misisset, dixit hanc sibi esse causam absentia, unde ait: Vt autem & uos sciatis quo in statu sint res meæ, & quid agam omnia uobis nota faciet Tychicus dilectus frater, ac fidelis minister in domino, quem in hoc ipsum misi ad uos, ut sciatis rerum mearum statum, cõsuleturq; corda uestra. Quin & in alijs epistolis hoc idem facit, nec id est accessorium, sed uehemēter etiam necessarium: partim ob charitatem, quam summam habebat erga discipulos, partim ob assiduas tentationes, in quibus maximū erat solatiū, ulro citroq; certiores fieri de rerū statu: quo simul & in rebus tristibus præpararent sese, & ad certamen accingerent, essentq; circumspetiores, & in lætis pariter gauderent. Quamquam hic quidem & incursum tentationū, & quomodo ab his liberatus sit indicat, dicens: Quoniam supra modum grauari sumus, ultra uires.] Non aliter quam nauigium quod ingenti onere mergitur. Ac uidetur quidem his idem dixisse, cum ait supra modum & ultra uires. Atqui non sunt hæc idem, sed duo. Etenim ne quis diceret, quid tum? si supra modum fuit periculum, nobis non erat magnum: subiecit, Et magnum erat, & uires nostras superabat, adeoq; superabat. Vt tederet nos etiam uiuere.] Hoc est, ut ne expectarem quidem nos amplius uiuuros: id quod Dauid appellat portas inferorum ac dolores, & umbram mortis. Hoc uidelicet & Paulus hic dicit, periculum sustinimus, quod omnino mortem gignat. Quin & ipsi in nobis ipsis responsum mortis accepimus, ut ne fidentes essemus in nobis ipsis, sed in deo qui excitat mortuos.] Quid est accepimus responsum mortis? decretum, iudicium, & expectationem. Talem enim ipsæ res uocem ædebant, tale responsum dabant ea quæ tum accidebant, quod omnino moreremur. Verum id non processit usque ad experimentum, sed intra suspensionem nostram constitit. Siquidem ipsa quidem rerum natura mortem denuntiabat. Ceterū dei potentia non permisit, quod illa confirmabat, ad euentū progredi, sed nō ultra concessit hoc accidere quam in nostra cogitatione & expectatione. Quapropter ait: In nobis ipsis mortis responsum accepimus, non in experimento. Et quamobrem passus est nos in tantum uenire periculū, ut desperarem animūq; desponderemus? Ne fidentes, inquit, essemus in nobis ipsis, sed in deo.] Hæc autem dixit Paulus, non quod ad eum modum affectus esset, absit hoc, sed ita de se loquens alios componit, simul autem & ad modestiam uocare studuit, quandoquidem in progressu dicit: Datus est mihi stimulus in carne, uidelicet de tentationibus sentiens, ne extollar. Tamen si deus non ob id tantum, inquit, passus est eas incidere, sed aliam ob causam. Quam tandē istam? ut ipsius uirtus magis eluceret. Sufficit enī, inquit, tibi gratia mea, propterea quod uirtus mea in infirmitate perficitur. Sed quemadmodum dicebam, non obliuiscitur Paulus suæ consuetudinis ac mortū, se ipsum inter ipso longe inferiores annumerans, quicq; multa opus habebant tum eruditione, tum correptione. Etenim si una atq; altera intruens tentatio, sufficit ad quibuslibet conciliandam modestiam, qui fieri potuit ut ille qui mortalium omnium maxime per omnem uitam modestiam erat meditatus, quicq; tam magna multaq; perpeffus fuerat, quanta non alius hominum, post tot annos, post philosophiam cœlis dignam, tanta opus haberet correptione? Vnde perspicuum est, quod hic ut sibi magnifice placentes ad

modestiam reuocaret, tumidosq; compesceret, ita loquitur: Ne fidentes simus in nobis ipsis, sed in deo. Ac uide quemadmodum & hic illis medeatur. Tentationes quidem, inquit, permissu dei, uestra causa in nos inciderunt. Tantum honoris uobis habet deus. Siue enim affligimur, inquit, pro uestra consolatione ac salute. Ceterum afflictionum immodica magnitudo, propter nos accidit, ne animo effieramur. Supra modum enim grauati fuimus & ultra uires, ne fidentes simus in nobis ipsis, sed in deo qui excitat mortuos. Rursum tacite meminit sermonis de resurrectione, de qua tam multa dixerat in priore epistola, à rebus etiam presentibus illam confirmans, unde & adiunxit: Qui ex tantis mortibus eripuit nos. Non dixit ex tantis periculis, simul & intolerabile tentationum pondus indicans, simul & illi de quo dixi sermoni fidem astruens. Quoniam enim futuri temporis res erat resurrectio, ostendit hanc in singulos etiam dies fieri. Nam quoties deus hominem deploratū & ad ipsas inferorū portas perducum euocat, nihil aliud exhibet, quam resurrectionem, ab ipsis mortis faucibus retrahens eum qui iam inciderat. Unde uulgus hominum de his qui post desperationē conualuerunt à morbo periculoso, aut ex tentationibus intolerabilibus restituti sunt, ita solet loqui: Vidimus resurrectionem mortuorum in hoc homine. Speramus autem, quod & eripiet, simul & adiuuantibus uobis, precando pro nobis, ut in multa facie, pro dono in nos collato per multos gratiæ agantur pro nobis. Quoniam quod dixerat, Ne simus fidentes in nobis, commune crimen & accusatio quædam esse uidebatur, nonnullos illorum tacita significatione denotans, rursum lenit ac mitigat quod dictum est, illorum preces magni præsidij loco implorans, simul & illud indicans, quod semper oportet uitam nostrā in certamine uersari. Nam quod dicit, Speramus autem quod etiam eripiet, multarum tentationum uim & agmen denunciat, non quod in periculis essent deserendi, nequaquam, sed opem, auxiliumq; rursum promittit. Ne audientes, continenter in periculis uersandum esse, conciderent animo, prius docet quantum utilitatis adferant pericula, uelut illud, Ne simus fidentes in nobis ipsis, hoc est, ut in perpetua nos contineat modestia, & ut eorum salus sese exereret, aliaq; permulta, uelut illud Christo cōsortem esse. Abundant enim, inquit, afflictiones Christi in nobis. Item pati pro fidelibus. Siue enim, inquit, affligimur, pro uestra consolatione & salute. Præterea illud, Quod hæc ipsa magis effulget, quæ uim, inquit, suam exerit, in tolerantia earundem afflictionum: quod dicitur fortes ac patientes redduntur: super hæc omnia, quod resurrectionem etiam uidere datur sub oculis resurgentem. Ex tantis enim mortibus eripuit nos. Insuper, quod ad certamen erant accincti, ac iugiter ad illum respicerent. Speramus autem, inquit, quod etiam eripiet: ad hæc, quod iugiter essent in precationibus. Sic enim ait: Adiuuantibus uobis precando pro nobis. Proinde posteaquam ostendit quantum lucti adferant afflictiones, atq; hinc illos ad certamen armari, rursum delinit illorum animos, reddiditq; ad uirtutem alacriores, magnum testimonium reddens illorum precibus, siquidem per has nobis Paulum dederunt. Adiuuantibus & uobis, orando, inquit, pro nobis. Sed quid est illud, ut in multa facie, pro eo quod in uos collatum est, dono, per multos gratiæ agantur. Eripuit nos ex illis mortibus, uobis etiam adiuuantibus orando pro nobis, hoc est, dum omnes uos uota funditis pro nobis. Donum enim in nos collatum uoluit omnib. largiri, ut multæ personæ ipsi gratias agerent, eo quod multæ donum illud accepissent. Ceterum hæc loquitur simul ut illos extimulet ad orandum pro alijs, simul cōsuefaciens eos, ut pro his quoq; quæ alijs euenerunt, gratias agant deo, significans hoc ipsum maxime deo quoq; gratum esse. Etenim qui studuerint pro alijs orare, multo magis utruq; facturi sunt pro se ipsis. Ad hæc autem & modestiam illos docet, & ad flagrantiorē charitatem prouocat. Nam si ipse, qui tanto erat illis sublimior, eorum tamen precibus seruatus fuit, ut ait, atq; si donum erat quod deus ipsum donauerat illorum precibus, cogita quo animo oporteat illos esse, quantaq; uti modestia. Tu quoq; iam & illud mihi considera, quod etiam si quid deus præstat ex misericordia, tamen multū hic momenti adferat deprecatio. Initio siquidē misericordijs dei, salutē suam acceptam ferebat. Deus, inquit, misericordiarum ipse nos eripiet: hic uero illorum etiam precibus acceptam refert. Nam & illum qui tam multa tanta debebat, ubi procubisset ad genua, miseratus est. Sic enim scriptum est: Misericordia motus dimisit illum. Quin & Chananeæ post multā instantiam, & improbos clamores, tandem largitus est illi salutē, & tamen illā ex misericordia seruauit. Hinc itaq; discimus quod

quod quanquam misericordiā sumus experturi, tamē ut nos ipsos prius misericordia dignos præbeamus oportet. Est quidem misericordia, tamen ea dignos requirit, nec temere obtingit quibuslibet, nec offertur ijs, qui brutis sunt affectibus nec se sentiunt egere misericordia. Miserebor, inquit, cuiuscunq; misertus fuero, & miserabor quemcunq; cōmiseratus fuero. Vide igitur quid hic dicat, Adiuuantibus & uobis deprecādo. Nec torum illis tribuit, ne eos extollat in superbā: neq; prorsus submouet eos à cōsortio beneficij, ut illos exhorteatur reddatq; præptiores, deniq; ut illos inuicem cōciliet. Eoq; dicit: Vobis eam in columitatē donauit deus. Siquidē deus frequenter reueretur multitudinē, unanimitatem & consentientē in precando, ut ueluti pudore uictus non ausit illis negare. Unde & propheta dixit: Ego uero non parcā huic ciuitati, in qua habitant pluresq; quinquaginta milia uirorum. Deinde ne putes deo opus esse multitudinē, ait: Si fuerit numerus Israel ut arena maris, reliquæ salutæ erunt. Quomodo igitur seruauit Ninuitas: quoniam nō solum erat multitudo, sed multitudo cū uirtute: per poenitentiam enim respuit unusquisq; à uia sua peruersa. Porro seruans eos dicebat, quod nō nosset dextrā suā aut sinistrā. Unde liquet, quod & prius ex simplicitate lapsi sint magis q̄ ex malitia: liquet in quā ex eo quod pauca admoniti uerbis immutati sunt. Quod si quinquaginta milia potuissent sufficere ad seruādos illos, quid uetabat, quo minus & ante seruati fuissent: Et quā ob causam non ita locutus est propheta: Ego uero non parcā ciuitati sic immutate, sed ex superfluo inducit quinquaginta milium mentionē. Nam quod erat futurū, id perspicuū erat propheta, uidelicet illorū immutatio. Numerus autē ac simplicitas erat incognita. Itaq; uult illos undiquaq; permollire, ualet enim & multitudo, quoties adest uirtus. Idē & alibi declarat scriptura dicens: De precatio autē erat assidue, quæ ab ecclesia pro illo fiebat ad deū, Ea q; tantū ualuit, ut & clauis etiā ostijs, & catenis urgentibus, & utrinq; iuxta dormientibus custodibus eduxerit Apostolum, & ab omnibus illum liberarit. Verū ut plurimū ualet, cum adest uirtus, ita si ad sit malitia, nihil prodest multitudo. Siquidē Israelitæ de quibus dictū est, quod numerus illorum esset uelut arena maris, oēs perierunt. Quin & hi qui uixerunt temporibus Noe, adeo multi erāt ut essent infiniti, nec ea res quicquā illis profuit. Per se em̄ nihil ualet multitudo, sed si in partē accesserit. Studeamus igitur iungi in precibus, ac pro nobis inuicē oremus, quæadmodū illi pro apostolis. Ita & præceptū implemus, & ad dilectionē exercemur (cū autē dico dilectionē, omnia bona cōplector) discimusq; studiosius gratias agere. Si em̄ pro alienis cōmodis gratias agimus, multo magis id faciemus pro nostris. Hoc & David faciebat, dicens: Magnificate dñm mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Hoc & Apostolus ubiq; requirit, hoc idem & nos faciamus, ac dei in quoscunq; beneficentiā celebremus, ut gratiarum actiōis confortes nascamur. Etenim si beneficio quopiam ab hominib. affectū, dum illud prædicamus, præptiores illos ad benefaciendū reddimus: quanto magis si dei beneficia cōmemoremus, ad maiorē illum beneuolentiā excitabimus: Et si cū ab hominibus beneficiū accepimus, alios quoq; prouocamus ad cōmunē gratiarū actiōnē, multo magis ad deū inuitandi sunt, qui pro nobis gratias agāt. Nā si Paulus hoc facit cui tanta erat fiducia, multo magis ut nos idē faciamus necesse est. Obsecremus itaq; sanctos, ut pro nobis gratias agant, & ipsi pro nobis hoc agamus mutuo. Hoc quidē est præcipue sacerdotum munus, ut omnīū optimū. Accedentes em̄, prius pro terrarū orbe, proq; publicis bonis gratias agimus. Quanquā em̄ beneficia dei cōmunia sunt, tu tamen in hac cōmunitate seruatus es. Itaq; pro priuata etiā utilitate in cōmune gratias oportet agere, & pro publica priuata par est rependere gratiarū actiōnē. Nā solē deus accendit nō tibi uni, sed & in cōmune omnib. At interim totū habes. Tātus em̄ factus est, ut in cōmune sufficeret omnibus, tuq; solus tantū, quantū intuetur oēs homines. Itaq; æquū est ut pro cōmunibus cōmodis gratias agas, & pro aliorū uirtute, eo quod per alios nobis multa obtingunt bona. Nā si decem iusti reperti fuissent in Sodomis, haud quaquā passi fuissent quæ passi sunt. Ergo pro aliena quoq; fiducia gratias agamus, ea q; cōsuetudo iam olim in ecclesia plātata est. Sic & Paulus gratias agit pro Romanis, proq; Corinthijs, proq; uniuerso terrarū orbe. Neq; uero mihi dixeris, nō est hoc meū benefactū. Etenim ut tuū non sit, tamē debes agere gratias quod tale est tuū membrū. Quanquā & alioqui quod alienum est tuū facis, per gratiarum actiōnē, efficerisq; coronæ particeps, & ob eam rē capies & ipse donū. Eoq; precationes ad hunc fieri modū iubet ecclesiæ cōsuetudo, non solū eas quæ funduntur pro fidelibus,

uerum etiam eas quæ suscipiuntur pro catechumenis. Siquidem consuetudo fideles excitat ad supplicandū pro nondū initiatis. Cum enim diaconus dicit, Pro catechumenis instāter oremus, nihil aliud quæ uniuersum fidelium populū hortatur ut pro illis oret, licet tum adhuc alieni sint catechumeni; nondū enim pertinent ad corpus Christi, nondū mysteriorū participes facti sunt, sed adhuc à spiritali grege diuisi sunt. Quod si pro his obsecradum est, longe magis id faciendum est pro mēbris nostris. Ob hoc autē ait, instanter oremus, ne uelut alienos auerferis, ne uelut peregrinos pro ignotis habeas. Non enim habent precationē legitimā, atque à Christo inducā, nondū orandi fiduciā sortiti sunt, sed egēt interuentu aliorum qui sacris initiati sunt. Adhuc stant extra atria regalia, procul à sacris cæcellis, & ideo tremendas illas precationes quæ fieri solent impertimur illis, ideo diaconus hortatur te, ut ores pro illis, ut tua fiat mēbra, ut nō amplius sint hospites & alienati. Nā quod dicitur oremus, nō tantū sacerdotibus dicitur, uerū & his qui populū constituunt. Itē cum dicit, Stemus honeste, oremus, uniuersos hortatur ad orandū. Mox precationē exordit dicit: **Vt misericordissim⁹ ac miserationū deus ipse exaudiat preces illorū.** Etiam ne dicas, Quid oremus? alieni sunt, nōdū coagmētati corpori, quomodo possim efficere ut deus reuerseat preces meas? quo pacto possū ab illo impetrare ut impertiat eis misericordiā ac ueniam? ne hac inquā quærens hareas, uide quomodo tuā soluat hæsitationē, dicens, ut misericordissimus deus. Ne posthac hæsites. Qui totus est misericors miseretur omnium tum peccatorū, tum amicorū. Ne dixeris igitur, Qua fronte accedā intercessurus pro illis, ipse exaudiet preces illorū. Verum catechumenorū deprecatio quæ nā potest esse, nisi ne maneant catechumeni: Post hæc præit deprecatiōis modū. Quis autē est iller, ut deus aperiat aures cordium illorū: adhuc enim obturatae sunt & occlusae. Caterū aures nō has dicit externas, sed animi, ut audire possint, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascēderūt. Nondū audierūt mysteria, quæ fas nō est esse, sed utcumque procul & eminus stant. Iam uero ut audiant, nō percipiunt tamen quæ dicuntur, quod ea multā desiderāt intelligētiam, nec satis est ut audiantur. At isti nondū intus habēt aures, eoque precamur illis donum prophetiæ. Sic enim propheta loquitur: **Deus dat mihi linguā eruditā, ut sciam quando oporteat proferre sermonē, quoniam ipse mihi aperit os, dedit mihi mane, addidit mihi aurem audientē.** Quemadmodum enim propheta secus audiunt quā uulgus, sic & fideles aliter audiūt quæ catechumeni. Hic dicit etiam ipse catechumenus, se hæc nō discere ab hominibus, neque audire. Ne uocetis igitur, inquit, uobis magistrū super terrā, sed à supernis & è cœlis eum expectate. Nam erunt omnes à deo dociles, eoque dicitur & erudiet illos uerba ueritatis, ita ut interne infundatur eis, eod quod nondū sciunt, quomodo oporteat ipsos scire uerbū ueritatis, **Vt seminet semen timoris sui in illis.** Verū id nō est satis. Nam aliud cecidit iuxta uiam, aliud petra exceptū est. Caterū nos nō isto modo postulamus, sed quemadmodū in pingui solo sulcos aperit aratrū, ita rogamus ut hic itidem fiat, ut in profundo mētis inuati recipiant iniectū semen, & quicquid audierint, diligēter contineāt. Vnde & addit dicens: **Ei confirmet fidem dei in animis illorū, hoc est, non inhæreant in superficie, sed in profundo radicē agant.** Ut patefiat illis Euangeliū iustitiæ. Ostēdit duplex operimētum, alterū in hoc quod oculi mētis illorū occlusi sunt, alterū in hoc quod illis cœlatū est euangeliū: eoque supra dixerat, ut aperiat aures cordiū illorū, hic uero, ut patefiat illis Euangeliū iustitiæ: hoc est ut illos sapientes reddat & idoneos ad excipiendū quod traditur, utque doceat illos, & semē inijciat. Nā & si iā esset idonei, nihil profuerit nisi deus referat. Quod si ille quidē referaret, hi uero nō acciperēt, rursus eodē iactura reuolueretur. Vnde postulamus utrunque, ut aperiat corda, & patefiat illis Euangeliū. Nam si regales opes iacerent superiecto uelo tectæ, nihil prodesse oculis intuentiū, quæadmodū nec apertæ prodesse oculis non uigilantiū. Horum autē utrunque sit, si illi prius uoluerint. Quid autē est Euangeliū iustitiæ? Quod reddat iustos. His uerbis pellicit illos ad cupiditatem baptismi, demonstrans quod Euangeliū nō solum remittit peccata, sed & iustitiā parit. **Vt det illis mentē deo afflatā, sobriam cogitationē, & uitam cum uirtute coniunctā.** Audiant fideles, qui negocijs mundanis affixi sunt. Nam si nondū initiatis iubemur ista petere, cogitabitus in rebus uersari deceat eos, qui hæc alijs postulant. Oportet enim habere uitam Euar gelio respondentē, eoque precandi consuetudo, à dogmatibus ad uitam transit. Cum enim dixisset, ut patefiat illis Euangeliū, subiunxit, ut det illis mentē deo afflatā. Quid est autem

mens

mens *ἐν δέο*; ut deus eam inhabitet. **Habitabo, inquit, in illis, & ambulabo.** Nam cum mēs reddita fuerit iusta, cum exuerit peccata, fit domiciliū dei. Cum autē deus illam inhabitet, nihil humani residuū est. Atque ita fit mens *ἐν δέο*, omnia loquēs diuinitus, utpote domiciliū inhabitantis dei. Qui turpis loquus est, profecto nō habet mentē *ἐν δέο*, neque qui facit ijs & ridiculis delectatur, sobriam habet cogitationē. Et quid tandem est, cogitationē habere sobriā? nimirum animi sanitatē habere. Itaque qui malarum rerum cupiditate detinetur, stupens ad ea quæ sunt huius seculi, nequaquam esse potest sobrius, hoc est integre mētis: & quæ admodum qui morbo laborat appetit ea quæ nō oportet, similiter & hic. Et uitā cum uirtute coniunctā. Siquidem dogmata, uitæ accessionē desiderant. Audite hæc qui sub finē uitæ ad baptismū uenitis. Nos oramus, ut post baptismū, etiā uitā honestā habeatis: tu contra studes, nihilque nō facis, ut hinc migres absque bona uita. Quid autem refert si iustus fias, sed sola fides? At nos optamus, ut etiā ex beneficiis habeas fiduciā, ut iugiter quæ dei sunt cogites, quæ dei sunt sentias, quæ dei sunt mediteris: qui sobriā cogitationē uitamque honestā, non ad unum duntaxat diem neque ad duos, neque ad tres, sed per uniuersam ætatē totamque uitam postulamus, denique fundamentū bonorū omnium, quæ dei sunt sapere. Nā plerique quæ sua sunt quarūt, nō quæ Iesu Christi. Quonā igitur pacto hoc fieri poterit? Oportet enim precibus & nostrā adiungere industriā, si in lege eius meditemur die ac nocte. Vnde & hoc adiungit in precatione, dicens: **Et in lege eius uersentur.** Quæadmodū autē superius dixit, per omne tēpus, ita hic dicit die ac nocte. Itaque pudet me istorū qui uix semel quotānis apparent in ecclesia. Quā enim habere possunt excusationē, qui cum iubeantur noctes ac dies, nō tātum colloqui cum lege dñi, sed in ea uersari, hoc est in ea deliciarī, ne minimā quidem uitæ portionē huic studio dant, ut eorū quæ lex docet, meminere, eiusque iustitias seruent. Vides catenā optimā, & quomodo horū singula sibi coherent, multo tutius firmius, tum decentius posita quā ulla catena aurea. Siquidem precatus mentē afflatam deo, docet qua ratione hæc parare ualeat. Qua porro ratione id fiet? Si iugiter in lege meditetur. Atque hoc rursum quo pacto contingit? Si iugiter mentem habeat legi intentā. Sed quomodo id persuaderi possit hominibus? Si præcepta eius obseruent. Quin potius attentio legis gignit præceptorum obseruationē: quæadmodū ex eo quod quæ sunt dei sapientis, quodque mentem habes deo afflatam, nascitur legis meditatio. Nam horum singula uelut ansæ & opitulatur proximis, & à proximis adiuuantur, ut & contineant, & contineantur. Iterum pro eis instantius obsecremus. Sæper enim in prolixo sermone somnus obrepere solet animo. Rursus illum excitat, eod quod ingentia quædam postulare cupit ac sublimia. Vnde dicit, **Instātius pro illis obsecremus.** Quid est hoc? **Vt eximat eos, ab omni malo & absurdo negotio: hic & illud ne ueniāt in tentationē precamur, ut illos ab insidijs omnibus liberet tum corporalibus, tum spiritalibus.** Eoque subiicit, ab omni peccato diabolico, & ab omni circūuentione aduersarij, de tentationibus ac peccatis sentiens. Peccatū enim maxime circūuallat undique uergens & obsidens, & à tergo, atque ita nos prosternens. Iam quoniam exposuit quæ fieri à nobis decet, uidelicet ut in lege uersemur, ut illius præcepta meminerimus, iustitias eius seruemus, persuadet deinceps quod nec ista quidē sufficiūt, nisi ipse adsit deus & optuletur. Nisi enim dñs ædificauerit domum, inuaniū laborauerunt qui ædificant eā, præsertim in his qui adhuc expositi sunt diabolo, illius subsunt imperio. Atque hæc quidem scitis, qui estis initiati mysterijs. Superest ut memineritis illorū uerborū, quibus tangit tyrānidē renunciauitis, cum flexis genibus & ad Imperatorem sumpta fiducia, tremenda illa uerba pronunciarētis, per quæ docemur nusquam omnino tyranni iussis parendū esse. Caterū aduersariū illū ac diaboli appellandū, quod & deū incusat apud homines, & nos apud deum, & rursus nos inuicē inter nos. Olim quidē Iob incusauit apud deum, cum diceret, **Nū gratis Iob colit deū: Et contra, deū apud Iob, Ignis descendit è cœlis.** Similiter deum insimulauit apud Adā, cum diceret futurū ut aperiretur illorū oculi, quæadmodū & apud plerosque horū tēporum hoies, dicens: **Visibilibus rerum nullā habet deus prouidentia, sed res hominum permittit demonibus.** Quin & apud Iudæorū uulgus Christū insimulabat, impostorē ac deceptorē illum appellās. Sed forsitan erit qui cupiet audire quo pacto uitam suā exercent, cum mentem repperit non afflatā deo, cum nō inuenit sobriā cogitationem, tum in deserto irripit animū: cum nō meminit præceptorū dei, nec obseruat iustitias eius, tum captiuum abducit. Itaque si Adam meminisset præcepti, dicentis, **Ex omni ligno edes,**

Tom. 8

r 3 autē

aut seruasset iustitiā quæ dicit. Quocumq; die ederitis, morte moriemini, nō ea passus esset quæ passus est. Et ut dignetur illos in tempore oportuno lauacro regenerationis, remissio ne peccatorum. Quædam enim presentia postulamus, quædam aut futura, ac philosophamur de lauacro, & in ipsa precatione docemus eos nosse uitam lauacri. Post hæc enim iam sermo cōsuefacit illos, ut intelligant quod id quod illic agitur est regeneratio, quodq; iterū nascimur ab aquis, uelut à uulua, ne iuxta Nicodemū dicant, Qui potest aliquis nasci cum sit senex, num potest in uentrem matris intrare, & nasci denuo? Ceterum quoniā dixit remissionē peccatorū, hanc in sequentibus docet, dicens: Et uestimento incorruptibilitatis. Etenim qui filium induit, incorruptibilis redditur. Sed quid est in tēpore oportuno? Vbi bene fuerit animo cōpositus, ubi cum alacritate fideq; accesserit. Nam hoc tēpus est oportunum fidelibus. Ut benedicat ingressus & egressus illorum per omnem ipsorum uitam. Hic uero etiā corporale quiddā petere iubetur, utpote adhuc imbecilles. Domos illorum ac familiā, hoc est siue famulos habeant, siue cognatos, siue quos alio modo propinquos. Siquidem hæc erant uetustæ legis præmia. Neq; tum quicquā æque uidebatur acerbum, atq; egestas & orbitas, ut lucus intempestiu, ut in fame uiuere, ut rerum improperi successus. Atq; hanc sanè ob causam permittit in his quoque magis ad corpus q̄ ad animam pertinentibus immorari preces illorum, quos mox tamen erigit. Hoc enim facit Christus, hoc idem & Paulus, dum ueterum meminit benedictionū. Christus enim ait: Beati mites, quoniā ipsi possidebunt terram. Paulus autē: Honora patrem tuum ac matrē, & eris longæuus super terram. Ut liberos illorum augeas, ut auctos benedicas, & ad mensurā grātis perducas reddas sapiētes. Rursum hic iungit corporale cū spirituali, quippe adhuc infirmior & infantili affectu. Quod sequitur totū est spirituale. Ut dirigas illis oīa quæ optant ad utilitatem. Non simpliciter dixit, quæ optant, sed addit ad utilitatem. Frequenter optatur peregrinatio, sed non conducit: aut aliud simile, sed non expedit. Ex his docentur in omnibus deo gratias agere, uelut accidant ad ipsorum utilitatem. Post hæc iubet illos surgere. Nam prius illos humi prostrauerat. Posteaquam postularunt quæcunq; desiderabant, ac iam fiducia pleni sunt, erigit illos sermo, iubetq; illos assiduos esse in precibus ad deum. Nam quædam ipsi loquimur, quædam illis mandamus, iam precandi fores eis aperientes: sicut pueros in initio docemus ipsi, deinde iubemus eos per se loqui, ita dicētes: Angelū pacis postulate catechumeni. Nā est angelus qui uindictā adfert, uelut cum dicit: legationē per angelos malos: est angelus perniciē adferēs, ea propter iubemus illos petere angelum pacis, docentes illos, ut quod est omnīū honorū uinculum querāt, uidelicet pacem, ut liberentur ab omni pugna omniq; bello, ab omni seditione. Pacifica uobis omnia sint quæ obtingunt. Nam etiam si cui quid acciderit graue, modo pax adsit, leue est. Eoq; Christus dixit: Pacem meā do uobis. Nulla enim sunt arma tam ualida diabolo, quam pugna, quam inimicitia, quam bellum. Pacificum hunc præsentem diem, & omnes uitæ dies uobis perite. Vides rursus, ut omnem uitam in uirtute transigi iubet. Christiana uestra uectigalia. Quod est caput honorum, quod honestum est, idem & utile est. Quod honestum non est, id ne utile quidem est. Alia est apud nos utilium natura, præter uulgi opinionem, uidelicet ut ipsi nosmetipsos uiuenti deo & Christo commendemus. Nondum de cæteris præcipimus illis, sed tamen charitatis est & pro illis orare, ut possint. Vides absolutam precationem, tum quod ad dogmata, tum quod ad uitā attinet. Etenim cum dicimus Euangelium cum indumentum incorruptibilitatis, cum lauacrum renascentiæ, omnia dogmata cōplectimur. Cum mentem afflatam deo, cum sobriā cogitationem, cum reliqua quæ cōmemorauimus, mores uitamq; denotamus. Post hæc iubemus illos inclinare capita, hoc pacto significantes exauditas esse preces, ac deum illis bene dicere. Non enim iam homo est qui benedicit, sed per illius manum ac linguam offerimus imperatori capita præsentium, & uniuersus populus acclamat, Amen. Sed cuius rei gratia dicta mihi sunt hæc omnia? Videlicet ut doceam oportere nos querere, non quæ nostra sunt, sed quæ aliorum, ne fideles existiment nihil cum illis agi cum hæc dicuntur. Nec enim diaconus parietibus dicit, Oremus pro catechumenis. Sed quidā a deo sunt incogitantes, stulti, ac dissoluti, ut nō solum eo tempore quo hæc aguntur cum catechumenis, uerumetiam in his quæ aguntur cum fidelibus, stent & fabulentur. Hinc subuersa sunt omnia, hinc perierunt omnia, & quidem eo tempore, quo maxime deus erat placandus, illo magis iritato discedimus.

Nam

Nam pro fidelibus, pro episcopis, pro presbyteris, pro regibus, pro magistratibus, pro terra & mari, pro aere, pro toto terrarum orbe iubemus adire benignum deum. Itaq; cum debeamus tantam habere fiduciā, ut & pro alienis debeamus orare, ac ne pro nobis quidem ipsis uigilanter precemur, quæ nobis erit excusatio, quæ uenia? Quapropter exhortor, ut his omnibus perpensis, noueritis tempus deprecationis, ac tum ita sublimes efficiamini, ut relicta terra, cœlorum ipsorum conuexa attingatis, ut deum nobis propiciū redere possimus, utq; promissa bona consequamur, id quod nobis omnibus contingat, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiū in secula seculorū, Amen.

HOMILIA TERTIA



NAM hæc est gloria nostra, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate & sinceritate, non in sapientia carnali, sed in gratia dei, cōuersati sumus in hoc mundo. Hic rursus & illud solati argumentum nobis aperit, haud quaquam leue, sed prorsus ingens ac satis efficax, ut mentem nostram, dum periculis mergitur, erigat. Quoniā enim dixerat: Deus nos eripuit & suis misericordijs & uestris precibus, quod erat totius rei summa imposuit. Ne hic auditorem supinum & oscitantem redderet, sitantum dei misericordijs, & aliorum precibus confideret, ostendit quod & ipsi ex sese non mediocrem momentum attulerint. Id quod & in superioribus declarauit, dicens: Quemadmodum abundant afflictiones Christi, abundat & solatium nostrum. Hic & aliud quoddam propriæ industriæ demonstrat officium. Quod tandem illud? In pura, inquit, conscientia, sinceraq; mente ubiq; terrarū conuersamur. Hoc autem non leue momentum habet ad cōsolandum ac refocillandum nos. Imò non solum ad cōsolandum, sed etiam ad aliud quiddam, quod multo maius est cōsolatione, nimirum etiam gloriationem adducens. Hæc autem loquitur partim illos erudiens ne despondeant animum in afflictionibus, sed corroborentur potius, cum puram habeant conscientiam, partim tacite taxans pseudapostolos. Et quemadmodum in priore epistola dixerat: Misit me dominus, ut prædicem Euangelium, nō in sapientia sermonis, ne euacuetur crux Christi, & ne fides uestra sit in sapientia hominū, sed in uirtute dei. Sic & hic non inquit in sapientia, sed in gratia Christi. Porro & aliud quiddā subindicauit, cum ait: Non in sapientia, hoc est, non in doloitate, & hic feriens externam eruditionem. Nam nostra, inquit, gloriatio hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Hoc est, conscientia nostra, quoniā non potest condemnare nos quasi factis improbis à recto discesserimus, etiam si innumera patiamur acerba, etiam si undiq; feriamur ac periclitemur, sufficit nobis ad solatium: imò non tantum ad solatiū sufficit nobis pura conscientia, uerumetiam in hoc ut coronemur, dum præbet nobis testimonium, quod nihil cōmiserimus mali, sed iuxta dei placitū hæc perpetimur ob uirtutē, ob philosophiā, ob multorū salutem. Itaq; prima illa cōsolatio ueniebat à deo: hæc autē ab ipsis, & à uitæ rectitudine simul inducitur: eoq; uocat illam gloriationem, quod ipsorū propria uirtute parta esset. Quæ est igitur ista gloriatio, & cuius rei testis est nobis conscientia? Quod in sinceritate. Hoc est, quod nihil dolo sum, nihil per hypocrisim, nihil per ironiā, nihil per adulationem, nihil per insidias fraudes uogessimus, nec per aliud quicquā eiusmodi: sed in omni libertate, in simplicitate, in ueritate, in pura & innocente mente, in animo doli nescio, nihil habentes adumbratum neq; suppuratum. Non in sapientia carnali. Hoc est non in astutia, neq; uersutia, neq; in admirabili sermonis artificio, neque in perplexis sophismatibus. Nam hanc uocat carnalem sapientiam, unde illi uehementer tuebant. Hoc igitur abnegat Apostolus ac discutit, ex eo quod est longe præstantius, ostendens hoc nequaquam esse dignum de quo quis gloriatur, sed non tantum nihil tale desiderare, uerumetiam aspernari ac pro bri loco ducere.

Sed in gratia dei cōuersati sumus in hoc mundo. Quid est gratia dei? Sapientiam ab illo nobis donatā, uires ab illo datas, declarantes, idq; per ipsa miracula, per hoc quod sapientes uicerimus, quod rhetores, quod philosophos, reges, populos, cum simus idiotæ, nihilq; mundanæ sapientiæ ad hoc negotium attulerimus. Neque uero uulgaris est hæc tum cōsolatio, tum gloriatio, sibi conscios esse, quod humanis uiribus usi nō sint, sed diuina gratia recte gesserint omnia. Ita non Corinthi tantum, sed ubiq; terrarum. Abundantius autem apud uos, in gratia dei cōuersati. Quandoquidem & signa & miracula apud uos adidimus, tum & accuratorem diligentiam, & uitam irreprehensibilem

r 4 exhibuimus

exhibuimus. Nam & hoc appellat dei gratiam, sua quoque beneficia, illi ferens accepta. Illic enim ultra septa progressus fuerat, gratuito docens euangelium, ut illorum parceret imbecillitati. Non enim alia scribimus uobis quam quae legitis & quae agnoscitis. Quonia autem uisus est de se magnifice predicasse, atque ipse sibi testis esse, quod inuidiosum esse solet, rursum illos citat testes eorum quae dicuntur. Ne quis, inquit, existimet quae narrauimus esse uerborum fumos, quando quidem ea uobis significamus, quae nos ipsi, & de quibus nos nequaquam mentiri, non alij magis testes esse possint quam uos. Cum enim legitis, agnoscitis, quod quorum nobis in factis ipsis estis cōsors, eadem in epistolis loquimur, nec usquam uestrum testimonium meis epistolis aduersatur, sed lectione cōsentit cognitio, quae prius concepta habebatis de nobis. Quemadmodum & agnouistis uos ex parte. Neque enim ex aliorum narratione cognouistis quae gesimus, sed ipsa experientia. Quod autem addit, ex parte, modestiae causa adiecit. Nam hic Paulus mos est, si quando coactus necessitate, neque enim alias hoc facit, dixit aliquid de se magnificentius, protinus sermonis fastum studet corripere.

Spero autem quod & usque ad finem cognoscetis. Vides rursus ut à praeteritis fide conciliat futuris, non autem à praeteritis solum, uerum etiam à dei potentia. Neque enim simpliciter pronunciauit, sed totum in illum reiecit. Et quae in illis est spes, quonia gloria uestra sumus, quae admodum & uos nostra in die domini nostri Iesu Christi. Hic superioribus dictis admittit inuidiam, dum illos in partem recipit, facitque gloriae cōsortes, quae ipsius preclare gestis debebatur. Non enim intra nos cōstitit haec gloria, uerum & in uos dimanat, ac rursus a uobis in nos. Posteaque autem extulit seipsum, ac praeteritorum ostentationem exhibuit, & de futuris spondit, ne qui audiebant, illum insimularent arrogantiam, ne uerum exprobaentur ad inuidiam, communitat cum illis gloriationem, dicens hanc laudum coronam & ad illos pertinere. Nam si nos, inquit, tales appareamus, uestra laus est uestra gloria: quemadmodum & nos, quoties uos laudem assequimini, exultamus, gestimus, coronamur rursus & hoc sermone singulari suam modestiam declarat. Non enim ut praceptor discipulis, sed quasi discipulis aequalis loquitur, ita sermonem temperat. Vide uero ut illos in altum erigit, ac philosophiam plenus reddat, relegans ad illum diem. Ne, inquit, loquamini praesentia, hoc est probra, conuicia, dicteria qualia loquitur hominum uulgus. Neque enim quae hic sunt quicquam habent magni, neque quae uidentur suauia, neque tristia, non cauilli, non laudes ab hominibus uenientes: sed me minueritis, inquit, mihi illius diei metuendi tremendique in quo reteregetur omnia. Tum enim & uos in nobis decorabimini, cum liquebit uos habere tales magistros, qui nihil humanum docent, neque uitam habent ulli uitio obnoxiam, nec ullam malam dederunt: & nos qui tales habemus discipulos, puros ab humanis cupiditatibus, neque uacillantes, sed qui alacriter omnia sustinent, nec ulla ex parte uerbis circumueniuntur. Quando quidem haec nunc quoque perspicua sunt cordatis, tunc perspicua futura omnibus. Itaque etiam si nunc affligimur, habemus & hoc haud leue solatium, nunc quidem à conscientia, tum uero ab ipsa rei luce. Nam nunc quidem conscientia nostra nouit, quod per gratiam dei facimus omnia, quemadmodum uos quoque scitis & scietis, tum uero etiam uniuersi homines cognoscent tum nostra, tum uestra, conspicientque nos alteros alterorum gloria clarificare. Ne enim uideatur ipse solus illustris, & illis tribuit gloriam causam, & à praesentibus molestis auocat: quodque in consolatione fecerat, cum diceret propter uos consolationem accipimus, idem & hic facit, dicens: Propter uos gloriamur, sicut & uos propter nos, ubique confortes illos faciens omnium: consolationis in afflictionibus: suae salutis, quando quidem hanc incolumitatem suam illorum precibus fert acceptam. Adiuuantibus, inquit, uobis precando, eripuit nos deus. Similiter & gloriationem facit communem. Quemadmodum illic dixit: Scientes quod quemadmodum confortes estis afflictionum, ita estis & consolationis. Idem hic, gloria uestra sumus, sicut & uos nostra. Atque hac re fretus, uolebam prius uenire ad uos. Quae re fretus? Quia magnopere confido de uobis, quia quod gloriamini de nobis, gloria uestra est, quod uehementer uos amo, quod nullius mali mihi conscius sum, quod mihi persuasum habeo, cuncta apud uos esse spiritualia, denique quod uos harum rerum testes habeo. Uolebam uenire ad uos, ac per uos transire in Macedoniam. Atqui diuersum pollicitus est in epistola priore, ita loquens: Veniam ad uos cum Macedoniam pertransiero, per Macedoniam enim iter faciam. Qui factum est igitur, ut hic loquatur sibi pugnanti? Absit ut Apostolus sibi pugnanti loquatur: nam haec

nam haec contraria sunt his quae scripserat, non his quae uolebat. Eo quod non hic dicit: Scripsi me uenturum ad uos per Macedoniam: sed, uolebam. Nam etsi hoc non scripsissem, attamen illud conabar ac uolebam & priusquam uenirem ad uos: tantum aberat ut promissis uellem deesse, ut & has literas praenire uoluerim. Ut secundam gratiam habeatis. Quid est secundum ut duplam gratiam habeatis, alteram per epistolam, alteram ob praesentiam. Porro gratiam hic appellat gaudium. Et per uos proficisci in Macedoniam, & rursus à Macedonia uenire ad uos, atque a uobis deduci in Iudaeam. Hoc igitur cum uellem, nunquid leuitate sum usus? Hic iam protinus deprecatur culpam contationis & absentiae. Quod enim dicit, tale est: Uolebam uenire ad uos, quae igitur ob causam non ueniebam? An quod leuis essem, subricaque fides? Nam hoc est quod ait, num leuitate sum usus? Nequaquam. Sed quam ob causam? Quonia quae cogito non secundum carnem cogito. Quid est, non secundum carnem non carnaliter cogito. Ut si apud me quod est, est, est: quod non, non. Verum & hoc adhuc obscure dicitur. Quid est igitur quod dicit? Carnalis homo, hoc est, qui rebus praesentibus, additus est atque in his perpetuo uersatur, quique seclusus est ab operatione spiritus, quoquod uerum abire potest, & oberrare quod uoluerit. Ceterum qui minister est spiritus, quonia ab illo agitur & circumagitur, non potest ubique suae sententiae cōpos esse, quae habet à spiritus autoritate pendente: sed hominem eiusmodi patientem esse oportet, utpote seruum probum, qui ubique iustis herilibus obsecundat, quique sui potestatem non habet, ut uel paulisper respiret, aut aliquid uel pusillum conferuis polliceatur. Id si fecerit, & mox secus domino uisum fuerit, non praestabit quae pollicitus est. Hoc igitur ait: Non cogito secundum carnem, neque sum alienus à gubernatione spiritus, neque mihi potestas est eundi quod uelim, propterea quod paraclisi dominio subditus sum, huiusque iussis ac decretis agor ac circūagor: hanc ob causam non potui uenire, quia secus uisum sit spiritui. Quod idem in his quae gerimus frequenter accidit. Nam alias spiritus iussit uenire, alias iussit abire. Proinde non est haec leuitas, quae non uenerim, sed parere spiritui cui subiectus sum. Vides rursus apostolo consueta cōsiderationem. Vnde suspicabatur illi quod carnaliter cogitaret, uidelicet quia non praestabat quod erat pollicitus, hinc maxime declarat se spiritualiter cogitasse, uidelicet quia non praestiterat quod erat pollicitus, atque e contrario colligendum esse, nimirum quod carnaliter cogitasset. Quid igitur, dixerit aliquis, an ex spiritu promiserat? Minime. Iam enim dixi Paulo non omnia fuisse cogitata, quae uel euentura forent, uel profutura. Hinc est quod in priore epistola dicit, ut uos me deducatis quocumque proficiscar: hoc ipsum metuens ne si dixisset in Iudaeam, alio quodam ire cogereur. Hic uero quonia frustratus erat hoc, ait: Et a uobis deducar in Iudaeam. Quod enim erat charitatis positum: quod autem ad illos non pertinebat, uidelicet ire in Iudaeam, non iam hoc addit expresse. Ceterum quonia id iam praeterierat, hic aperte dicit, quod in Iudaeam ire statuisset. Idque utiliter accidit, ne quis de apostolis sentiret supra illorum dignitatem. Etenim si cum sic res haberent, uoluerunt illis immolare tauros, quomodo effugissent imperatorem nisi multa humanae imbecillitatis argumenta praese tulissent. Et quid miraris, si non omnia futura nouit Paulus, cum in deprecationibus frequenter ignorauerit, quid expedit. Velut illud, quid oremus quemadmodum oportet, nescimus: non tantum eo dicit ut uideatur esse modestus, sed declarat quod ubi sit utilitas in orando ignoraret. Vbi igitur ignorauit? cum postulata à tentationibus liberetur, dicens: Datus est mihi stimulus carnis, angelus saranae, qui me colaphis caedat. Super hoc ter deum rogavi, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam potentia mea imbecillitate perficitur. Vides ut non nouerit petere quae conducebant, unde nec accepit, quanquam saepenumero postulasset. Fidelis autem Deus, quod sermo noster, qui fuit erga uos, non fuit etiam & non. Pulchre soluit obiectionem emergentem. Si, inquit, cum esses pollicitus aduentum, prorogasses, ne tum quidem esset tuum etiam, etiam, & non, non. Nunc quae dicitis postea subuertis, quemadmodum de praesentia tua feceras. Vae nobis si unquam idem accidit in Euangelij praedicatione. Itaque ne haec cogitarent, neque perturbarentur, ait: Fidelis Deus quonia sermo noster, qui fuit erga uos, non fuit etiam & non. Neque enim hoc factum est, inquit, in praedicatione, sed duntaxat in itineribus & peregrinationibus. In Euangelij praedicatione firma manent & immota quaecumque diximus. Quando quidem praedicationem hic appellat sermonem. Deinde huius rei irrefutabile profert argumentum, totum ad deum referens. Quod autem sentit, tale est: Meum erat, quod pollicitus

licitus sum me isthuc uenturū: nam ex me istud promiserā. Ceterum Euangelij prædicatione non est mea, nec prorsus humana, sed dei: quod autē dei est, mentiri non potest. Et ideo dicit: Sed fidelis deus, hoc est uerax. Proinde ne suspecta sint uobis quæ illius sunt, quoniam nihil est in illis humanum. Ceterū quoniam dixit, sermo, subiicit protinus, qualis sit ille sermo. Nam dei filius qui est in uobis per nos prædicatus, per me & Sylluanum ac Timotheum non fuit etiā & non. Hanc enim ob causam & illorū qui docuerunt chorū adducit in medium, hinc quoque fidem concilians testimonio, non tantum per eos qui audierāt, sed etiam per eos qui docuerant: quanquā & hi Pauli erant discipuli, sed modestiæ gratia numerat illos in ordine doctorum. Quid est non fuit etiā & non? Eadem, inquit, scripsi, quæ prius in prædicatione dixerā, neque uobis hoc nunc dictū est. Hoc enim non est fidei, sed animi aberratis. Sed in illo fuit etiā, hoc est quod dixi, immobilis ac firmus sermo manet. Quæcunq; enim sunt promissa dei, in illo sunt etiā, & in illo amen, deo ad gloriā per nos. Quid autē est, Quæcunq; sunt promissa dei? Multa pollicebatur euangelisū, ipsiq; hæc eadem multa, promittebant ac prædicabant. Nam & de resurrectione differuerant, deq; assumptione, deq; immortalitate, deq; ingentibus illis præmijs, deq; bonis illis ineffabilibus. Has igitur promissiones aut immobiles consistere, nec in illis fuisse, etiā & nō: hoc est non fuerunt aliās uera, aliās falsa quæ diximus, quemadmodum fuit meus aduentus, sed semper uera. Ac primum quidem pro fidei dogmatibus, proq; Christi sermone decertat, dicens: Sermo meus & prædicatione mea non fuit etiā & non. Deinde pro promissis, Quæcunq; enim sunt promissa dei, in illo sunt etiā. Quod si quæ promittit firma sunt, & omnino præstaturus est promissa: multo magis ipse, & qui de illo sermo est firmus est, neque possis dicere, nunc non est, sed semper est & semper idem est. Quid autē est, in illo etiam & amen? Declarat omnino futurū quod dictum est, propterea quod per ipsum non per hominē habent, ut sint atq; impleantur. Ne quid igitur metuas, non enim homo est, ut tibi suspectū esse possit, sed deus est qui & dicit, & præstat. Deo ad gloriā per nos. Quid est ad gloriā per nos? Implet sua promissa per nos, per nostrā in uos beneficentiam, ad suam ipsius gloriā. Nam hoc est quod dicit, deo ad gloriā. Quod si ad dei gloriā spectat, omnino futurum est. Non enim neglecturus est suam gloriā, etiam si nostram negligeret salutem, partim quod supra modum amans est hominum, partim quod nostra salus annexa est illius gloriæ, duntaxat in hoc negotio. Ergo si promissa ad illius gloriā pertinent, dubiū non est quin & nostra salus sit consequutura. Quod idem Ephesij scribens assidue celebrat dicens: In acquisitionē gloriæ eius: idq; ubiq; inculcat, significans necessario euenturū quod dicitur. Quod idem hic dicit, quoniam illius promissa non mentiantur, eod quod non modo seruant nos, uerum etiam ipsum glorificant. Proinde caue cogitatis quod illa per nos sint promissa atque ita hæsites: non enim per nos implentur, sed per ipsum: quin & promissa sunt per ipsum. Neque enim nostra sunt, sed quæ illius sunt, apud uos retulimus. Qui autem confirmat nos uobiscum in Christum, quis unxit nos Deus, ac signauit, deditq; arrabonem spiritus in cordibus nostris. Rursus a præteritis confirmantur futura. Nam si ille est qui confirmat nos in Christum, hoc est, qui non sinit nos dimoueri a fide quam habemus de Christo, & idem est qui iam unxit nos, deditq; spiritum in cordibus nostris, qui consentaneū est, ut non det quæ restant in posterū. Si initia & fundamentum dedit, si radicem ac fontem, ueluti ueram de ipso cognitionem, spiritus communionem, qui conuenit, ut quæ ex his nascuntur, daturus non sit. Nam si illa propter hæc data sunt, multo magis qui hæc dedit, & illa præstaturus est. Et si hæc dedit, quæ essemus inimici, multo magis illa reconciliatis, & in amicitia receptis largietur: eoq; non simpliciter dicit spiritum, sed pignus appellauit, ut ex hoc de cæteris omnibus fiduciam concipias. Non enim nisi totum daturus erat, uoluisset arrabonem exhibere ac perdere, idq; frustra ac sine causa. Vide autem Pauli beneuolentiam. Quid inquit, oportet dicere quod in nobis nō est promissorum ueritas? Hoc ipsum quod uos statis immobiles, quod fixi, non in nobis est, sed dei munus est. Qui nos inquit, confirmat deus. Non igitur nos sumus qui stabilimus uos, quandoquidē & ipsi opus habemus a quo confirmemur. Proinde ne quis existimet euangelij prædicationem in nobis periclitari, ipse totum in se recepit, ipse totum curæ habet. Sed quid est, qui unxit & signauit? Nimirum dato spiritu, per quem utrunq; peregit, per quem simul prophetas & sacerdotes & reges facere solitus est.

Nam

Nam hoc hominum genus olim ungebatur. Nos uero non unam, sed tres nunc habemus dignitates. Nam & regno potituri sumus, & sacerdotes efficitur, dum corpora nostra hostiam offerimus. Exhibete, inquit, corpora uestra hostiā uiuentem, acceptam deo. Ad hæc & propheta reddimur, propterea quod quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, hæc reserata sunt nobis: quanquam & alia ratione reges efficitur, si uoluerimus absurdis imperare cupiditatibus. Nam is demum regnat & quidem uertus, quam qui diademate cinctus est. Id uobis iam faciam perspicuū. Rex multos habet exercitus. At nos longe plures habemus cogitationes. Neque enim numero comprehendi potest, immensa cogitationum, quæ in nobis sunt, multitudo. Imò non solum multitudinem uidere est, uerum etiam multos in hac cogitationum turba duces & imperatores, & hastatos & sagittarios, & fundibularios. Quæ res alia facit regem? Vestes? At hic melioribus indutus est, potiorēq; gestat strolam, quam neque tinea exedit, neque tempus absumit. Dein uariam gestat coronam, tum eam quæ est gloriæ, tum eam quæ est miserationū dei. Ait enim, Benedic anima mea domino, qui te coronat in misericordia & miserationibus. De gloriæ corona dicit, gloria & honore coronasti eum. Et, Velut armis beneuolentiæ coronasti nos. Ad de coronā gratiarum, Coronam etiam gratiarum accipies in uertice tuo. Vides uarie contextum ac uenustius hocce diadema. Quin potius ab initio rursū diligentius expendamus has regum dignitates. Ille dominatur satellitibus, omnibus imperat, & obediunt omnes, eiq; inseruiunt. Verum ego tibi hic ostendo principatum excellentiorem. Nam multitudo par est hic aut etiam maior aut numerosior. Superest ut obedientiam expendamus. Ne uero mihi hic in medium adducas qui regno fuerunt excussi, qui ab ipsis corporum custodibus traditi sunt: ne istos, inquam, in medium adducamus, sed eos tantum quæramus qui in utroque genere regnum suum bene administrarunt. Ac tu quidem quos uoles ponito, ego uero patriarcham Abraham omnibus oppono, qui quum iuberetur interficere filium, cogita quam multæ cogitationes tunc insurrexerint in illū, & tamen subegit omnes, omnes illum metuebant, magis quam regem metuunt satellites, omnesq; solo oculorum intuitu compefcuit, nec ulla illarum ausa est erumpere, sed submittebant uultus, ac uelut imperatori cedebant uniuersæ, quamuis erant acerrimæ omnes, uehementerq; præfractæ. Neque enim hastarum cuspidēs æque metuendæ sunt à multis subreptæ. Vnde & magis poterant illius animum penetrare, quam ulla cuspis acuta. Neque enim ulla lancea posset unquam esse tam acuta, quam illarum cogitationum stimuli deorsum ab ipsis uisceribus acuebantur & surgebant, ac iusti illius mentem tentabant. Nam hic & tempore opus est, & consilio, & icū & dolore, ac deinde mors consequitur. Illic uero nullo horum fuit opus, tanto perniciosiora simul & acriora erant uulnera. Attamen tum tot cogitationibus in illum armatis, multa erat tranquillitas, stabant compositæ omnes, ornantes illum uerius quam metuentes. Itaque specta iam illum extendentem gladium, & quotquot uolueris reges in medium producto, Augustos, Cæsares, nihil tamen simile dixeris, neque poteris talem exhibere speciem, a deo magnificam ac cælis dignam. Nam aduersus tyrannidem potentissimū trophæū statuit tum iustus ille. Nihil enim natura uiolentius. Etiam si decem milia tyrannidarum produxeris, nullum talem nobis similem exhibebis. Tum enim angeli trophæum erat, non hominis. Contemplator autem rem ipsam. Natura prostrata erat humi, cum armis suis, cū uniuerso exercitu, atq; ille stabat porrecta manu, non coronam tenente, sed ense quauis corona splendidiorē, & angelorū populus applaudebat, & cælis deus uictorem pronuntiabat. Quoniam enim in cælis fuerat illius conuersatio, inde recepit præconium. Quid hoc splendidius? Imò potius quid huic trophæo conferri potest? Etenim si posteaq; uicit athleta, non præco ex humili loco, sed imperator ipse surgens è sublimi, olympiaci certaminis uictorem pronunciet, an nō hoc uictori uideatur coronis magnificentius, totumq; theatrū ad se conuerterit? Proinde quū imperator non homo, sed ipse deus, non in hoc theatro, sed in theatro totius orbis, in angelorū & archangelorum populo, clara uoce uictorem eum pronunciet, clamans è cælis, Age dic mihi, ubi ponemus uirum hūc sanctum? Quod si uidetur audiamus etiam ipsam uocem. Quæ nam est igitur uox? Abraham Abraham, ne inferas manum tuam super Isaac, neque quicquam illi feceris: nunc enim cognoui, quod timeas deum, nec peperceris filio tuo charissimo propter me. Quid hoc? Qui cuncta priusquam fiant nouit, dicit, Nunc cognoui.

Atqui

Atqui uel homini liquere potuit uiri pietas, tot documētis præbuerat specimē sua erga deum beneuolentiæ, quum illi diceret: Exi de terra tua, & de cognatione tua: quum propter deum & illius honoris gratia ius primogenituræ celsit patri uel suo, quum eundem tantis exemit periculis, quum illum deus iussit in Aegyptum proficisci, atque ibi spoliatus uxore, non acerbe tulit, cumq; his alia permulta. Ab his, quemadmodum modo dicebam, uel homo discere poterat uiri pietatem, non solum deus, qui non expectat ut ab ipsis rebus cognoscat finem. Tum quo pacto illum iustificauit, quem ignorabat: Credidit inquit, Abraham, & imputatum est illi ad iustitiam. Quid est igitur quod dicit, nunc cognoui? Quoniam Syrus ita loquitur, cognouisti, pro eo quod erat, notificasti, nimirum hominibus, nam ipse noueram, etiam antequam illa omnia præciperem. Sed quur nunc patefacere uoluit hominibus? An illa non satis erāt ad declarandam Abrahamæ erga deum beneuolentiam? Erant quidem, sed hoc facinus tanto præstantius erat cæteris omnibus, ut illa cum hoc collata, nihil esse uiderentur. Vt igitur hoc insigne facinus attolleret, demonstraretq; cunctis esse sublimius, ita loquutus est. Siquidē & hominū uulgus de factis eximjis ac superiora uincētib; hunc ad modū loqui cōsueuit. Exempli causa, ubi quis ab aliquo munus aliquod accepit maius q̄ prius acceperat, frequenter ait, nunc cognoui quod ille me diligit, haud quaquā hoc senties quod ignorarit antea, sed illud declarare uolens, præfens beneficiū superare superiora. Itidem deus humano more loquens dicit, nūc cognoui, nihil aliud q̄ certaminis eminentiā uolens hominibus cōmendare, nō autē quod tunc didicerit uel metum uel metus magnitudinem. Neq; enim quom ait: Venite, descendentes uideamus, ita loquitur quasi descensu fuerit opus ipsi, qui implet uniuersa, qui nouit euidenter uniuersa, sed nos erudiēs illud non simpliciter nec uulgari more, sed insigniter ostendi. Item quum dicit: Dominus prospexit e cœlo, uerbis hominum ad res diuinas translatis declarat exactā cognitionē, Sic & hoc loco dicit, nūc cognoui, uidelicet significans hoc factū esse superioribus omnibus præstantius. Eius rei probationē exhibet, quum adiungit dicens: Quoniam non pepercisti filio tuo charissimo, Propterea non solū dixit filio, sed filio charissimo: Nō enim erat filius naturæ tantū, sed & charitatis, quæ affectum quum esset ingens, tum ob proprios mores, tum ob uirtutem pueri in seipso sustinebat. Quod si filios improbos non facile solent contemnere parentes, sed hos quoq; luctu prosequuntur, hic quum & filius esset germanus, esset unicū, esset charissimus, denique esset Isaac, & ab ipso patre mactandus esset: quis eximiam illius animi fortitudinē uerbis possit assequi? Hoc certamen innumerabilibus diadematis & infinitis coronis erat splendidus. Etenim qui illa redimētus est corona eum frequenter & mors irruens inuadit, & ante mortem innumerabiles molestæq; insidiæ. Huic contra ne post mortem quidem diadema capiti circumpositum quisquam detrahare poterit, nec cognatus nec alienus. Jam mihi specta preciosissimum huius diadematis lapidem. Velut enim lapis preciosus sic cingit illum usq; ad finem. Sed quid est hoc quod ait, propter me? Neq; hoc mirandum est, quod non pepercit filio, sed quod propter deum? O dextram beatam, quali machara digna est habita. O macharam admirabilē, quali dextra digna est habita. O macharam admirabilem, in quem usum parata est, & quale peregit ministerium, & cui typo subscripsit, quomodo cruentata est, & quomodo non cruentata est? Nescio enim quid dicam, adeo uenerandum tremendumq; mysterium erat. Non attigit filij collum, neq; percudit sancti illius iugulum, neq; rubuit iusti sanguine, Quin potius attigit ac penetravit & rubuit, & immerfa est & nō immerfa est. Fortassis uideor uobis insanire, qui tam pugnantia loquar, Certē mente excidi mecum reputans iusti illius miraculum: Quanquam non loquor pugnantia. Nam mantis quidē iusti, gladium infixit in iugulum filij, sed dei manus non passa est, etiam impactam pollui sanguine pueri. Neq; enim Abraham tantum tenebat ensē, sed & deus: Atq; ille quidem impellebat ex animi sui sententia, hic uero uoce cohibuit. Eadem enim uox dextram illam armauerat, eoque uelut imperatori deo subdita, ad illius nutum omnia peragebat, omniaq; ad illius uocem exequabatur. Hæc enim considera: dixit, occide, protinus armata est: dixit, ne occidas, protinus exarmata est. Ab illo enim pendebant omnia. Post hæc deus ostendit militem ac ducem suum orbi, illum coronatum angelorum theatro: illum sacerdotem ac regem, ense magis quam diademate coronatū, illum trophæa gestantem, illum optimatem, illum sine conflictu uictorem. Etenim non aliter

quam

quam si quis imperator egregiū habēs militem, ipso armorū gestatu, ipso statu, ipso impetu, obstupesciat aduersariū: ita deus solo animo iusti, sola specie, solo statu cōmunem omnium nostrum hostem diabolum reddidit attonitū & in fugam uertit. Arbitror enim illum tunc tremefactum celsisse. Jam si quis dicat, quam ob causam nō passus est deus dextram tingi sanguine, ac mox eum qui mactatus fuerat, innocuum restituit? Quoniam fas non erat, deum talem recipere sanguinem, sed hæc noxiarum dæmonum mensa est. Hic uero utrunq; demonstratum est, & domini bonitas & serui beneuolentia. Ac primum quidem Abraham egressus est e terra, tum uero ab ipsa celsit natura, unde & sortem recepit cum usura, idq; ualde congruenter. Præoptauit enim non appellari pater, ut seruus beneuolus appareret, unde non solum pater, uerumetiam sacerdos factus est. Et quoniam reliquit sua propter deum, ideo deus cum illis largitus est, & ea quæ sunt ipsius. Itaq; quū hostes indignantur, etiam usq; ad tentationē progreditur, prodigia facturus, uelut in fornace & leonibus. Ceterū quoties imperat ipse, intra animi promptitudinem cōsistit iussio. Cedo, quid supererat huic insigni fortitudinē? Neq; enim præcius erat Abraham quid esset futurum, neq; enim cauponabatur dei bonitatem. Nam licet esset propheta, non tamen omnia nouit propheta, ut iam superuacua fuerit mactatio, deoq; indigna. Quod si descendendum erat, quod deus ex mortuis excitare potest hominem, a uultu multo mirabilius hoc didicisset, imò potius ante hanc declarationē: Erat enim fidelis. Tu uero ne tantū admirare iustum, uerumetiam æmulare. Cumq; uides illum in tanto tumultu ac iactatione fluctuū, uelut in tranquillo nauigantem, similiter & tu arripe obedientiæ ac fortitudinis clauū. Nec mihi sic loquaris, tantū aram extruisti ac rogam, sed recordare quas uoces emiserit filius: tectiq; reputa, quantæ exercituū cateruæ ruerint in eum, animum illius expauescētes, quum audiret filij uocem, patri dicentem, ubi uicima? Cogita q̄ multæ cogitationes mouerentur in animo eius, non ferreis, sed flammeis lanceis armata, undiq; pungentes illum ac penetrantes. Quod si nunc quoq; non se continent multi, quanquā patres non sunt: quod si etiam lachrymati fuissent cōplures, nisi nosset exitum, quanquā quosdam & ex his qui norunt exitum, multos conspicio lachrymantes: quid coniectandum est illi accidisse, qui illum generarat, qui enutriuerat, qui illum in senectute susceperat, qui habebat unicū, qui uidebat, qui audiebat, qui mox eum erat occisurus? Quis intellectus uerborum, quæ responsionis humanitas? Quis erat qui tum intus operabatur? Diabolus, ut naturā inflammarer: Absit, imò deus ut exploraret animum iusti. Quum enim uxor Iob loquitur, diabolus operatur, talis enim erat consultrix: hic uero nihil sonat blasphemū, sed admodum pie ac circumspecte, multaq; gratia florebat in uerbis, multū mel sermonum distillabat, à tranquillo placidoq; fluens animo. Hæc uerba poterant uel saxeam mollire mentem, non tamen adamantem illum subuerterunt, imò ne concusserunt quidem. Neq; dixit, patrem appellas, qui paulo post pater tuus futurus non est, qui tam hoc honoris perdidit. Sed quam ob causam puer interrogat? Non hæc erat uulgaris curiositas, nec aliena cognoscendi studium, sed anxius erat super his quæ instabant. Reputabat enim, si nolisset pater ipsum esse confortem eorum quæ gerebantur, haud quaquam seruis deorsum manere iussis ipsum solum sibi adiunxisset. Atq; ob id sanè quū soli essent, tum demum illum percontatur, quum nemo loquentium uoces exaudiret. Hæc erat filij prudentia. An non igitur incalcescitis uiri simul & mulieres? An non unusquisq; uestrum animo complectitur, & exosculatur hunc puerū: admiratur prudentiam, ueneratur pietatem, cuius præsidio, etiam tum quum colligaretur ac busto imponeretur, non expauit, non resiliit, non patrem uelut insanientem cōtemplit, sed uinciebatur, tollebatur, & imponebatur, cuncta silentio perferens, nō aliter quam agnus quispiam: Quin potius tanquam cōmunis omnium dominus, quandoquidem & illius imitabatur mansuetudinem ac figuram seruabat, qui uelut ouis ad occisionem ductus est, & uelut agnus, coram tondente obmutescēs. Attamen loquutus est hic, nam & dominus illius loquutus est. Quomodo igitur mutus: hoc est nihil dixit audax, nihil asperū, sed placida mansuetaq; omnia, ipsaq; uerba mansuetudinem potius declarabant, q̄ silentiū, quemadmodum & Christus dixit, Siquidem male loquutus sum, testimoniū perhibe de malo: sin bene, cur me cædis? magisq; declarauit suā mansuetudinem q̄ si tacuisset. Et quemadmodum hic patri ab ara, ita ille patri de cruce loquitur, Pater, condona illis, nesciunt enim quid faciūt. Quid igitur patriarcha? Deus providebit sibi

hinc sicut filii in holocarpis. Ambo natura nominibus utuntur: ille patrem appellat, hic filium: & utriusque graue bellum excitatur, ac magna quidem erat tempestas, ac naufragium nequaquam, eo quod philosophia uincit omnia. Deinde simul atque audiuit deum, nihil potest loquutus est, nec amplius erat curiosus: adeo sapiens erat puer, & in ipso aetatis flore. Vides quot hic rex uicit exercitus: quot hostes urgentes: Neque enim perinde formidabiles erant barbari, quum Hierosolymorum ciuitatem frequenter adorirentur, ut harum rerum cogitationes ipsum undique oblidentes: Verum hic superauit omnia. Sed uis etiam sacerdotem uidere: Non procul abest exemplum. Etenim quem uides illum ignem tenentem & gladium, araque astantem, quid iam dubitas de sacerdotio? Quod si libet etiam uictima tenere, uide geminam: obtulit filium, obtulit pecudem, imò super omnia suum ipsius animum; ac pecudis quidem sanguine dextram, filij uero caede sanctificauit animam. Hoc pacto sacerdos electus est, sanguine unigeniti & immolatione agni. Nam & sacerdotes purificabantur sanguine uictimarum quae deo offerebantur. Vis iam & prophetam uidere? Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit inquit & gauisus est. Sic & tu in baptismo rex efficeris, & sacerdos & propheta. Rex quidem omnibus prauis actionibus humi prostratis, & interfectis peccatis: Sacerdos autem dum seipsum offert deo, dumque immolatur corpus suum, maculatque seipsum. Nam si inquit mortui fuerimus illi, uiuimus etiam cum illo. Propheta uero dum futura discit & deo afflatus redditur, atque ob signatur. Quem admodum enim militibus signum, ita fidelibus inditur spiritus, ut si deserat ordinem, conspicuus sit omnibus. Iudaei quidem habebant pro signaculo circumcissionem, nos uero patrum spiritus. Haec igitur intelligentes, perpenam dignitate nostra, dignam dono dei uitam exhibeamus, ut uenturi seculi regnum consequamur, quod omnibus nobis contingat: ut qui gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, qui cum & per quem patri gloria, simul cum sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. HOMILIA III

N G O V E R O testem deum inuoco in animam meam, quod uobis parcens non amplius uenerim Corinthum. Quid ais beate Paule, ut parceres illis non uenisti Corinthum? Num igitur nobis hic inducis sermonem secum pugnantem? Dixeras enim paulo ante te ideo non uenisse, quod non secundum carnem cogitares, neque teipsum in tua haberes potestate, sed quod ubique spiritus arbitrio circumageris. Tum & afflictiones in medium adducebas. Hic contra, ais tuae potestatis esse quod non ueneris, non iam arbitrij spiritus. Sic enim loqueris, parces uobis non ueni Corinthum. Quid igitur dicendum est: an quod hoc etiam ipsum spiritus fuerit, atque ipse quidem uenire uoluerit, ceterum spiritus illum ne ueniret retraxerit, suggerens illi ut illis parceret: an de alio quorpiam aduentu loquitur, illud significans quod priusquam priorem scriberet epistolam uenire uoluerit, sed sese propter charitatem cohibuerit, ne offenderet nondum corrigibiles. Probabile est autem, etiam post illam epistolam, spiritu iam non amplius uetante, hanc ob causam suapte uoluntate mansisse: quod magis est opinandum, uidelicet quod initio quidem spiritus obstrerit, mox quum & ipse secum expendisset hoc esse melius, quod remanserit. At tu interim considera, ut denuo sui memor est, illud assidue dicens, non desinam ab his quae mihi contraria sunt commendari. Quonia enim consentaneum erat, & illud eos suspicari ac dicere: Ideo nolui uenire, quod oderis nos: ostendit diuersum quiddam fuisse in causa, nimirum ob id noluisse uenire, quod diligeret illos. Sed quid est quod ait, parces uobis? Auditum est mihi, inquit, quosdam apud uos stupro inquinatos esse, eoque uenire nolui ne uos contristarẽ. Si quidem necesse fuisset, si aduissem examinare negotium, persequi & punire atque a multis poenam exigere. Itaque satius duxi abesse, dareque poenitentiae locum, quam si praesens persequutus fuisset ac magis exacerbasset malum. Nam sub illius epistolae fine obiter hoc aperte declarat dicens: Timeo, ne quo pacto si uenire humiliet me deus apud uos, lugeamque multos qui prius peccauerunt, nec egerunt poenitentiam super intemperantiam & immunditiam quam patrarunt. Hoc igitur & hic indicat, atque id quidem ita indicat quasi semet excuset, ceterum re ueramente obstringit illos ac terrorẽ incutit. Significauit enim illos, licet eis parcat, poena dignos esse, nisi propere corrigerent. Quod ipsum item sub epistolae fine indicat, Si denuo, inquit, uenero non parcam: nisi quod illic hoc dicit aperte, hic quonia erat proxiimum, id est sed aliter dicit uidelicet circumspectius. Ac ne id quidem satis est, uerum hoc ipsum quod dixit rursum mitti gat, correctione usus, Quonia enim sermo erat ueluti magnam offensam potestatis: nam parcat quis

quis illis in quos habet & puniendi ius: hoc ipsum leniens, quodque uidebatur asperius adumbrans ait: Non quod dominemur uestrae fidei: hoc est non eo hoc dixi, me uobis parcentem non uenisse, quod dominem uobis, nec dixi uobis, sed fidei, quod simul & mitius erat & uerius. Nam qui nolit credere, quis habet cogendi ius? Sed adiutores sumus gaudij uestri. Quonia inquit gaudium uestrum idem nostrum est, ideo non ueni, ne uos conijcerem in merorem, animique mei angorem auerem, sed remansi ut minis meis correcti gauderetis: quando nihil non facimus gaudij uestri gratia, & in hoc studio incumbimus, eo quod illius sumus participes. Nam fide statis. Vide rursum ut moderate loquitur. Veretur rursum illos attingere, quod in priore epistola taxasset illos acriter. Quonia autem nonnullam mutationis speciem de se prebuisent, ea res erat illorum animos delectura; si quum essent mutati, rursum eandem oburgationem sustinuisent. Hanc ob causam haec epistola longe mitior est superiore. Statui autem hoc apud me, non iterum in merore uenire ad uos. Quod ait iterum, indicat illum iam ab illis fuisse contristatum. Ceterum quum uideatur excusare sese, clam illos taxat. Quod si iam contristarant, & rursum erant contristaturi, cogita quanta fuerit illorum improbitas. Verum hoc non dicit, contristastis me: sed alia ratione rem aggreditur, tacite innuens, quum ait, ob hoc non ueni, ne contristarẽ uos. Quod dixit eandem cum illo uim habet, sed acceptabilis est. Quod si ego contristo uos, quis est qui me laetificet, nisi is qui contristatur ex me? Qualis est haec consequentia? Maxima sane. Remita considera. Noli inquit ad uos uenire, ne uos amplius contristarẽ, increpans, indignans, accusans: deinde quonia & hoc ipsum erat uehemētius, & illorum continebat accusationem, si sic res habebat, ut Paulus si uenisset, contristandus esset, correctione usus ait: Nam si ego contristo uos, & quis est qui laetificet me, nisi is qui contristatur ex me? Quod autem sentit sic habet. Quod si etiam in merore futurus essem, coactus obiurgare uos, ac uidere merentes, tamen hoc ipsum laetificaret me, quod summa dilectionis argumentum sit, tanti me a uobis fieri, ut mordere ualeam animos uestros, auersando. Vide autem apostoli prudentiam. Quum enim iustus esset ut discipuli quum increpantur doleant sentiatque reprehensionis molestiam, sic illos inducit quasi in hoc gratificantur. Nullus, inquit, me perinde laetificat, atque ille qui meis uerbis dum contristatur, ad meliora conuertitur, dum me uidet iratum. Quamque consequens erat ut diceret: Nam si ego contristo uos, & quis esset qui nos possit laetificare: non tamen hoc dicit, sed inuenit, interim illos delinens, ac dicens, etiam si contristo uos, tamen gratia in hoc mihi praestatis maximam, quod mea uerba mordeant animos uestros. Et scripsi uobis hoc ipsum. Quidnam me ob hoc ipsum non uenisse quod uobis parcerem? Quando scripsit? In epistola priore quum diceret, Nolo uos nunc in transitu uidere: Equidem non arbitror, sed in eadem epistola quum ait: Ne si uenero rursum deus humiliet me apud uos. Hoc ipsum inquit scripsi, circa finem epistolae, Ne si uenero humiliet me deus meus, & lugeam multos eorum qui ante peccauerunt. Sed quare scripsisti? Ut ne quum uenero tristitia habeam ab his, a quibus oportebat me gaudium consequi. Cōfusus de omnibus uobis quod meum gaudium, gaudium sit omnium uestrum. Quonia dixerat gaudeo uobis dolentibus, idque uidebat etiam durius atque asperius esse, rursum illum in diuersum reuertit, mollitque his quae subiecit. Propterea, inquit, scripsi uobis ut cum gaudio reperiam uos correctos: eoque dixeram, ut non contrister, non meum spectans comodum, sed uestrum. Noui siquidem, quod si uideritis gaudentem, gaudetis: & si uideritis dolentem, doletis. Itaque uide iam rursum ab initio eorum quae dicta sunt congruentiam: Nam hoc pacto sermo uobis fuerit intellectu facilius. Non ueni, inquit, ne contristarẽ uos, si ueniens inuenissem uos incorrigibiles: Id autem feci, non mea ipsius causa, sed uestrae utilitatis respectu. Nam ego dum uos contristamini, gaudium habeo non mediocriter, quando conspicio uobis tantam esse mei curam, ut me indignante & mereatis & doleatis. Quis est qui laetificat me, nisi qui contristatur ex me? Attamen quamque hoc essem animo, quonia uestrum specio comodum, scripsi uobis hoc ipsum, ne contristarer: atque hic rursum, non ad me spectans, sed ad uestram utilitatem. Noueram enim futurum, ut uos quoque contristaremini, si me tristem conspiceretis, quemadmodum & gaudetis, quum gaudentem cernitis. Vide igitur prudentiam. Dixerat, ne uos contristem non ueni, & tamen gaudeo inquit. Deinde ne uideretur illis dolentibus gaudere, haec ueniens inquit, gaudeo uos obiurgatione perstringens. Nam ob alterum contristor, quum sic amantes cogor merore afficere, non solum ob id quod uos increparem, sed quod ipse simul essem in merore, & hac de causa uos rursum contristaremini. Considera uero, quomodo

huic quoque dicto laudem admisit, dicens, à quibus oportebat me gaudio affici. Nam hic est sermo testimonium perhibentis illorum sinceritati, & singulari charitatis affectui: quasi quis loquatur de filiis in quos multum beneficiorum contulisset, & circa quos plurimum laborasset. Itaque si propterea hac scribo, nec uenio, magna cuiusdam dispensationis gratia non uenio, non odio habens neque auersans, sed magnopere diligens. Ad hanc quoniam dixerat, se dolentem gaudere, ne diceret, hoc ipsum curas ut gaudeas, declaresque cunctis quantum ualeas, subiunxit. Ex multa enim afflictione & cordis anxietate scripsi uobis per multas lachrymas, non ut contristaremini, sed ut cognosceretis charitatem quam habeo abundantius erga uos. Quid hoc animo amicus? Quandoquidem declarat se nihilominus doluisse, quam eos qui peccauerant, imò amplius. Non enim solum dixit, ex afflictione, sed addidit, ex multa anxietate cordis: hoc est praefocabar, strangulabar praedoloris magnitudine, nec amplius ferebam doloris immensum cumulum. Scripsi uobis non ut contristaremini, sed ut cognosceretis charitatem, inquit, quam habeo abundantius erga uos. Atqui sermonis tenor postulabat, ut diceret non ut contristaremini, sed ut corrigeremini, quandoquidem & ob hoc ipsum scripsit. Verum non hoc dicit, sed potius edulcens sermonem, & ad uehementiorem charitatis flagrantiam illos alliciens, hoc illius loco ponit, declarans se cuncta dilectionis gratia facere: nec simpliciter dixit, charitatem, sed addidit, quam habeo abundantius erga uos. Cupit etiam illos & hac ratione pellere, dum declarat quod praeter ceteris omnibus eos diligat, quodque erga ipsos affectus sit, ut erga discipulos eximios, eoque dicit: Etsi alius non sum apostolus, at sane uobis sum. Etsi multos habeatis paedagogos, non multos tamen patres. Ac rursus, In multa gratia conuersati sumus in mundo, Abundantius autem erga uos. Ac progressus dicit, & abundantius uos diligens, minus diligor. Hic item, quam habeo abundantius erga uos, ut etiam si uerba plena fuissent iracundiae, tamen ea ira ex uehementia amoris ac doloris proficisceretur. Etiam quum scriberem epistolam, cruciabar dolebamque, non tantum ob id, quod peccatum esset admissum, uerum quod compellebar uos afficere dolore. Sed hoc ipsum ex amore nascebatur, Non aliter quam si quis filium habeat legitimum & unice charum, cui sit uonica, dum cogitur illum secare & urere, utriusque nomine cruciatur, & quod agrotat filius, & quod compellatur illum secare. Itaque quod uobis uidetur odij signum, argumentum est flagrantissimae charitatis. Quid autem est contristare quempiam ex amore? multo magis laetificare tristem, charitatis est. Excusat igitur se ipsum, idque facit frequenter nec erubescit. Etenim si deus id facit, dicens: Popule meus quid feci tibi, multo magis id decet facere Paulum. Ergo postquam excusauit se ipsum, iamque aggressurus esset excusationem illius qui stupro fuerat contaminatus, ne distorquerentur quasi contrarijs iustis urgeretur, & aduersus ipsum contenderent, propterea quod idem esset, qui tum illi indignabatur & nunc iubet absolui, Vide quo pacto ad causam hanc tractandam praeparauit rationem, partim ab his quae dicta sunt, partim ab his quae dicentur, Quid enim ait? si quis contristauit, non me contristauit. Primum hoc laudis postquam illis tribuit, quod ipsi gaudeant ac doleant, tum demum iniecit hac de re sermonem: quum prius dixisset, meum gaudium omnium uestrum est gaudium, oportet uos & nunc mecum delectationem capere, quemadmodum & tunc mecum doluistis: per eadem enim laetificati estis per quae fueratis contristati, & per quae gaudetis, nunc exhilarati idem facite. Nec dixit meus dolor est omnium uestrum, sed hoc alibi molitur: nunc quod praecipue oportet posuit, uidelicet gaudium quum ait, meum gaudium omnium uestrum est. Deinde & superiorum meminit, dicens: Quod si quis contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ne grauem, uos oes. Scio inquit, quod mecum irati fuistis, mecumque indignati ei qui stuprum admiserat, quodque acciderat, ex parte uos oes contristauerat: atque ideo dixi ex parte, non quod uos minus indignati fueritis, quam ego, sed ne grauem illum qui stuprum patrauit: itaque non me tantum contristauit, sed pariter & uos. Licet parcens ei dixerim, ex parte. Vides ut protinus illorum laxauit animos, declarans illos fuisse cōsortes indignationis. Sufficit eiusmodi hae obiurgatio quae facta est à pluribus, non dixit ei qui stuprum admisit, sed iterum dicit eiusmodi, quemadmodum in priorē epistola, licet non eandem ob causam, sed illic quidem erubescens, hic uero parcens: eoque nequaquam amplius meminit peccati, quod iam esset excusandi tempus, ut contra potius condonatis & consolemini: ne qua fiat, ut abundantiore tristitia absorbeatur huiusmodi. Non enim solum iubet remitti increpationem, uerum etiam ad priorē statum reuocat. Nam si quis flagellis carum dimittat tantum, nec delinias, nihil agit. At uide

ut rursus

ut rursus & illum premit, ne indulgentia fiat deterior. Quamquam enim confessus erat facti poenitens, tamen ostendit, quod non perinde ex poenitentia atque ex condonatione consequatur remissionem: eoque dicit, ut condonatis & consolemini. Idem uero declarat & id quod sequitur. Non enim quod dignus sit, neque quod sufficienter exhibuerit poenitentiam, sed quod infirmus sit, ideo, inquit, dignor illum uenia: unde & adiecit, Ne abundantiore tristitia absorbeatur eiusmodi. Ceterum hic sermo declarat illius uehementem poenitentiam, quem Paulus non passus sit in desperationem uenire. Sed quid est illud ne absorbeatur? Ne hoc faciat quod fecit Iudas: aut si uiuat, fiat seipso deterior: aut si resilierit, inquit, non ferens amplius ex prolixa obiurgatione molestiam, etiam desperans, quod saepe fit, aut ad laqueum aut ad maiorem iam perueniat malitiam. Occupandus est igitur, ne uulnus fiat acerbius, neque quod recte fecimus, peccando perdamus. Haec autem dixit, illum, quemadmodum dicere ceteram, simul cohibens ad modestiam, simul erudiens ne post absolutionem fieret incogitantior: non enim iam ut perfectum qui se lauerit, sed metuens ne quid grauius admitteret, ita inquit, illum recepi. Qua ex re docemur, quod non solum ad peccatum ueniam, uerum etiam ad mentem habitumque peccantium oportet moderari poenitentiam, quod ipsum tum faciebat apostolus. Metuebat enim illius infirmitatem, eoque dixit ne deuoretur, ac ueluti subnoxia bestia, uelut in tempestate, uelut in procella. Quapropter obsecro uos. Non iam imperat dum obsecrat, non tanquam praceptor, sed uelut aequalis, & illis in sede iudicaria collocatis, seipsum ponit in loco patroni. Quoniam enim ex animi sententia confecerat quae uolebat, supplicatione affatim est usus sub alterius partis iniuria. Sed age, quid est quod obsecrat? Ut uiuat in illum charitas. hoc est, ut confirmetur, neque id simpliciter, aut utcumque incidit, sed efficaciter. Atque hoc dicitur rursus declarat illorum summam uirtutem; si qui tantopere dilexerant eum & applauserant, ut super illo etiam inflarentur, eundem ad eum fuerunt auersati, ut tanto studio Paulo laborandum fuerit, ut in illum ualere sinerent charitatem: quorum alterum erat uirtus discipulorum, alterum uirtus praepitoris: quod illi tam tractabiles fuerint, quodque hic illos ita composituerit. Quod si nunc quoque fieret, haud quaquam peccatores absque sensu sui peccarent. Nec enim simpliciter oportet amare, neque sine ulla ratione queri quam auersari. In hoc siquidem scripsi uobis, ut cognoscerem probationem uestram, an ad omnia sitis obedientes, Non tantum in resacando, uerum & in conciliando. Vides ut rursus illis ingerit periculum. Quemadmodum enim illic quum peccasset ille sollicitus reddebat, nisi resacerent peccatorem, dicens: Exiguam fermentum totam consersionem fermentat, aliaque complurata: ita hic rursus illis inobedientiam metum iniecit, tantum non dicens: Quemadmodum tunc non pro illo, ita & nunc non pro illo magis quam pro uobis, omnibus est uobis consultandum, ne uideamini contentiosi & inhumani, nec in omnibus obedientes: eoque dicit: In hoc enim etiam scripsi uobis ut cognoscerem probationem uestram, num ad omnia sitis obedientes. Si quidem illud uideri poterat inuidiae ac malignitatis: sed hoc maxime declarat puram uestram obedientiam, si ad humanitatem estis alacres promptique. Quandoquidem hoc est proborum discipulorum, non solum refectionem impetranti, sed etiam contraria iubenti obtemperare: unde dixit, ad omnia, significans ni obedierint, futurum ut non tam illum quam se ipsum dedecorarent, cōflata sibi pertinaciae suspitione, uidelicet hoc agens, ut hinc quoque stimulet eos ad obedientiam. Atque ideo dicit: In hoc enim scripsi uobis, Quamquam non in hoc scripserat, sed ideo sic loquitur, ut illos alliceret. Nam praecipua erat causa, ut illum qui peccauerat seruaret, sed hinc sic illis gratificatur, ut nemini noceat. Ceterum quod ait, ad omnia rursus collaudat illos, renouans memoriam prioris illorum obedientiam, eamque reuocans in medium. Cui autem aliquid condonatis, & ego. Vides ut rursus sibi sumit posteriores, illos quidem negotij duces, se uero comitem ostendens, quorum alterum lenit animum exasperatum, alterum remollit pertinaciter obstitentem. Mox ne redderet illos elatos, quasi huius negotij autoritas penes ipsos esset, itaque fieret ut non absoluerent hominem, rursus adigit illos ad hoc, dicens se quoque illi condonasse. Nam & ego si quid donauim propter uos inquit, feci. Et quemadmodum quum iuberet hominem resacari, non passus est penes illos esse auctoritatem condonandi dicens: De creui tradete eiusmodi fatana: ac rursus assumpsit illos in eius sententiae consortium dicens: Congregatis uobis tradere illum: duas res maximas accuras, ut & proferretur sententia, & ne id fieret absque illis, ne uideretur hic illos hoc facto laedere, Ac neque solus eam pronuntiat, ne uideretur apostolus esse praefractus, ipsosque contemnere: neque

Tom. 8

8 3 illis

illis totū permittit, ne permiffa illis potestate dimitterent eum qui peccarat, intēpeſtīue illi condonātes: itidē & hic facit, dicēs: Ego iam cōdonauī, qui priore epīſtola cōdemnaram: mox ne offenderētur quaſi cōtempti, addit, propter uos. Quid igitur? num propter hoīes ignouit? Nequaquā: ideoq; adiecit, In facie Chriſti. Quid eſt in facie Chriſti? Aut ſecundum deum intelligit, aut in gloriā Chriſti. Ne circūueniamur à ſatana. Neq; enim illius cogitationes ignoramus. Vides ut ſimul illis & permittit autoritatē, & rurfus eam admittit, ut altero quidem illos deliniat, altero illorū impudentiā excuriat. Caterū non hoc ſolum hic agit, uerum etiā illud, ut demonſtret, cōmune omnīū incōmodum eſſe, ſi minus obedirēt: Quod idem fecit in iſto: Nam tum dicebat, exiguū fermentū totā cōſperſionē fermentat: hic rurfus, Ne circūueniamur à ſatana: breuiter ubiq; ſua pariter & illorū facit condonationē. Sed rem ab inīto cōſidera. Si quis inquit, cōtritaui, nō me cōtritaui, ſed ex parte, ne grauem, oēs uos. Mox iterū: Sufficit eiufmodi increpatio hęc, quæ fit à pluribus. Hoc eſt illius ſuffragiū & ſententia. Sed non eſt uſq; ad decretū & pronuntiationem, ſed rurfus illos facit ſocios, dicens: Vt contra potius uos donetis & cōſolemini, propterea obſerua uos, ut uincat in illū charitas. Rurfus poſt q̄ in illos cōtulit totius negotij autoritatem, ad ſuam tranſit autoritatē, dicens: In hoc enim & ſcripſi uobis, ut cognofcerē probationē ueſtram, an ad omnia eſſetis obedientes. Deinde rurfus illorū facit gratiā, dicens: Cui aut ali quid donatis: mox facit ſua, quū ait, & ego ſi quid donauī p̄pter uos. Rurfus & ſua & illorū: Nam & ego, inquit, ſi quid donauī propter uos, donauī in facie Chriſti: aut in gloriā Chriſti, aut tanquā & hoc iubente Chriſto: quæ res illis poſiſimū perſuaadebat, ut condonarent, propterea quod iam metuiffent non cōdonare cauſam quæ cederet in Chriſti gloriā, quæq; illi probaretur. Rurfus cōmune malū ſi minus obediant, exprimit dicens: Ne circūueniamur à ſatana. Recte dixit *πλεονεξίαν*, hoc eſt, uſurpationem ultra iuſtū. Non enim iam ſumit ſua, ſed noſtra rapit. Ne uero mihi ita loquaris: ſolus hic fit prada beſtiæ: ſed & illud cōſidera, quod gregis numerus imminuit, nunc maxime, dum poteſt qd amiferit recuperare. Neq; enim cogitationes illius ignoramus, uidelicet quod ſub pietatis ſpecie perdit. Non em̄ ſolū illiſcindo ad ſtuprū, uerū & diuerſa ratione poteſt exitiū adferre, puta, in modico pœnitentię dolore. Proinde quū ſimul cū ſuis et noſtros uſurpet, dum & ad peccandū incitās perdit, & nobis ad pœnitentiā prouocantib; rapit, an nō res eſt ultra ius alieni uſurpator? Nec em̄ illi ſatis eſt per peccatū deſcere, ſed idē facit per pœnitentiā, ni aduigilemus: unde & merito uocat pleonexiā, quoties uincit etiā per noſtra. Nam per peccatū uſurpare, propriū illius eſt: nō itē per pœnitentiā, quod hęc noſtra ſunt arma non illius. Quū igitur et hinc poſſit arripere, cōſidera quomodo penes illū uictoria eſt, quomodo ut imbecilles ac miſeros deridebit atq; incurſabit, ſi noſtris nos armis aggreſſurus eſt. Nam uehementer ridiculū eſt, atq; extremi dedecoris, illū per noſtra remedia, procurare uulnera. Eoq; dixit: Non enim illius cogitationes ignoramus, uafriçie eius, dolofitatem, molitiones, maliciā, ſub pietatis imagine factos incurſus declarans. Hęc igitur nos reputantes neminem deſpiciamus unquā, nunquā peccantes deſperemus, aut contra ſimus incogitātes, ſed affligamus animū ubi deliquimus, nec ſimpliciter effundamus uerba. Nam ipſe noui permultos, qui dicunt quidem ſe lugere peccata, quum interim nihil praeclari faciāt, Sed ieiunant quidem, aſperis ueſtibus induuntur, ceterum appetentiores ſunt pecuniarum quā caupones & negotiationes exercentes, magis uincuntur iracundiā quā ſerā, magisq; gaudent aliorum accuſationibus, quā alij ſuis laudibus. Non eſt hęc pœnitentia. Imago tantum eſt & umbra pœnitentię, non pœnitentia. De his itaque recte dicitur, Proſpiciēte ne uſurpemur à ſatana: Neq; enim illius cogitationes ignoramus. Alios enim per peccata, alios per pœnitentiā perdit, rurfus alios perdit dum non ſinit illos uolum ex pœnitentiā fructum capere. Etenim dum nō inuenit, quo pacto recta uia perdat, alia ingreditur uia, labores quidem intendens, fructibus autem ſpolians, eiſq; perſuadens quaſi totum recte peregerint, ut iam reliqua negligant. Proinde ne noſipſos temere lacere mus, paucis aduerſus huiusmodi ſceminas diſſeramus. Si quidem hic morbus præcipue ſceminarum eſt. Bonum quidem eſt & hoc quod nūc fit ieiunium, humi cubitus ac cinis, Verum ni cætera acceſſerint, nulla fuerit utilitas. Demonſtrauit Deus quomodo remittat peccata. Quid igitur illa relicta uia, alteram uobis eligitis? Peccauerant olim Ninuitæ, eademq; fecerūt quæ uos nunc facitis, ſed inſpiciamus quæ res illis fuerit uſui. Quem admodum

admodum enim agrotantibus multa adhibent medici, uerum qui ſapit non eō ſpectat, hoc an illud fecerit qui morbo laborat, ſed quid profuerit illi. Sic & hic ſpectandum eſt, quid iuauerit illos barbaros. Adhibuerunt ieiunium uulneribus, & acre ieiunium adhibuerunt, humi dormiebant, ſacco ueſtiebantur, cinerem & ſletus adhibebant, uitæq; mutationem. Inſpiciamus igitur quid horum reddiderit illos ſanos. Et quomodo, inquit, ſciemus? Si ad medicum accedamus, ſi ipſum interrogemus, Non enim coelabit nos, quin potius omnino dicet. Imò ne quis percontari opus habeat, perſcripſit etiā quid illos à morbo erexerit. Quid igitur eſt illud? Vidit, inquit, deus quod illorum unusquique ſeſe auertit, ſet à uia ſua mala, ac pœnitentiam egit ſuper malis quæ dixerat ſe facturum illis. Nō dixit uidit ieiunium, ſacco & cinerem. Nō hęc loquor ut tollam ieiuniū, abſit hoc, ſed horror ut una cum ieiunio, quod melius eſt faciatis, hoc eſt, ut ab omni malicia abſtineamus. Peccauit & Dauid. Videamus igitur, quomodo & hic egerit pœnitentiam. Triduum deſedit in cinere. Quanquam hoc non fecit pro peccato, ſed pro puero, adhuc affectu in illum ebruius. Sed peccatum alia ratione abſterſit, uidelicet ſubmiſſione, cordis contritione, animi cōpunctione, deniq; cauēdo ne in eadem relaberetur, præterea quod iugiter memor eſſet ſui peccati, quod grato animo ſerebat, quicquid incurrebat afflictionis, quod parceret hiſ à quibus moleſta afficiebatur, quod non ſolum non ulciſceretur inſidiantes, uerum etiam hoc facere uolētes ueterit. Quum illum ſemet innumeris probris aſpergeret, ac dux qui præſens aderat indignaretur, Sine, inquit, illum deuouere me, quoniā dominus præcepit illi. Habebat enim cor contritum & humiliatum, quod maxime abſterſit illius peccata. Nam hęc eſt conſeſſio, hęc eſt pœnitentia. At ſi ieiunantes elati ſimus non ſolum nihil capimus utilitatis, uerum etiam damno afficimur. Submitte igitur et tu cor tuum ut deum tibi concilies, prope eſt enim dominus hiſ qui contrito ſunt corde. Nonne uidet ut qui in ſplendidiſ domibus ab honore ſubmoti ſunt, nec inferioris notaſ famuliſ conuiciantibus reſpōdent, ſed tolerant, ob ignominiam, qua ſepſit illos peccatum. Idem factu quoq; ubi quis te conuicijs inceſſit, ne acerberis, ſed ingemiſce, non ob iniuriam, ſed ob peccatum quod te coniecit in ignominiam. Ingemiſce quum peccas, nō quod es caſtigādus, nam id quidem nihil eſt, ſed quod offenderis dominum tuum uſq; adeo manſuetum, qui ſic te amat, ſic inhiat ſaluti tuæ, ut & filium tradiderit pro te: propter hęc ſuſpira, idq; façito iugiter. Hęc enim eſt conſeſſio: non nunc quidem hilaris, poſtero die triftis, deinde rurfus hilaris, ſed iugiter in luctu perſeuerato, & affligendo temetiſpſum. Beati enim, inquit, qui lugent, hoc eſt qui iugiter hoc faciunt. Perſiſte igitur in hoc luctu & tibi inſtans & conterens animam tuā, non alter quā ſi quis lugeat legitimum ac minime degenere filium amiſſum. Scindite, inquit, corda ueſtra, & non ueſtimenta ueſtra. Quod autem contraçium eſt nequaquam ſarcietur, quod cōtritum, nequaquam reſurget. Ea, propter, alter ait, Scindite, alter dicit, cor contritum & humiliatum deus non deſpiciet. Et ſi fueris ſapiens, & ſi diues, & ſi potens, dilacera cor, ne ſinas illud ſublime tollere ſpiritus, neque inflari. Quod enim diſcerptum eſt, non inflatur, & ſi quid eſſet quod extolleret, conuulſio non ſuſtinet inflationem. Ita tu quoque ſis animo demiffio, cogitans quod publicanus ille unico uerbo iuſtificatus eſt, quanquam non erat illa animi modeſtia, ſed uera conſeſſio. Quod ſi hęc rantū ualet, quanto magis animi ſubmiſſio: Ignofce peccata iſs qui in te peccauerunt. Nam & hęc res remittit peccata. De priore quidē ait: Videbam quod incederet triftis, & ſanauī uias eius. Hoc autem in Achab placauit iram dei: de altero uero legitur, remitte & remittetur uobis. Eſt & alia uia remedium hoc adferens nobis, uidelicet deteſtatio peccatorum. Dic tu peccata tua prior, ut iuſtificeris. Iam & hoc diluit peccata ſi in rebus aduerſis agas gratias, ſed omnium præcipua eſt eleemoſyna. Numeram nunc remedia quæ medentur tuis uulneribus, omniāque ſemper appone, humilitatem, conſeſſionem, obliuionem acceptarum iniuriarū, in aduerſis gratiarum actionem, egentibus & pecunia, & officio ſubueniendi ſtudium, aſſiduam præcationem. Hoc modo uidua crudelem & inimitem iudicem propiciū reddidit. Quod ſi illa ſibi conciliauit iniquum, multo magis tu conciliabis manſuetum. Eſt & alia præter has uia, ut ad ſis hiſ qui iniuria afficiuntur. Iudicate, inquit, orphano, & iuſtificate cauſam uiduæ, & uenite: huc, & diſputemus. Et ſi fuerint peccata ueſtra, ut phœniceum, ut niuem dealbabo. Quid igitur erit nobis excuſationis, ſi quū tot habemus uias in cœlū ducentes, totq; pharmaca

quæ nostris medentur uulneribus, etiam post lauacrum in hisdem perseveremus. Ergo ne perfistamus, sed qui nondum lapsi sunt in sua permaneant pulchritudine, aut potius magis ac magis excolant illam. Nam etsi nulla reperias delicta, tamen hæc benefacta, auget animi pulchritudinem. Nos uero qui in multis deliquimus, his quæ commemorauimus, utamur ad correctionem, ut ad tribunal Christi multa cum fiducia sistamus, quam nobis omnibus contingat assequi, per gratiam & bonitatem domini nostri Iesu Christi, cui quum patre & spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA V



QUUM autem uenissem Troadem in Euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritu meo, eo quod non reperissem Titum fratrem meum. Hic sermo uidetur quidem Paulo indignus, siquidem ob fratris absentiam tantam deseruit salutem, quin & tenor orationis uidetur inabsolutus. Quid igitur uultis, utrum ut ostendamus quadrare sermonis tenorem, an quod nihil se dixerit indignum? Mihi placet ut posterius hoc prius demonstrarem. Nam hoc pacto fiet ut & illud alterum nobis facilius reddatur ac manifestius. Quomodo igitur hæc coherere cum superioribus? Recordemur illorum quæ precesserunt, & quomodo quadrent intelligemus. Quænam igitur erant quæ dixerat intus? Nolo inquit uos ignorare de afflictione quæ nobis accidit in Asia, quoniam supra modum grauati sumus ultra uires. Quibus declarasset quomodo fuisset liberatus, & quæ in medio sunt interiecisset, necessario redit ad hoc ut doceat quomodo & aliter afflictus fuisset. Quomodo igitur & quo pacto? ob id quod non repererit Titum. Grave siquidem per se est ac dignum ob quod quis uitam abijciat, uel tentationes sustinere. Cæterum si absit consolator, qui possit onus unum ferre, grauior fit tempestas. Porro Titus hic ipse erat, quem in progressu epistolæ dicit à Corinthiis ad se missum, & de quo multas magnasque laudes deprædicat, quem eundem ait se ab se ad illos dimisisse. Proinde uolens ostendere, quod hac quoque in parte propter ipsos fuisset afflictus, hæc loquutus est. Ex his igitur liquet hunc sermonem cum superioribus coherere. Iam quod nihil hic Paulo sit indignum conabor demonstrare. Non enim dicit, quod Titi absentia obstiterit salutem eorum qui fuerant ad Euangelicam accessuri fidem, neque quod hanc ob causam neglexerit eos qui crediderant; sed quod non habuerit requiem, hoc est, quod afflictus sit, discruciatissus sit, ob fratris absentiam, eaque gratia decesserint illi in c. Sed quid est quod ait: Quum uenissem Troadem ad Euangelium? Non simpliciter dicit, adueni, sed ut prædicarem Euangelium.

Attamen etiam quum ob id uenissem, ac reperissem ingens negotium, quod ostium mihi magnum apertum esset in domino, non habui inquit requiem. Haud tamen ea res interruptum quod agebatur. Quomodo igitur dicit, dicto illis uale discessi, hoc est, non ibi moratus sum diutius, angustia loci laborans, ac mœnore discruciatissus. Fortassis autem & interruptum est opus illo absente. Verum hæc quoque res non mediocriter consolatur illos. Etenim si illic quum esset apertum ostium, & in hoc uenisset, ilico discessit, quod fratrem non reperisset, multo magis, inquit, oportet uos ignoscere negotiorum necessitatibus, quibus ubique agimur ac circumagimur, neque sinimus, ita ut uolumus, neque discedere, neque commorari diutius cum quibus uellemus. Ea propter subiicit iterum, quemadmodum superius spiritui, ita hic deo ascribens absentiam suam. Gratia autem, inquit, deo, qui semper triumphat nos in Christo, & odorem noticiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Ne uideretur hæc ueluti lamentans deplorare, gratias agit deo. Quod autem dicit sic habet. Ubique afflictio, ubique angustia. Veni in Asiam; grauatus sum, grauatus sum ultra uires. Veni Troadem, non inueni fratrem, non ueni ad uos. Et hoc quoque non exiguum dolorum attulit animo meo, sed admodum grauem. Tum illud quod quum apud uos multi peccassent, non uiderim uos. Nam parcens, inquit, uobis non iterum ueni Corinthum. Itaque ne uideretur hæc dicens consolatio uti, subdit, non solum non dolemus in afflictionibus, uerum etiam gaudemus, quodque maius est, non tantum spe futurorum premiorum, uerum etiam horum gratia quæ nunc contingunt, propterea quod hic quoque per has afflictiones clari reddimur & illustres. Itaque tantum abest ut lugeamus, ac lamentemur, ut quod agitur appellemus triumphum, & ornemur his quæ nobis accidunt, unde & dicit, Deo gratia, qui semper nos triumphat. Hoc est qui nos omnibus facit conspicuos & claros. Nam quod alijs uidetur esse ignominia, nimirum undique eijci, hoc

hoc nobis uidetur summi honoris. Eoque non dixit, Qui nos facit notos, sed qui triumphat, significans quod eiusmodi persecutiones ubique terrarum assidua trophæa erigerent aduersus diabolum. Mox dum nominatum ponit argumentum & fundamentum triumphum, etiam hinc erigit auditoris animum. Non enim solum, inquit, triumphamus à deo, sed triumphamus in Christo, hoc est propter Christum & ob Euangelij prædicationem. Posteaquam enim agendus est triumphus, omnino necesse est, nos quoque qui trophæum gestamus, esse conspicuos, quoniam ipsum Christum baiulamus, ob id nobiles sumus & illustres. Et odorem noticiæ suæ manifestauit per nos in omni loco. Superius dixit, qui semper triumphat; hic dicit, in omni loco, demonstrans & locum & tempus omnem plenum esse certaminibus apostolicis. Rursus & aliam adhibuit metaphoram, ab odore fragrantia sumptam. Sicut enim qui portant unguenta, sic omnibus, inquit, sumus manifesti, dei noticiam appellans unguentum preciosum. Nec dixit noticiam, sed odorem noticiæ. Talis siquidem est præsens dei noticiæ, non admodum euidens nec exerta. Unde & in prioribus dicebat epistola, uidemus nunc per speculum in ænigmate, hic idem dicit odorem. Qui uero persensit odorem, scit quidem unguentum alicubi positum esse, cæterum cuiusmodi nature sit, non item nouit, nisi prius ipsum uideret contingat. Sic & nos, deum quidem esse scimus, at quid sit secundum substantiam nondum scimus. Proinde sumus tanquam regale suffumigatorium siue thuribulum, quocumque accesserimus celesti fragrantem unguento, ac spirituali sua uolentia. Hæc autem dicit, simul prædicationis uim ostendens, quod à quibus per insidias appetuntur apostoli, per hos relucet magis, dum persequentes efficiunt, ut notus etiam terrarum orbis ipsos nouerit, ac illorum trophæa bonique odoris fragrantiam; simulque consolans illos super afflictionibus ac tentationibus, ut omnia forti perferant animo, siquidem & ante tempus reponendæ mercedis, ineffabilis gloriæ fructum capiunt.

Quoniam Christi bonus odor sumus deo, in his qui salui sunt, & in his qui pereunt. Etenim siue quis saluus fiat, inquit, siue pereat, ipsum Euangelium manet propria obtinens uirtutem, non aliter quam lumen, etiam si caliginem offundat infirmis oculis, lumen est etiam tum quum obtenebrat. Et mel quamuis amarum sit agrotantibus, natura tamen dulcis est. Sic & Euangelium boni odoris est, etiam si qui pereunt increduli. Nec enim Euangelium facit, ut illi pereant, sed illorum amentia. Quin hac potius ratione patet illius fragrantia, si corrupti & improbi pereunt, ut non tantum è salute bonorum, uerum etiam ex malorum interitu declaretur illius uirtus, quando quidem & sol quum uehementer lucidus est, hoc ipso maxime ferit infirmorum oculos. Atque ipse seruator in ruinam, & resurrectionem multorum positus est; tamen manet id quod est, seruator, etiam si corruiant innumerabiles; & illius aduentus grauiorem damnationem attulit incredulis, nihil secius tamen perueerat esse salutaris. Hanc ob causam & Apostolus dicit, Deo bonus odor sumus. Hoc est, etiam si pereant aliqui, nos tamen perseveramus hoc esse quod sumus. Neque simpliciter dixit bonus odor, sed addit deo. Quod si deo sumus bonus odor, itaque hæc suo suffragio comprobatur, quis deinde contradicaturus est? Ac bonus odor Christi mihi duplicem uidetur recipere interpretationem, aut enim hoc dicit quod apostoli seipsum immolarent morientes, aut quod Christi immolatio bonus sit odor, quasi dicat aliquis, huius uictimæ bonus est odor, hic sufficit. Aut hoc igitur significat boni odoris uocabulum, aut quod prius dixi, quoniam am quotidie immolantur propter Christum. Vides quod euexerit tentationes, dum eas triumphum appellat ac uictimam quæ deo offertur. Deinde quoniam dixit, Bonus odor sumus etiam in his qui pereunt, ne putares & illos deo acceptabiles esse, subiunxit: His quidem odor mortis in mortem, illis uero odor uitæ in uitam. Quod hunc bonum odorem alteri quidem admittunt ut salui fiant, alteri sic ut pereant. Itaque siue quis pereat, ipse sibi causa est, quando quidem & sues dicuntur unguento præfocari, & lumen quemadmodum ante dixi, infirmis caliginem offundere. Talis est & bonorum natura, non solum sua corrigit, uerum etiam contraria perdit, atque hic potissimum ostenditur illorum uis. Nam & ignis non modo quum illuminat tantum, neque quum aurum repurgat, uerum etiam quum carbonibus absumit, maxime suam uim exerit, atque hac parte perspicuum fit, quod sit ignis. Similiter autem & Christus hoc quoque argumento declarabit maiestatem suam, quum absumperit Antichristum spiritu oris sui, & aboleuerit splendore aduentus sui. Et ad hæc quis idoneus? Quoniam magnifica quædam fuerat eloquutus, uictima sumus Christi

Christi, & bonus odor, & triumphamur ubiq; rursus temperat ea, cuncta ad deum autorem referens, ita loquens, & ad hæc quis idoneus: Torti, inquit, Christi est, non nostrum. Vides ut huius sermo contrarius est sermoni pseudapostolorum? Siquidem illi gloriantur, quasi ex sese aliquid attulerint ad Euangelium; hic uero hoc nomine ait se gloriari, quod existimet illic nihil esse ipsius. Nam gloria, inquit, nostra hæc est, testimoniū conscientia, quod non in sapientia carnali, sed in gratia dei cōuersati sumus in mundo, & ubi illi in crum existimabant esse gloriari de sapientia, externam loquor, hic existimauit exitium. Eoq; & hic dicit, Et ad hæc quis idoneus? Quod si non sumus idonei, gratia est quod geritur.

Non enim sumus sicut ceteri cauponantes uerbum dei. Nam etiam si magnifica loquamur, nullum tamen nostrum diximus esse benefactum, sed omnia Christi. Neque enim imitabimur eos, qui se falso uocant apostolos, dicentes pleraque ipsorum esse. Nam hoc est cauponari, ubi quis adulterat uinum, ubi quis pecunia uendit, quod gratis donari oportuit, quandoquidem hic mihi uidetur illos taxare de quaestu, & quod dicebam, rursus subindicare, quod sua miscerent diuinis. Quod reprehendens & Esaias dicebat, Cauponas tui miscerent uinum aqua. Quanquam enim hoc de uino dictum est, haud tamen aberrarit, si quis ad doctrinam transferat. At nos, inquit, non eodem modo rem gerimus, sed quæ nobis credita sunt, ea exhibemus, merum & indilutū propinantes uerbū. Ideoq; subiunxit. Sed tanquam ex sinceritate, tanquam ex deo, in conspectu dei, in Christo loquimur. Non seducetes uos ita prædicamus, ueluti gratificantes uobis, aut uelut ex nobis ipsis aliquid inferentes aut admiscentes, sed tanquam ex deo: hoc est, non loquimur quod aliquid domi nostræ natū nobis largimur, sed quod deus omnia donauit. Hoc enim est ex deo, de nullo gloriari, quasi propriū habeamus, sed omnia illi transcribere: in Christo loquimur, nihil nostræ sapientia, sed ab illo proficicenti robori nitentes. At non idem faciunt isti, qui se iactant, sed perinde rem gerunt, quasi ex se quippiā intulerint. Unde & alibi taxat eos dicens: Quid enim habes quod non accepisti? Quod si etiam accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hæc summa uirtus est, oia deo accepta referre, nihil nostrum ducere, nihil ad humanam gloriam facere, sed ad dei placita: propterea quod is est, qui rationem exacturus est. Nunc uero ordo inuersus est, eum qui pro tribunali sedet, & causas excutit, non admodum metuemus, eos uero qui nobiscum sunt simulque iudicantur timemus. Unde igitur hic morbus, unde in nostras animas inuasit? Ex eo quod non assidue uersamus animo quæ illis sunt, sed rebus presentibus affixi sumus. Hinc uenit quod in prauas actiones facile prolabimur, & si quid boni facimus, ad ostentationem facimus. Hinc itaque nobis uenit detrimentum. Proinde uidet quis impudicus oculis aliquam frequenter, sic ut nec illa quæ aspicitur sentiat, nec hi qui cum ipso ambulat, at non etiam se felicit oculum illum qui somnum nescit. Siquidem ille etiam priusquam peccatum committitur, iam uidit animam impudicam, atque internam insaniam, uidit cogitationes uelut in tempestate ultro citroque fluctuantes. Neq; enim opus habet testibus & argumentis qui nouit omnia. Itaq; ne respicias ad conseruos. Nam etiam si laudet homo, nulla hinc utilitas, si deus non approbet. Rursus quamuis damnet homo, nullum detrimentum, si non condemnet deus. Ergo ne isto modo prouoces iudicem, conseruorum quidem multam habens rationem, ipso uero indignante nec metuens nec tremens. Negligamus igitur laudem ab hominibus uententem. Quousq; uiles & humilitum rerum admiratores, quousque deo nos ad cœlum erigente ipsi studemus humi repere? Fratres Iosephi si dei timorem præ oculis habuissent, ut habere par erat, haud quaquam fratrem in solitudine nacti occidissent. Rursus Caim si iudicium illud metuisset, quemadmodum metuisset oportuit, nequaquam dixisset, ueni egrediamur in campum. Quid enim & miser & infelix seperas illum ab eo, qui ipsum genuit, & in solitudinem abducis? An deus in deserto non intuetur facinus? An ex his quæ patri tuo acciderunt, nõdum edocuit es, quod deus omnia nouit? omnibus adest quæ patrantur? Et quamobrem non hoc ad illum dixit deus inficiantem, me coelas, qui ubiq; sum præsens, qui occulta nouit? Quoniam nõdum oportebat apud illum huiusmodi sublimitia pulchre philosophari. Sed quid dixit: uox sanguinis fratris tui clamat ad me: non quod sanguis habeat uocem, sed quem admodum nos de rebus manifestis ac dilucidis loqui solemus, res ipsa clamat. Quapropter sanè oportet dei iudicium præ oculis habere, mox mala extincta fuerint omnia. Sic & in

preca

precactionibus possumus esse uigilantes, si consideremus cui loquamur, si reputemus nos sacrificiū offerre, ac macharam tenere manibus, nec nõ ignem & ligna, si cogitatione portas aperiamus, si illò transferamur, & arrepto gladio spiritus infigamus illum in iugulum hostia, & maciemus illam sobrietate, atque infundamus illi lachrymas: hic enim est huius sacrificij sanguis, huiusmodi illa ara rubescit maciatione. Postea quæ igitur non passus es quicquam humanarum cogitationum remanere in animo tuo, tunc considerato quod & Abraham quum hostiam adferret, non uxorem, non seruum, non alium quenquā passus est adesse: itaq; nec tu sinas seruilium ac illiberalium affectuum quicquā adesse tibi, sed solus ascende in montem, quod ascendit ille, quod fas non est quenquam alium ascendere. Quod si quæ talium cogitationum conentur tecum ascendere, imperato illis cum auctoritate ac dicit, Sedete hic, ego uero & puer adorato domino reuertemur, & a sine & pueris deorsum relictis, aut si quid aliud brutum est, ac mentis indigum, si quid est rationale assumito atq; ascendito, quemadmodum ille assumpsit Isaac, aramq; quemadmodum ille ædificauit, tanquam nihil habens humanū, sed uelut à natura factus alienus. Siquidem ille nisi ultra naturam exisset, nequaquam filium immolasset. Ne qua res tibi obstrepat, sed fias cœlis excellior, suspira amare, immola confessionem. Dic tu, inquit, peccata tua prior, ut iustificeris: offer contritionem cordis: hæc uicima non in cinerem abeunt, neque in furnum dissoluuntur, neq; lignis egent aut igne, sed sola mente compuncta: hæc ligna, hic ignis incendens illa & non exurens. Etenim qui cum seruore deprecatur, inflammatur & non exurit, sed uelut aurum igni probatum fit splendidior. Cum his uero & illud obserua, ne quid inter precandum loquaris quod exasperet dominum tuum, neq; illum aduersus hostes interpellas. Nam si probro dat habere hostes, orare aduersus illos cogita quantum sit malum. Etenim quum oporteat te rationem reddere quamobrem hostes habeas, tu illos etiam accusas: Et quam assequeris ueniam, non solum hostes habens, uerum etiam male de illis loquens, idq; eo tempore quum tibi opus est multa misericordia: quandoquidem accessisti, pro tuis peccatis deprecaturus. Proinde ne memineris alienorū, ne tuorum memoriam refrices. Nam si dixeris, percute inimicū, obturasti tibi os, nec amplius lingue dedisti loquendi si ducia. Primū quidem quod ipso statim deprecationis exordio ad iram prouocasti iudicē, deinde quod ea petis quæ pugnant cum orandi formula. Nam si deum adis pro peccatorū remissione, qua fronte de uindicta loqueris: Contra igitur oportuit facere, orandum erat pro illis, ut deum & pro nobis ipsis imploremus. Nunc iudicis sententiam anteuertisti tua, dum postulas ut peccates puniat, quæ res tibi omnē adimit ueniam. Quod si pro illis, pro te nihil dixeris, perfectionē omnem præstiteris. Considera quot sint in lege sacrificia. Est sacrificiū remissionis, sacrificiū confessionis, sacrificiū salutaris, sacrificiū purificationis, aliaq; innumera, quum nullum sit aduersus inimicos, sed unum quodq; pro peccatis proprijs, aut etiā pro feliciter gestis. An alitū adis deum? Illum adis, qui iussit nos pro inimicis nostris orare. Quomodo igitur oclamas illi, quomodo implo ras deum, ut propriam soluat legem? Non est istud supplicis personam agere. Nemo supplicat ut alius perdat, sed ut ipse seruetur. Quis igitur supplicis personā induis, quum uerba habeas accusatoris? Cum pro nobis quidē oramus, scabimus caput, oscitamus, inq; mille cogitationes delabimur, at quum aduersus hostes oramus, uigilantes id facimus. Quoniam itaq; nouit diabolus, quod contra nos ipsos gladium uibramus, non retrahit, nõ auocat huc & illuc, quo grauius nos perdat. Sed dixerit aliquis, iniuria sum affectus & affligor. Quis igitur aduersus diabolum interpellas deum, qui omnium maxime nos lædit: quod etiam iuberis dicere, libera nos ab illo malo. Ille est hostis irreconciliabilis. Ceterū homo quicquid facit, amicus est & frater. Illi igitur irascamur omnes, aduersus illū imploremus deum dicentes: Contere satanam sub pedibus nostris: Nam hic etiā inimicos nobis parit. Quod si precaris aduersus inimicos, precactionem quam ille optat precaris. Ergo si contra hostes oramus, aduersus hunc oremus. Quis igitur omisso eo qui uere est inimicus, mordes tua membra, hac in parte feris immanior? Sed contumelia, inquis, me affectit, & rebus meis me spoliavit. Sed uter est lugendus, is ne qui affectus est iniuria, an qui fecit iniuriam? Nam qui pecunias lucrificat, à dei beneuolentia semet excusit, plusq; perdidit q̄ accepit. Proinde ille est qui læsus est. An non igitur orandū est, ut deus illis fiat propitiuse? Considera quam multa palsi sint illi tres pueri, qui nihil admiserant sceleris, exulabant à patria

patria libertate, adducti sunt captiui, facti sunt serui, & in alienam ac barbaram aucti re-
gionem, etiam occidendi erant ob somnium, idq; temere, & sine causa. Quid igitur quum
essent ingressi cū Daniele, quid peccati sunt, quid dixerūt? Prosterne Nabuchodonosor,
dilacera illius diadema, deijce illum à throno? Nihil huiusmodi. Sed postulabant miseri-
cordias à deo, similiter & quum essent in camino. At non item uos, sed quum multo leuio-
ra patiamini quàm illi, frequenter etiam iuste meritoq; non desinitis innumera imprecari
mala: hic dicit, deijce inimicum, quemadmodum demerlisti currum Pharaonis: alius di-
cit, percutite carnem illius: Rursus alius dicit, uindictam transfer in liberos. An non agno-
scitis hæc uerba? unde igitur nobis hic risus? Vides quàm sint deridicula, quum ab his di-
cantur qui cōmoti non sunt. Quin & omne peccatum tunc demum apparet quàm sit foe-
dum, quum illi detraxeris affectionem eius qui facinus cōmisit. Et si irato reuocis in me-
moriam uerba quæ dixit cōmotus, abdet se ac deridebit seipsum, cupietq; uel innumera
mala fuisse passum potius quàm ea uerba esse ipsius. Et si impudicum post coitum reduxe-
ris ad mulierem quam stuprauit, etiam hic illam auerfabitur ut abominandam. Sic & uos
qui uacatis talibus affectibus, ridetis nunc: ridicula sunt enim hæc & anicularum uerba,
ebriorum ac muliebris pusillanimitatis. Quin & Ioseph tentatus, & in seruitutem dedu-
ctus, quum etiam carcerem incoluisset, ne sic quidem emisit uerbum amarū aduersus eos
qui fuerant dolorū autores, sed quid dicit? Furtim sublatus sum à terra Hebræorum: nec
addit à quo fuerat sublatus, propterea quod puderet ipsum fratrum malorum, ma-
gis quàm ipsos qui fecerant ea. Ad hunc modum decet & uos affectos esse, ut magis do-
leatis pro his qui uos insectantur, quàm ipsi dolent pro se. Noxa siquidem ad illos perue-
nit. Proinde quemadmodum qui calcitrant aduersus clauos, & interm elato sunt animo,
ob infantiam misericordia digni sunt ac lamentis: sic qui lædūt eos à quibus nihil passi sunt
mali, non imprecationibus, sed multis complorationibus ac lamentis digni sunt, ut qui
suas ipsorum uulnerant animas. Nihil enim detestabilius animo alium deuouente, neque
quicquam impurius lingua talia exhalante. Homo es, ne uirus aspidum euomas. Homo
es, ne uertaris in feram. Ideo tibi datum est os, non ut mordeas sed ut medearis aliorum
uulneribus. Memineris quid tibi præceperim, inquit deus, uidelicet ut cōdones atq; igno-
scas. At tu me imploras uti tibi consortem me præbeam ad subuertenda præcepta mea.
Comedis fratrem, ac furentium ritu cruentas linguam ac dentes membrorum tuorū san-
guine. Ut putas diabolum ridere, quum talia audit uota: quomodo putas deum irritari &
auerti, quum talia postulas? Qua re nihil fieri potest sceleratius. Nam si fas non est audire
mysteria eum qui habet inimicum, an non à cancellis arcendus est, qui non solum habet,
uerum etiam aduersus illum fundit preces? Hæc itaque cogitantes, & huius sacrificij mate-
riam esse scientes, quod pro inimicis immolatus est dominus, neq; nos quenquam habe-
mus inimicum, & si quem habuerimus, pro illo oremus, ut & nos peccatorū nostrorum
ueniam consequamur, & cum fiducia stemus ad tribunal Christi, cui gloria & imperium
in secula seculorum, Amen.

HOMILIA VI

Incipimus iterum nos ipsos cōmendare, aut num egebimus ut quidam com-
mendatitij epistolis ad uos, aut ex uobis cōmendatitij? Quod ab alijs futu-
rum erat ut obijceretur, uidelicet quod seipsum efferret, id occupans ipse com-
memorat, licet & superius tanta correptione sit usus, quum diceret: Ad hæc
quis idoneus? & ex sinceritate loquimur: haud tamen illis contentus est. Si-
quidem hic Pauli mos est, ut semper sibi uideatur magni quippiam de se loqui, eoq; pro-
cul ab hoc uitio sese submouet, ex abundantissima cautione id uitans. At tu mihi hinc
considera eximiam apostoli sapientiam. Rem enim quæ uidetur esse tristis, afflictionem
dico, usq; adeo extulit, adeoq; demonstrauit esse splendidam & illustrem, ut ex his quæ di-
xit, hæc illi extiterit obiectio. Facit autem idem sub finem epistolæ. Postquam enim recen-
suisset innumerabilia discrimina, contumelias, angustias, necessitates, & quæcumq; sunt
huius generis, subiunxit dicens. Non nos ipsos commendamus, sed uobis occasione dan-
tes glorandi. Ac rursus idem illic ponit acriter, cumq; maiore delinitione, Nam hic qui-
dem charitatis uerba sunt. Aut num egemus ut quidam cōmendatitij epistolis: illic uero
uerba etiā spiritu quodam plena sunt, Necessario simul & uiliter, tum spiritu tum iracun-
dia

dia plena sunt. Non enim inquit, nos ipsos iterum cōmendamus, sed occasionem dantes
uobis glorandi. Ac rursus, putatis quod nos uobis excusamus, quod in conspectu dei, in
Christo loquimur. Metuo namq; ne quum uenero non quales uolo reperiam uos, & ego
reperiar uobis qualem non uultis. Etenim ne uideretur in assentationis uenire suspiciōe,
quasi uenans ab illis honorem, hæc dicit, Metuo ne quum uenero non quales uolo repe-
riam uos, & reperiar uobis qualem non uultis. Sed hæc quidem post multas inculpationes,
in initio uero nō item, sed mitius loquitur. Sed age, inquit, quid est quod dixit? De tenta-
tionibus ac periculis loquutus est, quodq; ubique uelut in pompa circumfertur à deo in
Christo, quodq; totus terrarum orbis nouit hos triumphos. Quotiam igitur magnifica
de se loquutus est, obijcit sibi ipsi dicens, Incipimus iterum nos ipsos cōmendare. Sermo-
nis huius sensus est hic. Fortassis quispiam nobis cōtradicturus est, Quid istuc Paulus hæc
de teipso dicit, ac teipsum laudibus uehis? Hanc itaque suspiciōnem diluens ait, Non hoc
uolumus, nimirū ut nosmetipsos ostentemus, ac nos ipsos efferamus: sed adeo nō egemus
cōmendatitij epistolis ad uos, ut uos epistolæ loco habeamus. Nam epistola nostra,
inquit, uos estis: si sit opus nos apud alios commendari, uos utiq; produceremus in medi-
um epistolæ uice. Quod idem dixerat in priore epistola, Signaculum enim epistolæ meæ,
uos estis. Verum non eundem ad modum hic loquitur, sed cum ironia quadam, quo ser-
mo feriat acrius. Aut num opus habemus commendatitij epistolis? Te etiam notans pseud-
apostolos, adiecit, ut quidam apud uos. Aut ex uobis epistolis commendatitij ad alios?
Mox quoniam hoc dictum erat grauius, lenit his quæ sequuntur, dicens: epistola nostra
uos estis, inscripta in cordibus uestris, quæ cognoscitur ab omnibus, dum manifestatis
quod estis epistola Christi. Hic non solum illis testimonium perhibet, quod charitatem
habeant, uerum etiam quod multa recte gesserint, siquidem idonei sunt, qui per suam uir-
tutem cunctis hominibus demonstrarent magistri dignitatem. Nam hoc est quod ait, Epi-
stola nostra uos estis. Quicquid enim illud est, quod eas fecit literas, quæ commendant
nos redduntq; nos reuerendos: hoc uos facitis, dum & uident uos, & de uobis audiunt
omnes, propterea quod discipulorum uirtus præceptorem ornare solet, & commendare
plusquam ulla possit epistola. Inscripta in cordibus uestris, hoc est quam omnes norunt,
adeo uos ubiq; circumferimus, & in animo habemus: quasi dixisset, commendatio no-
stri apud alios uos estis, gestamus enim uos in corde assidue, & apud omnes uestra bene-
facta celebramus. Proinde tantum abest, ut quo simus apud alios commendati, egeamus
commendatitij epistolis uestris, ut ne in hoc quidem apud uos egeamus commendatio-
ne, quod magnopere uos diligat. Quid enim opus est literis apud eos, qui te probe norunt?
Vos autem in hoc pectore nostro estis: Nec simpliciter dixit estis, sed addit inscripti, hoc
est, ne excidere quidē potestis. Siquidē ut ex literis qui eas legunt, ita ex corde nostro, qui
hoc norunt, sciunt omnes charitatem nostram quam habemus erga uos. Itaque si in hoc
adhibentur literæ, ut ex his constet hunc aut illum mihi esse amicum, utq; cōmendatus cu-
ræ sit, sufficit nostra charitas ad totum hoc efficiendum. siue enim uenerimus ad uos, non
opus habemus alijs per quos commendemur, quum amicitia nostra iam hoc officij anti-
ciparit: siue ad alios eamus, non egemus iterum literis quum harum uice nobis eadem rursus
sufficiat charitas, quando circumferimus epistolam in cordibus nostris. Post hæc am-
plius illos attollens, etiam Christi uocat epistolam, dicens. Dum manifestamini quod
estis epistola Christi. Hæc loquutus, iam argumentum & initium inde sumit, submoueri
di legis ritus. Quanquam & alioqui suam hoc dicit esse epistolam. Superius enim nomi-
nat eos, tanquam ab illis commendatus esset, eoq; suam illos uocat epistolam: hic eos-
dem appellat epistolam Christi, tanquam qui legem dei habeant descriptam in cordibus,
propterea quod quæ deus uoluit esse nota, quum omnibus tum uobis, ea descripta sunt in
cordibus uestris. Nos porrò praparauimus uos ad excipiendas literas. Quemadmodum
Moses lapides ac tabulas cæte adornauit, Sic nos apparauimus animos uestris, eo quæ
dicit, ministrata à nobis. Quanquam in hoc pares erant. Siquidem à deo descriptæ sunt
& hæc literæ à spiritu dei. Vbi igitur differentia? Inscripta non atramento, sed gratia, à
spiritu dei uiuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Aequale
autem est, quod interest, Interest inter spiritum & atramentum, item inter lapideam tabu-
lam & carnem. Tantum est discriminis inter hæc & illa: igitur & qui hæc administrarunt,

differunt ab eo qui illa ministravit. Quoniam igitur hoc magnifice dixit, mox corrumpit se ipsum dicens. Fiduciam autem hanc habemus per Christum apud deum. Rursum totum deo ascribit. Nam horum, inquit, nobis autor est Christus, non quod idonei simus à nobis ipsis aliquid cogitare quasi ex nobis ipsis. Vide rursus & alteram correctionem, siquidem hac uirtute insigni præditus fuit Paulus, uidelicet modestia: Ideo quod si quid magnifice dixerit de se, omne studium ac celeritatem adhibet ad omnibus modis mitigandum quod dixit. Quod hic quoque facit dicens, Non quod idonei simus à nobis ipsis quicquam cogitare, quasi ex nobis ipsis, hoc est, non ita dicebam, fiduciam habemus, ut id parum sit nostrum, partim sit dei, sed totum illi attribuo acceptumque fero. Nam sufficientia nostra ex deo est, qui etiam nos idoneos fecit ministris noui testamenti. Quid est inuoluntate fecit ut hoc præstare possimus, eique muneri gerendo efficeremur accommodi. Neque uero hoc exiguum est, eiusmodi tabulas & epistolas per orbem terrarum deferre, prioribus illis multo maiores, eoque subiunxit, non literam sed spiritum. Ecce rursus alia differentia. Quid igitur, an lex illa non fuit spiritualis? Quomodo ergo dicit, Scimus quod lex spiritualis est? Spiritualis quidem, at non præbebat spiritum. Non enim spiritum attulit Moses, sed literas. Nobis autem credita est potestas dandi spiritum. Unde & profertur idem dicens.

Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Porro hæc non temere dicit, sed illos tacite taxans, qui sibi placerent ob ritus Iudaicos. Cæterum literam hic uocat legem, quæ punit delinquentes, spiritum uero gratiam, quæ per baptismum uiuificat à peccatis mortificatos. Quum enim dixisset differentiam quæ uenit ex natura tabularum, non immoratur illi, sed illam prætercurrens, gratiam effert, qua potissimum capere poterat auditorem, utilitatis ac facilitatis illecebra. Neque enim laborem habet, inquit, & amplius confert donum, Nam si de Christo differens illa potissimum commemorat, quæ magis declarant illius charitatem erga genus humanum, quam dignitatem, quæ nos amore mutuo copulant, multo magis idem necessario facit de testamento loquens. Quid igitur sibi uult, quod dicit, litera occidit? Dixerat in tabulis lapideis, & in cordibus carnis. Nondum magnum discrimen uisus est dicere, adiecit quod illa litera siue atramento, hæc spiritu descripta sit. Ne id quidem prorsus illos excitaret, iam dicit, quod sufficiat illis expergefaciendis: altera inquit occidit, altera uiuificat. Quid autem hoc est? In lege qui peccatum habet, punitur: hic autem qui habet peccata, accedens baptizatur, & fit iustus. Iustus autem factus uiuit liberatus à morte peccati. Lex si prehenderit homicidam, tollit e uiuis: gratia si acceperit homicidam, illuminat ac uiuificat. Et quid dico homicidam? Qui ligna sabbato collegerat, lex lapidauit etiam, hoc est, litera occidit. Innumerabiles homicidas ac latrones recipit gratia, ac baptizans eos, liberat à malis prioribus: hoc est, spiritus uiuificat, lex e uiuo reddit mortuum quem capit, hæc e mortuo facit uiuum. Venite ad me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Non dixit, puniam uos, sed reficiam uos. Nam in baptismo sepe uiuunt peccata, delentur priora, uiuificatur homo: uelut in tabula, ita in corde illius describitur omnis gratia. Proinde cogita quanta sit spiritus dignitas, quum illius tabulae sint meliores prioribus, quum ipsa etiam resurrectione maius quiddam exhibeatur. Nam hæc mortificatio unde liberat, priore grauior est, tantoque grauior, quanto melior est anima corpore. Tum hæc mors per illam inducta est, uita per gratiam quam spiritus dat. Quod si hanc uitam donare potest spiritus, multo magis illam hac inferiorem. Nam illam propheta contulerunt, hanc uero non item. Nullus enim potest remittere peccata, nisi solus deus. Tamen si ne illam quidem absque spiritus præsidio contulerunt prophetae. Sed non hoc tantum est mirabile, quod uiuificat, uerum etiam quod alijs quoque præstat id faciendi potestatem, Accipite, inquit, spiritum sanctum. Quam obrem? An sine spiritu non potuissent remittere peccata? Potuissent, sed ostendens deus quod hoc facere sit supernæ potestatis, ac regalis illius naturæ, quodque spiritus eandem habeat uim, hoc dicit. Unde adiungit, quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Postea quia igitur uiuificauit nos, maneamus uiuentes, nec rursus ad priorem mortem reuertamur. Nam Christus non amplius moritur, quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, neque uult nos semper seruire per gratiam, alioqui nos uaturam cui futuri sumus omnium. Quapropter uult & à nobis quiddam inferri. Offeramus igitur aliquid, & animam uiuam conseruemus. Quid est autem uita animæ? A corpore disce:

Tum

Tum enim dicimus uiuere corpus, quum recto integroque uadit incessu: cæterum ubi dissolutum inardescit, & in composita mouetur, etiam si uideatur uiuere aut ingredi, quæ uis morte inferior est ea uita. Item si nihil loquatur sani, sed attonitorum uerba profert, si alia pro alijs uidet, talis rursus miserabilior est uita defunctis. Itidem anima si nihil habet sani, etiam si uideatur uiua, mortua est: quum aurum non intuetur ut aurum, sed ut magnum quiddam ac preciosum: quum de futuris non cogitat, quum humi serpit, quum alta pro alijs agit. Unde enim liquet nos animam habere? nonne ab actionibus? Quoties igitur non peragit sua munia, nonne mortua est? Quemadmodum quando non exercet sese ad uitutem, sed rapit legesque uiolat, qui possim dicere quod animam habeas? An quod ingrederis? Atqui isthuc etiam brutorum est. An quod edis ac bibis? Atqui idem faciunt & fera. An uero quod erectus duobus insistis pedibus? At isthuc mihi declarat potius te feram esse humana specie. Etenim quum cætera quidem habeas cum bestia communia, corporis rectitudinem non item, magis me terres ac pauorem inijcis, dum portentum esse puto quod apparet. Nam si bestiam uiderem humana uoce loquentem, haud quaquam eò dixerim hominem esse, sed potius ob hoc ipsum dicerem esse bestiam, quæ uis bestia pro digioliorem. Unde igitur potero cognoscere, quod animam habes hominis, quum calcitres asinorum more, quum lacesitus effereris ut cameli, quum mordeas ut ursi, quum rapias ut lupi, quum fureris ut uulpes, quum sis dolosus ut serpentes, quum impudens sis, ut canes, unde possum cognoscere, quod animam habes hominis? Vultis ostendam uobis animam uiuam & mortuam? Reuocemus denuo sermonem ad illos præfatos uiros, ac si uideatur diuitem illum, qui Lazari tempore fuit, in medium proferamus, ita sciemus, que sit animæ mors. Nam ille mortuam habebat animam, id quod ex ijs quæ faciebat erat perspicuum. Nihil enim agebat eorum, quæ sunt animæ munia. Sed tantum edebat, bibebat, ac delicabatur. Eiusmodi sunt & hodie immiseriores & immites, quando quidem & hi mortuam habent animam, quemadmodum & ille, quoniam totus calor dilectionis erga proximum consumptus est, atque est quouis exanimi corpore magis mortua. At pauper non est huiusmodi, sed in ipso philosophiæ fastigio stans resulget, cumque fame luctans de certat, necessarijs etiam alimentis destitutus. At ne hic quidem quicquam contumeliosum proloquutus est in deum, sed omnia fortiter ferebat. Hoc autem non est mediocre opus animæ, sed uigoris ac sanitatis indicium maximum. Quum uero hæc non adfuerint, mirum mortificatus homo perijt. Agedum, num illam animam dicemus mortuam, cui insidet diabolus, uerberans, stimulans, mordens, calcitrans, nec illa quicquam horum sentit? Sed iacet exanimata, nec doler suis facultatibus spoliata? Ille quidem insultat, hæc uero manet immobilis, nec sentiens quidem, non aliter quam corpus à quo discessit anima. Quoties enim non adest uehemens timor dei, talis sit anima necesse est, ac mortuis inferior. Neque enim in tabem, cinerem ac puluerem resoluitur anima, quemadmodum corpus: sed in his foetidiora, in ebrietatem, in iracundiam, in auaritiam, in absurdos amores, in importunas cupiditates. Quod si cupis plenius scire, quam grauius oleat, da mihi puram animam, ac tum perspicue uidebis, quam male oleat turpis hæc & impura. Nunc enim non poteris perspicere, propterea quod quamdiu sumus assueti graueolentia, non sentimus eam. At ubi uersati fuerimus in uerbis spiritualibus, tum sciemus, quantum sit illud malum, licet hoc plerisque uideatur indifferens. Nondum loquor de gehenna, sed si uultis, quæ præsentis uitæ sunt expendamus. Non de eo loquor, qui turpia facit, sed qui turpia loquitur. Quam is est ridiculus, quomodo seipsum primum afficit contumelia, perinde ac si quis cœnum aliquod emittat ex ore, ita seipsum polluit. Quod si hic fluxus impurus est, cogita qualis sit huius cœni fons. Ex abundantia enim cordis os loquitur. At ego non id solum deploro, uerum etiam illud, quod hoc nonnullis ne uideatur quidem indecorum. Hinc omnia crescunt mala, quum peccauimus, nec uidemur nobis delinquere. Vis igitur scire, quantum sit malum, turpia loqui? Considera audientes, quomodo rubore suffunduntur, dum tu loqueris indecora. Quid enim uilius est homini ne turpiloquor: quid contemptius? Nam tales se conijciunt in mimorum ordinem, in sordalitate mulierum corpore quæstum facientium. Quin potius illæ magis erubescunt quam uos. Quo pacto poteris uxorem ducere pudicam, quum istis exemplis doceas illam ad lasciuia uerba prorumpere? Satius est purulentiam ab ore demittere, quam uerbum obtinere.

Tom. 8

t z

scenunt

scenum. Nunc si foeteat os, ne cibum quidem unum capere sustines, at quum tantus foetor sit in animo, dic mihi, audes communicare mysterijs? At si quis uas impurum alicunde capiat, deponatque in mensa tua, sustibus illum exacturus sis. Porro deum in ipsius mensa, nam mensa illius est os nostrum, eucharistia plenum, quum uerba adferas, quouis impuro uase fordidiore, obsecro te, non putas ad iram prouocari? Et quomodo id fieri possit. Nihil enim perinde offendit sanctum ac purum, ut huiusmodi uerba. Nec alia res aequè improbos & inuerecundos facit, ut talia uel dicere uel audire. Nihil ita dissoluit neruos pudicitiae, ut per hæc emicans flamma. Unguentum in ore tuo posuit deus, tu uero cadauere foetidiora ibi repositisti uerba, ipsamque interius animam torpidam & immobilem reddis. Si quidem quum profers contumeliam, non est ea uox animæ, sed iræ: quum obscena loqueris, non illa loquuta est, sed intemperantia: quum maledicis, inuidia: quum insidiaris, auaritia. Nam hæc non sunt animæ, sed cupiditatum ac morborum illius. Quemadmodum corruptum non simpliciter est corporis, sed mortis & concupiscentiæ, quæ est in corpore, ita hæc sunt non animæ, sed cupiditatum quæ illi agnatæ sunt. Quod si uis audire uocem animæ uiuentis, audi Paulum dicentem, Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus. Item, est ingens prouetus pietas: & mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Audi Petrum dicentem, Argentum & aurum non suppetit mihi, quod autem habeo tibi do. Audi Iob, etiam gratias agentem ac dicentem, Dominus dedit, dominus abstulit. Hæc uiuentis animæ uerba sunt, hæc sunt animæ propriam exerentis uim. Similiter & Iacob loquebatur, Si dominus dederit mihi panem ad edendum & uestem ad amicum. Sic Ioseph, Quomodo faciam uerbum hoc malum, & peccatum in conspectu dei? At non itidem illa barbara, sed perinde quasi temulenta ac delirans ita loquitur, dicens, dormi mecum. Hæc scientes, suscipiamus animam uiuentem, fugiamus mortuam, ut æternam consequamur uitam, quod nobis contingat per gratiam ac benignitatem domini nostri Iesu Christi, per quem & qui cum patri una cum sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA VII

QUOD si administratio mortis in literis, deformata in lapidibus fuit in gloria, adeo ut non possent intendere filij Israel in faciem Mosi, propter gloriam uultus illius, quæ euacuabatur, quomodo non magis administratio spiritus erit in gloria. Dixerat quod tabulæ Mosi lapideæ fuerant, quodque literas habebant, præterea quod hæc tabulæ carneæ, uidelicet apostolorum corda, spiritu fuerint descriptæ: dixerat quod litera occidit, spiritus uero uiuificat: restat ut huic comparationi & aliud quiddam adiungeret, idque non exigui momenti: nimirum gloriam Mosi, quam hic nemo uidit in nouo testamento, corporeis dumtaxat oculis. Atque ob hoc ipsa magna uidebatur. Nam sensibilis erat gloria, quando corporalibus oculis cernebatur, licet esset inaccessa. Contra noui testamenti gloria res est intellectus. Neque enim perspicue tanta sublimitas infirmis percipi potest. Sed illa magis attollebat Iudeos, atque in se conuertit. Ergo quoniam in hanc incidit comparationem, conaturque demonstrare noui testamenti præminentiam, quod erat perdifficile ob auditorum crassitudinē: uide quomodo se gerat, & quibus rationibus retrahat: principio functionum differentias indicans, easque inter se committens ex his quæ superius dicta sunt. Nam si illa ministratio fuit mortis, hæc uita, nihil est dubitandum, quin & hæc gloria maior sit illa. Quoniam igitur eam non potuit oculis corporeis ostendere, collectione exhibet illius eminentiam, dicens. Quod si administratio mortis fuit in gloria, quomodo non magis administratio spiritus erit in gloria? Administrationem autem mortis, ipsam dicit legem. Vide interim quomodo in ipsa etiam comparatione diligenter cauet, ne quam ansam præbeat hæreticis. Non enim dixit, Lex facit mortem, sed est administratio mortis. Ministrat enim in mortem, non item ipsam mortem. Nam quod gignit mortem, peccatum erat: hæc autem poenam induxit, & peccatum ostendit non genuit. Retexit enim euidentius malum, ac puniit, non autem impulit ad malum: fuitque ministra non ut fieret peccatum aut mors, sed ut qui peccatum admiserat daret poenas. Unde fit ut peccatum hac ratione sustulerit. Siquidem lex dum ostendit peccatum usque adeo formidabile, hoc ipso reddidit illud manifestum ac proinde fugiendum. Quemadmodum igitur qui gladio arrepto nocenti caput amputat, minister est iudicij ferenti sententiam, nec ipse est qui interfecit hominem, licet amputet illi caput: ut ne is quidem, qui pronunciauit mortis sententiam, quicquid reum condemnauit, occidit illum.

illum, sed ipse qui puniitur, iniquitas: itidem & hic non ipsa lex interfecit, sed peccatum, hoc & occidebat & condemnat. Hic uero dum puniitur, contraxit uim peccati, metu supplicij cohibens illud. At non sat habuit hoc solum protulisse ad eminentiam probationem, uerum & aliud quiddam adijcit dicens. In literis deformata in lapidibus. Vide ut rursus premit spiritus Iudaicos. Nihil enim aliud erat lex quam litera. Nihil opis proficiebat ac spirabat a literis, ad subleuandos eos qui periclitabantur, quemadmodum a baptismo: sed erant columnæ ac syngraphæ mortem adferentes his qui literas transgrediebantur. Uides ut castigans Iudaicam ambitionem, per ipsa quoque rerum uocabula tollit legis auctoritatem, lapideam illam appellans, & literas, & ministracionem mortis: & illud insuper addens, quod fuerit deformata. His enim nihil aliud declarat, nisi quod uno in loco lex constituta sit, non quemadmodum spiritus ubique aderat, plurimum roboris inspirans omnibus: Aut illud indicat, quod multum terroris ac minarum inspirant literæ, nec eas lex possit abolere, sed perpetuo maneant, ueluti lapidibus inferruminatae. Mox dum uidetur laudare uetera, rursus admittet accusacionem Iudaicorum. Etenim quum dixisset in literis, deformata in lapidibus fuit in gloria, subiunxit, ut non possent intendere filij Israel in faciem Mosi] quæ res arguebat magnam illorum tum imbecillitatem tum humilitatem. Ac rursus non dicit, propter gloriam tabularum, sed propter gloriam uultus quæ euacuatur. Nam indicat eum, qui portabat tabulas, fuisse glorificatum, non ipsas. Nec enim dixit, ut possent intendere in tabulas, sed in faciem Mosi: & iterum, non propter gloriam tabularum, sed propter gloriam uultus Mosi. Dein quorum extulerat hanc gloriam, uide ut rursus desiciat dicens, quæ euacuabatur. Quanquam hæc non sunt accusantis, sed deprimentis. Non enim dixit, quæ corrupta est, aut mala est, sed quæ antiquatur, & finem accipit. Quomodo non magis administratio spiritus erit in gloria? Iam enim sumpta fiducia, attollit noui testamenti dignitatem, uelut indubitabilem. Ac uide quid agat: lapidem, cor & literam, operosum posuit spiritui. Deinde quum indicasset quæ ex utrisque nasceretur, non postea commoratur quæ ex utrisque proficiunt, sed quum commemorasset è litera nasci mortem & condemnationem, non addit quid proueniat è spiritu, uidelicet uitam & iustitiam, sed ipsum ponit spiritum: qui maiorem sermonis partem occupat, propterea quod nouum testamentum, non modo uitam dabat, uerum & spiritum subministrabat uitæ largitorem, qui longe potior ac maior est ipsa uita. Quapropter dixit, administratio spiritus. Mox denuo hoc idem circumuersat, dicens, Quod ministratio damnationis est gloria: ac dilucidius enarrat quid sit, litera occidit, ad hunc loquens modum: quod prius diximus legem ostendere peccatum non gignere, multo magis administratio iustitiæ abundat in gloria. Siquidem illæ tabulæ peccatores arguebant ac puniebant, hoc autem nouum testamentum, peccatores non solum non puniit, uerum etiam iustos reddidit. Nam hoc largiebatur baptismus. Nec enim glorificatum est, quod erat glorificatum in hac parte, propter supereminentem gloriam. In superioribus igitur ostendit, quod & hoc fieret in gloria, non simpliciter in gloria, sed excelleret etiam. Neque enim dixit, quomodo non magis administratio spiritus erit in gloria, sed abundat in gloria, demonstrata ex supradictis rationibus eminentia. Hic etiam quanta sit excellentia demonstrat, dicens. Si hanc illi comparo, ne gloria quidem ueteris testamenti gloria sit, sic temperans sermonem, non ut simpliciter neget esse gloriam, sed duntaxat in ratione comparationis: eoque subiecit, in hac parte, hoc est iuxta rationem collationis. Haud tamen reprehendit uetus testamentum, sed uehementer etiam commendat. Siquidem comparationes in rebus cognatis fieri solent. Post hæc mouet & aliam rationem, etiam aliunde declarantem noui testamenti præminentiam. Quæ nam hæc est? Eam à tempore sumit, dicens. Quod si id quod antiquatur in gloria est, multo magis quod manet, erit in gloria. Illud enim cessauit, hoc manet iugiter. Habentes igitur eiusmodi spem, multa fiducia utamur. Posteaquam enim auditor, tot tantaque audisset de nouo testamento, iamque gloriam oculis euidenter ostendi postulare, quo liceret illam intueri, uide quo pacto illum subito reijcit ad futurum seculum, spem in medium proferens ac dicens, Habentes igitur eiusmodi spem. Talem, quantam? Quoniam maioribus nos dignatus est deus, quam Moysen. Non solum nos apostoli, sed & omnes fideles multa fiducia utimur. Cedo erga quem? Erga deum, an erga discipulos? Erga uos, inquit, quos instituimus: hoc est, ubique libere loquimur, nihil coelantes, nihil sub-

trahentes, nihil dissimulantes, sed manifesto loquentes, nihilque metuentes, ne praestringat
 mus uobis oculos, quemadmodum Moses Iudaeorum oculos praestrinxit. Quod autem
 hoc innuit apostolus, audi quae sequuntur. Quin potius historia prius erit narranda quam
 ipse Paulus assidue celebrat. Quae est igitur historia? Quum Moses denuo sumptis tabu-
 lis descenderet, gloria quadam promicans e uultu eius, adeo submouit Iudaeos, ut neque
 possent intueri ipsum neque colloqui, donec uelamine tegeter faciem. Atque ita scriptum
 est in Exodo. Quum descenderet Moses de monte, duae tabulae erant in manibus eius.
 Et non nouerat Moses, quod est glorificatus aspectus faciei ipsius, metueruntque appro-
 pinquare illi. Et uocauit illos Moses loquutusque est ad illos. Et quum iam cessasset Mo-
 ses loqui ad illos, imposuit uelamen super faciem suam. Quum uero introiret ut loque-
 retur coram domino, tollebat uelamen donec egrederetur. Hanc igitur historiam referens
 dicit. Et non quemadmodum Moses ponebat uelamen super faciem suam, quod non
 possent intendere filij Israel in faciem eius quod euacuatur. Quod autem dicit hunc ha-
 bet sensum. Nihil est necesse uelare nos quemadmodum uelatus est Moses. Possimus
 enim intendere oculos in hanc gloriam qua circundamur, licet multo maior ac uehemen-
 tior sit illa. Vides profectum. Etenim qui in superiore epistola dixerat, Lac uobis biben-
 dum dedi, non cibum: hic dicit, multa fiducia utimur, ac Mosen in medium adducit, ser-
 monem comparatione prosequens, atque hac ratione subuehens auditorem. Et haec
 nus nos Iudaeis anteponit, dicens, Non egemus uelamine sicut illi, in his qui incipiunt.
 Quae uero sequuntur etiam ad ipsam legislatoris auctoritatem refert, aut etiam multo ma-
 gis. Nunc autem quae sequuntur audiamus. Sed excæcati sunt sensus eorum. Vsq̄
 ad hodiernum enim diem, idem uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuela-
 rum, quod in Christo antiquatur. Vide quid per hæc aggrediat. Quod factum in
 Mose, tunc semel factum est, hoc quod fit, in lectione legis perpetuo fit. Haud tamen
 quod dictum est, legis est accusatio, quemadmodum nec Mosi tum uelati, sed Iudaeo-
 rum legem prauaricantium. Nam illa suam habet gloriam, sed isti illam intueri non po-
 terant. Quid igitur, inquit, admiramini, si in hanc gratiae gloriam non possint intueri,
 posteaquam quæ minor erat Mosi uidere non sustinuerunt, nec in illius faciem potuerunt
 oculos intendere. Quid autem turbamini, si non credunt Iudaei Christo, quando ne legi
 quidem credunt, ob hoc ipsum enim gratiam ignorant, quoniam nec uetus testamentum
 inspexerunt, nec quæ in illo est gloriam uiderunt. Si quidem legis gloria est ad Christum
 conuerſi. Vides ut hic quoque deſcit Iudaeorum factum. Vnde uidebantur cæteris po-
 tiores quod Mosi facies refusisset, hinc demonstrat illorum ebetudinem, & animos hu-
 mi repentis. Ne igitur ea re se uenditent. Quid enim hoc ad Iudaeos, qui frui non potue-
 rant? Vnde Paulus hoc subinde repetit, interdum dicens, quod idem uelamen in lectione
 ueteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo antiquatur. Interim uero, quod
 ad hodiernum usque diem, quum legitur Moses, idem uelamen super cor illorum posi-
 tum est, significans illud tum in lectione, tum in corde impositum esse. Superius uero
 dixerat: ut non intenderent filij Israel in faciem Mosi, propter gloriam uultus eius, quæ
 antiquatur: quo fieret etiam uilius, quando ne euanescentem quidem gloriam, imò quum
 comparatio nulla esset, spectare potuerunt: sed absconditur ab illis ne possent intendere
 in facie eius quod euacuatur, hoc est in finem legis, quoniam finem habet, sed excæcati sunt
 sensus illorum. Et quid hoc, inquit aliquis, ad uelamen illud? Quoniam ea uelatio futura no-
 bis ante depinxit. Non enim tum temporis solum non uiderunt, sed ne nunc quidem uident legem.
 Causa ab ipsis uenit, propterea quod excæcati sunt animi stupidi & intractabiles, quemad-
 modum contra sumus qui legem nouimus. Illis uero non solum gratia, uerum etiam ipsa lex
 obumbrata est: usque ad hodiernum enim diem inquit, idem uelamen in lectione ueteris testamēti
 manet non reuelatum, quod in Christo antiquatur. Cæterum quod dicit tale est. Hoc ip-
 sum non possunt intelligere quod cessauit lex, eo quod non credunt Christo. Nam si per
 Christum cessauit, sicut reuera cessauit, & ipsa lex hoc occupas prædixit: qui fieri potest
 ut qui Christum non recipiunt, per quæ lex antiquata est, uideant legem esse antiquatam?
 Hoc autem quum uidere non sustineant, perspicuum est eos etiam ipsius legis hæc dicen-
 tis uim & uniuersam gloriam ignorare. Et ubi, inquit aliquis, dixit hoc lex, quod in Chri-
 sto antiquatur? Non dixit solum, sed & factus ostendit. Ac primum quidem per hoc, quod
 unctio

unctiones & omnem sanctificationem in uno loco cōcluserit, uidelicet in templo, & hoc
 ipsum templum postea sustulit. Nisi enim uoluisset hostias & uniuersam de his legem cel-
 sare, alterum e duobus fecisset, aut nequaquam sustulisset templum, aut eo sublato non
 prohibuisset alibi sacrificia fieri. Nunc uero quum nusquam in uniuerso terrarum orbe,
 ac ne Hierosolymis quidem eiusmodi ritibus locum dederit, sed solum templum illis reli-
 querit, & ad sacrificandum designarit, mox & illud sustulerit, ipsis rebus perfecte declara-
 uit legem per Christum abrogatam esse, quando templum Christus sustulit. Quod si li-
 bet, & uerbis audire demonstrari, quomodo per Christum antiquata sit lex, ausculta ipsum
 legislatorem hoc pacto loquentem, Prophetam uobis suscitabit dominus ex fratribus ue-
 stris, tanquam me, ipsum audietis in omnibus quae præceperit uobis: & erit omnis ani-
 ma, quae non ausculturit illi prophetae, disperdetur. Vides quomodo demonstrarit lex,
 quod in Christo cessaret. Nam hic propheta, nimirum Christus iuxta carnem, cui auscul-
 tari iussit Moses, & sabbatis, & circumcissioni, & cæteris omnibus finem imposuit. Quin
 & David hoc ipsum declarans dixit de Christo, Tu sacerdos secundum ordinem Melchi-
 sedech, non secundum ordinem Aaron: eoque Paulus hoc euidenter interpretans dicit, quod
 translatio sacerdotio, necessario fiat & legis translatio. Ac rursus alibi dicit: Sacrificium
 & oblationem noluit, holocaustomata & pro peccato non probasti: tunc dixi, ecce ue-
 nio. Quin & alia plura testimonia e scriptura ueteri producere liceat, quibus declaratur,
 quomodo per Christum antiquatur lex. Itaque quum recesseris a lege, tunc recte uidebis
 legem. Cæterum quamdiu illam retines, neque credis Christo, nec ipsam nosti legem. Vnde
 & subnectit hoc ipsum probans euidentius, sed usque in hodiernum diem, quum legitur
 Moses uelamen cordi illorum impositum est. Quoniam enim dixerat, in lectione ueteris
 testamēti manet uelamen, ne quis existimaret hoc dicto notari legis obscuritatem, quem-
 admodum per alia superius hoc demonstrat, Nam quum diceret, obscurati sunt sensus
 illorum, significat ipsorum esse culpam: ita hoc ipso loco rursus ostendit. Non enim dixit,
 in literis manet uelamen, sed in lectione. At lectio actus est legentium, Ac rursus quæ le-
 gitur Moses. Quin hoc ipsum euidentius etiam expressit sermone sequente, quum ait non
 reuelatum uelamen, impositum est cordi illorum. Nam nec in facie Mosi propter Mosen
 positum erat, sed propter illorum crassitudinem, mentemque carnalem. Ergo posteaque illos sa-
 tis redarguit, ostendit & correctionis modum. Quis autem hic est? Vbi conuersus fuerit ad
 dominum, tum auferetur uelamen. Vides hoc uelamen non fuisse uultus Mosi, sed iu-
 daici aspectus. Neque enim id factum est quo cœlaretur gloria Mosi, sed ne illi eam conspice-
 rent, Non enim erant capaces. Itaque hic illorum defectus erat. Nec enim ea res effectus, ut quæ
 quam ignoraret Moses, sed illos submouit a cognitione. Nec dixit, ubi legem reliqueris, sed
 ubi uelamen apertum fuerit. Si enim cōuerteris ad dominum, tolletur uelamen. Vsq̄ ad finem
 pertiuit in historia. Quum enim Iudaeos alloqueretur Moses, uelabat faciem suam: quum au-
 tem se conuerteret ad deum, amotum erat uelamen. Hæc porro erat figura futuri, uideli-
 cet quod posteaque conuersi fuimus ad dominum, tunc uisuri sumus gloriam legis, nudamque
 legislatoris faciem. Quin potius non hoc tantum continget, quod tum futuri sumus etiam
 in ordine Mosi. Vides ut accusat Iudaeum de fide, declarans eum qui ad gratiam uenerit,
 non solum posse uidere Mosen, uerum etiam in eodem cum legislatore ordine collocari.
 Non enim tantum inquit, uidebis gloriam quam tum non uidebas, sed ipse in eadem futu-
 rus es gloria: atque adeo in longe etiam maiore, & usque adeo magna, ut illa ne gloria qui-
 dem uideatur huic comparata. Qui sic, & quo pacto? Quoniam qui conuersus fuerit ad do-
 minum, cœperitque esse in gratia, ea fruetur gloria, ad quam comparata Mosi gloria in tan-
 tum sit inferior, ut ne gloria quidem sit. Et tamen quanquam exigua est, multoque interuallo
 abest ab hac Christi gloria, si Iudaeus sis, ne hac quidem dignus habebis. Nunquam igitur
 Iudaei illam uiderunt, ne nunc quidem. Cæterum ubi fidelis factus fueris, dignus ha-
 beberis qui species illa multo maiore. Quum fidelibus loqueretur, aiebat ne glorificatum
 quidem fuit quod erat glorificatum, hic uero non eodem modo loquitur. Sed quo mo-
 do? Vbi conuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamen: paulatim illum subuehens,
 ac primum in ordine Mosi collocans, ac mox illum participem reddens rerum maiorum.
 Quum enim uideris Mosen in gloria, tunc iam conuerteris ad dominum, ac maiore hac
 gloria perfrueris. Vide igitur rursus ab initio quam multa posuerit discrimina, quæ decla-
 rant no

rant noui testamenti ad ueteris præminentiam, præminentiam inquam, non pugnam aut contrarietatem. Illud, inquit, littera est & lapis, ac mortis administratio, & antiquatur, & tamen ne hac quidem gloria digni habiti sunt Iudæi. Hoc tabula carnea, & spiritus, & iustitia, & manet, & omnes dignatione dei ad illam admittimur, non unus tantum quem admodum tunc Moses ad illam inferiorem gloriam admissus est. Nos enim, inquit, omnes reuelata facie gloriam domini speculamur, nõ Mosi. Cæterum quoniam id quod dictum est, ubi conuersus fuerit ad dominum, quidam de filio dictum esse prædicant, uehementer repugnantes confesis & euidentibus: hoc ipsum exactius expendamus, primum eo posito, unde illi uidentur argumentum sumere. Quid autem hoc est? Quemadmodum, inquit, aliqui spiritus deus, ita hic spiritus dominus. At non dixit, spiritus dominus, sed dominus spiritus est. Multum autem interest inter hanc & illam sermonis structurem. Etenim quoties uoluerit ita loqui, quemadmodum tu putas, non addit articulum appositum. Quin potius uideamus omnia de uero quæ disserta sunt, quis sit ille de quo dixit: uelut illud, littera occidit, spiritus autem uiuificat. Ac rursus, inscripta non atramento, sed spiritu dei uidentis: utrum de deo dixerit, an de spiritu. Perspicuum est quod de spiritu dictum sit, quando quidem ad hunc illos auocabat à littera. Etenim ne quis addito spiritus nomine, mox ita colligens, si Moses ad dominum conuersus est, ipse autem dominus ad spiritum, existimaret illum minus habere, corrigit hanc suspensionem dicens: Dominus autem spiritus est. Et hic, inquit, dominus est. Atque ut intelligas de spiritu sacri uerba, subiunxit. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Neque enim profecto illud dicere possis Apostolum dicere: Dominus autem est dominus. Porro libertatem dixit respiciens ad priorem seruitutem. Deinde ne putares illum de futuro tempore loqui, ait: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, nõ illam quæ cessat, sed manentem, secundum eandem imaginem, transformamur à gloria in gloriam, tanquam à domini spiritu. Vides ut rursus spiritum ponit eodem ordine quo deum. Atque ipsos subuehit in ordinem Apostolorum. Nam prius dixerat, epistola Christi estis: hic uero, nos autem omnes reuelata facie. At tale uelamen haud portabant qui ueniebant ad Moysen. Nos uero, inquit, quemadmodum non egemus uelamine, ita nec uos, qui recepistis Euangelium. Et tamen multo maior est hæc gloria. Non enim hic est nostri uultus, sed spiritus. Nihilominus æque atque nos potestis in hanc intendere oculos. Illi nec per medicum potuerunt, uos autem citra interuentum potestis & maiorem intueri gloriam. Illi in Mosi gloriam intueri nõ poterant, uos potestis etiam in spiritus gloriam. Quod si spiritus esset inferior, haud quaquam hæc commemorasset, ut illorum rebus maiora. Sed quid est, gloriam domini speculantes, secundum eandem imaginem transformamur? Euidentiùs quidem hoc declarabatur, quum signorum dona in apostolis operabantur. Quanquam haud erat difficile hoc ipsum perspicere, fideles habenti oculos. Simul enim speculamur, & ultra solem refulget anima spiritu perurgata: ac non solum intuemur in gloriam dei, uerum etiam inde recipimus splendorem quendam: non aliter quàm si argentum ad solis radios expositum, emittat & ipsum radios, licet non ex supapte natura solum, uerum etiam ex solis fulgore. Similiter & anima repurgata, & argento facta lucidior, accipit radium à gloria spiritus, & hunc uicissim ex se remittit. Eoque dicit, speculantes secundum eandem imaginem transformamur à gloria spiritus in gloriam nostram quæ in nobis gignitur, & quidem talis qualem conuenit gigni à domino spiritu. Vides ut & hic spiritum appellat dominum. Quin & alibi uidere licet spiritus autoritatem. Ministrantibus, inquit, illis domino, ac ieiunantibus, dixit spiritus, Separate mihi Paulum & Barnabam, ut ostenderet spiritum honore æqualem domino. Ac rursus Christus ait: Seruus nõ nouit, quid faciat dominus ipse: spiritus autem qui est in homine, nouit quæ sunt eius: ita nouit quæ sunt dei, non quod docetur. Nam imago non manet. Porro illud, operatur autem prout uult, indicat illius potentiam & autoritatem. Hic transformatur, hic nõ sinit nos conformari huic seculo, hic est opifex talis creaturæ. Quemadmodum enim dicit, conditi in Christo Iesu: ita ait, cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Vis hoc tibi demonstrem euidentius ab Apostolis? Cogita Paulum, nõne uestes illius uim exerebant? Cogita Petrum, nõne & umbra illius habebat uim? Neque enim si regis imaginem gessissent, & splendor illorum submouisset ab accessu, tantum miraculorum uestes

rum uestes & umbra illorum edidissent. Nam regis uestes etiam latronibus sunt formidabiles. Vis ne uidere gloriam hanc etiam per corpus relucentem? Intuentes, inquit, in faciem Stephani, uiderunt tanquam uultum angeli. Verum nihil hoc ad fulgurantem gloriam. Sicut enim Moses in facie uelamen habebat, ita hi in animo uelamen circūferebant, imò multo amplius. Quod enim in Mose, sensibus erat expositum, hoc autem in corporale, quemadmodum ignescit à corporibus splendidis corpora, lucem suam in uicina transfundentia, atque de propria luce communicant: sic accidit & in fidelibus. Hanc ob causam uidelicet subducuntur à terris, quibus hoc contigit, nec quicquam nisi cœlestia cogitant. Hei mihi. Nam hic par est etiam amarus ædere gemitus, quod quum tanta fruamur nobilitate, nec ea quidem scimus quæ dicuntur, eo quod res celeriter nobis pereant, & ad sensibilia obstupescamus. Si quid hæc ineffabilis ac tremenda gloria, ad unum usque alterum uerum in nobis manet. Iam uero etiam illam extinguimus, inducentes negotiorum secularium hyemem, nubiumque densitate depellentes radios. Hyems enim est, cura rerum temporalium, atque hyeme tristior. Neque enim hic rigor aut pluuia nascitur aut lutum gignitur & profundus limus, sed quod est his omnibus grauius, gehennæ gignit hæc hyems ac gehennæ mala. Et quemadmodum in uehementi rigore congelascunt membra, suntque mortua, itidem & in peccatorum hyeme horritus animæ, nihil suorum officiorum peragit, concreta, uelut à rigore conscientia. Quod corpori frigus est, hoc est animæ mala conscientia. Unde & timiditas nascitur. Nihil enim formidolosius homine rebus temporarijs affixo, propterea quod talis uiuit uitam Cain, quotidie tremens. Quid autem cōmemorem, mortes, damna, offensiones, adulationes & obsequia, quandoquidem & præter ista innumera, habiles metuunt immutationes. Ac penum quidem auro referuntur est, non tamen liber est à metu paupertatis. Idque meritisime, ut qui ancoram fixerit in rebus putribus ac uolubilibus, etiam si ipse nullam patiat mutationem, tamen in alijs eam cōspiciens accidere, disperit. Atque quemadmodum adest multa timiditas, sic adest multa fortitudo. Non solum enim aduersus pericula talis caret audacia, uerum etiam ad cætera omnia. Quod si pecuniarum cupiditas irrueret, nõ tanquam uir ingenuus ac liber repellit incursum, sed uelut are emptum mancipium cuncta facit, quippe domino moroso seruens auaritia. Sin formosam aliquam puellam conspexerit, protinus capitur attonitus, nec aliter quàm canis rabies sequitur, quum oportuerit illum secus facere. Quis enim uideris mulierem formosam, ne huc intenderis animum quomodo potiaris cupiditate, sed quomodo libereris à concupiscentia. At qui poterit istuc fieri, dixerit aliquis. Neque enim meum est amare. Sed age, cuius daemones igitur? Insultor. Omnino daemones esse putas qui tibi insidiatur. Luctare igitur ac pugnam morbo. At nõ possum, inquis. Age hoc igitur primū te docebimus, tuæ esse fœcordia: quod pateris, teque initio daemones patefecisse aditū, atque etiam nunc si uelis illum per facile repelles. Dic enim mihi, qui moechantur, utrum amantes moechantur, an simpliciter periculum appetentes? Non dubiū quin amantes. Num igitur ueniā consequuntur? Nequaquam. Quis ita tandem? Quoniā ipsorum est peccatū. Sed quid, inquis, mihi necis syllogismos, ego mihi cōscius quod cupiam excutere morbum, nec licet, sed instat ac premit, grauiusque cruciat. Vis quid excutere homo, at non facis quæ sunt excutentiū: sed perinde accidit tibi, quasi febris laborans, ac frigidis potionibus sese ingurgitans dicat: Quam multa excogito, cupiens extinguere febrim, at non possum, sed magis argentum incendit. Videamus igitur, ne forte tu quoque, quum facias quæ inflāmant, putes te excogitare quæ extinguunt. Non facio, inquis. Dic igitur, quid tandem aggressus es facere ad extinguendū morbum? Quid autem est omnino quod morbum auget? Nam nisi omnes hæc criminibus sumus obnoxij, plures reperiremus, qui pecuniarum que corporum amore capiuntur. Sed cōmune remedium proponetur, tum his tum illis, quandoquidem & hic amor & ille pariter absurdus est, quanquam hic illo uehementior. Vbi igitur maiorem superauerimus, non dubium est, quin minorem facile simus superaturi. Et qui fit, inquis, ut si hic uehementior est, non omnes eo malo captantur, sed plures insaniat circa pecuniarum studium? Primum quod hæc cupiditas uidetur carere periculo: deinde quod acrior est corporum amor, tamen citius quàm ille extinguitur. Quod si perseveret, quemadmodum pecunie cupiditas, etiam funditus perdet quem ceperit. Age igitur de corporum amore uobis differamus ac uideamus, unde

deamus, unde augetur malum. Sic enim sciemus, utrum nostrum sit crimen, an non sit. Et si nostrum est, omnia faciamus ut superemus. Sin nostrum non est, quid frustra uexamus nos ipsos? Quur uero non ignoscimus, sed reprehendimus eo malo captos? Vnde igitur nascitur hic amor? Ex pulchritudine, inquit, uultus, quoties formosa ac speciosa fuerit quæ uulnerat. Ita frustra dicitur præterea causam. Nam si forma pelliceret amatores, omnes haberet amatores ea puella. Quod si non habet omnes, haud quaquam hoc est natura, neque formæ, sed ab intemperantibus oculis proficiscitur. Nam simul atque curiosæ cõtemplatus mulierem admiratus es, et amas, recepisti iaculum. Et quis, inquit, aspiciens mulierem formosam posset non laudare quam uidet? Proinde si non est nostrum arbitrii talia mirari: non in nobis uidelicet est amor. Cohibe te homo. Quur omnia simul cõmisses, undique circum cursans, nec uolens inspicere mali radicem? Nam multos uideo qui mirentur ac laudent, non amant tamen. At qui fieri potest, ut qui mirantur non ament? Ne obturba, hoc enim aggredior dicere. Sed præstat audire Moïsem, admirantem filium Iacob, quum ait: Et erat Ioseph formosus specie, ac decorus aspectu ualde. Num amabat qui hæc dicebat? Nequaquam: neque enim uiderat, inquit, eum quæ laudat. Verum erga formas auditas simili modo afficiuntur, non solum erga cõspicias. Verum ne nobiscum decertes in his: Nonne David erat formosus ualde, ac subridens cum decore oculorum? quæ sane pars est pulchritudinis maxime uiolenta, oculorum decor. Num igitur quisquam amauit Dauidem? Nequaquam. Non igitur amor nascitur simul cum admiratione. Nam complures & matres habuerunt magnopere florētes specie corporis. Quid igitur? Num eas amarant filij? Absit. Sed admirantur quidem quod cernunt, non autem incidunt in amorem obscœnum. Est enim rursus natura correctio. Cuius quæso naturæ? Quoniam, inquit, matres sunt. Ad hæc Nomades nullo cogente, suis matribus miscuntur, idque non unus aut alter, sed tota natio. Super hæc, etiam illinc perspicuum est, hunc morbum non esse formæ corporis, neque simpliciter pulchritudinis, sed animi fœcordis atque seducti. Complures itaque præteritis innumeris mulieribus forma præclaris, deformibus semet dediderunt. Vnde nimirum liquet, quod amor non nascatur ex forma. Nam si ita esset, illæ ante alios obuios cepissent. Quid igitur? quum præter consuetudinem primo statim aspectu capiunt? Et hic corporis segnitias alit amorem, quodque non curas ea quæ decent, nec in necessarijs negocijs occuparis. Talis uelut erro quispiam obambulans in quoduis incidit malum, & tanquam puerum solum quicumque uoluerit in seruitutem abducit talem animam. Quoniam enim illi mos est aliquid agere, ubi cessatis in bonis occupatus esse, quando non potest esse otiosus, cogitur alia quædam gignere, non aliter quam terra si non occupata semente aut consuetudine, quamlibet herbam producit. Sic & anima, quoties non habet quod agat rerum necessariatum, quum omnino cupiat aliquid agere, præuis actionibus semet tradit. Et quem admodum oculus quando non desinit cernere, atque ob hoc cernit mala, si quando bona non sint obiecta: sic & cogitatio quoties se abducit à necessarijs, circa inutilia iam uersatur. Nam undiqueque perspicuum est, quod occupatio ac sollicitudo ualet primum incursum repellere. Itaque quum uideris mulierem formosam, & erga illam afficeris, desine intueri, & abduc te. Et quo pacto, inquit, potero abstinere ab intuitu, à concupiscentia pertractus? Alijs rebus te ipsum trade, quæ animam reducant, libris, curis nec necessarijs, administrationibus, opitulationibus eorum qui afficiuntur iniuria, deprecationibus, philosophiæ de futuris. His deuincias animum. Hoc pacto non solum corriges nouum uulnus, uerum etiam infixum altius & inueteratum facile excuties. Nam si iuxta prouerbum, Contumelia persuadet amanti, ut amorem dissoluat: quomodo non magis hæc spiritualia incrementa superabunt malum, tantum ut uelimus desistere? Quod si semper adhareamus, & conuiuamus his qui talia iacula in nos iaculantur, simul & audientes & loquentes de illis, alimus morbum. Quomodo igitur uis extinguere incendium, quum quoti die flammam accendas? Et hæc quidem de consuetudine aduersus adolescentem dicta sunt, quando uiris quidem philosophandi peritis, omnium maximū remedium est dei timor, gehennæ memoria, & regni cœlorum desiderium. Hæc enim sufficiunt extinguendo incendium. Cum his uero & illud cogita, id quod cernitur nihil aliud esse quam phlegma, & sanguinem, & alimentum putrefacti humorem. Exhilarat, inquit, floris aspectus. An nihil magis

nihil magis quam flores e terra nascentes: quæ quæ & hi putrescunt, marcescuntque. Proinde nec hic attende flori, sed animo interius penetra & cogitatione, detracta formosa illa pellicula curiosius inspicere quæ sub ea latent. Nam & aqua intercute laborantium corpus relucet ac splendet, nec superficies quicquam habet mali: sed dum cogitamus tumorem intus repositum, percussus non possumus amare tales. Sed liquidus est oculus & acer, pulchre porrecta supercilia, nigra pupilla, placida ceruix, purus & serenus aspectus. At uide rursum hoc nihil aliud esse, quam neruos ac uenas, hymenes & arterias. Tu uero mihi cogita formosum istum oculum ægrotantem, senescentem, ac præ dolore marcidum, præ ira turmentem, quam deformis sit, quam celeriter pereat, citiusque quam scriptura deleatur. Ab istis abducito mentem ad ueram formam. At non uideo, inquit, animi pulchritudinem. At si uis uidebis. Et quemadmodum qui formosos non uidit oculis, tamen animo potest illos admirari, ita licet & anime pulchritudine absque oculis cernere. Nonne sæpenumero pinxisti formam elegantem, & non nihil affectus fuisti erga figmentum? Effinge & nunc animæ formam, & in ea pulchritudine temet oblecta. Sed non uideo, inquit, in corporea. Verum hæc animo magis cernimus quam corpore. Propterea admiramur angelos & archangelos, licet illos non uideamus, sicut & morum probitatem & animæ uirtutem. Si uideris hominem æquum ac modestum, magis hunc admiraberis quam illam formosam faciem. Quod si quem uideris contumelia affici, qui ferat iniuriæ autorem, seseque illi præbet, non solum admirare, uerum etiam amare tales, etiam si senio confecti sint. Nam talis animi pulchritudo, etiam in senectute multos habet amatores, nec unquam marcescit, sed floret iugiter. Vt igitur eam formam nobis paremus, eos qui hac præditi sunt sectemur, atque horum efficiamur amatores. Hoc enim pacto poterimus & nos accepta pulchritudine, sempiterna consequi bona, quorum nos omnes contingat fieri participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & qui cum patri gloria, unà cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

R. D. D. IOANNI CARDINALI LOTHORINGIÆ
DES. ERASMVVS ROTEROD. S. D.



ENE habet, quod non omnia licent isti malo seu fato seu genio, qui nunc res hominum undique miscet exitiabilibus dissidijs. Datur etiamnum p̄is animorū beneuolentia iungi: datur scriptis ultro citroque cõmeantibus confabulari. Itaque qua licet uenio literis tuis amantissimis inuitatus: quoque ueniam gratior, comitem in primis gratiosum ac facundum adduco Ioannē Chrysoſtomū, qui tibi Pauli ad Galatas epistolā, latine loquens & paucis & luculenter enarrabit, ut uel hoc modo Galatæ quoque postliminio remigrent in suā Galliā. Vt tale quid auderem, crebro mecum egit Claudius Cantinacula, minimumque absuit, quin perpulerit. Quid enim est omnino, quod ille non facile cuius persuadeat, uir tali præditus ingenio, tam non uulgari tum philosophiæ cognitione, tum utriusque iuris prudentia, tum bonarum etiam literarum peritia præditus: adde his omnibus, præter eam dicendi facultatē, quam rhetorū præceptiōes conferunt, naturalem quandam facundiam, ut optimo iure, si non unicum (nam id fortasse dictu uideatur inuidiosum) certe rarissimum uestræ Lothoringiæ exemplum & ornamentū dici possit, nec sine causa tibi talium dotium perspicacissimo iudici, præcipue charū habeatur. Nuntantem igitur iam pridem, ac propensum etiam animū facile tandem impulit, reddens à R. T. D. literas, per breues quidem illas, sed humanitatis plenas. Audieram te maiorū imaginibus maximum, dignitate maiorem, ad hæc ætate florenti, inter aularum uel negocia uel delicias, euangelicas ac Paulinas literas circumferre manibus, his frequenter oculos & animum pascere, quæ res mihi piæ mentis non obscurum argumentum dedit. Nec enim uel admodum uel diu potest inquinari uitijs huius seculi, cui sacræ literæ cordi sunt. Inuitabat igitur ista tua pietas, ut aliquid e sacrorum uoluminum thesauro tibi proprie dicarem: sed deterrebatur non nihil dignitatis tuæ maiestas, quem scrupulū simul atque tua excusit epistola, ad ornauit munusculum, quod ut paucis tibi cõmendem: Primum, opus hoc antehac à nemine uersum fuit, ut si nihil aliud, uel nouitatis titulo possit esse non ingrati. Deinde uix alia est epistola, in qua magis apparet ardor ac sollicitudo Paulinæ charitatis erga discipulos, quos Christo genuerat: ut hinc admoneri queant episcopi, quem affectum erga gregem ipsius concredidit

concreditum gerere debeant. Accessit interpres apostoli simillimus, ubiq; materna uisceribus spirans erga populum suū, tum in docendo tam dilucidus ac sedulus, tanquāsi nutritrix foueat filium suū. Paulus indicauit discrimen inter pædagogū & patrem. Et si decem milia, inquit, pædagogorum habeatis in Christo, at non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Idem hic matrem exhibet, iterum parturiens Galatas, do-
1. Cor. 10 nec in illis formetur Christus. Porro Thessalonicensibus nutricem exhibuit, neq; quamlibet tamen, sed filij sui nutriticē. Has tres personas spectare licet in hoc episcopo, patrem autoritate sacerdotali, matrem pariendi tuendiq; studio, nutricem dum cibum salutiferæ doctrinæ ueluti præmansum ingerit animis suorum. De sacerdote Moisaico scriptum est Exodi 28. ut audiatur sonitus, quando ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu domini, ut non moriatur. Atq; ille quidem aurea tintinnabula gerebat in ueste. Huic pro auro tintinnabulo, lingua erat aurea, nusquā non obtinniens populo diuinæ scripturæ uocibus, docens, arguens, exhortans, consolans. Semper enim sacerdos uersatur in sanctuario iuxta doctrinam euangelicam, ingrediens & egrediens, ut pascua inueniat ouibus suis. Et mortis periculum denunciat, nisi tinniat. Hoc enim tinnitum saginatur oues Christi. Hic igitur geminum boni pastoris exemplum proditum est. Postremo incidunt in hac epistola loca quædam, unde multi uehementer suspicati sunt, parum cōuenisse inter Paulum & reliquos apostolorum proceres, præcipue Petrum. Ex eodem fonte nata est illa nobilis inter Augustinum & Hieronymum digladiatio de mendacio, quæ quum efferbuerit usque ad conuicia, nec aliter finita sit contentio, nisi cedente Augustino, tamen si quis rem expendat attentius, neuter alterum satis intellexit, quum Hieronymus loquatur de dissimulatione facti. Augustinus tractet quæstionem de mendacio sermonis. Illud autem admiror in Augustino, quod Petrum apostolorum principem primumq; fidei præconem sic tractarit, ut alicubi impingat illi superstitiosam simulationem, alicubi peruersum studium imponendi legis onus in humeros gentium, alicubi prauam simulationem, alicubi peruersitatem, adeoq; peccatum hoc non eleuet, ut conferat etiam cum peccato ter abnegati Christi. Hæc quum diuersis locis inculcet uir ille, tamen in retractationibus nusquam mitigat ea dicta, quum ibi nonnulla penè friuola leniat. Augustinum sequuti Parisiensium theologorum articuli, tribuunt illi errorem in fide. Iam ex hac admiratione subit altera admiratio. Quæ aequis animis hæc feramus dicta in eum, cui Christus tradidit clauis regni cælorum, quemq; uoluit esse principem totius ecclesiæ suæ, nec offendantur aures nostræ, quum audimus à tantis uiris summo fidei doctori, etiam post acceptum spiritū cœlestem, post adita miracula, tribui errorem in fide, animumq; peruersum: tamen hodie quidam schismata, scandala, blasphemias & hæreses uociferantur, si quis dicat Hieronymum uirum doctū quidem ac pium, sed tamen hominem fuisse: si quis dicat Hieronymum tanto studio mirari uirginitatem, ut non multum absit à contumelia matrimonij, quum nemini sit obscurum, quæ uerba per calorem ille de matrimonio locis aliquot effuderit. Sed hanc materiam hic Chrysostomus tanta dexteritate tractat, ut de claret non solum nihil inter Petrum & Paulum rancoris intercessisse, uerum etiam summam fuisse cōcordiam ac beneuolentiā, nec ullam fuisse de fide dissensionem, tum omnem illam de mendacio rixam esse superuacaneam, quum hic nihil interuenerit, præter charitatem ad tempus obsequandam tem inuincibili Iudæorum imbecillitati, præterq; piam simulationem, iuandi studio susceptam. Hæc interpretatio, mea quidē sententiā, dignior est summis illis Euangelij principibus, ac piorum hominum auribus acceptior. Verum hæc de rebus tu melius iudicabis, ubi totum uolumen perlegeris, quod facile citra tædium feceris. Vt enim longū non est, ita dilucidum est ac facundum, nisi si quid hic detriui malus interpres. Precor autē, ut dominus magis ac magis in te excitet syncerum amorem Euangelij sui, cui nunc non minus esse uideo periculi, ab his qui Christo debitam uictoriam ad se conantur arripere, q̄ ab ijs qui sub hostium uexillis scindunt ecclesiæ concordiam. Luciuosa uictoria est, quæ sic ciuitatē liberat ab uno tyranno, ut eam tradat multis illo grauioribus. Si quid hic aliud spectetur quàm Christus, nō poterit esse lata uictoria. Sed optima spes habet animum meū, fore ut Christus hos tumultus uertat in lætum exitum, si modo nos promereamur. Bene uale. Basileæ
 tertio Cal. Iulias, Anno M. D. XXVII.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI ENARRATIO IN EPIST. AD GALATAS, DES. ERASMO ROTEROD. INTERPRETE.



PAULVS apostolus, non ab hominibus, neque per homines, sed per Iesum Christum & deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis, & omnes qui mecum sunt fratres, ecclesijs Galatiæ, Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Procemium multa uehementia, magnoq; spiritu plenum est: nec procemium modo, uerum etiam tota, ut ita dicam, epistola. Etenim tum placide leniterq; loqui discipulis, quum opus est acrimonia, nō doctoris, sed corruptoris potius fuerit & hostis. Itaq; Paulus recte meritoq; scribit hūc in modum Galatis. Hanc ob causam & dominus, quū multa placide manseritq; locutus sit discipulis, nonnunquam tamen & austeriorem adhibuit orationē, nunc quidem illos beatos prædicans & collaudans, nunc rursus increpans & obiurgans. Itaq; quum Petro dixisset: Beatus es Simon Bar Iona, promississetq; futurum, ut ecclesiæ fundamenta super illius professionem iaceret, haud multo post dicit eidem: Vade post me satana, scandalum es mihi. Et alibi rursus: Adhuc & uos sine intellectu estis? Tantumq; terroris illis iniecit, ut Ioannes dicat, quod uidentes eum cum muliere Samaritana colloquentem, de cibo quidem commonuerint, cæterum nemo fuerit ausus dicere: quid quæris, aut quid loqueris cum ista? Hæc edoctus Paulus, ac præceptoris sui uestigijs ingrediens, uarie sermonem ad discipulorum utilitatem attemperat, nunc quidem urens ac secans, nunc rursus mitiora admodum uens remedia. Et Corinthijs quidem dicebat: Quid uultis? ut in uirga ueniam ad uos, an in charitate & spiritu lenitatis? Porro Galatis ita loquitur: O stulti Galatæ. Neq; uero semel duntaxat, sed his usus est hac obiurgatione. Quin & sub finem epistolæ, taxans illos dixit: Ne quis mihi faceat negotium. Cæterum hic acerbam denuo mitigat, quū ait: Filioli mei, quos iterum parturio: alijsq; multis consimilibus uerbis. Cæterum hanc epistolam esse plenam uehementiæ, cuius perspicuū est uel ex ipso statim lectionis ingressu. Sed aperiendum est, quid apostolum prouocaret in discipulos. Neq; enim id pusillū fuit, neq; paruū momenti, alioqui nec ipse tam acerbè fuisset in eos inuectus. Siquidem quibuslibet de causis irritari, hominis est pusillanimitis, morosi, miseriq; quemadmodum ex aduerso, in grauibus causis supinum ac negligentem esse, uiri est inertis ac somniculosi. At huiusmodi nequaquam erat Paulus. Quod igitur erat peccatum, quo sic cōmotus erat? Profecto magnū erat, & supra modum graue, quodq; illos omnes abalienarat à Christo, quemadmodum ipse in progressu sermonis declarat, dicens: Ecce ego Paulus dico uobis, quod si circūcidamini, Christus nihil uobis profuturus est. Ac rursus: Quicumq; in lege iustificamini, à gratia excidistis. Quid igitur tandem hoc erat? Nam apertius explanandum est. Qui ex Iudæis crediderāt, partim occupati persuasione Iudaismi, partim inanisi gloriæ siti temulenti, dum sibi doctorum cupiunt parare dignitatem, autoritatemq; profecti ad Galatas docuerunt illis opus esse circūcisione, seruanda sabbata, & nouilunia, nec tolerandum esse Paulum, qui harum rerum tolleret obseruationes. Nam Petrus, Iacobus, ac Ioannes hæc, ut aiebant, non prohibebant, quū essent inter apostolos primæ dignitatis, quumq; cum Christo fuissent uersati. Ac reuera non prohibebant. Cæterū id faciebant, non quod ita faciendum esse decernerent, sed ut eorum qui ex Iudæis crediderāt imbecillitati morē gererent. At Paulus qui gentibus prædicandi munus susceperat, nihil opus habebat hac obsecundatione. Nam quū uersaretur in Iudæa, ad eundem modum & ipse morem gessit Iudæis. Verum impostores quidam non explicantes causas, ob quas tum hic tum illi Iudæis morem gererent, arte fallabant simpliciores huiusmodi sermonibus: Non est ferendus Paulus. Nam hic heri ac nudius tertius exortus est, at Petrus & qui cum illo sunt, primi sunt apostolorum. Tum hic quidem discipulus fuit apostolorum, illi uero Iesu Christi. Præterea hic solus est, illi multi. Deniq; & simulationis calumniam Paulo intendebant dicentes: Hic ipse qui tollit circūcisionem, alibi uisus est uti quædam damnat, aliter alijs prædicans. Proinde quū cerneret totam Galatarum gentem inflammatā, ac periculolum

Uehementior Paulus aduersus Galatas

Seueritas lenitate temperanda

Paulus quiritatus Galatis

Argumentū epistolæ

culosum incendit aduersus illorum ecclesiam excitatum esse, iamq; domum labefactam, periclitari ne corrueret, partim ira iusta commotus, partim immenso animi dolore cor-
 ptus (nam & hoc declarauit dicens: Cupiebã nũc esse apud uos, & mutare uocem meam) scribit epistolã ad uniuersos, ad ista respondens: & ad hoc ab ipsis protinus exordijs ten-
 dit, uidelicet quod hi qui suffossis cuniculis ipsius existimationem apud Galatas subue-
 re conabantur, dicebant, alios esse discipulos ipsius Christi, hunc apostolorũ duntaxat fuisse discipulum. Et hanc ob causam sic orsus est. Paulus apostolus non ab hominibus, neq; per homines. Prædicabant enim, quemadmodum iam cœperam dicere, imposter-
 res illi, quod Paulus apostolorum omnium postremus esset, quodq; ab illis edoctus esset. Petrum enim, Iacobum & Ioannem, ut primi fuerant uocati, ita inter discipulos tenere primas, qui sua dogmata ab ipso Christo acceperant. Proinde magis credendũ illis quam huic. At illos non uetare circumcisionem, neq; legis obseruationem. Hac & his similia di-
 citantes, hinc Pauli deprimentes autoritatem, illinc aliorum apostolorum gloriam attol-
 lentes, non ut illos laudibus ornarent, sed ut Galatas seducerent, persuaserant ut legi ad-
 harerent, quã iam legis tempus præterisset. Proinde congruenter ad hunc exorsus est mo-
 dum. Quoniam enim ipsius doctrinã eleuabant, dicentes illam ab hominibus profectam, quum Petri esset à Iesu Christo, in ipso statim ingressu refellit hoc, dicens se apostolum esse non ab hominibus, neq; per homines. Nam baptizarat quidem illum Ananias, at non ille liberauit eum ab errore, nec ad fidem adduxit, sed ipse cœlitus Christus, emissa ad eum admiranda illa uoce, per quam hunc quoq; piscatus est. Nam Petrum quidem ac fratrem eius & Ioannẽ cum fratre suo, ambulans iuxta mare uocarat, Paulum uero uocauit quum iam ascendisset in cœlum. Et quemadmodum illi nõ habebant opus iterata uocatione, sed protinus relictis retibus, cæterisq; omnibus sequuti sunt eum: ita & hic à prima statim uo-
 catione, ad summum ascendit fastigium, simul ac baptizatus est, bello cum Iudæis irre-
 conciliabili suscepto. Atque hoc nomine potissimum cæteris apostolis antecellebat, Ab-
 undantius enim, inquit, illis laborauit. Verum nondum hoc aggregitur, sed fat habet cæteris æquiparari. Neque enim hoc illi studio fuit, ut ostenderet se cæteris eminentio-
 rem, sed ut erroris ac deceptionis argumentum materiamq; dissolueret. Itaque quod dicit, non ab hominibus, omnium erat commune, siquidem Euangelij prædicatio originem ac radicem ducebat è cœlis. Cæterum quod addit, neque per homines, ipsi proprium erat. Imò uerius, non ipsius tantum, sed cæterorum etiam apostolorum, neque enim per homines uocarat eos, sed per se ipsum. Sed quam obrem non meminuit uocationis dicens: Paulus uocatus, non ab hominibus, sed apostolici muneris facit mentionem? Quoniã in hoc totius sermonis cardo uertebatur. Dicebant enim hunc apostolũ ab hominibus susce-
 pisse illam docendi prouinciam, eoque par esse, ut illos sequeretur. Verum quod nõ ab hominibus eam suscepisset, declarat Lucas qui dicit: Ministrantibus aut illis ac ieiunantibus domino, dixit spiritus sanctus, segregate mihi Paulum & Barnabã. Vnde liquet eandem esse potestatem filij & spiritus. Quum enim à spiritu missus esset, à Christo se missum ait: Idem & alibi declarat, ea quæ dei sunt, ascribens spiritui. Siquidẽ senioribus Milesijs uer-
 ba faciens: Attendite, inquit, uobis ipsis, & uniuerso gregi, in quo posuit uos spiritus san-
 ctus pastores & episcopos: & tamen in alia quadã epistola dicit, quos quidẽ posuit deus in ecclesia, primũ apostolos, secundo loco prophetas, deinde pastores ac doctores. Adeo promiscue citraq; discrimen loquitur, quæ spiritus sunt, deo tribuens, rursum quæ dei, spi-
 ritui. Quin & obiter hæreticorum obturat ora, quũ ait: Per Iesum Christum & deum pa-
 trem. Etenim quoniã aiunt hanc uocem, uelut inferioris dignitatis adiectã filio, uide quid facit: Eam patris uocabulo præponit, nos interim docēs, ne natura ineffabili leges statua-
 mus, neq; deitatis modũ præfiniamus inter filiũ & patrem. Verũ ubi dixisset, per Iesum Christum, adiecit & deum patrẽ. Etenim si sola patris mentione facta dixisset per quem, fortassis cõmento reperto dixissent hanc particulam, per quem, congruere patri, eo quod filij opera ad illum referantur. At nũc simul & filij & patris facta mentione, cõmuniterq; de utroq; loquutus, isti cõmento non passus est locum esse reliquum. Neq; enim id facit, quod ea quæ filij sunt propria, referat ad patrem: sed ut declaret, quod hæc oratio nullum naturæ discrimen inducat. Quid porro hic habituri sint quod dicant isti, qui in baptismo commentum sunt, unde putent aliam personam alia minorem, eo quod baptizemur in no-
 mine

Questio

Spiritus sanctus probatur esse deus

Filius præponitur patri deo

Ordo in personis non in æqualitas

mine patris & filij & spiritus sancti. Nam si ideo inferior est filius, quod post patrem ponitur, quum hic apostolus à Christo orsus ad patrem ueniat, quid dicuri sunt? Verum nihil adhuc blasphemũ dicemus. Non enim cõmittendum est, ut cum illis decertantes à ueritate excidamus. Quin potius etiam si decies milies insaniant illi, nos tamen intra ueritatis limites cõtineamur oportet. Quemadmodũ igitur nos haud quaquã dixerimus filium patre maiorem, eo quod Paulus hunc priore loco cõmemorauit (nam id quidem summe demeritũ, totiusq; impietatis extrema linea) ita nec illic quia patri postponitur filius, arbitrari debemus filiũ patre minorem. Qui excitauit eum à mortuis. Quid agis Paule? Quum cupias Iudæizantes ad fidem perducere, nihil ex illis magnis ac præclaris adducis in me-
 diũ? Quale est illud quod ad Philippenses scripsisti dicēs: Quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Item quod Hebræis scribens clara uoce protulisti, splendor est gloriæ, & figura substantiæ illius. Rursum quod in euangelij sui initio ille tonitruũ filius exsonuit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Præterea quod ad Iudæos crebro pronunciauit dominus dicens: Quæ facit pater, eadem & filiũ facere. Declarat enim, quod eandem potentia habeat cum patre, eandemq; operãdi facultatem. Horũ nihil dicis, uerum his omnibus omisissis, de carnis dispensatione facis mentionem, cruce & resurrectione collatam uniuersis. Etenim si dixisset: In principio erat uerbum, & quũ in forma dei esset, & si fecisset eum æqualem patri, aliaq; his consimilia si dixisset, declarasset quidem uerbi diuinitatem, uerũ nihil ad id quod hic agebatur illa contulissent. Porro quod ait, qui excitauit eum à mortuis, cõmonefacit eos summi beneficij, quod in nos contulit Christus, quæ res haud mediocriter ipsi cõducebat ad id quod agebatur: eo quod homines pleriq; nõ perinde solent attentis auribus audire eos sermones, qui dei maiestatem cõmendant, atq; hos qui eiusdem in homines beneficentiam declarant. Hanc ob causam omisissam illorũ mentionem, de collata in nos munificentia uerba facit. Verum hic insultant hæretici dicentes: Ecce pater suscitauit filiũ. Nam posteaquam semel eos corripuit insanie morbus, ad sublimes illas sententiãs sponte surdi sunt: cæterũ si qua humiliora uel ob carnem assumptam ita dicta sunt, uel ob patri debitum honorem, uel ob aliam quampiã dispensationẽ, hæc seltunt: & hæc sola expedientes, citra aliorum locorum collationem, ipsi sibi noxam accersunt, nolim enim dicere scripturæ. Quos equidem iubens percontet, quas ob res ista dicant. Num ideo, quod studeant filium ostendere imbecillum, nec satis idoneum ad unius corporis suscitationẽ? Atqui nõ solum fides erga illum, sed & umbra eorũ, qui illi credebant, effecit ut mortui reuiuiscerent. Itane qui credebant in eum, homines adhuc mortales, ex umbra sola luteorum corporũ quæ gerebãt, eque uestibus horũ corporibus admotis, excitabant mortuos, & ipse se ipsum excitare non potuit? An non hæc euidens est insania, uehemensq; deliratio? Non audis illum dicentẽ: Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud? Ac rursus: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterũ sumendi eam. Quã igitur ob causam pater illum excitasse dicitur? Sic illum excitare dicitur, quemadmodum & alia facere dicitur, quæ facit filius. Siquidem hoc partim honoris gratia, qui patri debetur, dictum est, partim ob auditorum imbecillitatem. Et qui mecum sunt fratres. Quam tandem ob causam nequaquam hoc addit in cæteris epistolis? In illis enim aut fuit nomen solum positum, aut duorum duntaxat trium uel addit nomina, hic aut totam multitudinem posuit. Ideo posuit uniuersos, quod neminem cõmemorat nominatim. Verum hoc ipsum quid facit? Traduxerãt Paulum hoc nomine, quod solus hæc prædicaret, nouamq; dogmatum rationem inueheret. Hanc igitur illorũ suspensionem cupiens eximere, simulq; declarare, quod multos haberet eiusdẽ sententiæ, adiungit sibi fratres, significans se ex illorũ sententiã scribere quæ scribit. Ecclesijs Galatiæ. Neq; enim unã ciuitatem, neq; duas, neq; tres, sed totam Galatarum gentẽ huius erroris incendit peruaserat. Contemplare uero mihi & hic uehementem indignationẽ apostoli. Nõ enim dixit, dilectis, neq; sanctificatis, sed ecclesijs Galatiæ.

Christus excitatus à patre, nihilominus seipsum excitauit

Questio

Nam hoc erat ægre affecti animo, suumque dolorem aperientis, quod eos non à charitate, neque proprijs nominibus appellauit, sed à sola cōgregatione, quodque non addidit, ecclesijs dei, sed simpliciter dixit, ecclesijs Galatiæ. Quanquã & alioqui ipsa statim præfatione festinat illorum dissidiũ redigere in concordiam, eaque gratia ecclesiæ, id est, congregationis uocabulum posuit, pudorem illis incutiens, & cogens in unum. Etenim qui dissecti sunt in uarias partes, nequaquam possunt hoc appellari cognomine. Si quidem ecclesiæ nomen, consensus cōcordiæque nomen est. Gratia uobis & pax à deo patre & domino Iesu Christo. Quum ubique necessario ponit hanc particulam, tum maxime nunc Galatis scribens. Quum enim periclitarentur, ne à gratia exciderent, optat illis huius instaurationem ac futuram. Et quoniam seipsum hostes reddiderant deo, obsecrat deum, ut eos ad eandem pacem reducat. Deo patre. Et hoc ex loco rursus cōficiuntur hæretici. Nam qui Ioannem in initio sui euangelij, quum ait: & deus erat uerbum, dicunt ideo deus id est, deum, absque articulo posuisse, ut filij deitatis induceret paterna minorem, Itemque Paulum, quum ait filium in forma deum, id est, dei fuisse, non de patre fuisse loquuntur, eo quod sibi quoque dei nomen ceat articulo; quid hic dicturi sunt, quum ipse Paulus sic loquatur, non deus, id est, à deo, præfixo articulo, sed deus, id est, deo patre, sine articulo. Patrem uero hic deum appellat, non quidem illis assentans ac blandiens, sed acriter taxans, eiusque memoriam refricans causæ, per quam facti fuerant filij. Non enim per legem, sed per lauacrum regenerationis hoc honoris adepti sunt, eoque passim in ipsis etiã epistolarum exordijs spargit ac disseminat beneficentiæ diuinæ uestigia, tantum non dicens: Quum serui sitis, quum sitis hostes & alienari, qua fronte uocatis patrem deum? Num lex uobis largita est istam cognationem? Quum igitur deserto eo, qui uos in hanc propinquitatem induxit, rursus transcurritis ad paradogum? Neque uero patris nomen tantum, uerum & filij cognomina sufficiebant ad declarandam illis dei erga ipsos munificentiam. Etenim domini Iesu Christi nomen si diligenter expendatur, totã illius erga nos beneficentiã declarat. Iesus enim inquit, ob hoc uocabitur, quoniam ipse saluum faciet populum à peccatis ipsorum. Christi uero cognomen spiritus unctio nem reuocat in memoriã. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Vides quod haud quaquam seruire & adactum sustinuerit ministerium, nec à quoque sit traditus, sed ipse seipsum tradiderit. Itaque quum audis Ioannem dicentem, quod pater filium suum unigenitum dedit pro nobis, ne ob id diminuas unigeniti dignitatẽ, neue quid humanum de illo suspiceris. Quum enim pater dicitur tradidisse, non hoc dicitur, ut imaginis, quod filius patri seruilis more inseruiat, sed ut intelligas hoc patri quoque fuisse placitum. Quod & hic Paulus declarat, dicens: Iuxta uoluntatem dei & patris nostri. Vide, non dixit, iuxta præscriptionem, sed secundum uoluntatem. Etenim quum eadem sit uoluntas patris ac filij, quacunque uoluit filius, eadem uoluit et pater. Quid est pro peccatis nostris? Innumeris, inquit, malis nos ipsos inuolueramus, eramusque rei extremi supplicij. Ac lex quidem aded non liberabat, ut condemnari etiam, sic prodito peccato & in apertum prolato, ut nec liberos reddere, nec iram dei sedare ualeret. Sed dei filius & hoc quod erat impossibile, dum & peccata dissoluit, & inimicos constituit in amicorum ordinem, & alia denique innumera bona largitus est. Post hæc ait:

Vt eriperet nos ex præsentem seculo malo. Rursus hoc dictum alij arripunt hæretici, damnantes hanc præsentem uitã, & in hoc Pauli testimonio allegantes: Ecce, inquit, præsentem seculum appellat malum. Sed age dic mihi, quid est seculum? Tempus diebus & horis discretum. Quid igitur? An spatium dierum malum est? An malus est solis cursus? At nemo quisquam istud unquam dicitur, etiam si ad extremam uenerit amentiam. Verum, inquit, non tempus dixit malum, sed præsentem uitã appellauit malam. At qui non isthuc sonant uerba Pauli, uerum non intelligis uerba, ex quibus necis huius uitæ accusationem, sed ipse tibi aperis interpretandi uiam. Proinde nobis quoque concedas, ut quæ dicta sunt interpretemur, idque eo magis, quod quæ nos adferimus, & pia sunt, & rationi consentanea. Quid igitur dicitur sumus? An quod nullum malum esse queat unquam causa boni? Sed hæc uita præsentem innumerabiles coronas, tantaque præmia parit. Vnde & ipse Paulus supra modum laudat eam, loquens hunc in modum: Quod si uiuere in carne hic mihi fructus est operis, & quid eligam ignoro. Hic uero quum sibi proponat optionem, utrum hic mallet uiuere, an dissolui, & esse cum Christo, potius ducit hic cōmorari. Quod si mala esset uita, nequaquam hoc ille de seipso dixisset, nec alius quisquam potuisset ea ad uirtutem abuti, quantum uis adhibuisset

Articuli uis

Vita quomodo dicitur mala

la

Philip.

adhibuisset studij. Nullus enim unquam malicia possit in bonum uti, non scortatione ad pudicitiam, non inuidia ad beneuolentiam. Nam quum Paulus de prudentia carnis loquens scribit, eam non esse subiectam legi dei, neque enim posse, hoc sentit, malitiam donec manet malitia, non posse esse uirtutem. Proinde quum audis malum seculum, intellige prauas actiones, propositum animi corruptum. Neque enim ob id uenit Christus, ut nos excuteret exigeretque ex hac uita, sed ut nos in mundo relictos, dignos efficeret, qui in cœlis uersemur. Eoque patri loquens, sic ait: Et hi in mundo sunt, & ego ad te uenio. Ac rursus: Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo, hoc est, à malitia. Quod si non patris hanc interpretationem, sed adhuc prædicas hanc uitam esse malam, ne crimineris eos, qui sibi ipsis consciunt necem. Ut enim qui se subducit malis, non criminationem meretur, sed coronam promeretur: ita qui uiolenta morte, seu laqueo, seu alijs modis uitam abruptit, hinc haud quaquam æquum fuerit in crimen uocari iuxta uestram sententiam. Nunc uero deus illos acrius punit quam homicidas, & nos omnes eos detestamur. Atque id iure, meritoque. Nam si alios occidere fas non est, multo magis nefas est seipsum occidere. Quod si hæc uita res est mala, coronandi forent homicidæ, qui nos à malitia liberent. Ad hæc autem qui hæc dicunt, suis ipsorum uerbis inuoluuntur. Etenim quum solem prædicent esse deum, post hunc & lunam deam, hosque adorent, ueluti multorum bonorum autores, secum pugnantia loquuntur. Nam horum ut & reliquorum astrorum, non alius est usus, nisi quod præsentem uitam nobis absoluunt, hanc inquam, ut isti loquuntur, malam, dum & alunt corpora, & splendore prælucent, & terræ fructus uegerant: qui sit igitur, ut ad huius malæ uitæ constitutionem, a deo subseruiant isti uestro iudicio dicitur. Sed neque alia dii sunt, Absit, sed opera sunt dei, in nostram utilitatem condita: neque mundus malus est. Quod si mihi memores homicidas, adulteros, & monumentorum suffocatores, ista demonstro tibi nihil ad præsentem uitam attinere. Neque enim hæc peccata sunt uitæ quam agimus in carne, sed corruptæ uoluntatis. Etenim si ista sic essent uitæ præsentis, ut forte factoue quodam illi essent affixa, nullus ab his malis liber esset, neque purus. Proinde confiderra, neminem effugere posse, quæ propria sunt huius uitæ. Quæ porro sunt hæc? Edere, bibere, dormire, crescere, esurire, sitire, nasci, mori, cunctaque his similia. Hæc nullus unquam uicerit, non peccator, non iustus, non rex, non plebeius, sed omnes subiaccemus naturæ necessitati. Itidem & scelera perpetrare, si pertineret ad sortem conditionemque naturæ, nullus hæc effugere posset, quemadmodum nec illa. Nec enim mihi dixeris, raros esse, qui recte uitam gerunt. Nam nullum omnino reperies, qui naturalibus necessitatibus unquam fuerit superior. Itaque donec uel unus inuenietur, qui uirtutem præstiterit, constabit undique illæsa nostra ratio. Quid ais miser & infelix? Num hæc uita mala, in qua deum agnouimus, in qua de futuris philosophamur, in qua ex hominibus facti sumus angeli, cumque cœlestibus uirtutibus simul choros ducimus? Et quod tandem aliud quæremus malæ peruersæque uestræ mentis argumentum? Quum igitur, inquis, Paulus seculum præsentem dixit malum: Nimirum cōmuni hominum more sic loquutus est, quando quidem & nos ad eum modum loqui solemus, malum habuit diem, non ipsum tempus, sed circumstantiam & actionem incufantes. Eadem ratione Paulus damnas prauas hominum uoluntates, hac loquendi consuetudine est usus, ostendens quod Christus nos non modo liberauerit à prioribus peccatis, uerum etiam in posterum aduersus hæc tutos reddiderit. Prius enim illud declarat, quum ait: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Quum autem addit, ut eriperet nos ex præsentem seculo malo, tutamen & custodiam in posterum aperit. Nam lex quidem etiam ad unum horum erat infirma & inefficax, gratia uero ad utrumque ualuit. Eoque subiunxit: Iuxta uoluntatem dei & patris nostri. Quum enim illi putarent se dei iussa negligere, utpote qui legem seruandam dederat, metuerentque ne perirent, si deserta uetere lege in noua progredierentur, & hanc illorum opinionem corrigit dicens, hæc patri quoque placita esse. Nec simpliciter dixit patri, sed patri nostro, idque perpetuo repetit, pudorem illis incutiens, eo quod ostendit, quod suum patrem Christus nostrum patrem effecit. Cui gloria in secula, Amen. Et hoc nouum est & inusitatum. Nam hanc uocem, amen, nusquam alibi reperimus in epistolarum initio positã, sed multis præcedentibus solet addi. At hic ostendens ea quæ dicta sunt, satis euidenter habere Galatarum accusationem, & sermonem esse perfectum & absolutum, hoc usus est exordio: quando quidem manifesta crimina non egent multo probationis apparatu.

Posteaquam enim illis in memoriā redegisset crucem & resurrectionem, redemptionem & peccatis, in posterum datam tutelam, paternam uoluntatem, filij cōsiliū, gratiā, pacem, deniq; totum illius donum gratuitum, glorificando deum sermonem clausit. Verum non hac de causa solum hoc fecit, uerum etiam quod supra modum doni magnitudinem admiraretur ac superet, gratiāq; immensitatem, simulq; secum reputaret, quum tales effemus quales nos reddidisset deus, idq; subito, in puncto momētoq; temporis, tanquam qui hac oratione consequi non posset, glorificatione finit sermonem, non eam quæ deo digna sit, sed quam ipse poterat laudem pro toto terrarum orbe depromens. Atque ob id deinceps concitatio re uisus est oratione, uelut inflammatus uehementer ex consideratis dei erga nos beneficijs. Quum enim dixisset, cui gloria in secula, amen, ab acriori obiurgatione orditur, dicens: Miror quod tam cito transferimini ab eo, qui uocauit uos in gratia Christi, in aliud Euangelium. Quoniam per legis obseruationem arbitrabantur sese placere patri, quem admodum existimabant Iudæi Christum persequentes, hoc primum demonstrat, illos dum hæc faciunt, non modo Christum, sed & patrem offendere. Non enim, inquit, à Christo, sed à patre defecistis ista faciendo. Nam ut uetus testamentū non patris tantū est, uerum & filij, ita gratia non filij solum est, sed & patris. Deniq; cōmunia omnia. Omnia, inquit, quæ patris mei sunt, mea sunt. Ergo quū dicit eos à patre defecisse, duplicem impingit culpam, alterā quod defecerint, alteram quod celementer defecerint. Atqui contrarium potius erat reprehensione dignum, uidelicet si post multum temporis defecissent, uerum hic agitur de circūuentione. Est quidem & ille dignus reprehensione, qui post longum temporis spatium defecit. Ceterum qui ad primā irruptionem & in ipso sagittarum è longinquo uolantium factu concidit, extremæ imbecillitatis de se specimen præbuit: hoc nomine & hos inculcat, dicens: Quid hoc rei est, quod hi qui uos decipiunt, nec spatio temporis ad id opus habent, sed prima statim inuitatio sufficit eis ad subuertendum uos & capiendum? Quam tandem impetrare possitis ueniam? Etenim si hoc crimen in amicis commissum esset, is qui priores utiles ac necessarios amicos reliquisset, dignus esset condemnatione; qui deo uocante resistit, cogita quāto supplicio sit obnoxius. Ceterū quū ait, admiror, non solum uerecundiam illis ingerit hoc dicto, quod post tantam munificentiam, post tantam peccatorum condonationem, post immensam exhibitam humanitatem, ultro currant ad iugum seruitutis, uerum simul & illud ostendit, qualem habeat de illis opinionem, nimirum ingentem quandam & egregiam. Neque enim si iudicasset eos de numero uulgarium, & eorum quibus facile imponitur, nequaquam admiraretur quod acciderat. Verum quoniam uos, inquit, estis de numero syncerorum, & qui multum laboris sustinuerunt, ideo miror. Id igitur satis erat ad eos restituendos, & ad priora reuocandos, quod ipsum in huius epistolæ medio declarat, dicens: Tam multa passi estis frustra, si tamen frustra. Transferimini. Non dixit, translatis estis, sed transferimini, hoc est, nondum credo, nondum arbitror perpetrata circūuentionem. Quod ipsum rursus est reuocare studentis. Hoc igitur in sequentibus dicit apertius: Ego confido de uobis, quod nihil aliud sapietis. Ab eo qui uocauit uos in gratia Christi. Ipsa quidem uocatio patris est, uocationis aut causa filius est. Nam ipse est qui nos recōciliauit, qui donū dedit. Neq; enim ex operibus iustitię salui facti sumus: quin potius & hæc illius sunt, & illa huius. Nā mea, inquit, tua sunt, & tua mea. Nec dixit: ab Euangelio transferimini, sed à deo, qui uos uocauit: quod erat dictu horribilius, & accommodatius ad terrorem illis incutendum, id posuit. Si quidem qui studebant illos seducere, nō id semel ac repente, sed paulatim eos ab ipsis rebus transferentes, à nominibus non transferebant. Nam huiusmodi diaboli fraus est, haudquaquā nudos proponere laqueos, quibus uenatur homines. Etenim si dixissent defecistis à Christo, Galatę uitassent eos, uelut impostores et corruptores. Nūc uero sinentes eos adhuc in fide manere, & interim fraudi prætexentes euāgelij nomen, impune summaq; audacia perfodiebant domum, uidelicet ijs quæ dixi, uelut obtentis uelamentis per hæc nomina cœlantibus parietū perfossores. Quoniam igitur illi suam imposturā appellabant Euangelij, ipse etiā aduersus nomen repugnat, libereq; agit, dicens: In aliud Euangelium, quod non est aliud. Pulchre neq; enim est aliud. Attamen quod accidit agrotantibus, dum salubribus cibis offenduntur, hoc idem usu uenit hic Marcionistis. Arripuerunt enim quæ dicta sunt hic, ac dicebant: Ecce Paulus etiā ipse dixit non esse aliud euangelij. Neq; enim

Neque enim hi recipiunt omnes Euangelistas, sed unum duntaxat, quod ipsum tamen suo arbitratu mutilarunt commiscueruntq;. Quid igitur sibi uult, quum ait, iuxta Euangelium meum & prædicationem Iesu Christi? Sunt quidem uehementer ridicula, quæ isti adferunt, ueruntamen quantum sunt deridenda, operæ precium tamen est ea refellere propter eos qui facile decipiuntur. Quid igitur dicemus, an quod etiam si decies mille sint Euangelistæ qui scribunt euangelia, modo scribant eadem, multa illa unicum esse euangelium, neq; quicquam obstare scribentium multitudinem, quo minus unum sit euangelium? Quemadmodum ex aduerso, si quis unus scribens commemoraret contraria, non esset unum euangelium quæ scribuntur. Ut enim unum sit euangelium aut non unum, non æstimatur numero scribentium, sed hinc, eademne sint, an diuersa quæ scribuntur. Unde dilucidum est, quatuor euangelia unum esse euangelium. Quum enim quatuor eadem loquantur, non est aliud atque aliud ob personarum differentiā, sed unum ob eorum qui loquuntur consonantiam. Neque enim Paulus nunc de numero loquitur, sed de purgantia eorum quæ dicuntur. Proinde si iuxta uim eorum, quæ in illis scripta sunt, iuxtaq; dogmatum excusam rationem, aliud est euangelij Matthæi, aliud Lucæ, recte Pauli sermonem hunc arripiunt. Sin unum & idem est, desinant ineptire, simulantes hæc ignorare sese, quæ uel admodum pueris nota perspicuaq; sunt. Nisi quod quidam sunt, qui cōturbant uos, & uolunt subuertere Euangelium Christi. Hoc est, donec fueritis sanæ mentis, ne agnoscatis aliud Euangelium, donec recto minimeq; distorto fueritis obtutu, nec imaginemini uos uidere quæ nusquam sunt. Quemadmodū oculus turbatus aliud pro alio cernit, ita mens prauarum cogitationum confusione perturbata, idem pati consuevit. Idem & qui laborant insaniam alias pro alijs rerum species se uidere credunt. Verum hæc insaniam quam illa periculosior est, quæ noxam adfert, non in rebus sensibilibus, sed in rebus intelligentibus, non in pupula corporalium oculorū, sed in oculis animi distorsionem gignens. Et uolunt subuertere Euangelij Christi. Atqui unū aut alterum duntaxat præscriptum induxerant, circūuersionē, & diuerſam obseruationem innouantes. Verum ut ostenderet quod pusillum quiddam perperā admixtum, totum corrumpit, dixit subuerti Euangelium. Quemadmodum enim in moneta regia, qui paulū aliquid amputarit de impressa imagine, totum numisma reddidit adulterinum: ita quisquis sanæ fidei uel minimam particulam subuerterit, in totum corrumpitur, ab hoc initio semper ad deteriora procedens. Vbi sunt igitur qui nos ut contentiosos damnant, eo quod cum hæreticis habemus diffidium, dicuntq; nullum esse discrimen inter nos & illos, sed ex principatus ambitu proficisci discordiam? Audiant quid dicit Paulus, nimirum illos subuertisse euangelium, qui paululum quiddam rerum nouarū inuexerant: Isti uero non simpliciter pusillum quiddam inuouant. Nam qui pusillum, qui filium dei prædicat esse creaturam: sed quod est omnium maximum immutant. An non audistis, quod is qui in ueteri quoq; testamento sabbato ligina collegerat, unicum mandatum, nec id maximum transgressus, extremo affectus est supplicio? Quodq; Oza, quoniam arcam alioqui subuertendam fulcit, è uestigio mortuus est, eo quod ministerium ipsi nō congruens usurpauit? Ergo ne sabbatum uiolatum, & solus arcae ruituræ contactus, ad tantam indignationem prouocauit, ut qui hæc ausi fuerant ne minimum quidem ueniam sint consequuti: hic uero qui adoranda & ineffabilia dogmata corrumpit, excusationem habiturus est, & ueniam consequetur? Non potest hoc fieri, non potest inquam. Hoc ipsum igitur est omnium malorum causa, quod ob pusilla non indignamur. Ob id enim maiora scelera subierunt, quod minoribus debita correctio non adhibetur. Et quemadmodum in corporibus, qui uulnera neglexerunt, febres gignunt, & putrefactiones, ac mortem deniq; itidem & in animis, qui pusilla dissimulant, maiora inuicant. Ille inquit, labitur in ieiunio, neq; quicquam est magni. Alter uero ualet quidem recta fide, ceterum temporis gratia simulans, profitendi libertatē prodidit. Ne id quidem est aliquid magni mali. Alius iritatus, minatus est se defecurū à recta fide. Ne id quidem supplicio dignum, eo quod ira animiq; cōmōtione peccauit. Quin & innumera reperiet aliquis huius generis quotidie peccata in uehi ecclesijs. Hanc ob causam deridiculi facti sumus, & gentibus, & Iudæis, dum ecclesia in mille partes discinditur. Etenim si qui à diuinis præscriptis resiliere conabantur, & paulum quiddam secus quam oportet tentabant, mox ab initio fuisset adhibita conueniens increpatio, nequaquam nata fuisset hæc

Euangelium
unum ex mul
ta

Pusilla delicta
non negligenda

Ieiunium Iu
daeorum

Contemptus
Ecclesie

pestis, haudquaquam tanta tempestas ecclesias occupasset. Vide igitur quomodo Paulus circumcisionem appellat Evangelij subuersionem. Nunc autem multi sunt apud nos, qui eodem die ieiunant quo Iudaei, qui similiter obseruant sabbata, & animose ferimus, imò potius calamitose. Et quid loquor de rebus Iudeorum? Multi gentium mores apud nostros aliquot seruantur, sortilegia, auguria, omina, ac dierum obseruationes, superstitione super genensim cura, & omnis impietatis plenae literae, quas puerorum protinus ut nati sunt, magno malo, capitibus imponunt, ut ab ipso protinus exordio docentes illos uirtutis adipsa cense studium abijcere, & ad fallacem fati tyrannidem, quod quidē in ipsis est, illos adducetes. Quod si ijs qui circumciduntur Christus nihil prodest, istis qui tāta inuehū mala, quur adeo deinceps profutura est fides ad salutē? Quanquam à deo erat data circumcisio, uerum quoniam nō in tempore seruata, corruptelam inferebat Euangelio, nihil non fecit Paulus, ut eam amputaret. Et post hanc quum Paulus ad excludendas consuetudines Iudaicas tantum adhibuerit studium, eo quod intempestiue seruarentur, nos ne paganam quidem consuetudinem amputabimus? Et quam obsecro sumus habituri excusationem? Has ob causas in tumultu ac turbatione sunt res nostrae, adeo ut qui discipuli esse debuerant, multa repleti mentis elatione, subuerterint ordinem, & quae erant superiora, facta sunt inferiora. Quod si quis illos uel leuiter accuset, conspuunt eos, quorum imperio subsunt. Id eò faciunt, quod nos eos perperam à pueris instituumus. Verum enim uero etiam si qui praesunt, improbi forent, innumerisq; scaterent malis, ne sic quidē fas esset discipulo dictis non audientem esse. Etenim si de Iudaeorum doctoribus dictum est, quoniam am super cathedra Moysi sedebant, eos esse dignos qui à discipulis audirentur, quamquam operibus erant tam malis, ut dominus praeceperit, ne illa imitarentur: qua uenia digni erunt, qui ecclesiae praesides per gratiam dei modeste uiuentes, conspuunt & conculcant? Quod si nefas est, ut alius alium iudicet, quanto magis fas non est iudicare doctores? Sed etiam si ego aut angelus de caelo euangelizauerit uobis praeter id quod accepistis anathema sit. Vide prudentiam apostolicam. Ne quis diceret, illum sua ipsius ostentare dogmata, etiam seipsum deuouit. Ceterum quoniam ad autoritatem confugiebant, & ubiq; celebrabant Iacobum, hac de causa & angelorum meminuit. Ne mihi, inquit, Iacobum narres, etiam si quis angelorum e caelis descenderit, corrumpens Euangelij praedicationem, anathema sit. Non temere dixit, de caelo. Sed quoniam sacerdotes quoq; dicti sunt angeli. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirent ex ore eius, quoniam angelus domini omnipotentis est, ne quis existimaret de his angelis nunc uerba fieri, addita particula, de caelis, supernas uirtutes indicauit. Neque dixit, si contraria annunciauerint, aut totum Euangelium subuerterint, uerum si uel paulum euangelizauerint praeter euangelium quod accepistis, etiam si quiduis labefecerint, anathema sint. Sicut ante dixi, & rursum nunc dico. Ne putares ea uerba ab ira profecta esse, aut iuxta hyperbolē magnificentiū quam pro re dicta, aut impetu cursuq; sermonis raptim excidisse, repetit eadem. Etenim qui animi commotione occupatus dixit aliquid, hunc mox dicti poenitere solet. Ceterum qui denuo reperit eadem, declarat sese iudicio loquutū, ac prius animi consilio fuisse decretum & comprobatū, atq; ita demum uoce proditum. Abraham igitur quum rogaretur, ut mitteret Lazarum, respondit, Habent Moyses & prophetas: si illis non crediderint, neq; mortuos resuscitados audituri sunt. Hac autē Christus ipse inducit in parabola loquentem Abraham, declarans se uelle plus fidei habendū esse scripturis, quam si mortui reuiuiscant. Paulus uero, porrò quū Paulum dico, rursum ipsum Christum dico: hic enim erat, qui mentem illius agebat: etiā angelis e caelo descendentibus praeponebat scripturas, idq; ualde congruenter. Siquidē angeli quamlibet magni, tamen serui sunt ac ministri. Ceterū omnes scripturae non à seruis, sed ab uniuersorū domino deo uenerunt ad nos. Hanc ob causam dicit, Si quis uobis euangelizauerit, praeter id quod euangelizauimus uobis. Non dixit, si ille aut ille, idq; prudenter admodum citra odium & inuidiam. Quorsum enim opus erat iam aedere nomina, posteaquam tam uehementi sublimiq; fuerat usus sermone, ut uniuersos & qui in caelis sunt, & qui in terris cōplecteretur. Per hoc em̄ quod euangelistas angelos pronunciat anathema, omnem dignitatē cōprehendit: per hoc uero quod seipsum quoq; pronunciat anathema, omnem familiaritatē ac germanitatē complexus est. Ne mihi dixeris, inquit, college tui & socij apostoli hac dicūt, Nec mihi ipsi parco, si diuer

*Etiam malis
praepositis or
bediendum*

diuersa praedice. Neque uero Paulus hac dicit, quod damnaret apostolos tanquam euangelicae praedicationis praeruaricatores, absit: ait enim. Siue nos, siue illi, sic praedicamus: sed ut ostenderet personarum dignitatem non recipi, quoties expenditur ueritas.

Nunc enim hominibus suadeo, an deo, aut quæro hominibus placere? Si enim adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Quamuis enim, inquit, uos fallerem hac dicens, num & deo ualeam imponere, qui perspicit arcana mentis, & cui ut placerem semper omne mihi studium fuit? Vides spiritum apostolicum, uides sublimitatem euangelicam. Hac eadem autē in epistola ad Corinthios dixit: Non uobis excusamus nos, sed occasionem damus uobis gloriandi. Atque iterum: Mihi uero pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Quum em̄ doctor cogere se discipulis excusare, sustinet quidem illud, sed tamen indigne fert, haud quidem ob insolentiam: Absit hoc, sed partim ob id quod ij qui seducebantur, tam mobili forent animo, tamq; instabili sententia: partim quod ipsius uerbis apud illos parum certa fides haberetur, hac de causa dixit hac quoq; propemodum his utens uerbis: An mihi apud uos est habenda oratio? An homines mihi ius dicuntur? apud deum nobis est causae dictio. Atque ut apud illud tribunal bonam habeamus causam, omnia facimus, ac nequaquam eò deuenimus infelicitatis, quasi causam dicuntur simus omnium domino, de corruptis dogmatibus Euangelij, quod praedicamus. Itaque partim sese excusans, partim illos extimulans, hac uerba posuit. Non enim conueniebat discipulis, ius dicere praceptoribus, sed credere & obtemperare. Verum quoniam, inquit, inuersus est rerum ordo, & iudices nunc sedistis, scitote mihi non esse magnopere curae, quomodo me purgem apud uos, sed omnia facimus propter deum, utq; illi de hisce dogmatibus reddamus rationem. Etenim qui studet hominibus suadere, multa facit insincera prauaque, & fraudibus utitur & mendacio, quo persuadeat, mentemque capiat auditorum: contra qui deo suadet, illiq; placere studet, huic simplici puraque mente est opus. Deus enim falli non potest. Vnde perspicuū est, inquit, nos quoq; nec principatum ambientes, nec discipulos colligendi studio, neq; gloriam ac laudem à uobis captates hac scribere: neq; enim nobis studio est placere hominibus, sed deo. Nam si uoluissim hominibus placere, adhuc à Iudaeis stare, adhuc persequerer ecclesiam dei. Ceterum qui totam Iudaeorum gentem, qui familiares, amicos & cognatos, qui totā contempsti gloriam, proq; his commutauit persecutiones, inimicitias, bella ac mortes quotidiana, satis declarauit me hac quoq; quae nunc loquor, non humane laudis studio loqui. Hoc autem ideo praefatus est, quoniam commemoraturus erat prioris uitae suae historiam, & quomodo repente fuerit immutatus, & argumentis euidentibus demonstraturus, se pro ueritate stare. Rursum autem ne putarent illum hęc eò facere, quo ipsis redderet rationem, in superioribus illa dixit, Nunc hominibus suadeo. Nouerat enim prout postulabat oportunitas, etiam sublime quippiam ac magnificum loqui, ad eorum quos instituebat correctionem. Atqui poterat aliunde probare, se cum ueritate ac sinceritate praedicare Euangelium, nimirum e prodigijs, e miraculis, e periculis, e carceribus, & quotidianis mortibus, e fame, siti & nuditate, ex alijs horum similibus: uerum quoniam illi nunc dirigitur oratio non ad pseudapostolos, sed ad apostolos, qui horum periculorum erant consortes, alia uia aggreditur causae tractationem, Alio qui quum ad pseudapostolos sermonem intenderet, hunc in modū induxit cōparationē, tolerantia in periculis adducens in medium dicensq; Ministri Christi sunt, desipiens loquor, plus ego, in laboribus abundantius, in plagis supra modū, in carceribus abundantius, in mortibus frequēter. Nunc sanē superioris uitae cōuersionem memorat, dicens: Notum uobis facio fratres Euangelij, quod praedicatum est à me, non esse secundū hominem, Neq; ego enim à homine accepi illud, neq; edoctus sum, sed per reuelationem Iesu Christi. Vide, ut undiquaq; confirmat se fuisse Christi discipulū, nullo hominis interuentu, sed ipso Christo per seipsum omnē ipsi cogitationem dignato patefacere. Et quomodo, inquit, probari possit incredulis, quod deus perse, nullo hominis interuētū, tibi patefecerit illa arcana mysteria? Probat hoc, inquit, illa superior mea conuersatio. Nisi enim deus fuisset, qui euulerat, haud quaquam deo repente fuissim immutatus. Nam qui docentur ab hominibus, etiam si sint acri celeriq; ingenio, tamen ut ad diuersa transferantur, tempore est opus multo que studio. Ceterum qui quum uehementissime laborarat infania, totus ac pure redijt in sanam mentē, declarat sibi diuinam

diuinam uisionem ac doctrinam aduuisse, perq; hanc subito ad puram redisse sanitate; eorq; cogitur de priore sua uita commemorare, atq; ipsos testes citat eorum quae gesta sunt. Vos quidē, inquit, nescitis, quod unigenitus dei filius me ē coelis per se uocare dignatus est. Nam qui possitis id scire, quum non adfueritis? Verum illud omnino nostis, quod fuerim persequutor, quandoquidem usque ad uos quoque mea sequitia penetrauit, quum ingens sit interuallum inter Palaestinam & Galatiam, ut non fuerit rumor in tam longinquo dimanaturus, nisi quae fiebant a nobis modum excessissent, fuissentq; intolerabilia. Vnde & dicit. Audistis meam conuersationem, quod supra modum persequabar ecclesiam dei, & expugnabam illam. Vides ut singula cum exaggeratione commemorat, nec pudet sua mala confiteri. Non enim tantū est persequutus, sed omni cum uehementia, nec persequutus est modo, uerum etiam expugnauit, hoc est, conatus est ecclesiam extinguere, subuere, demoliri, abolere. Nam id est expugnatoris opus. Et proficiebam in Iudaismo ultra multos aequales meos, quum essem abundantius emulato patriarū mearū traditionum. Ne putares irā fuisse quod gerebat, ostēdit se quicquid fecit, zelo quodam fecisse, tamen non secundum scientiam, nequaquam autē inanis gloriae siti, aut uindicandi quos oderat cupidine, sed quod studio teneretur traditionum quas a maioribus acceperat. Huius autem sermonis hic est sensus. Si quae feci aduersus ecclesiam, non humano feci affectu, sed zelo diuino, errante quidem sed zelo tamen, qui consentaneum est me nunc, dum pro ecclesia curro, agnita ueritate, inanis gloriae causa haec faceret. Etenim si in errore talis affectus mihi non est dominatus, sed dei zelus eō me perpulit, multo magis posteaquam agnouit ueritatem oportet me ab omni istiusmodi suspitione liberum esse. Nam simul atq; conuersus sum ad ecclesiastica dogmata, protinus quicquid Iudaicarum opinionum occuparat animum meum, totum exui, multo que maiorem zelum hic praestiti quam illic praestiteram. Quae res arguit me uere fuisse transmutatum, diuinoq; zelo teneri. Quod nā sic haberet, age dic mihi quid aliud erat in causa ut tantam sustinerem immutationem, ac pro honore cōtumeliam, pro requie pericula, pro securitate afflictiones susciperem? Nulla causa erat alia, nisi tantum ueritatis amor. Quum autem placuisset deo, qui me segregauit ex utero matris meae, & uocauit per gratiā suam, ut reuelaret filium suum in me, ut praedicem illum in gentibus, protinus non communicauit cum carne & sanguine. Vide quem admodū studet hic ostendere, quod per id etiam temporis quo relictus est in errore, propter occultam aliquam diuinae prouidentiae rationē relictus sit. Etenim si ab utero matris segregatus erat ut fieret apostolus, & ad hoc ministeriū uocaretur, uocatus est autem tunc, & simul ut uocatus est obsequutus est, perspicuū est deum ob causam aliquam arcanam eo usque distulisse. Quae igitur est haec dispensatio? Fortassis inhiantes auertis hoc ab initio audire, quare tādē non eum cū duodecim apostolis uocauerit. Verū ne ego digressus ab eo quod est in manibus, prolixiorē faciam sermonem, oro charitatem uestram, ne omnia ex me uelit discere, sed ex uobis etiam ipsis inquiratis, deum obsecrantes ut uobis pateat. Quāquam & nos super hac re aliās sumus loquuti, quum de mutato Pauli nomine apud uos differeremus, causamq; redderemus, ob quam deus prius dictū Saulum, Paulum appellauit. Quae si uobis exciderunt, ex eo libro haec omnia cognoscetis. Nunc a tenore sermonis non recedamus, consideremusq; quomodo rursus ostendit nihil in ipso casu aut hominū more factum esse, sed deum omnia suo arbitratu multa prouidentia dispensasse; ostēdit autem his uerbis: Et uocasset per gratiā suam. Hinc declarat quod deus ipsum ob uirtutem uocauit. Ait enim ad Ananiam: Vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus, hoc est, idoneus est ministerio praclaroq; facinori sustinendo. Atq; hanc uocationis causam hic ponit, idem tamen ubiq; totum gratiae & ineffabili numinis humanitati tribuit, loquens hunc in modum: Sed misericordiam consequutus sum, non quod sufficiens essem; neq; quod idoneus, sed ut in me declararet omnem lenitatem, in exemplum eorum qui credituri erant illi in uitam eternam. Vides excellentiam modestiae, uides eximie submissum animum. Ideo, inquit, ego misericordiam consequutus sum, ne quis de seipso desperet, sed quisq; bonam spem habeat; posteaquam omnium mortalium pessimus, dei benignitatem assequutus sum. Id enim declarat, dicens: Ut in me demonstraret omnem lenitatem, in exemplum eorum qui credituri essent in illo, ut reuelaret filium suum in me. Alibi uero dicit ipse Christus; Nemo nouit filium nisi pater, nec

ullus

ullus nouit patrem, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Vides quod & pater filium, & filius patrem reuelat, Idem sit in gloria, Filius glorificat patrem, & pater filium. Glorifica filium tuum; ut & filius tuus glorificet te. Et rursus, Quemadmodum ego te glorificauit. Sed quam ob causam nō dixit, ut reuelaret filium suum mihi, sed in me? Ob id ita loquutus est, ut ostenderet, quod non modo uerbis edocuius esset de fide, uerum etiam copioso spiritu dono repletus. Reuelatione siquidem illustrante illius animi, simul & Christum habebat in ipso loquentē. Ut euangelizem illum in gentibus. A deo namq; factum est, nō solum ut crederet, uerū etiam ut ad apostolicū munus deligeretur. Sic enim, inquit, mihi seipsum reuelauit, non tantum ut ipsum cognoscerem, uerum etiam ut eius noticiam ad alios proferrem. Nec tamen simpliciter dixit, apud alios, sed ut euangelizem eum in gentibus, iam hinc incipiens attingere non minimum suae defensionis caput, ex ipsa discipulorum persona. Nec enim erat illi par necessitas praedicandi Iudaeis & gentibus. Protinus non contuli cum carne & sanguine. Apostolos hic recte significat, naturae cognomento eos designans. Quod si hoc sentit de cunctis hominibus, nos non contradicemus. Neq; ascendi Hierosolymam ad antecessores meos apostolos. Haec uerba si quis per se expendat, uidetur spirare non uulgarem magniloquentiam & arrogantiam, plurimūq; abesse ab apostolico spiritu. Etenim quod ipse sibi suffragium fert, neq; cum quoquam sententiam communicat, uidetur esse factus. Videbam, inquit, hominem, qui sibi uidebatur esse sapiens, sed maiorem illo spem habet insipiens. Et uae his, qui prudentes sunt apud semetipsum, & in oculis suis intelligentes. At idem rursus: Ne sitis prudentes apud uosmet ipsos. Itaq; qui tam multa huiusmodi praecepta ab alijs, audierat, quicq; eadem alijs praeceperat, ipse in hęc incidit, non dicam Paulus, sed uel homo quiuis. Verum hic sermo si per se nudus expendatur, offendere mouereq; potest auditorem, Caterum si causam adiecerimus, ob quā hęc dicebat apostolus, & applaudent & admirabuntur omnes ita loquutum. Hoc igitur faciamus. Non enim oportet uerba nuda expendere, alioqui multae consequentur absurditates. Neq; conuenit sermonem per se nudum examinare, sed obseruare mentem scribentis. In humanis enim sermonibus nisi hac ratione fuerimus usi, expendentes quid senserit is qui loquitur, multas inducimus simultates, omnia subuertuntur. Et quid attinet loqui de uerbis, quādo & in factis, nisi regulam hanc seruauerimus, omnia sursum deorsum miscebuntur. Nam & medici secant carnem, nōnunquam & ossa frangunt, quae frequenter eadem faciunt & latrones. An nō igitur fuerit extrema infelicitatis, si nequaquam latronem a medico discernere? Rursum homicidae pariter ut martyres torquentur, at non quia patiuntur eadem tormenta utriq; eodem habentur loco, sed plurimū interest inter hos & illos. Quod nō regulā hanc seruauerimus, nulla de re recte iudicare poterimus, sed ipsum etiam Heliam homicidam cēlebimus, cumq; hoc Samuelem, & Phinees. Quin & Abraham filij interfectorem dicemus, si res nudas expendimus, nō addentes quam ob rem, quo animo id fecerit. Exquiramus igitur & Pauli mentē, qua haec scripsit, considerare, quod spectarit, quem scopum sibi proposuerit, & quis in totum fuerit erga apostolos. Tum enim intelligemus, quo animo haec scribat. Neq; enim quo uel eorum autoritate eleuaret, uel seipsum praedicaret, loquutus est uel haec uel illa superiora. Qui em id faciat, qui seipsum pronunciarit anathema, sed ut ubiq; seruaret Euangelij sinceritatē. Quum enim ij qui oppugnabant ecclesiam dicerent, ijs apostolis adhaerendū esse, qui ista minime prohiberent, nō Paulo qui prohibebat, atq; hinc sensim irrepisset Iudaicus error ac deceptio, cogitur hic fortiter & aperte resistere, non quidē cupiens de apostolis male dicere, sed hoc agens ac moliens, ut eorum insolentia, qui seipsum non recte laudabant, cōprimeret, eorq; dicit: Non contuli cum carne & sanguine. Fuisse enim extreme absurditatis eum qui a deo fuerat edocuius, postea cum hominibus cōmunicare. Nam qui discit ab hominibus, is cōgruenter denuo recipit homines in cōmunicationē: uerū quem deus sua beata uoce dignatus est, quicq; ab eo docuius est, qui habet sapientie thesaurū, qua gratia post cū hominibus cōferret: Par em fuerat, ut talis doceat potius homines, quā ut discat ab hominibus. Non igitur arrogatiae causa haec dicebat apostolus, sed ut suae praedicationis autoritatem declararet. Neq; ascēdi, inquit, ad eos qui ante me fuerūt apostoli. Quoniam illi nusquam nō inculcabant, ceteros apostolos esse Paulo priores, & ante hūc fuisse uocatos, ideo hoc dicit: Quod si fuisset cum illis cōmunicandū de euāgelio, is qui per reuelationem iniunxerat

rat

rat et predicandi munus, utiq; & hoc præcepisset. Quid igitur non ascendit illuc? Sane ascendit: nec tantum ascendit, sed ut disceret aliquid ab illis. Quando? Quum in ciuitate Antiochia, quæ ab initio singulare studium erga ecclesiam declararat, quaestio nata est de hac ipsa re, quæ nunc est in manibus. Quærebant autem, utrum essent circumcidendi, qui ex gentibus credidissent, an non compellendi potius, ut tale quippiam paterentur. Id temporis ascendit, tum hic ipse Paulus tum Silas. Quomodo igitur dicit, non ascendit, neq; contulit? Primum quidem quoniam ipse sponte non ascenderat, sed missus erat ab alijs. Deinde quoniam non accessit eo, ut aliquid disceret, sed potius ut alijs persuaderet. Nam ipse statim ab initio fuerat eius sententiæ, quam apostoli postea comprobauerunt, uidelicet non esse circumcendos. Cæterum quoniam ad eum usq; diem non uisus est illis sat idoneus cui fides haberetur, sed magis auscultabatur ijs, qui uersabantur Hierosolymis: ascendit non ipse percepturus quod ante nescierat, sed ut contradicentibus persuaderet, eos qui Hierosolymis erant, huic sententiæ subscribere. Itaq; ab initio quid esset agendum perspexerat, nec opus habebat ullo doctore, sed quæ post multam discussionem erant apostoli decreta, hæc ipse citra discussionem cœlitus habebat apud sese certa & indubitata. Idq; Lucas declarans dicit, Paulum prolixam & copiosam orationem habuisse super hisce rebus apud illos, etiam priusquam iret Hierosolymam. Verum quoniam ita uisum erat fratribus, ut ab illis quoq; disceret, ascendit, non sua ipsius causa, sed illorum. Cæterum ad explicandam id quod dictum est, non ascendit, licet & illud adferre, quod nec in initio prædicationis ascenderit, nec tum quum ascendit, ascenderit discendi gratia. Quandoquidem horum utrunq; significat dicens: Protinus non contuli cum carne & sanguine. Non simpliciter dixit, non contuli, sed protinus non contuli: Simul & illud subindicans, quod huic rei nihil ante posuerit. Quod si post hæc uideretur ascendisse, non tamen ascendit, ut quicquam ab eis acciperet, quod non habuisset. Sed ab ijs, inquit, in Arabiam. Contemplare feruentem animum. Studebat occupare regiones antehac à nemine cultas, sed quæ etiamnum uastæ incultæq; facebant. Etenim si mansisset apud apostolos, quum nihil esset quod ab illis posset discere, prædicationis officium fuisset impeditum. Oportebat enim illos quaqua uersum disseminare uerbum. Has ob res hic beatus spiritu doctrinæ feruens, protinus aggressus est homines barbaros & agrestes, uitæ genus suscipiens multis laboribus ac periculis obnoxium. Iam mihi considera illius modestiam. Quum dixisset, Ab ijs in Arabiam, subiunxit, & iterum reuersus sum Damascum. Non commemorat sua præclara facta, neq; quos edocuerit, neq; quam multos. Atq; adeo mox ut baptizatus est, declarauit huiusmodi zelum, ut non solum confunderet Iudæos, sed ad tantam iracundiam prouocaret, tum Iudæos tum gentes, ut ipsi struxerint insidias, conatq; sint e medio tollere. Quod haud quaquam accidisset, nisi credentibus magnam adiunxisset accessionem. Quum enim doctrina superarentur, restabat ut ad inuidiam sese uerterent. Quod quidem euidentis erat argumentum Paulinæ uictoriae. At non passus est Christus illum interim, seruans eum prædicando Euangelio. Quum posset igitur multa commemorare de rebus ab ipso præclare gestis, nihil tamen eorum narrat. Sic & omnia quæ dicit, non ambitionis gratia dicit, neq; quo cæteris Apostolis præstantior habeatur, neq; quod agere ferret ipsius dignitatem eleuari, sed quod metueret ne quid hinc detrimenti accideret prædicationi. Nam & abortiuum seipsum appellat, & omnium peccatorum primum, ac postremum apostolum, & huius honore nominis indignum. Atq; hæc dicebat, quum plus omnibus laborasset. Quod quidem præcipuum est modestiæ documentum. Etenim quum qui sibi nullius bonæ rei conscius est, submisit de se ipso loquitur, prudens est, non modestus. At qui post tot emeritas coronas talia loquitur, ille nouit quid sit modestia. Et iterum reuersus sum, inquit, Damascum. Iam quam multa uerisimile est eum illic egisse. De hac ciuitate refert quod eam præfectus cui rex Areta gentis eius curam delegarat custodierit, cupiens eum comprehendere. Quod quidem maximum argumentum erat, illum acriter magnæq; ui uexare Iudæos. Verum horum nihil hic commemorat. Ac ne illic quidem ea commemoraturus erat, sed reticisset, nisi dum perspexisset tempus illud eam historiam postulare. Sic igitur & hic dicens se esse ac redisse, præterea nihil addit eorum quæ illic gesta fuerant. Deinde post tres annos ascendi Hierosolymam, ut uiderem Petrum. Quid hoc animo possit esse modestius? Post tanta taliaq; benefacta, quum nihil opus haberet Petro, nec illius egeret uoce, sed honore par esset illi,

nihil

nihil enim hic dicam amplius, tamen ascendit uelut ad maiorem ac seniore, solusq; Petri conspectus commouit illum, ut eo proficisceretur. Vides quemadmodum illis tribuit congruentem honorem; neq; solum non ducit seipsum illis meliorem, uerum ne parem quidem esse putat, id quod ex ipsa professione liquet. Sicut enim nunc multi fratrum nostrorum ad uitros sanctos proficiscuntur, eodem affectu tunc Paulus ad Petrum profectus est. Quin potius erat hoc multo submissius, quod fecit Paulus. Nam isti nunc utilitatis suæ gratia suscipiunt peregrinationem, at tum beatus ille non ut disceret aliquid ab illo, neque ut correctionem aliquam acciperet profectus est, sed tantum ut uideret eum, (itaq; præsentia honoraret. Ut uiderem, inquit, Petrum ascendit.) Non dixit *id est*, id est, ut cernerem Petrum, sed *isophrōσαι*, id est, ut uiderem: quomodo loqui solent, qui magnas ac splendidas urbes inuisunt cognoscendi gratia. Adeo iudicabat operæ precium multoq; studio dignum tantum modo uidere uirum. Idem autem ex ipsis factis perspicuum est, Proficiscens enim Hierosolymam, quum multas iam nationes conuertisset ad Euangelium, tantasq; res gessisset, quantas cæterorum nemo gesserat, Pamphylia, Lycaonia, Cilicum gentem, omnes qui illam orbis partem habitant, ad rectam uitam instituisse, Christoq; lucrifecisset, primum quidem ingreditur ad Iacobum, plurima cum modestia uelut ad maiorem & honoratorem. Deinde consulentem sustinet, & consulentem contraria ijs, quæ nunc tractat. Vides ne, inquit, frater quot milia sunt Iudæorum qui crediderunt: Itaq; rade caput & purifica te ipsum. Rasit caput, omnesq; ritus Iudaicos peregit, eo quod hic non lædebatur euangelium, omnibus erat submissior. Cæterum ubi conspexit nonnullos ex hac modestia lædi, non amplius usus est hac immodica modestia. Iam enim hoc fuisset non præstare modestiam, sed inficere corruptumq; discipulos ipsi subditos. Et mansi apud illum diebus quindecim. Itaque quod ad illum profectus est, declarat multum honorem erga apostolos. Porro quod ibi tot dies commoratus est, amicitiam ac uehementissimam arguit charitatem: alium uero apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Vide ut maiorem beneuolentiã habuit erga Petrum. Huius enim causa peregrinationem suscepit, & apud eundem commoratus est. Hæc & dico frequenter, & uos memoria tene re uolo, ut si qua audieritis, quæ aduersus Petrum dicta uidebuntur, ne quis suspectum habeat Paulum apostolum. Si quidem hanc ob causam & ipse hæc loquitur, præueniens, ut talem corrigat suspicionem, ueluti quum dicit, Restitit Petro, ne quis hæc uerba putet esse simultatis aut contentionis. Nam et honorat uirum & diligit plus omnibus. Nec enim ob ullum aliorum apostolorum narrat se ascendisse Hierosolymam, sed propter hunc solum. Cæterorum autem, inquit, apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum. Vidi, inquit, non doctus sum. Sed uide quanto cum honore & hunc nominauit. Non enim simpliciter dixit Iacobum, sed magnificum illud elogium addidit, fratrem domini. Usq; adeo liber erat ab omni liuore. Etenim si tantum indicare uoluisset de quo loqueretur, poterat alia nota declarare, si dixisset, Iacobum Cleopæ, quod cognomen posuit Euangelista. Verum non ita loquutus est, sed quoniam existimabat honoris titulos apostolorum esse proprios, ueluti se ipsum honestans, ita & illum ueneratur. Non enim appellauit eum Iacobum Cleopæ, ut dicebam, sed quomodo? fratrem domini. Atqui nec frater erat domini iuxta carnem, sed esse putabatur. Attamen ne id quidem auertit Paulum, quo minus adderet uitro dignitatis titulum. Quin & aliunde multipharia ostendit Paulus se tam sincere erga apostolos affectum fuisse, quam illo dignum erat. Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo quod non mentior. Vides in omnibus similiter elucet huius sancti animi modestiam. Nec enim aliter q; si apud tribunal periclitaretur, essetq; perpeffurus sententiam ac poenã, ita studuit excusare sese. Deinde ueni in regiones Syriæ & Ciliciæ, postea quã Petrum uidissem. Rursus incipit narrare de certamine, quod propositum est, Iudæam quidem non attingens, tum quod ad gentes missus esset, tum quod noluerit super alienum fundamentum ædificare. Cuius rei gratia ne simplici quidem congressu uiderat cæteros apostolos. Idq; perspicuum est ex his quæ sequuntur. Eram enim, inquit, de facie ignotus ecclesijs Iudææ, tantum audierant, is qui aliquando persequebatur nos, nunc annunciat fidem, quam pridem expugnabat. Quid hoc animo possit esse modestius? Nam quum exponeret ea, quæ faciebant ad ipsius accusationem, ueluti quod persequutus esset ecclesiam dei, quodq; expugnaret eam, hæc multa cum exaggeratione protulit, traducens suam ipsius

Tom. 8

* uitam

uitam prius actam. Caterum quæ demonstratura fuerant ipsius splendorem, ea prætercurrit, quum posset, si uoluisset, omnia sua præclara gesta commemorare, nihil horum referret, sed unico uerbo pelagus immensum præteruectus, dicit: Veni in regiones Syriae & Ciliciae, & audierant is qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam pridem expugnabat, nec præterea quicquam addidit. Quid autem sibi uult, quum ait, ignotus eram ecclesijs Iudæarum: ut scires, adeo Paulum non prædicasse Iudæis circumcisionem, ut ipse ne de facie quidem fuerit illis notus. Et glorificabant in me deum.] Contemplator & hic regulam Paulinæ modestiæ, quantoque studio eam obseruet. Non enim dixit admirabantur me, laudabant me, stupebant, sed declarauit totum hoc esse gratiæ, dicens, Deum glorificabant in me.] Deinde post annos quatuordecim ascendit Hierosolymam unâ cum Barnaba, assumpto simul & Tito. Ascendi autem iuxta reuelationem.] Prioris ascensionis causam Petrus ait fuisse, utque illum uideret; ut autem iterum ascenderet, in causa fuisse reuelationem spiritus. Et contuli cum eis euangelium, quod prædico in gentibus. Seorsum autem ihs, qui uidebantur esse alicuius existimationis, ne forte in uanum currem, aut cucurrissem.] Quid ais Paule? Qui in initio nolebas conferre, neque per annos tres, peractis quatuordecim annis tum demum cõfers, ne forte in uanum curreres? At quanto præstitit illud protinus in initio fecisse, quæ post tot annos? Quur autem currebas, si non persuasum habebas, te non in uanum currere? Et quis tam excors est, ut tot annos prædicet, ignarus an recte prædicet? Iam illud hoc etiã multo perplexius est, quod ait se iuxta reuelationem ascendisse. Hoc est perplexius ut dicebã, priore, sed tamen idoneum ut nobis & illius porrigat solutionem. Nam si sua sponte ascendisset, ne id quidem ullo pacto consentaneum esset rationi. Non enim erat illius beatæ animæ in tantam delabi amentiam. Siquidem ipse est qui dicit: Sic curro, ut non in incertum, sic pugilem ago, non ut aerem uerberas. Quod si curris non in incertum, quomodo dicis, ne forte in uanum curreres, aut cucurrissem? Vnde perspicuum est, quod etiam si ascendisset absque reuelatione, nihil illi accidisset, quod stultis solet accidere, nisi quod factum non fuisset perinde absurdum. Caterum postquam illum spiritus ducit gratia, quis deinceps ausit aliquid tale suspicari? Nam hanc ob causam & ipse addidit illud, iuxta reuelationem, ne quis ante questionis solutionem, condẽnaret illum inscitiam, nimirum sciens non esse humanum quod geritur, sed diuinæ dispensationis multa prouidentis, & de presentibus, & de futuris. Quæ tandem igitur huius peregrinationis causa? Quemadmodum quum prius ascenderet ex Antiochia Hierosolymam non sua sponte ascendit, (Nam ipse planissime nouerat, simpliciter ac mere Christi decretis hærendum esse) sed cupiens eos qui dissidebant, redigere in concordiam, Similiter & nunc non ipsi fuit opus discere, an in uanum cucurrisset: sed ut ihs qui ipsum accusabant, ad plenum persuaderetur. Quoniam enim magnificentior de Petro & Ioanne opinionem haberent, putarentque apostolos inter sese dissidere, propterea quod hic prædicaret Euangelium absque circumcisione, illi contra permitterent eam, atque hinc existimabant Paulum aduersum legem agere & in uanum currere: Ideo ascendit, inquit, & contuli cum illis euangelium, non ut ipse quicquam discerem.] Quod ipsum post apertius dicit, sed ut docerem eos, qui hæc suspicantur, me non in cassum currere. Spiritus enim qui præuiderat hanc contentione orituram, procurarat ut Paulus illuc ascenderet & conferret. Ideo dixit, secundum reuelationem ascendit, eademque de causa Barnabam ac Titum sibi adiunxit, testes futuros eorum, quæ Paulus prædicasset. Et contuli, inquit, cum illis Euangelium, quod prædico in gentibus, hoc est, sine circumcisione. Seorsum autem qui uidebantur alicuius existimationis.] Quid significare uoluit, dicendo, seorsum? At qui communia dogmata studet corrigere, non seorsum sed in publicum ea proponit. Paulus autem non ita. Non enim cupiebat aliquid discere, corrigere uerum suorum dogmatum, sed occasione adimere cupientibus alios decipere. Quum enim Hierosolymis offenderentur omnes, si quis transgrediretur legem, si quis prohiberet circumcisionem, unde & Iacobus dicebat: Vides frater quot milia sunt Iudæorum qui crediderunt: & hi omnes audierunt de te, quod defensionem doces à lege. Quum igitur offenderentur, palam quidem accedere suamque prædicationem aperire non sustinebat, sed seorsum contulit cum his qui erant alicuius opinionis, presentibus Barnaba ac Tito, ut hi apud eos, qui ipsum criminabantur, forent idonei testes, ne apostolis quidem uisum, Pauli prædicationem in gentibus peractam, pugnare cum apostolorum sententia. Porro quod ait, qui uidebantur alicuius existimationis

Allude ad
proverbium
Stultus factus
est non cognouit

mationis, non ideo dicit, ut detrahat eis suam magnitudinem: quandoquidem de seipso quoque loquitur, Videor autem & ipse mihi spiritum dei habere, quod utique est modeste loquentis, non abnegantis se habere. Hoc pacto & hic dixit, qui uidebantur, suum iudicium cum publico omnium iudicio coniungens. Sed ne Titus quidem, qui mecum erat, quum Græcus esset, coactus est circumcidi.) Quid est, quum Græcus esset? E Græcorum, inquit, hoc est, e gentium erat genere, præputium gerens. Non enim ego solum ita prædicaui, uerum etiam Titus ita fecit, quem quum esset Græcus, apostoli non compulerunt circumcidi. Quod quidem certissimum erat argumentum, illos non damnare, quæ à Paulo dicebantur ac gerebantur. Et quod hoc quoque multo maius est, quum urgerent aduersarij, eaque scirent, ne sic quidem apostoli per eos huc adacti sunt, ut uiderent eum circumcidi. Id quod ipse declarat dicens: Sed propter subintroductos falsos fratres, qui sunt isti falsi fratres: Dicemus, siquidem hinc non mediocri existit quaestio. Nam si apostoli permittebant circumcisionem, quare nunc falsos fratres appellat eos, qui & ipsi secundum apostolorum sententiam iubebant hoc fieri? Primum quia non est idem iubere ut fiat, & quod sit permittere. Etenim qui præcipit, is studiose seriorque ceu rem necessariam ac præceptam agit. Verum qui quum ipse non præcipiat, tamen non prohibet uolentem, is non concedit, ut rem factu necessariam, sed dispensationem quandam implet. Quale quiddam & in epistola ad Corinthios, Paulus scripsit dicens: Ne fraudetis uos inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ac rursum cõuenite in unum. Loquitur autem uiris & uxoribus. Deinde ne putares eum hoc illis pro lege scribere, subiunxit, Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium: eo quod hoc non esset principale iudicium autoritatis ipsius, sed indulgentia erga illorum incontinentiam. Eoquod dicit, propter incontinentiam uestram. Nam si Pauli sententiam cupis cognoscere, audi quid dicat: Volo omnes homines esse, ut ipse sum. Itidem & hic accidit, Apostoli non ut legis defensores hoc concedebant, sed obsequiantes infirmitati Iudaicæ. Alio qui si legem ueri uoluissent, haud quaquam alio modo prædicassent Iudæis, alio gentibus. Etenim si res eiusmodi fuisset, ut ab infidelibus necessariam fuerit obseruanda, perspicuum est etiam ab omnibus fidelibus obseruandam fuisse. Contra si decretum illis est, ne quis gentibus harum rerum gratia molestus esset, satis declararunt se hoc Iudæis morem gerendo permisisse: at falsi fratres non eodem modo, sed hoc agebant ut eos excluderent à gratia, ac denique in seruitutis iugum pertraherent. Hoc igitur est primum discrimen inter apostolos & falsos fratres, longo interuallo alteros ab alteris dirimens. Alterum erat, quod apostoli id faciebant in Iudæa, ubi lex uigebat. Caterum falsi fratres nusquam hoc non faciebant. Nam & Galatas omnes attigerat. Vnde dilucidum est, hoc non factum ædificationis gratia, sed ad subuertendum totum Euangelij negocium. Aliter ab apostolis concedebatur legis obseruatio, aliter à falsis fratribus studiose curabatur. Qui subintroierunt, ut explorarent libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu.) Vides ut exploratorum appellatione expressit bellum eorum? Exploratores enim ob nihil aliud ingrediuntur, nisi ut cognitis rebus aduersariorum, ipsi sibi facillimum aditum parent ad expugnandum capiendumque, quemadmodum & illi tum faciebant, studentes eos in ueterem retrahere seruitutem. Vnde uel hinc liquet, non idem fuisse propositum apostolis & istis, imò magnopere diuersum. Illi siquidem concedebant, ut eos paulatim eximerent e seruitute, isti contra hoc moliebantur ut eos in grauiorem pertraherent seruitutem. Eoquod clam obseruabant, attente circumspectantes, & curiose disquirentes quam habent præputium, quod & Paulus declarans ait: Subintroierunt, ut explorarent libertatem nostram. Non tantum exploratorum uocabulo, uerum etiam ex eo quod clam ingressi sunt, sequi furtim intro submiserunt, demonstrauit eorum insidias. Quibus nec ad horam celsimus subiectione.) Vide sermonis artificium ac significantiam. Non dixit, celsimus uerbo, sed subiectione. Non enim id faciebant, ut aliquid frugiferum docerent, sed ut eos subigerent, & in seruitutem pertraherent. Idcirco apostolis quidem celsimus, istis uero non amplius celsimus, ut Euangelij ueritas maneret apud uos: ut, inquit, quod prius uerbis prædicaueramus, factis confirmaremus, nimirum quod uetera transierunt, & noua facta sunt omnia: & quod si quis est in Christo, noua est creatura: & quod his qui circumcidentur, Christus nihil proderit. Hanc ueritatem cõfirmantes, nec ad horam celsimus. At mox quoniam protinus obstabant illa quæ faciebant apostoli, eratque uerisimile futuros

aliquos qui dicerent. Qui sit igitur, ut haec illi praecipiant? Vide quod euidenter soluit obiectionem. Non enim explicat ueram causam, uidelicet quod id facerent Apostoli, quo morem gererent Iudaeis: nec hoc fuisse iudicij illorum, sed dispensationis. Hanc enim si protulisset, offensi fuissent audientes. Oportet enim dispensationis ignorare causam ad quos sit aliquis ex ea fructus rediturus. Nam si pateat causa eorum quae sunt, tota perierit utilitas. Quapropter ipsum quidem, qui dispensationem adhibet, scire causam oportet eorum quae geruntur, caeterum eos quibus est profutura dispensatio, hanc oportet ignorare. Atque ut magis fiat dilucidum quod dico, ex hoc ipso argumento sumemus exemplum. Hic ipse beatus Paulus, qui tollit circumcissionem, quum Timotheum esset missurus ad docendum Iudaeos, prius illum circumcidit, atque ita misit. Id autem faciebat, quo doctor esset acceptior apud auditores, & ingressus est cum circumcissione, ut abrogaret circumcissionem. Atque huius facti causam ipse quidem cum Timotheo nouerat, discipulis autem nequaquam aperuit. Etenim si nouissent quod illum hoc animo circumcidisset ut circumcissionem abrogaret, nec audissent omnino Timotheum concionantem, totumque lucrū & utilitas perisset. Nunc uero haec ignorantia maximam illis attulit utilitatem. Dum enim arbitrantur illum seruandae legis studio hoc facere, beneuolis animis placideque, tum ipsum doctorem, tum eius doctrinam excipiunt. Qua recepta, ac paulatim eruditi, recesserunt à prioribus. Quod haudquaquam evenisset, si initio causam nouissent. Etenim si nouissent, auersati fuissent illi, auersantes autem nequaquam auscultassent. Si non auscultassent, perseverassent in errore pristino. Id uero ne fieret, non aperuit causam. Proinde nec hic aperit dispensationis causam, sed alia uia rem aggreditur, ita loquens: Ab his uero qui uidebantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea refert, personam hominis deus non accipit. Hic non solum non excusat apostolos, uerum etiam uehementer grauat sanctos, ut proficiat in futuris. Tale autem est quod dicit: Etiam si illi gaudet circumcissione, ipsi deo redditori sunt rationem. Non enim quia magni sunt, ac dignitate praeminentes, deus personam illorum accipiet. Neque enim sic aperte loquutus est, sed moderatius. Nam non dixit, Quod si illi turbant praedicationem, praeter ea quae mandata sunt, praedicantes, luat extrema supplicia. Nihil inquam horum dixit, sed reuerentius uideatur illos attingere loquens hunc in modum. Ab his autem qui uidebantur esse aliquid, quales aliquando fuerint. Non dixit, quales iam olim sunt, sed quales fuerint, nimirum declarans, quod & illi iam desissent hoc modo praedicare, ut pote iam ubique coruscante Euangelio. Caeterum quod ait, Quales aliquando fuerint, hoc declarat: Si sic, inquit, praedicaerunt, ipsi reddent rationem. Non enim hominibus, sed deo sunt rationem redditori. Haec autem dicebat, non uelut ambigens aut ignorans, quid quo animo facerent illi, sed ut dicere coeperam, quod expedire iudicaret, ut hac uia rem aggrediretur. Deinde ne ueluti diuersae factionis uideretur illos accusare, & hinc oriretur contentio ac dissidij suspitio, mox correctionem adiunxit, dicens: Mihi enim qui habebatur in precio nihil contulerunt. Quid autem hoc est? Quae nos dicitis, inquit, nescio, illud certo scio, quod mihi non modo non sunt aduersati, uerum etiam conspirarunt mecum, concordiisque sociati sunt. Id enim declarat, quum ait, Dextras dederunt. Verum nondum hoc dicit, sed illud tantum dicit, quod non docuissent, non correxissent, neque quicquam addidissent ipsi quae prius sciuerat. Mihi enim, inquit, qui erant in precio, nihil praeterea contulerunt. Hoc est, posteaquam cognouerant quae praedicarem, nihil adiecerunt, nihil inde correxerunt, idque quum scirent, me ea gratia uenisse Hierosolymam, ut cum ipsis communicarem, Nam iuxta reuelationem spiritus accesseram, ut cum illis communicarem, ac Titum incircuncisum habebam mecum. Itaque nec illi mihi quicquam dixerunt ultra ea, quae prius sciueram, nec illum circumcidi. Sed contra. Quid est contra? Quidam hoc sentire Paulum dicunt, quod non solum ipsum nihil docuerint, uerum etiam ab ipso docti sint. Ego uero nequaquam hoc dixerim. Quid enim ab illo praeterea erant docendi? quando quidem unusquisque illorum perfectus erat. Non igitur hoc sentit, quum ait, Contra, sed illud potius uult dicere, quod non solum nihil reprehenderunt, uerum in tantum abfuerunt ab incusando, ut comprobarint etiam. Nam comprobatio contraria est incusationi. Mox quoniam coniectandum erat, dicentibus aliquos: Si comprobarunt, quare non sustulerunt circumcissionem? Nam si comprobarunt, tollenda erat. Hic si dixisset, sustulerunt, iudicabat nimis inuerecundum fore, atque hinc rursus orituram pugnam manifestam aduersus ea quae

quae confessus fuerat. Videbat enim, si confiteretur concedendam esse circumcissionem, necessario fore, ut in aliam incideret obiectionem. Si enim, inquit, comprobarunt tuam praedicationem, quum contra permiserint circumcissionem, ipsi secum pugnant. Quo pacto igitur hic soluitur nodus? Dicere poterat, quod ista fecissent, morem gerentes infirmitati Iudaicae. Verum hoc dicendo totum disputationis fundamentum conuulisset, eoque non dicit hoc, sed reliquit in dubio, atque in ancipiti dicens: Ab his autem qui uidebantur esse aliquid, nihil mea refert, perinde quasi diceret. Non accuso, neque sigillo sanctos illos. Sciunt ipsi quid fecerint. Deo siquidem redditori sunt rationem. Quod autem hic demonstrare studeo, hoc est, quod à me gesta non resciderunt neque cortexerunt, neque quippiam addiderunt, quasi quicquam illis deesset, uerum etiam comprobarunt & assensi sunt. Atque huiusce rei testes habeo Titum ac Barnabam, unde subiicit dicens, Quum uidissent mihi commissum Euangelium praeputij quemadmodum Petro circumcissionis, dextras dederunt mihi & Barnabae societatis. Circumcissionem & praeputium dicens, non res ipsas, sed gentes hac nota distinctas. Subiungit igitur, Qui enim operatus est in Petro, in apostolatu circumcissionis, operatus est & in me inter gentes. Quemadmodum igitur praeputij nomine designat gentes, ita & circumcissionis nomine, Iudaeos. Iamque se caeteris honore parem ostendit, nec se reliquis illis, sed ipsi summo comparat, declarans quod horum unusquisque parè sortitus sit dignitatem. Posteaquam enim argumentis declarauit apostolorum inter ipsos concordiam, quod superest sumpta fiducia libere profecquitur, neque iam solum peruenit usque ad apostolos, sed ad Christum ipsum deducit sermonem, adque gratiam ipsi ab illo donatam, quarum rerum testes citat apostolos dicens. Vbi cognouissent gratiam dei quae data est mihi, Iacobus, Cephas & Ioannes. Non dixit postquam audissent, sed cognouissent, hoc est, ex ipsis didicissent factis, dextras dederunt mihi & Barnabae societatis. Vides ut paulatim demonstrat, hoc & Christo uisum & apostolis. Neque enim data fuisset, neque in illo fuisset operata gratia, nisi praedicationem eam comprobasset. Ac Petri quidem solius meminit, ubi se cogitur cum illis conferre. Caeterum ubi citandum est testimonium, triū pariter facit mentionem, idque non sine laudis elogio, Cephas, inquit, Iacobus et Ioannes, qui uidebantur esse columinae. Nec rursus dicit, uidebantur, quod tolleretur rei ueritate, sed aliorum quoque assumit sententiam dicens, Qui magni sunt & eximij quosque omnes ubique celebrant, huiusmodi testes sunt eorum quae dico, quod eadem placet & Christo, quodque haec ex ipsis rebus cognouerunt, ipsaque rerum experientia commoti sunt ut crederent. Ideoque & dextras mihi dederunt, non mihi tantum, sed & Barnabae, ut nos quidem ad gentes, ipsi uero in circumcissionem. O prudentiam eximiam, & concordiae demonstrationem irrefutabilem: ostendit & illorum doctrinam ipsius esse, & ipsius doctrinam illorum esse. Eadem enim utrisque placebant. Videlicet ut & illi sic praedicarent Iudaeis, & hic gentibus. Eoque subiicit, ita loquens: Ut nos quidem in gentes, ipsi uero in circumcissionem. Vides quod hic quoque circumcissionem appellat, non rem ipsam sed Iudaeos. Quoties enim rem ipsam sentit, addito contrario discernit, ipsumque nominat praeputium, ueluti quum ait: Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Quod si transgressor legis fueris, circuncisio tua praeputium facta est. Ac rursus: Neque circuncisio quicquam ualet, neque praeputium. Caeterum ubi sic appellat Iudaeos, nec rem intelligi uult, sed populum, non opponit praeputium, sed gentes. Etenim uelut e regione discernuntur, Iudaei quidem à gentibus, à circumcissione uero praeputium. Etenim qui operatus est in Petro ad apostolici muneris functionem in circumcissione, operatus est & in me inter gentes. & hic rursus, Nos inter gentes, ipsi uero in circumcissionem, non rem ipsam, sed Iudaeorum populum sic appellans, distinguens eum à gentibus. Tantum ut pauperum memores essemus, quod ipsum etiam studui facere. Quid tandem est hoc quod dicit? In praedicandi, inquit, munere partiti sumus inter nos orbem terrarum. Atque ego quidem eos qui ex gentibus sunt, illi uero Iudaeos sortiti sunt, iuxta dei placitum. Caeterum curam pauperum qui sunt apud Iudaeos ego ex meipso iuxeram cum illorum uoluntate. Quod si bellum fuisset inter eos & contentio, nequaquam hoc illi recepissent. Qui sunt autem isti pauperes? Plerique Iudaei qui crediderant in Palaestina, facultatibus omnibus erant exuti, ac per omnes regiones disiecti exulabant. Quod quidem & in epistola ad Hebraeos scripsit dicens. Nam bonorum uestrorum rapinam, cum gaudio suscepistis. Declarat idem Thessalonicensibus scribens, ac fortitudinem illorum praedicans. Vos enim, inquit,

Paulus hono-
re par Petro

Roman. 2

imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quae sunt in Iudaea, quoniam & uos eadem passi estis à proprijs contribulibus, quemadmodum & illi à Iudaeis: omnibusq; modis offēdit, quod si qui ex gentibus crediderant, non perinde oppugnabantur à Graecis, quemadmodum si qui ex Iudaeis crediderant, à suae gentis hominibus uexabantur, sed haec gens ceteris omnibus erat atrocior: eorumq; summa sollicitudine, modis omnibus curam illorum gerit, atq; ob hoc ipsum & Romanis praecipit & Corinthijs, neq; solum colligit pecunias, uerum etiam ipse eas perfert, dicens, Nunc autem proficiscor Hierosolymam, ministraturus sanctis. Nam & ad uicium necessarijs egebant. Quod igitur hic significat illud est: Hac in re mihi uisum est, illis opitulari, quod ut recepi, ita non cessauit in suscepto negotio. Ac postquā ostendit suam cum apostolis concordiam consensumq;, cogitur deinceps & disceptationis cum Petro Antiochia habitae mentionem facere, dicens: Quum autem uenisset Petrus Antiochiam, in faciem illi restiti, quoniam reprehensus erat. Priusquam enim uenissent quidā à Iacobo, simul cum gentibus edebat. At postq; uenissent subduxit ac separauit seipsum, metuens eos, qui erant ex circumcisione. Multi qui parum attente legunt hunc epistolae locum, existimant Petrum à Paulo in simulari de simulatione. Verum hoc non ita se habet, non ita se habet inquam. Absit ut ita sit. Multam enim hic comperimus tum Petri tum Pauli prudentiam in hoc adhibitam, ut clam teceq; prodesse audientibus. Sed prius dicendum est de Petri fiducia, & quomodo hic unus ante ceteros discipulus solitus sit profiteri, quandoquidem etiam cognomen sortitus est, ob immutabilem & immobilē fidē. Quum enim omnes essent interrogati, hic ante ceteros proliens, Tu es, inquit, Christus filius dei uiui, quo tempore illi & clauis regni caelorum conceditae sunt. Praeterea in monte solus extitit qui loqueretur. Ad haec quum de cruce fieret sermo, ceteris tacentibus ipse dixit, Propitius esto tibi. Quamquam autē haec uerba non erant circumspēctae mentis, erant tamē seruida charitatis. Quin & in ceteris omnibus, uidemus illum alijs seruidiorem, & ad pericula praesilientem. Ita quum dominus uisus esset in littore, ceteris nauim trahentibus ipse non sustinuit nauigio accedere. Iam & post resurrectionem Iudaeis uociferantibus infanientibusq;, ac discipulos discerpere quaerentibus, primus accedens ausus est in uocem erumpere ac dicere, quod ille crucifixus assumptus esset iamq; in caelis ageret. Aliud est autem, ostium clausum recludere, ac negotio dare principium, aliud post deinceps confidenter agere. Itaq; qui suam ipsius animam tam numerofo populo exposuerat, quomodo simulasset unquam qui flagellatus, qui uinctus, nihil de sua fiducia uoluerit remittere, idq; tum in ipso statim praedicationis initio, tum in media metropoli, ubi tantū erat discriminis, quo modo post tantum temporis Antiochia, ubi nullum erat periculum, quū tam ipsis factis comprobatus ac spectatus esset, eos qui ex Iudaeis crediderant formidasset: Qui Iudaeos ipsos non metuerat, & in principio & in ciuitate primaria: qui consentaneū est, ut post tantū temporis, quū esset in aliena ciuitate, eos qui ab illis defecerāt metuerit. Nō igitur haec dicens Paulus aduersus Petrum loquitur, sed quo consilio dixerat illud, Ab his autē qui uidebantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea refert, eodē & haec loquitur. Verum ne diutius his de rebus dubitemus, eorū quae dicta sunt causam oportet explicare. Apostoli quēadmodum dicere coeperam, Hierosolymis quidem permittēbant circumcisionē. Non enim poterant subito à lege reuelli. Vbi uero uenissent Antiochia, iam nihil istarum rerum obseruabant, sed quū his qui ex gentibus crediderant, indifferēter uiuebant, quod sanē & Petrus tum faciebat. Vbi uero uenissent ex urbe Hierosolymarū, qui uiderant eū ibi sic praedicantē, non ulterius tētabat idem facere metuēs ne illos offenderet, sed secessit, hic duo per dispensationem agens, alterum ne offenderet eos qui erāt ex Iudaeis, alterū ut Paulo iustam preberet occasionē increpandi. Etenim si ipse qui Hierosolymis praedicarat eū circumcisionis permittit, Antiochia secessisset, uisus fuisset ijs qui ex Iudaeis crediderāt, Pauli metu id facere, ac Petri nimiam facilitatē reprehēdissent discipuli, quae res nō mediocre peperisset offendiculū, quāq; Paulo quē nihil latebat, suo discessu nullā huiusmodi praebisset suspensionē, nouerat enim quo animo haec fierent. Vnde & Paulus obiurgat, & Petrus sustinet, ut dū magister obiurgatus obtulisset, facillime discipuli mutaret sententiā. Nam si Paulus, quū tale nihil accidisset, admouisset, nihil magni fecisset. Nunc uero quoniam natus occasionem acriter increpauit, maiorem Petri discipulis timorē iniecit. Quod si Petrus haec audiens contradixisset, merito quis

quis eum culpare potuisset, quod dispensationem subuertisset. Nunc uero dum alter obiurgat, alter obticet, multis timor incutitur ijs, qui ex Iudaeis crediderant, Eorū uehementius tractat Petrum. Vide autē quanta circumspectione sermonem temperat, prudentibus subindicans, ea quae loquitur nō esse disidij, sed dispensationis. Quum enim, inquit, Petrus uenisset Antiochiam, in faciem illi restiti, quoniam reprehensus erat. Non dixit, reprehensus à me, sed simpliciter reprehensus, haud dubium, quū ab alijs. Nam id aliunde subaudiendū est. Quod si ipse reprehendisset illum, haud quāq; ueritus fuisset hoc dicere. Quod autē dixit *ἵνα μὴ ὀργισθῶν*, id est, iuxta faciē, perinde est quasi dixisset, in speciem. Etenim si uere fuisset inter ipsos contentio, nequaquam praesentibus discipulis se inuicem increpassent. Graui enim illis fuissent offendiculo. Nunc autem utilis erat palam in speciem adhibita dissensio. Et quemadmodū Paulus Hierosolymae cecidit illis, ita eidem Paulo ceciderunt Antiochia. Quae nam igitur erat reprehensio? Priusquam enim uenissent quidam à Iacobo (Recte, Nam ipse fuerat doctor Hierosolymis) simul cū gentibus edebat, postq; autem uenissent, subtraxit sese, metuens eos qui erāt ex circumcisione. Non hoc metuens, ne ueniret in discrimen. Nam qui in initio non metuerat, multo minus tum metuisset. Verum illud metuebat, ne deficerent. Quandoquidem & ipse Paulus loquitur Galatis, Timeo de uobis, ne frustra laborauerim. Ac rursum; Timeo ne quemadmodum serpens decepit Euam, corumpatur sensus uestri. Apud illos igitur mortis metus nihil erat, uerum metus ne perderent suos discipulos uehementer concutiebat illorū animos. Ac simularunt cū illo & reliqui Iudaei, ut & Barnabas simul abductus fuerit in illorū simulationē. Ne mireris, si factū hoc appellat hypocrisim, hoc est, simulationē. Non enim uult, ut prius dixi, patefacere consilium, ut illi corrigerentur. Quoniam enim uehementer haerebant legi, ideo Petri factum appellat simulationem, & seuerius increpat, ut persuasionem illis radicius infixam euelleret. Et haec audiens Petrus, iungit cum Paulo simulationem, quasi deliquisset, ut per ipsius obiurgationem corrigerentur. Etenim si Paulus obiurgasset eos, qui erant ex Iudaeis, indigne tulissent ac respulissent illius obiurgationē. Nec enim admodum magnifice de illo sentiebant. Nunc autem quū conspiciunt doctorem suum obiurgatum obticere, neq; contemnere, neq; contradicere Pauli uerbis poterant. Sed quū uiderem, quod non recte incederet ad ueritatem Euangelij. Ne haec quidem dictio uos conturbet. Non enim haec dicit reprehendens Petrum, sed ita figuratam facit orationem, ut audita prodesse ijs, qui ob Petrum obiurgatum erant futuri meliores. Dixi Petro coram omnibus. Vides quomodo hinc corrigit alios? Nam ideo dixi coram, ut qui audirent, timerēt. Age dic quid dixeris. Situ Iudaeus cum sis, gentiliter uiuis & non Iudaice, quorū cogis gentes Iudaizare? Atqui gentes non simul cum illo fuerant in simulationem illam abductae, sed Iudaei. Quorū igitur incusas, quod factum non est? Quin potius uertis sermonem ad eos qui simulabant, qui quidem erant ex Iudaeis, & non ad gentes? Quorū autem Petrum solum incusas? Ceteri quoq; cum illo simulauerant. Videamus porro & quid sit, in quo accusat. Si tu Iudaeus quum sis gentiliter uiuis, ac non Iudaice, quorū cogis Iudaizare? Atqui solus hic se subduxerat. Quid igitur est, quod uult efficere? Ut obiurgatio careat suspicionem. Nam si dixisset, Male facis, qui legē obseruas, increpassent illum Iudaei tanquam confidentius agentem aduersus praecceptorem ipsorum. Nunc uero dum illum obiurgat pro suis discipulis, nimirum pro his qui erant ex gentibus, molliorem reddidit hunc sermonem: quamquam non hoc modo tantum, uerum etiā hoc, quod abstinentis ab omnium reprehensione, totam increpationem confert in doctorem. Si enim tu, inquit, Iudaeus quū sis, gentiliter uiuis non Iudaice: propemodum aperte clamans, Imitamini doctorem, ecce & ipse Iudaeus quū sit, gentium more uiuit. Verū id non dicit: Non enim accipissent admonitionē, sed praetextu reprehensionis pro gentibus patefacit Petri sententiam. Rursum si dixisset, quorū eos qui sunt ex Iudaeis cogis gentium more uiuere? acerbior fuisset oratio. Nunc uero sic moderans sermonem, nō quasi defendat discipulos Iudaeos, sed eos qui erāt ex gentibus, hoc pacto corrigit illos. Increpationes enim si non fuerint uehementer acerbae, facillime possunt recipi. Nullus enim eorū qui erant ex gentibus incusare Paulum poterat, si de Iudaeis fecisset uerba. Hoc totū suo silentio correxit Petrus, recepta in se simulationis opinione, quo uera simulatione Iudaeos liberaret. Primū igitur in Petri personam torfit sermonem, si tu Iudaeus cum sis. Ceterum in progressu communiter ad

omnes uertit orationem, seipsum etiam cōplectens cum cæteris atq; ita dicens: Nos natura Iudæi, ac nō ex gentibus peccatores. Ac sermo quidem admonitionem habet, nisi quod addita est species obiurgationis, propter eos qui erant ex Iudæis. Facit autem idem alibi quoq; ut aliud uideatur dicere, aliud agens. Veluti cum Romanis scribēs ait: Nunc autem eo Hierosolymam ministrans sanctis. Non enim uolebat dicere, nec hoc eos simpliciter docere, cuius rei gratia proficisceretur Hierosolymā, sed illud agebat, ut eos prouocaret ad amulationem beneficentiæ. Nam si causam modo uoluisset explicare, satis erat dicere, eo ministrans sanctis. Nunc uero considera, quā multa conuectat. Complacuit enim Macedonia & Achaia cōmunicationem aliquam facere in sanctos pauperes, qui sunt Hierosolymis. Complacitum est enim, & debitores illorum sunt. Ac rursum, Etenim si in spiritualibus gentes fuerunt illorum consortes, debent illis & in carnalibus subministrare. Vide igitur quomodo Iudæorum spiritus premit, aliud per aliud agens, utq; cum autoritate loquitur. Nos, inquit, natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Quid est natura Iudæi? Nimirum non profelyti, sed à teneris annis educati in lege. Nos itaq; relicto uitæ genere, in quo fueramus nutriti, confugimus ad fidem quæ est in Christum, scientes quod non iustificabitur homo ex operibus legis, sed tantum per fidem Iesu Christi. Et nos in Christum credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, eo quod non iustificabitur ex operibus legis omnis caro. Vide & hic, ut omnia circumspicte loquitur. Non enim ait, reliquimus eam ut malam, sed ut infirmam. Proinde si lex non confert iustitiam, ociosa est circumcisio. Sed nunc quidem nō hoc modo loquitur. Cæterum in progressu declarat, non solum ociosam esse, uerumetiam periculosam, quod quidem uel maxime cauendum est. Quomodo & initio dixit, nō iustificatur homo ex operibus legis; progressus uero uehementius loquitur. Quod si quærentes in Christo iustificari, reperti sumus peccatores, nimirum Christus peccati minister est. Nam si non potest, inquit, fides in eum iustificare, sed opus est rursum amplecti legem; & si posteaquam legem reliquimus ob Christum, non iustificamur ex legis omissione, sed condemnatur, comperiemus illum esse causam condemnationis, cuius gratia quum legem reliquerimus, ad legem ultro recurrimus. Vides in quantum absurditatis necessitatem coegit orationem, quamq; ualide pugnet. Nam si, inquit, non oportuit legem relinquere, nos autem reliquimus propter Christum, quomodo sumus iudicandi? Quid igitur Petro dicis, quid admones eum, qui hæc omnia plenissime nouit? An non deus illi ostendit, non esse iudicandum hominem, qui præputium habet, in circumcisione? Nōne cum Iudæis hisce de rebus differens, libere illis ex hac uisione restitit? Nōne decreta publica super his denuo misit ex Hierosolymis? Hæc igitur non ut Petrum corrigat loquitur, sed sermo uidebatur in illum intendi, quū discipulos redargueret. Nec ista proprie pertinent ad Galatas, sed in omnes quadrant, qui eodem cum illis errore tenebantur. Quamquam enim nunc non multi circumciduntur, sed ieiunant, seruantq; sabbata, eadem cum illis faciunt, excutientes semetipsos à gratia. Nam si ijs qui tantum circumcidebantur, Christus nihil prodest, ubi ieiunium ac sabbatum accesserit, pro uno præcepto duo seruantur. Vide quantum sit periculum, quod ab ipso etiam tempore sit formidabilis. Siquidem illi in initio hæc faciebant, quum adhuc extaret ciuitas, quum templum, quū cætera omnia. Eri uero quum & conspiciant, quas poenas Iudæi dederint, & urbem funditus deletam uideant, nihilo secius plura etiam obseruant: quam habere poterunt excusationem, eo tempore seruantes legem, quo ipsi Iudæi, quamuis uehementer cupientes, non possunt hæc conseruare. Induisti Christum, membrum factus es domini, in supernam ciuitatem ascriptus es, & adhuc circa legem serpis? Et quomodo potes regnum illud consequi? Audi Paulum dicentem, Euangelium subuerti per legis obseruationem. Quod si uis etiam remodum discito, simul horrescito, fugitoq; barathrum. Quur enim obseruas sabbatum, ac ieiunas cum illis? Videlicet ueritus legem ac ritus illos ommittere? At nequaquam times legem, nisi fidem cōtemneres, ut quæ sit imbecillis, nec per se ualeat conferre salutē. Quod si metuis non seruare sabbatum, conspicuū est te adhuc metuere legē, uelut etiam nunc autoritate pollentē. Quod si quis rursum usus est legis, profectio nō est opus parte, aut unico præcepto, sed tota lege est opus. Si uero tota est opus, excussa est paulatim, quæ per fidem datur iustitia. Nam si obseruas sabbata, quur non circumcideris? Quod si circumcideris, quia & pecudes

*Ieiunia
Iudaica*

& pecudes immolas? Etenim si obseruanda lex est, tota seruanda est. Quod si non est necesse seruare totam, ne partem quidem seruare necesse est. Quod si pro parte formidas ne condemneris, multo magis pro tota metuas oportet. Quod si tota uiolata non punit, pars iam est, nec partē id facere. Quod si portio legis uiolata punit, multo magis id faciet tota. Si tota seruanda est, nō oportet auscultare Christo: aut si Christo auscultamus, legis transgressores efficiamur oportet. Etenim si oportet eam seruare, qui non seruant transgressores sunt: huius autem transgressionis Christus nobis autor esse deprehenditur: Nam ipse legem soluit, eam quæ talia præcipit, & alijs ut soluerent præcepit. Vides quid moliantur isti iudaissantes, Christum qui nobis est autor salutis, hūc etiam peccati faciunt autorem, quemadmodum & Paulus ait, nimirum Christus minister est peccati. Post hæc quum sermonem eō deduxisset, ut uideretur absurdus, non iam opus erat probationum apparatu ad confutationem, sed satis erat negasse ac dicere: Absit. Siquidem aduersus uehementer absurda & inuerecūda nihil opus est oratorijs rationibus, sed sufficit abnegare solum.

Nam si quæ destruxi, hæc iterum ædifico, transgressorem meipsum constituo. Vide Pauli prudentiam. Illi studebant ostendere, qui non seruaret legem, eum transgressorem esse: hic in diuersum torquet sermonem, ostendens eum esse transgressorem qui seruat legem, transgressorem inquam, non modo fidei, sed & ipsius legis. Quæ enim destruxi, hæc rursum ædifico, nimirum legem. Quod uero dicit tale est, Cessat lex, & hoc professi sumus, & ob id ea relicta cōfugimus ad salutē quæ est ex fide. Itaq; si contendamus eam statuere, hoc ipso reddimur transgressores, qui contendamus seruare quæ deus antiquauit. Denique quomodo soluta sit ostendit. Ego enim per legē legi mortuus sum. Duplicem habet hic sermo considerationē. Aut enim de lege gratiæ loquitur: solet enim Paulus & hæc appellare legem, ueluti quum ait: Lex autem spiritus uitæ liberauit me: aut hic de lege ueteri loquitur, significans se per legem ipsam legi mortuū esse, hoc est, ipsa lex me huc perduxit, ne post hæc ipsi auscultarem. Itaque si nunc illi sum auscultaturus, ipsam etiā legem transgredior. Qui nam? & quomodo? Moses ait: Prophetam suscitabit uobis dominus deus ex fratribus uestris, tanquam me eum audietis: nimirum de Christo loquens. Itaque qui huic non obtemperant, legem transgreduntur. Rursum & alio modo nobis intelligendum est quod ait, per legem legi mortuus sum. Lex enim iubet omnia fieri, quæ in ipsa scripta sunt, ac non facientē punit. Omnes igitur illi mortui sumus, eo quod nullus eam impleuit. Ac uide q; hic quoq; moderate pugnet aduersus legē. Nō enim dixit, lex mihi mortua est, sed ego legi mortuus sum. Huius dicit sensus est, quemadmodum exanimis ac mortuus non potest auscultare præceptis legis, ita nec ego, qui ex illius maledictione mortuus sum, siquidem ijs quæ loquitur illa, mortuus sum. Ne igitur præcipiat mortuo, quæ ipsa etiam occidit, idq; non solum morte corporali, uerumetiam animæ, per quam mortem corporis inuexit. Hoc enim sentire se declarat in his quæ sequuntur, dum subnectit. Ut deo uiuam, simul cum Christo crucifixus sum. Nam quoniā dixerat, mortuus sum, ne quis diceret, quomodo igitur uiuis, subiecit & uitæ causam, declarās quod lex quidē uiuentē occidit, Christus aut mortuum assumptū per mortem uiuificauit. Declaratq; duplex miraculum, alterum quod mortuū reuocauit ad uitam, alterū quod per mortem largitus est uitam. Siquidem hoc loco mortis nomine uitæ designat. Hoc enim est quod ait, ut deo uiuā, simul cum Christo crucifixus sum. Quomodo, dixerit quispiā, uiuēs ac spirās simul crucifixus es? Nam Christum quidem fuisse crucifixū, clarum est. Tu uero quomodo crucifixus es ac uiuis? Vide quemadmodum & hoc interpretatur dicens: uiuo aut non iam ego, uiuit uero in me Christus. Nam dicendo, simul cum Christo crucifixus sum, baptismū recte significat: quū uero dicit, uiuo aut iam non ego, significat sequentē uitæ rationē, per quam mortificatur membra. Quid aut est, uiuit uero in me Christus? Nihil inquit, geritur à me, quod nolit Christus. Sicut enim mortem appellat nō istam cōmunem, sed mortē à peccatis, sic & uitam appellat liberationem à peccatis. Deo siquidem nemo potest aliter uiuere, nisi mortuus fuerit peccato. Quemadmodum igitur Christus corporalem sustinuit mortem, ita & ego mortē à peccatis sustinui. Mortificate inquit, membra uestra, quæ sunt super terrā, quæ sunt scortatio, adulteriū, immunditia. Ac rursum, Vetus noster homo crucifixus est, id quod in lauacro factū est. Quod si manseris mortuus peccato, uiuis deo: sin de nouo peccatū suscitatis, corrupisti talem uitā. At nō talis erat Paulus, qui perseverauit per-

Colos.
petuo

petuo mortuus. Proinde si uiuo inquit, deo alia uita, quam in lege uixeram, nullam legis partem seruare possum. Vide exactam uitae rationem, ac beatam illam animam admirare. Non dixit, uiuo ego, sed uiuit in me Christus. Quis auis hanc uocem erumperet? Quoniam enim seipsum Christo domino ac cruci prebuerat, cunctaque reiecerat temporalia, & ad illius uoluntatem faciebat omnia, non dixit, uiuo Christo, sed quod longe maius erat dixit: *Viuit in me Christus*. Quemadmodum enim peccatum, si uicerit, ipsum est quod uiuit in homine, animum ad quae uult pertrahens: ita si illo mortuo, quae Christo sunt placita fiant, nec humana deinceps est eiusmodi uita, uidelicet ipso Christo uiuente in nobis, hoc est, agente ac dominante. Porro quoniam dixit, simul crucifixus sum, nec iam uiuo, sed mortuus sum, uidebaturque multis absurda dicere, subiunxit: *Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei.* Quae haec uenit inquit, dixi, de uita intellectuali dicta sunt. Quod si quis expendat & hanc uitam sensibilem, & ea mihi per fidem in Christum contigit. Quantum enim ad ueteris uitae rationem ac legem attinet, dignus eram extremo supplicio, ac iam pridem perieram. Omnes enim inquit, peccauerunt, & egent gloria, hoc est, Nos enim quum essemus obnoxij sententiae damnationis, Christus liberauit, omnes enim eramus mortui, si minus experientia, certe iudicio, iam iamque plagam expectantes liberauit. Quum igitur & lex accusasset, & deus condemnasset, Christus interueniens ac semet exponens morti, nos omnes eripuit a morte. Itaque quod nunc uiuo in carne, in fide uiuo, hoc est, per fidem, quam habeo in ipsum, uiuo. Nam nisi id fuisset, nihil obstabat, quo minus interirent uniuersi, quod & accidit in diluuiio. Sed Christi aduentus inhibens iram dei, fecit ut per fidem uiueremus. Vt autem scias hoc illum sentire, audi quae sequantur: quum enim dixisset, quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo, subiicit, *Filij dei qui dilexit me, deditque seipsum pro me.* Quid facis o Paule, dum communia proprie tibi uindicas, quaeque pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Non enim dixisti qui dilexit nos, sed qui dilexit me. Atqui Euangelista dicit: Sic dilexit deus mundum. Quin & tu ipse dicis, Qui proprio filio non pepercit, sed tradidit eum pro nobis. Non igitur pro te, sed pro omnibus. Ac rursum, Vt acquireret sibi populum peculiariter. Quid est igitur quod hic dicit? Quum consideraret Apostolus infirmitatem humanae naturae, & ineffabilem dei sollicitudinem, tum quibus ipsum malis liberaffet, quae bona largitus esset, inflamatus illius desiderio, huc in modum loquitur. Quandoquidem & propheta non raro deum communem, sibi proprium faciunt, hoc modo loquentes: *Deus deus meus ad te luce uigilo.* Praeterea uero declarat hoc quoque par esse, ut quisque nostrum non minus agat gratias Christo, quam si ob ipsum solum aduenisset. Neque enim recusaturus erat uel ob unum tantam exhibere dispensationem, adeo singulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem uniuersum. Itaque uictima quidem pro tota oblata est natura, ac sufficiebat omnibus laetificandis, ceterum soli illi qui crediderunt, sunt quibus usui fuit beneficium. Attamen non absteruit eum ab eiusmodi dispensatione, quod non omnes accederent, sed quemadmodum in Euangelio conuiuium omnibus quidem paratum erat, uerum quoniam qui uocati fuerant uenire noluerunt, non pariter sustulit quae fuerant parata, sed alios uocauit. Idem & hic fecit. Nam & ouis quae fuerat a nonaginta nouem distracta, unica erat, nec hanc tamen contempsit. Hoc idem & de Iudaeis differens Paulus, in hunc ferme modum significauit dicens: *Quid enim si quidam non crediderunt? Num incredulitas eorum fidem dei facit irritam? Absit, Sit autem deus uerax, omnis uero homo mendax.* Ergo quum ille sic te dilexerit, ut semetipsum etiam tradiderit, omnique salutis spe destitutum ad tantam talemque uitam adduxerit, tu post tot accepta bona, denuo recurris ad uetera? Postea quae igitur diligenter interiecit, quae rationibus erant tractanda, quod superest acriter asseuerando pronunciat, dicens: *Non reicio gratiam dei.* Audiatur hoc isti, qui hisce quoque temporibus Iudaeis, legibus attendunt, ad eos siquidem haec dicitur.

Rom. 3

Etenim si per legem est iustitia, nimirum frustra Christus mortuus est. Quid hoc peccato grauius? quid his uerbis ad incutiendum pudorem efficacius? Etenim si mortuus est Christus clarum est legem non posse iustificare nos. Quod si lex iustificat, superuacanea est Christi mors. Et qui possit hoc uideri rationi congruens, rem tantam, tam adorandam ac reuerendam, omnemque superantem hominum cogitationem, tam ineffabile mysterium, quod patriarchae quidem parturiebant, prophetae uero praedixerunt, angeli uidentes obstupuerunt, tum quod caput est diuinae erga nos sollicitudinis, apud omnes creditum ac receptum, hoc frustra & in-

cassum

cassum factum dicere? Ergo quum consideraret insignem absurditatem, si tantam talemque rem dicerent superflue fuisse factam: hoc enim colligebatur ex his quae faciebant, etiam conuictis obiurgat illos dicens: *O stulti Galatae, quis uos fascinauit? quibus ante oculos Iesus Christus praescriptus est, in uobis crucifixus.* Hic iam ad aliud transit caput. In superiori quidem ostendit se non esse apostolum hominum, neque per homines, nec eguisse apostolorum doctrina: hic uero postea quae iam doctorem dignum cui fides haberetur declarauit, maiore cum autoritate differit, fidei legisque faciens comparationem. Sic igitur illic ingrediens dicit: *Admiror quod tam cito transferimini: hic uero, O stulti Galatae. Tum enim parturiebat indignationem, quam ubi iam pro se respondit, in medium erumpens protulit, re comprobata. Quod si stultos uocat, ne mireris. Non enim transgrediens Christi legem, quae uetat, ne quis fratrem suum appellet fatuum, hoc facit, sed admodum illam obseruans. Non enim simpliciter dicitur est: Qui uocari fratrem suum fatuum, sed qui temere uocari. Horum uero nonnulli digni erant hac appellatione, qui post tanta taliaque perinde quasi nihil esset actum, prioribus haerebant circumuenti. Quod si hanc ob causam Paulum appellas contumeliosum, simul & propter Sapphiram & Ananiam Petrum dices homicidam. Quod si dementiae sit illud dicere, multo magis dementiae fuerit haec dicere. At tu mihi contemplator, ut non statim in initio usus est hac uehementia, sed post tot redargutiones, totque probationes, quum iam non ab illo, sed ab ipsis argumentis accipiebant obiurgationem. Quum enim demonstretur, quod fidem repellerent, quod Christi mortem superuacaneam redderent, tum adiungit obiurgationem, ac ne id quidem ut merebantur, digni quippe qui superioribus etiam uerbis acciperentur. Ceterum & illud mihi considera, quomodo protinus etiam uulnere inflato temperat dolorem. Non enim dixit: Quis uos seduxit? quis uobis abusus est? quis uos circumuenit? sed, quis uos fascinauit? Sic moderans increpationem, ut non careat laude. Haec enim uerba sunt indicantis, quod prius inuidia digna fecerint, quodque id quod accidit, demoni insultum factum sit, qui secundis illorum successibus uehementer reclamauerit. Porro quum audis inuidiam, quemadmodum hic & item in Euangelio, audis oculum malum, idem declarantem, ne sic existimes, quod oculorum coniectus intuentes laedere soleat. Oculum siquidem, hoc est, ipsum membrum nequaquam possit esse malum; uerum hic eo modo Christus notat inuidiam. Nam oculorum est, simpliciter uidere tantum; ceterum uidere perperam, animi est intus deprauati. Quoniam enim per hunc sensum in animum nostrum influit eorum quae uidentur consideratio, & plerumque diuitijs innascitur inuidia, porro diuitiae cernuntur oculis, quemadmodum & principatus & satellitia: propterea uocauit malum oculum, qui non simpliciter cerneret, sed qui cum liuore animique malitia. Quum uero dicit, quis uos fascinauit? declarat eos, quod non ueluti curam habentes, nec ut id quod deerat supplerent, uerum etiam id quod erat mutilantes, ac decimantes id facerent. Siquidem liuoris est, non addere quod deest, sed de pleno etiam aliquid detrudere, totumque corrumpere. Haec autem dicit, non quasi liuor per se nocere possit, sed ut ostendat eos qui ista docebant, per inuidiam ad hoc uenisse. Quibus Christus ante oculos prius depictus erat, in uobis crucifixus. Atqui non apud Galatas, sed Hierosolymis crucifixus fuit. Quomodo igitur dicit, in uobis? Vt fidei uim ostenderet, quae possit & procul distita cernere. Nec dixit, crucifixus est, sed praescriptus est crucifixus, indicans quod oculis fidei quidem exactius perspicerent, quae illi qui praesentes adfuerant, eaque quae gerebantur conspexerant. Illorum enim qui spectabant copulantes nullum inde fructum retulerunt: hi uero quae oculis ipsis non uiderant, tamen per fidem euidetius uiderant. Haec autem loquitur, simul & taxans eos, & laudans: laudans quidem, quod tanta cum fiducia recepissent id quod acciderat: taxans uero, quod quum uiderant pro ipsis nudari, colaphis caedi, affigi clauis, conspuui, probris incessi, aceto potari, accusari a latronibus, lancea uulnerari (nam haec omnia significauit dicendo, praescriptus est, in uobis crucifixus) eo deserro ad legem currebant, nihil reueriti cruciatus illos. Tu uero & illud considera, quemadmodum ubique praetermissis caelo, terra, mari, ceterisque rebus omnibus, Christi potentiam praedicarit, crucem ubique celebrans. Hoc enim erat praecipuum caput diuinae pro nobis sollicitudinis. Hoc solum uolo discere a uobis, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Quoniam inquit, non praebetis perpetuam attentionem prolixis sermonibus, nec uultis magnitudinem huius dispensationis intueri, compendioso sermone breuissimamque demonstrationem uolo persuadere uobis, uosque extreme ingratitude ac demeritis coarguere. Ac prius quidem*

quidem in his quæ superius dicta sunt, ex his quæ locutus est Petro persuaserat, sed hic iam ipsos aggreditur, non ex his quæ alibi contigerunt, sed ex his quæ inter eos gesta sunt omnia demonstrans, neque tantum ex his donis quæ cum cæteris acceperant communia, uerum etiam ex his quæ ipsi peculiariter donata fuerant, fidem facit simul & probationem in fruit, eoque dicit: Hoc solum uolo discere à uobis, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Accepistis, inquit, spiritum sanctum, & didistis multa miracula, perfecistis prodigia, mortuos excitando, leprosos mundando, prophetando, linguis loquendo. Hanc igitur tam insignem potestatem num uobis dedit lex? Atqui prius nihil tale faciebatis, sed postquam credidistis, talia facere cœpistis. An non igitur extremæ dementiæ est, quum tantum beneficiorum in uos contulerit fides, hanc relinquere, & ad legem quæ tale nihil uobis præstitit, ultro recurrere? Adeo stulti estis, qui in spiritu cœpistis, nunc carne consummamini? Rursum opportune conuicium addidit, Quum inquit, oportuerit uos temporis progressu, prioribus bonis accessiorem adiungere, non solum non profecistis, uerum denuo ad relicta estis retroacti. Etenim qui ab exiguis initium faciunt, procedentes ad maiora conscendunt. Vos contra à magnis orsi, ad diuersa retrocessistis. Si à carnalibus cœpissetis, oportebat ad spiritualia proficere: nunc uero quum à spiritualibus cœperitis, ad carnalia diuertistis. Nam ædere miracula, spirituale est: circumcidere uero, carnale. Vos autem post signa deuenistis ad circumcisionem, post apprehensam ueritatē ad typos recidistis, post conspectum solem lucernā quæritis, post solidum cibum ad lac recurritis. Et non dixit, in carne cōsummamini, sed carne cōsummamini, illud indicans, quod pseudopostoli pecudū ritu correptos eos conciderent, dum semet illis præbent ad ferendum quicquid illis collibuisse, perinde ac si quis è ducibus ac fortibus ustris, post innumera trophæa uictoriasq; seipsum in desertorum infamiam tradat, corpus suum exhibeat uolentibus imprimere notas. Tam multa passi estis frustra, si tamen & frustra. Hoc multo acrius uulnerat quàm illud prius. Non enim signorū reficta memoria æque poterat illorum animos mordere, ut ostensa certaminū malorumq; tolerantia, quæ propter Christum fuerant perferri. Omnium inquit, illorum quæ sustinulistis, isti iacturam uos facere uolunt, & coronā uobis studēt interuere. Mox ne cōcuteret illorū animos, neruosq; dissolueret, non expectauit inficiationē, sed cōtinenter subtexit, si tamen frustra, significās uidelicet, si uolueritis expergisci, ac reuocare uos ipsos, non frustra passi fueritis. Vbi nūc sunt qui tollūt poenitentia? Ecce hi spiritū acceperāt, signa fecerāt, cōfessores fuerāt, innumerabilia pericula, uarias persequutiones Christi causa perferri fuerant, & post tam multa recte facta, à gratia exciderant, & tamen dicit, si uolueritis potestis uos ipsos reuocare. Qui igitur subministrat uobis spiritū, quiq; in uobis operatur miracula, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Quum tantum, inquit, donum adepti sitis, ut & miracula æderetis, utrum quia legem seruastis, ideo ista faciendū potestate dignatus est uos deus, an propter fidem? Non dubium est quin propter fidem. Quoniam enim sursum deorsum hoc uertebant illi, & undiq; iactabant dicentes, fidem non ualere nisi adiuncta lege, Paulus contra demonstrat, additis præceptis, fidem iam nihil profuturam. Tum enim ualet fides, quū nihil accesserit ex lege. Quicumq; enim inquit, in lege iustificamini, à gratia excidistis. Verum id quidem in progressu declarat, quū etiam liberius loquitur, ex his quæ iam probata sunt fumens occasionem, hætenus uero ex præteritis idem tractat. Quum inquit, non attendebatis legi sed fidei, tunc spiritum accepistis, tunc signa prodidistis. Deinceps quoniam de lege dicendum erat, & alium mouet locum, qui plurimum habet contentiōnis, Abraham in medium adducit, idq; ualde opportune, multaq; copia, loquēs hunc in modum: Sicut Abraham credidit deo, & imputatū est illi ad iustitiam. Declarant quidem inquit, fidei uim & à uobis ædita miracula. Quod si uultis, etiā ex uetustis historijs conabor uobis facere fidem. Itaq; quoniam celebris magnæq; existimationis apud illos erat patriarcha Abraham, & hunc profert in medium, declarans hunc quoq; sic fuisse iustificatum. Quod si is ante gratiam ex fide iustificatus est, idq; quū & operibus bonis floreret, multo magis uos. Quid igitur illi detrimenti attulit quod non esset sub lege? Nihil. Sed sufficiebat ei fides ad iustitiam. Dixerit aliquis, Non erat tum lex. Pulchre. Neq; nunc est lex, sicuti nec tum: ob id enim sublaturo legis necessitatē, eum qui tum ante legem iustificatus fuit induxit, ne hoc possit obijci. Nam quemadmodum tunc data nondū erat, ita nunc quæ data fuit antiquata

tiquata est. Ad hæc quoniam efferebantur animis quod ab Abraham ducerent gentes, metuentes ne si legem relinquerent, ab illius cognatione fierent alieni, id quoq; rursus in contrarium uertit, metumq; soluit, declarans quod fides potissimum conciliat cum illo propinquitatem, quod quidem manifestius in epistola ad Romanos probauit, non minus tamen idem hic agit dicens hoc pacto: Scitote ergo, quod qui ex fide sunt, hi filij sunt Abraham. Deinde hoc ipsum ueteris scripturæ testimonio probat, Præuidens enim scriptura, quod ex fide iustificat gentes deus, prænucciavit Abraham, dicens: In te benedicentur omnes gentes. Itaq; si qui nullam cum illo naturalem habēt cognationem, sed fidem illius imitati sunt, filij sunt, perspicuū est quod in hanc inferuntur gentes qui crediderunt. Id enim significat quum ait: In te benedicentur omnes gentes. Per hæc autē & aliud quiddam magnum declaratur. Nam quoniam illud eos turbauerat, uidelicet legem antiquior rem esse, gratiam autem post legem: & hanc illis eximit suspicionem, ostendens fidem esse lege antiquiorem, idq; liquere ex Abraham. Priusquam enim existeret lex, ille iustificatus est. Porro ut ostendat ea quoque quæ nunc fiunt, iuxta uaticinia prophetarum euenisse:

Præuidens, inquit, scriptura, quod ex fide iustificat deus gentes, non ex lege, prænucciavit Abraham. Quid tandem hoc est? Qui inquit, legē dedit, idem & priusquam legem daret hoc definierat, ut gentes per fidem iustificarentur. Non dixit, reuelauit, sed *προφητευσας*, id est, lætum nuncium attulit, ut intelligas & patriarchā tali iustificationis modo gauisum fuisse, ac uehementer ut hoc contingeret desiderasse. Cæterum quoniam illos & alter quidam habebat metus, Scriptum erat enim, maledictioni obnoxius est omnis qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius, ut faciat ea: Et hinc eximit metum, sapienter ac prudenter rursus hoc uertens in diuersum; & ostendens quod non solum non sint execrationi obnoxij, qui legem relinquerēt, sed & benedictionis participes: contra qui legem obtinerent adeo non benedicti, ut etiam execrabiles. Siquidem illi dicebant: Qui non seruauerit legem, execrationi est obnoxius. Hic uero declarat, eum qui seruat, execrabilem esse: è diuerso qui non seruat, benedictionis consortem. Rursum illi dicebant, qui sola fide nititur execrabilis est: hic contra demonstrat, qui sola fide nititur, eum benedictum esse. Age igitur hæc omnia demonstramus uobis iam euenisse. Sed his quæ iam dicentur attendite diligenter, non enim rem uulgarem pollicemur. Ostenderat quidem hoc antea, quum narraret scripturā dixisse patriarchæ, In te benedicentur omnes gentes. Tum uero lex non erat, sed fides, eoque rationans subiunxit: Itaq; qui sunt ex fide, benedicuntur cum fidei Abraham. Porro ne hinc ansam arriperent contradicendi, dicerentq;: Merito ex fide iustificatus est, nondum enim erat lex, At tu mihi demonstra post traditam legem, fidem iustificare. Ad id uenit, ac plus demonstrat, quàm illi quærent, nimirum non modo iustificare fidem, uerum etiā legem ipsa utentes obnoxios execrationi reddere. Hæc quo magis intelligas, audi ipsius Apostoli uerba. Quæ tandem sunt illa?

Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledictione sunt. Verū hæc est sententia, nondum habens probationē. Vnde igitur probatio? Ex ipsa lege. Maledictus enim, inquit, qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius, ut faciat ea. In lege autem neminem iustificari cuius perspicuū est, Omnes enim peccauerunt, & execrationi sunt obnoxij. Verum hoc modo non loquitur, ne uideatur ipse ex se pronūciare, sed iterum idem probat testimonio breuiter utrunq; complectente, alterum quod nullus legem impleset, unde & execrationi erant obnoxij, alterum quod fides iustificat. Vnde igitur testimonium? Ex propheta Abacuc ita loquente: Iustus autē ex fide uiuet. Hoc enim non solum ostendit ex fide iustificationem esse, uerum etiā fieri non posse, ut per legem contingat salus. Postea quā, inquit, legem nemo seruauit, sed omnes ob transgressiōnem erant obnoxij maledictio, excogitata est facillior quædam uia per fidem, quod ipsum maximū est argumentū, ex lege neminē posse iustitiā adipisci. Non enim dixit propheta, iustus ex lege uiuet, sed ex fide. Lex autē non est ex fide. Quid autē & hoc sibi uult, qui fecerit hæc, uiuet in eis: Hoc est, non tantū fidem requirit lex, sed opera quoq;. Gratia uero ex fide seruat ac iustificat. Vides quomodo demonstrauerit eos qui legi hærent, eò quod impleri non possit, execrationi fuisse obnoxios. Sed quomodo fides habet hanc uim, ut iustificet? Audi. Nam hæc ante promisit, eaq; magna uim cōprobauit. Quū enim lex esset infirmior, quàm ut posset hominē ad iustitiam perducere, repertū est nō leue remediū, nempe

fides, quæ quod legis erat impossibile per se redderet possibile. Ergo si & scriptura dicit istum ex fide uicturum, reſiciens iustitiam quæ est per legem: & si Abraham ex fide iustificatus est, manifestum est, magnâ esse uim fidei. Quin & eum qui non perseuerauerit in lege, execrabilem esse: & eum qui fidei innititur, iustum esse manifestum est. Sed unde, inquiet aliquis, poteris nobis probare, quod illa execratio non amplius subsistit: Nam Abraham quidem ante legem fuit, nos autem qui semel sub iugo seruitutis, nos ipsos reddidimus obnoxios execrationi. Quis igitur est, qui soluit illam execrationem? Vide quam celeriter huic etiam obiectioni occurrit: quamquam & ea quæ dicta sunt suffecerant. Etenim qui semel iustificatus est, mortuusque legi, ac uitam nouam amplexus est, qui possit esse obnoxius execrationi? At his contentus non est, uerum & alijs modis rem aggreditur scribens,

Christus nos redemit ab execratione legis, factus pro nobis execratio. Scriptum est enim, Execratus quisquis pendet in ligno. Verum alij populus execrationi fuit obnoxius, quæ dicit: Maledictus omnis, qui non permanferit in his quæ scripta sunt in libro legis huius. Et quid hoc? Nam populus quidem obnoxius erat, Non enim permanferat in lege, neque quicquam erat qui legem totam impleuerat. At Christus hanc execrationem altera permittit, quæ dicit: Maledictus qui pendet in ligno. Quoniam igitur & qui pendet execrabilis est, & qui legem transgreditur execrabilis est, non oportuit illum, qui execrationem illam erat sublaturus, obnoxium eidem fieri execrationi: uerum pro illa erat alia suscipienda execratio, quam & suscepit, ac per eam illam sustulit, perinde faciens, ac si morti adiudicato quopiam, alius insons, illius damnati uice sponte morti uolens eripiat illum. Quum enim Christus non esset obnoxius execrationi transgressionis, hanc in se recepit pro omnibus, ut omnes ab illa liberaret. Peccatum enim, inquit, non fecit, nec inuentus est in ore illius dolus. Itaque sicut mortuus eos quibus erat moriendum, exemit à morte, ita & ab execratione liberauit. Ut in gentes ueniret benedictio Abraham in Christo Iesu. Quomodo in gentes? In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes, hoc est, in Christo. Quod si hoc de Iudæis dictum esset, nequaquam ita loquutus fuisset. Neque enim rationi consentaneum erat, ut qui ob transgressionem execrationi erant obnoxij, hi ceteris essent autores benedictionis. Nullus enim execratus alij dat benedictionem, cuius ipse est ex pers. Vnde liquet totum hoc de Christo dictum esse. Ipse enim erat semen Abraham, & per hoc gentes benedicuntur, atque ita denunciat spiritus promissio, quod ipsum significans dicebat, ut promissionem spiritus accipiant per fidem. Etenim quum non posset gratia spiritus in eum qui ingratus erat & offenderat uenire, primum benedicuntur sublata maledictione: deinde per fidem iustificati, accipiunt spiritus gratiam. Proinde crux sustulit execrationem, fides inuexit iustitiam, iustitia uero gratiam spiritus allexit. Fratres secundum hominem loquor, hominis licet confirmatum testamentum nullus irritum facit, aut aliquid adordinat. Quid est, secundum hominem loquor? Humanis uero exemplis. Postea enim & ex scripturis, & ex miraculis apud illos auditis, & ex his quæ Christus passus est, denique ab ipso patriarcha sermonem confirmauit, iam ad communem digreditur consuetudinem. Solet enim Paulus hoc semper facere, quo condulcet etiam sermonem, quo & facilius recipiatur, & crassioribus fiat intelligibilior. Sic & Corinthijs differens ait: Quis pascit gregem, & ex lacte eius non uescitur? Ac rursus Hebræis, Testamentum enim in mortuis ratum est, quoniam nondum ualuit, dum uiuit qui testatus est. Quin & alijs copluribus locis aliquis coperiet illum talibus libenter immorantem rationibus, quandoquidem & deus in ueteri testamento idem hoc assidue facit, hunc in modum loquens: Num mulier obliuiscetur filij sui? Ac rursus, Num dicit figmentum figulo, quid facis? Item in Osee maritum imitatur ab uxore despectum. Insuper & in figuris multum humanorum exemplorum cernere quispiam poterit, Veluti quum cingulum accipit propheta, & in domunculâ figuli subit. Quid igitur sibi uult exemplum? Nimirum illud, quod fides fuit antiquior, lex uero tum recentior, tum temporaria: & in hoc data, ut præcedens uiam aperiret fidei. Et ideo dicit: Fratres secundum hominem loquor. Quum superius illos appellauit stultos, hic fratres uocat, simul & perstringens eos & consolans. Homini licet confirmatum testamentum. Si homo, inquit, condit testamentum, num quis audet superueniens inuertere, aut adijcere quippiam? Nam hoc est quod ait, aut superordinat. Magis igitur hoc non est faciendum in deo. Er ad quem, inquiet aliquis, deus condidit testamentum? Ad nullum quidem aliorum hominum, præterquam Abraham.

Nam illi

Nam illi dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Non dicit, in feminibus, tanquam in multis, sed in uno, & semine tuo quod est Christus. Hoc autem dico, testamentum prius confirmatum à deo in Christum, lex quæ post quadringentos ac triginta annos facta est, non irritum facit, ut inanem reddat promissionem. Nam si ex lege hæreditas, non iam ex promissione, Abraham uero per repromissionem donauit deus. En igitur & deus fecit testamentum Abraham dicens, per semen eius uenturas benedictiones in gentes. Quomodo igitur lex eas potest subuertere? At tu charissime quum hæc audis, caue ne quid noxæ tibi adferat exemplum, ut minus bene sentias de maiestate dei. Nam quoniam exemplum totum non potuit cõquadrare ad materiam propositam, ideo præmisit, Secundum hominem loquor. Verum age rursus ab initio consideremus exemplum. Promiserat Abraham deus fore, ut per semen ipsius benedicerentur gentes. Semen autem eius secundum carnem fuit Christus. Venit post quadringentos & triginta annos lex. Itaque si lex confert benedictiones, uitam, & iustitiam, repromissio illa irrita est. Itane fit igitur, ut quum hominis testamentum nullus irritum faciat, dei testamentum post quadringentos triginta annos irritum sit? Etenim si quod illud testamentum promissit non præstat ipsum, sed lex pro illo præstat, nimirum illud relectum est. Et quomodo possent hæc cõgruere rationi? Cuius igitur gratia, dixerit aliquis, dedit legem? Audi ipsum dicentem, subnectit enim. Quid igitur lex? præuocationum causa addita fuit. Itaque nec hæc est superflua. Vides ut omnia perspicit, ut innumeris utitur oculis. Quoniam extulerat fidem, declarans eam fuisse antiquiorem lege, ne quis existimaret legem esse superuacaneam, hanc quoque partem corrigi, demonstrans eam non frustra, sed admodum utiliter fuisse datam. Ob transgressionem, inquit, addita fuit, hoc est, ne liceret Iudæis secure uiuere, atque in extremam prolabi malitiam, sed lex illis freni uice foret imposita, erudiens, cõponens, prohibensque transgredi, si minus omnia, certe aliquot præcepta. Itaque non mediocris erat ex lege fructus, ac significans apostolus, quousque esset addita lex, subtexit. Donec ueniret semen, cui repromissio facta fuerat, de Christo loquitur. Proinde si usque ad Christi aduentum data est, quid eam longius & ultra tēpus prorogas? Disposita per manus angelorum in manu mediatoris. Aut sacerdotes uocat angelos, aut sentit ipsos etiam angelos subministrasse ferendam legem. Mediatorem autem hic appellat Christum, declarans, quod is ante legem fuerit, ipseque legem dedit. Mediator autem unius non est, sed deus unus est. Quid hic dicitur sunt hæretici? Etenim si quod solus pater dicitur uerus deus, obstat quo minus filius sit uerus deus, profecto nec deus erit, eo quod de solo patre dicitur, deus unus est. Quod si dum unus deus dicitur pater, deus est & filius, perspicuum est, quod dum solus pater dicitur uerus deus, uerus deus sit & filius. Mediator autem, inquit, non unius, sed duorum quorumpiam mediator est. Cuius igitur mediator fuit Christus? Clarum est quod inter deum & homines intercesserit. Vide quomodo declarat, quod ipse etiam legem dedit. Quod si ille legem dedit, nimirum idem habet autoritatem abrogandi. Lex igitur aduersus promissam dei. Nam si in semine Abraham repromissiones datæ sunt, lex autem inducit maledictionem, est utique aduersus promissam dei. Quomodo igitur soluit obiectionem? Primum quidem negat dicens: Absit. Deinde etiam probat, ita loquens: Nam si fuisset data lex, ut posset uiuificare, uere ex lege fuisset iustitia. Quod autem dicit, hoc est: Si in lege, inquit, uitæ spiritum habuissemus, & hæc potestatem habuisset nostræ salutis, fortassis ista recte diceres. Contra si per fidem seruaris, etiam si lex reddat execrabiles, nihil detrimenti capiebas, posteaquam uenit fides, omnia dissoluens. Nam si per legem fuisset repromissio iure metueres, ne exclusus à lege, simul & à iustitia excluderis. At si ideo data est lex, ut omnes concluderet, hoc est, coargueret, ostenderetque eis ipsorum peccata, non solum non obstat quo minus consequaris repromissiones, uerum etiam confert ad eas adipiscendas. Hoc itaque significans dicebat: Sed conclusit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio per fidem Iesu Christi daretur credentibus. Nam quoniam Iudæi ne sentiebant quidem sua peccata, non sentientes autem nec desiderabant remissionem, dedit legem quæ proderet uulnera, quo medicum requirerent. Quod enim dixit, conclusit, perinde ualet ac si dixisset, coarguit, & coargutos continuit in metu. Vides quod non solum aduersus dei promissam data non fuit, uerum etiam pro promissis. Etenim si lex sibi negocium hoc uindictæ, & autoritatem habuisset, recte ista diceretur. Sin alteri currit, ac propter illum omnia

Tom. 8

y 2 facit

facit, quomodo est aduersus promissa dei: Nam si lex data non fuisset, omnes in maliciam fuissent deuoluti, neque quisquam Iudaeorum fuisset auditorus Christum. Nunc uero data haec duo praestitit comoda: alterum quod uirtute mediocre docuit eos qui ipsi parebant; alterum quod per hanc agnouerunt sua peccata, quae res illos maxime reddidit promptos ad quaerendum dei filium. Itaque qui non crediderunt legi, eo quod condemnaret ipsorum peccata, non crediderunt Christo. Idque significans ait: Ignorantes enim dei iustitiam, & propriam iustitiam statuere quaerentes, iustitiae dei non fuerunt subiecti. Priusquam autem ueniret lex, sub lege custodiebamur conclusi in fidem, quae erat reuelanda in nos. Vides ut dilucide quae diximus confirmat. Nam quod dicit, custodiebamur, & conclusi, nihil aliud significat, quam tutelam ex legis praecipis adhibita. Lex enim timore ueluti muro quodam continens illos, ac secundum ipsam uiuendi necessitate restringens, referuabat illos fidei. Itaque lex paedagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur. Ergo non est aduersa. Paedagogus enim non aduersatur praecceptor, sed adiuuat, arcens adolescentem ab omni uitio, reddens illum idoneum omni studio percipiendis quae tradit praecceptor. Verum ubi iam habitum collegerit, discedit paedagogus, eoque dicit: At ubi uenit fides, quae in uirum perfectum educit, non amplius sub paedagogo sumus. Omnes enim filij dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu. Itaque si lex est paedagogus, & sub hoc custodiebamur conclusi, non aduersatur gratiae, sed adiuuat. Quod si postquam aduenit gratia perseuerat constringere, tum est aduersaria. Etenim si quos oportebat exire, apud sese concluderet, tum nostram corrumpere salutem. Quemadmodum si lucerna quae noctu praefluxit, iam orto die, uetet nos obtueri solem, non solum non praestaret officium, uerum etiam laederet. Itidem & lex, si obstaret ad meliora pergentibus. Qui nunc eam seruant, hi maxime trahunt illam: siquidem & paedagogus tunc ridiculum reddit adolescentem, qui tempore postulante, ut ab eo discedat, apud se detinet. Et ideo Paulus sic ait: Posteaquam uenit fides, non amplius sub paedagogo sumus. Omnes enim, inquit, filij dei estis. Patet, quanta fidei uis, & quomodo eam progressu sermonis aperit. Prius enim ostendit, quod fides redderet filios patriarchae, Scitote inquit, qui ex fide sunt, hos esse filios Abraham. Nunc uero demonstrat eosdem esse filios dei. Omnes enim, inquit, estis filij dei, per fidem quae est in Christo Iesu. Per fidem, non per legem. Post haec quoniam rem magnam dixit & admirabilem, explicat & modum, quo sunt filij dei. Quicumque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis. Et quam ob causam non dixit: Quicumque in Christum baptizati estis, ex deo nati estis: Hoc enim congruebat ad demonstrandum quod essent filij. Sed hic sermo plus habebat maiestatis ac religionis, eoque sic loqui maluit. Etenim si Christus est filius dei, tu uero illum induisti, quum habes filium in te, & in illum per similitudinem transformatus es, in eandem cognationem, unamque speciem perducus es. Non est Iudaeus, neque Graecus, non est seruus, neque liber, non est mas aut foemina, Omnes enim uos unus estis in Christo Iesu. Vides animam insatiabilem. Quum enim dixisset, Omnes facti sumus filij dei per fidem, non haecenus constitit, sed quaerit etiam amplius aliquid inuenire, quod euidentius approbare queat propiore erga Christum societatem. Quumque dixisset, Christum induistis, ne hoc quidem dicto contentus est, sed explanans illud, ultra talem constitutionem progreditur, & ait: Omnes unus estis in Christo, hoc est, eandem formam, eandem figuram habetis omnes, uidelicet Christi. Quid his uerbis esse possit magis stupendum aut reuerendum: Qui prius erat ethnicus, aut Iudaeus, aut seruus, nunc obambulat formam gestans non angelum, neque archangelum, sed uniuersorum domini, atque in sese Christum representat. Quod si uos estis Christi, nimirum Abraham semen estis, ac iuxta repromissionem haeredes. Vides ut quod antea dixerat, nunc demonstrat, uidelicet de semine, quod Abraham & semini eius benedictiones sunt datae. Dico autem quanto tempore haeres paruulus est, nihil differt a seruo, quum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & procuratoribus est, usque ad tempus praefinitum a patre. Sic & nos quum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. Paruulum hic non aetate dicit, sed animo, significans quod deus initio uoluerit ista largiri: uerum ubi uidit nos adhuc puerili esse affectu, passus est nos sub elementis mundi agere, hoc est, sub neomenijs & sabbatis. Nam hi dies nobis a luna solisque cursu redeunt. Proinde si nunc quoque uos sub lege redigunt, nihilo secius faciunt, quam si uos tempore aetatis adultae rursus ad relicta pueritiae tempus retraherent.

CAP. III

herent. Vides quanta res sit obseruatio dierum. Eum qui dominus est ac paterfamilias & omnem potestate habet, in famuli locum redigit. Posteaque autem uenit plenitudo temporis, emisit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptione locum filiorum reciperemus. Duas hic causas refert, ac beneficia assumptae carnis, uidelicet liberationem a malis, & honorum subministrationem, quae quidem nullus praestare poterat, nisi ipse solus. At quae tandem erant illa: Liberari ab execratione legis, & adoptari in ius filiorum. Ait enim, ut eos qui sub lege erant redimeret, & ut adoptionem filiorum reciperemus. Pulchre dixit, reciperemus, indicans esse debitum. Coelitus enim repromisit Abraham, quemadmodum & ipse multis uerbis declarauit his de rebus factas repromissiones. Et unde constat, inquiet aliquis, nos factos esse filios dei? Dixit modo, dum unum, quia Christum induimus, qui est filius. Dicit & alterum, quia spiritum adoptionis accepimus. Quoniam autem estis filij, emisit deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem; abba pater. Itaque iam non es seruus, sed filius. Quod si filius, ergo & haeres: haeres quidem dei, cohaeres autem Christi. Ac si diceret, haudquaquam potuissimus illum appellare patrem, nisi prius facti fuissimus filij. Igitur pro seruis liberos, pro paruulis adultos, pro alienis haeres ac filios fecit gratia. An non igitur absurdum, extremeque sit ingratitude, hac omnia, reuolui in ea quae relicta sunt a tergo? Sed tunc quidem ignorantes deum, seruibatis ijs qui natura non sunt dii. Nunc autem quum cognoueritis deum, imo potius cogniti sitis a deo, quomodo denuo conuertimini ad infirma & egena elementa, quibus rursus ab integro uultis seruire? Hic ad eos qui ex gentibus crediderant orationem dirigens ait, quod tale quiddam est simulacrorum cultus, qualis est dierum obseruandorum custodia, quodque nunc his grauius debetur supplicium. Eoque elementa uocauit, non natura deos, haec ipsa persuadere cupiens, eosque in maiorem impellere perturbationem. Quod autem dicit, illud est, Tum quidem obtenebrati, & in errore uersantes, humi trahemini: nunc uero posteaque nouistis deum, uel cogniti potius estis ab illo, qui fieri potest, ut uobis manus & acerbius supplicium accersatis, post tantam uobis impensam curam, in eandem relapsi insaniam. Neque enim uos labore uestro deum inuenistis, sed uos quidem in errore uersabamini, ille uero uos ad se traxit. Porro elementa infirma uocat & egena, quod nullam uim habeant ad bona proposita perducendi. Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Ex his clarum est, quod non solum circumcisionem eis praedicauerant illi, uerum etiam dies festos, & neomenias. Timeo de uobis, ne forte frustra laborauerim erga uos. Vides uiscera & affectus apostolicos. Illi iactantur fluctibus, & hic tremat ac metuit, eoque uehementer illis incutiens pudorem ait hoc, laboraui erga uos, perinde quasi dixisset, ne tantos meos sudores reddatis inanes. Quum autem dicit, metuo, & addit, ne forte, simul & desperationem illis iniecit, & in bonam spem erexit. Non enim dixit, frustra laboraui, sed ne forte. Nondum, inquit, accidit naufragium, sed adhuc tempestatem hanc hoc parturientem cerno, propterea metuo, non despero. Vobis enim in manu est totum hoc corrigere, & ad pristinam redire tranquillitatem. Deinde ea tempestate iactatis manum porrigens, seipsum in medium profert dicens: Estote sicut ego, quoniam ego sicut uos. Haec ad eos qui crediderant ex Iudaeis, eoque semet in medium adfert, hinc illis persuadere cupiens, ut uetera relinquunt. Nam etiam si nullum alium haberetis pro exemplo, sufficiebat me tantum intueri, ut similem faciatis mutationem, facileque sumatis fiduciam. Ergo me intuemini. Nam & ego simili modo quondam fueram affectus, & quidem uehementer, & ardebam studio legis, attamen postea non ueritus sum legem relinquere, nec ab illo uitae instituto desciscere. Et haec uos probe nostis, quomodo supra modum certarim pro retinendo Iudaismo, & quomodo postea maiore studio eum reliquerim. Ac recte quidem illud posteriore posuit loco. Siquidem uulgus hominum, etiam si innumeras inueniant rationes, easque iustas, tamen ab eo quod est cognatum, magis attrahuntur, quumque uiderint alium haec agentem, facilius haerent iisdem. Fratres, rogo uos, nihil me laesistis. Vide ut rursus honorifico nomine copellat illos, quanquam hoc ipsum submonet gratia. Posteaque enim illos acriter taxauerat, undique facta comparans, ostenderatque eos legem transgredi, denique omni ex parte in eos iacula torserat, rursus medicatur ac mitigat, utes dicitis mollioribus. Quemadmodum qui perpetuo mitigat in medicando, remissum hominem facit ita semper asperis uti sermonibus, magis exacerbat hominem, eoque bonum est, ubique moderatis uti. Vide igitur quomodo se purgat super his quae dixit, declarans, quod non uulgi

Tom. 8

y 3 more

more inensus illis, sed curam illorum gerens dicat quae dicit. Etenim postea quae altiore fecerat sectionem, deinceps hanc consolationem uelut oleum infundit, ac declarans non ab odio nec a similitate profecta esse quae dicitur, comonefacit illos charitatis, quia illis exhibuerat, misericordiam; laudem excusationi. Ideo dicit: Rogo uos, nihil me laesistis. Sed fecistis quod ob infirmitatem carnis meae euangelizauerim uobis prius, ac meam tentationem quae erat in carne mea, non spreuistis. Verum illud nihil adhuc magni est, in nullo laesisse. Neque uulgare sane quisquam homo cum qui non fecit iniuriam laedere uellet, frustra; & sine causa molestus esse. Vos autem non solum non laesistis, uerum etiam multam & inenarrabilem exhibuistis beneuolentiam; ac fieri nequaquam possit, ut quibus tanta cura fuisset, haec ex maleuolentia loqueretur. Non igitur ob inimicitiam haec loquor. Quod si non ex maleuolentia, reliquum est, ut ex affectu ac sollicitudine. Rogo uos, nihil me laesistis. Nostis autem, quod ob infirmitatem carnis meae euangelizauerim uobis. Nihil illa beata anima mansuetius, nihil dulcius, nihil amantius. Proinde nec illa superiora ab impotente iracundia, animique commotione fuerant profecta, sed ex abundantia sollicitudinis. Et quid dico, non laesistis me? multam etiam ac synceram sollicitudinem erga me exhibuistis. Nostis enim, inquit, quod ob infirmitatem carnis euangelizauerim uobis, & tentationem quae erat in carne mea non spreuistis. Quid tandem est quod dicit: Eijciebar, inquit, flagellabar, innumeras mortes sustinebam praedicans uobis, ac ne sic quidem spreuistis me. Nam hoc innuit dicens: Tentationem quae erat in carne mea non spreuistis, neque respuistis. Vides prudentiam spirituales? In ipsa etiam purificatione, pudorem illis ingerit, ostendens quam multa pro illis passus fuerit. Attamen horum, inquit, nihil uobis fuit offendiculo, nec ob afflictiones & persecutiones meas auerlati me fuistis, hoc enim uocat infirmitatem ac tentationem: sed uelut angelum dei excepistis me. An non igitur absurdum sit, persecutionibus agitata, exilio propulsum, uelut angelum dei excipere, admonentem et obseruantem non recipere?

Quae est igitur beatitudo uestra? Nam praebere uobis testimonium, quod si fieri potuisset, oculos uestros eruissetis, mihi quoque dedissetis. Itaque inimicus factus sum uobis uera loquendo uobis. Hic dubitat ac uehementer admiratur, cupitque ab ipsis mutationis causam discere. Quis enim, inquit, uos seducit, ac persuasit, ut aliter sitis erga nos affecti? Nonne uos estis, qui mihi in seruibatis, qui mei curam gerebatis, qui me oculis charior habebatis? Quid igitur accidit, unde inimicitia? unde suspicior? An quia uera loquutus sum uobis? Atqui hac de causa par erat, ut me magis in honore haberetis, maioremque studio prosequeremini. Nunc autem inimicus factus sum, uera loquens uobis. Ego inquit aliam causam non noui, quam quod uera dixerim uobis. Et uide quanta submissione sese excusat. Neque enim ex officijs quae ipse in eos contulerat, sed ex ijs quae illi in ipsum praestiterant, ratiocinatur fieri non posse, ut haec ex maleuolentia dicatur. Non enim ad hunc modum uerba fecit. Et qui conuenit, ut uestra causa flagellabatur, eijciebatur, innumera patiebatur mala, nunc de uobis male cogitet, sed de quibus gloriari poterat illi, ab ijs argumeta colligit, dicens: Qui consentaneum est, ut qui a uobis sic honoratus est, qui ut angelus exceptus est, is diuersa rependat? Aemulantur uos non bene, sed excludere uos uolunt, ut ipsos aemulemini. Est enim bona emulatio, quum quis sic aemulatur, ut uirtutem imitetur. Est & mala emulatio, quum quis ea facit, ut recte agentem depellat a uirtute. Quod sane & isti nunc conantur, studentes uos a perfecta legitimaque uirtute detrudere, & ad mutilam ac notham deducere, non aliam ob causam, nisi ut ipsi quidem in loco magistrorum sedeant, uos autem qui nunc estis illis sublimiores, in classe discipulorum collocent. Hoc enim declarauit dicens, ut ipsos aemulemini. Ego uero inquit, contrarium opto, ut uos illos anteceditis, & perfectioribus exemplum efficiamini. Quod sane factum est, quum apud uos essem: ob id subiunxit, Bonum est aemulari in bono semper, & non solum quum adsum apud uos. Hic subnotat ipsius absentiam huius mali fuisse causam, idque beatum esse, si discipuli non solum praesente magistro mente quam oportet obtineant, uerum etiam absente. Ceterum quoniam illi nondum ad hoc perfectionis peruenerant, omnia facit, ut in hoc illos instruat. Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Vide commotum, uide turbatum, Fratres mei rogo uos, filioli mei quos iterum parturio, Matrem refert de liberis trepidantem: donec formetur Christus in uobis. Vides paternam uiscera, uides anxietatem apostolo dignam: uides qualem emittit euulatum, multo tristorem, quam solet esse parturientium. Corruptis inquit, imaginem, perdidistis generositatem, formam immutastis

mutastis, opus est ut renascamini, utque refingamini. Et tamen filios uoco foetus imperfectos & abortiuos. Verum hunc in modum non loquitur, sed aliter: parcat enim illis, nec uult ferire, nec uulnera uulneribus addere, quae admodum eruditi medici eos qui in longum incidunt morbum, non protinus ac semel, sed ex interuallo curant, ne despondentes animi pereant. Sic & hic beatus. Nam & hi parturientis dolores hoc sunt acriores, quo maior erat affectus charitatis, et peccatum erat haud quatenus uulgare. Hoc enim semper dixi, nec dicere desinam, quod pusilla quaequam transgressio ingens detrimentum parere solet. Quod quidem & tunc accidit. Siquidem ab exiguis ortum in inijs malum, tota ecclesia peruaserat, totamque faciem ac formam uitauerat. Vellem esse praesens apud uos nunc, & mutari uocem meam. Considera mihi sibi non sperantem, considera feruentem, considera non potentem talia ferre. Talis nimis res est charitas. Ut non contentus est uerbis, sed insuper quaerit praesentiam. Ut inquit, immutem uocem meam. Hoc est, ut uertam eam in ploratum, ut moueam lacrymas, quo simul omnes ad lamenta pertraham. Per epistolam enim non licebat ostendere lacrymas, neque explorationem. Et hinc ardet praesentiam desiderans. Quoniam confundor in uobis. Non enim inquit, habeo quod dicam, non habeo quid cogitem. Vnde hoc, ut qui prius ad ipsum caelorum culmen ascenderatis, partim ob pericula fidei causa tolerata, partim ob signa quae per fidem adidistis, nunc a deo repente ad tantam uilitatem deducti sitis, ut ad circuncisionem & sabbata pertrahamini, & iudaizantibus adhaereatis? Ob id etiam initio dixerat, Miror quod tam cito transferimini. Et hic dicit, Confundor in uobis, perinde quasi dixisset: Quid dicam? quid loquar? quid cogitabor? perplexus sum, unde & plorare necesse est: quod quidem in rebus perplexis faciunt etiam prophetae. Est autem & haec non leuis curandi ratio, si non solum consulas, uerum etiam lamenteris. Nam hoc & Milesius loquens dicebat, Triennium cum lacrymis admonere uos non cessauit. Idem hic dicit, ut immutem uocem meam. Siquidem quoties rebus perplexis ac desperatis de repente obortis uincimur, deinceps ad lacrymas uertimur. Posteaquam igitur obiurgarat acriter, pudorem incusserat, ac rursus haec mitigauerat, deinde explorationem addit. Haec autem exploratio non solum habet castigatorem, uerum etiam blandiloquium. Neque enim exasperat, sicut castigatio, neque remissum facit, quem admodum mitigatio, sed remedium est utrinque mixtum, multamque uim habet ad exhortandum. Posteaquam igitur deplorauit, & eorum mentem emolliit, ac uehementer sibi conciliauit, denuo redit ad contentionem, maius proponens caput, & ostendens, quod ipsa lex nolit se seruari. Tum quidem ab Abraham sumptum exemplum adduxerat, nunc uero legem ipsam inducit, admonentem ne seruetur, sed ut ipsa iam secedat, quod erat uehementer. Itaque si legi parere uultis, inquit, discedite ab illa, nam hoc uult ipsa. Verum hoc pacto non loquitur, sed alia ratione idem agit, admiscens etiam historiam. Dicite mihi, qui sub lege uultis esse, legem non audistis? Recte dixit, qui uultis. Neque enim hoc quod gerebatur, rerum congruentia persuasit, sed illorum intempestiua contentio. Legem autem hic uocat, librum conditi mundi, quod aliam crebro facit, uetus omne testamentum sic appellans. Scriptum est enim, quod Abraham duos filios habuit, unum ex ancilla, & alterum ex libera. Rursus ad Abraham reuertitur, non eadem iterans, sed quoniam apud Iudaeos patriarchae nomen admodum erat celebre, declaratque, quod illinc figurae coeperint initium, quodque ea quae nunc fiunt, prius in illo fuerint depicta. Quumque prius demonstrasset Galatas esse filios Abraham, quoniam non eiusdem dignitatis erant patriarchae filij, quorum alter ex ancilla, alter ex libera susceptus erat, iam deinceps declarat, eos non solum esse filios, sed eo modo filios, quo fuit ille liber ac generosus. Tanta est fidei uis. Sed is quidem qui ex ancilla, iuxta carnem natus est: qui uero ex libera, iuxta repromissionem. Quid est, iuxta carnem? Quoniam dixerat quod fides nos iungit Abraham, idque uidebat auditibus esse incredibile, si qui ex illo nati non fuissent, eos uocaret filios illius, ostendit hoc quod uidebatur incredibile, diuinitus esse factum. Nam Isaac non iuxta naturae ordinem, neque iuxta coniugiorum legem, neque iuxta carnis uires natus, & filius et germanus filius fuit, ex aridis corporibus factus, & a uulua illa emortua progressus. Neque enim caro conceptum, neque semen partum dedit. Si quidem bis erat emortua, & propter etatem, & propter sterilitatem, sed dei sermo haec praestitit. In seruo uero non itidem factum est, sed ille naturae legibus, & iuxta coniugiorum morem natus est. Attamen qui non erat secundum carnem natus, praelatus est ei qui secundum carnem fuerat natus. Itaque ne uos conturbet, quod iuxta carnem nati non estis. Nam ob hoc

ipsum maxime estis illius cognati uos, quod secundum carnem nati non estis. Quando quidem secundum carnem esse nati, non solum non reddit honoratior, uerum etiam efficit minus honorabilis. Mirabilior autem magis; spiritualis est parius, qui non est iuxta carnem, nimirum ex his, qui coelitus nati sunt. Natus est enim iuxta carnem Israhel, sed seruus erat, nec id solum, uerum etiam exactus est à patris adibus: Isaac uero iuxta re promissionem natus, tanquam uerus, ut erat, filius & ingenuus, omnium dominus fuit.

Quae sunt per allegoriam dicta. Abusue figuram dixit allegoriam. Caeterum quod dicit illud est, Haec historia non hoc solum declarat quod apparet, uerum & alia quaedam altiora praedicat, unde & allegoria dicta est. Quid autem praedicauit? Nihil aliud quam haec omnia, quae nunc fiunt. Haec enim sunt duo testamenta, unum quidem à monte Sina, in seruitutem generas, qui est Agar. Haec sunt. Quae haec? Matres puerorum illorum Sara & Agar. Duo uero testamenta duae leges. Quoniam nomina foeminarum erant in historia, perseverauit Apostolus in appellatione generis, & ex ipsis nominibus multam ostendit congruentiam. Quomodo ex ipsis nominibus? Agar enim inquit, mons est in Arabia. Agar dicta est ancilla. Mons autem Sina, ita sonat illius gentis lingua, ut omnes qui ex ueteri testamento nati sunt, oporteat seruos esse. Nam mons ille ubi uetus testamentum datum est, commune nomen habet cum ancilla. Complectitur autem hic mons etiam Hierosolymam, Nam hoc est quod ait, qui coniunctus est ei quae nunc est Hierusalem, hoc est, uicinus est, contiguus est. Seruit autem cum filiis suis. Quid igitur ex hoc est docet? Quod non solum illa fuit ancilla, ac seruos genuit, uerum etiam haec uidelicet testamentum, cuius figura fuit ancilla. Siquidem Hierosolyma finitima est monti cognominati ancillae. In hoc autem monte etiam testamentum est datum. Vbi ergo est figura Sara? Audi. Quae autem sursum Hierosolyma, libera est, quae est mater omnium nostrum. Non igitur qui ex ea nascuntur, serui sunt. Inferioris igitur Hierosolymae figura erat Sara, nec dubium quin ex monte eius nominis: superne uero typus est ecclesia. Attamen non est contentus figuris, uerum & Esaiam adhibet testem his quae dicta sunt. Quum enim dixisset, supernam illam Hierosolymam esse matrem nostram, & hanc uocasset ecclesiam, citat prophetam, ipsi suo calculo suffragantem. Scriptum est enim, Exulta sterilis, quae non parit, erumpe & clama quae non parit, quia multi filij deserte, magis quam eius quae habet uirum. Quae igitur sterilis, & quae deserta? An non perspicuum est, hanc esse Ecclesiam ex Gentibus, quae ante hac dei cognitione fuit priuata? Quae uero est illa quae habet uirum? Nonne liquet hanc esse synagogam? Attamen hanc multitudinem liberorum superauit uirum, siquidem haec unam duntaxat habebat gentem. Caeterum ecclesiae filij, Graciam, Barbariam, terram, mare, denique orbem uniuersum implent. Vides ut factus quidem Sara, uerbis autem prophetae nobis futura subnotarint? Sed & illud considera. Sterilem appellauit Esaias, & hanc ostendit factam complurium liberorum matrem, Idem sub figura accidit in Sara. Nam & haec quum esset sterilis, numerosae sobolis mater est facta. Caeterum ne haec quidem Paulo sufficiebant, uerum etiam quomodo sterilis mater sit facta disquirat, ut hinc etiam ad ueritatem accommodet figuram, eoque subdit dicens: Nos autem fratres, secundum Isaac repromissionis filij sumus. Non enim sterilis tantum erat ecclesia, quemadmodum Sara, neque solum multorum liberorum mater facta est ut illa, sed & ita genuit, quemadmodum illa. Ut enim illam non natura, sed dei repromissio fecit matrem (nam qui dixit, secundum tempus hoc ueniam, & erit Sara filius, idem ingressus in uterum infantem formauit) sic & nostra renascentia, natura quidem nulla est, caeterum uerba dei, quae norunt fideles, haec in aqua lauacro per sacerdotem pronuntiata, tanquam in utero quodam formant ac regenerant eum qui baptizatur. Proinde si sterilis filij sumus, sumus & liberi. Et quae non est ista libertas dixerit aliquis, quum Iudaei quidem constringerent ac flagellarent eos qui crediderant, illi uero qui putabantur esse liberi, persecutionibus affligerentur: Haec enim accidebant, quum arderet fidelium persecutio. Verum ne hoc uos perturbet inquit, quandoquidem hoc quoque praecessit in figura. Nam & Isaac quum esset liber, à seruo persecutionem sustinuit, eoque subiungit dicens:

Sed quemadmodum tunc qui secundum carnem natus erat, persequatur eum qui natus erat secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce filium ancillae. Non enim erit haeres filius ancillae cum filio liberae. Quid igitur? Haec enim consolatio, demonstrasse liberos à seruis persecutionem perpeti? Nequaquam inquit. Neque enim hic subsisto, sed audi

audi quae sequuntur, & hanc accipies consolationem, quae sufficiat leniendis pusillanimorum persecutionibus. Quae nam igitur sunt quae sequuntur? Eijce filium ancillae. Non enim erit haeres cum filio liberae. Vis nosse quod sit autoramentum temporariae tyrannidis, & in tempestate insolentiae? Eiectus est à paternis facultatibus puer, fitque exul & erro simul cum matre. Iam mihi considera quam sapienter ista dicta sint. Non enim dixit, persequatur, & ideo eiectus est, sed ne fieret haeres. Neque enim ob temporariam persecutionem hanc de illo poenam sumpsit. Nam id quidem leue erat, ac nihil ad eam rem, sed non permisit illum consortem fieri honorum filio paratorum, significans quod etiam sublata persecutione, hoc illi ab initio prius signatum esset, quae res non ceperit initium à persecutione, sed à uoluntate dei. Nec dixit, non erit haeres filius Abrahamae, sed filius ancillae, à uiliore genere illi cognomen addens. At Sara, inquit, sterilis erat, Ergo & ecclesia ex Gentibus congregata talis erat. Vides in omnibus seruari figuram, Sicut enim illa quum per omnes aetatis annos non peperisset, in extrema senectute fit mater, ita & haec, ubi uenit plenitudo temporis parit. Hoc autem & propheta praedixerat, ita loquens: Latere sterilis quae non parit, erumpe & clama quae non parit, quoniam multi filij deserte, magis quam eius quae habet uirum, hoc modo designans ecclesiam. Non enim nouerat deum, tamen ubi cognouit, uicit numerosae sobolis synagogam. Itaque fratres non sumus ancillae filij, sed liberae. Haec omnia mouet uersatque, ostendere studens, id quod factum est, non esse nuperum, neque recens, sed iam inde ab initio, & ante multa secula praefiguratum. An non igitur absurdum, ante tantum seculorum selectos, ac libertatis confortes, ultro semetipsos in seruitutis iugum tradere? Post haec aliam addit causam quae persuadeat eis, ut in decretis perseuerent.

Libertate igitur qua Christus uos liberauit scite, Num uos ipsos liberauistis, quandoquidem rursus ad priorem recurratis dominatum? Ipse est qui uos liberauit. Alius est qui precium dedit pro uobis. Vides quot modis illos abducat ab errore Iudaico. Primum ostendens extremae dementiae esse eos qui pro seruis facti fuerant liberi, pro liberis uelle fieri seruos. Deinde quod erga benemeritum immemores & ingratos sese declaraturi sint, contemnentem eum qui liberauit, & amantes eum qui in seruitutem pertraxit. Tertio loco, quod dominium in ipsos haberet lex, quum alter eos omnes semel ab illius dominatu redemisset. Quum uero dicit, scite, fluctuationem subindicat. Ac ne rursus iugo seruitutis implicemini, Nomine iugi, negotij molestiam illis significat. At quum ait, rursus, ingentem illorum indicat stupiditatem. Nam si non fuissetis hanc experti molestiam, non eratis perinde grauiter inculcandi. Verum si quum experimento cognitum habeatis, quam graue sit huius iugi pondus, post haec denuo uos ipsos eidem submittitis, quam ueniam mereri poteritis? Ecce ego Paulus dico uobis, quod si circumcidamini, Christus nihil uobis proderit. Vide quam atroces minae. Merito, quandoquidem & angelos anathemati deuouit. At ciuilitate dixit quod Christus eis nihil esset profuturus. Nam ipse hoc non probauit, sed pronunciauit, quod deinceps personae auctoritas satis esset pro quauis probatione. Et ideo occupauit dicere, Ecce ego Paulus dico uobis, quae uox erat confidentis ijs quibus loquebatur. Nos pro nostra uirili ex nobis ipsis hoc addemus, demonstrabimusque quomodo circumcisis nihil profuturus sit Christus. Qui circumciditur, tanquam legem metuens circumciditur. Eam qui metuit, diffidit uiribus gratiae. Porro qui diffidit, nihil fructus capit ab ea cui diffidit. Rursus alio modo. Qui circumciditur, legem facit dominam, & auctoritate pollentem. Qui uero putat illam esse dominam, eamque ex maiore parte transgreditur, ex minore seruans, semetipsum subijcit execrationi. Qui uero seipsum submittit execrationi, libertatem quae est in fide repellens, quomodo potest esse saluus? Nam si dicere fas est quiddam incredibile, hic neque Christo, neque legi fidit, sed in medio consistit, & hinc & illinc uolens lucrum facere, eoque nec hinc nec illinc lucrum accipiet. Deinde postea quam dixisset, quod nihil esset illis profuturus Christus, recte ac paucis probationem adfert, ita loquens: Testificor autem omni homini, qui circumciditur, quod debitor est totius legis implendae. Etenim ne putares haec inimice dici: Non uobis, inquit, solum dico, sed cuius homini, quisquis circumciditur, quod debitor est totius legis implendae. Legis enim praecipua inter se cohaerent. Et qui ex libero descriptus est in seruitutem, non amplius facit quae uult, sed omnibus seruitutis legibus obstrictus est. Itidem accidit in lege, ubi pusillam aliquam legis partem receperis, teque ipsum iugo submitteris, totum illius dominatum tibi accersisti

cerfisti. Idem fit in hæreditate mundana, Qui nihil attigit, ab omnibus liberatus est negotijs, quæ sequuntur defuncti hæreditatem. Quod si paulum aliquid attigerit, etiam si non acceperit omnia, omnibus tamen sese obstrinxit, qui partem attigit. Idem accidit in lege, non ob hunc tantum quem dixi modum, uerum etiam ob alium quendam: Legis enim partes inuicem cohærent. Circuncisio, ut exempli causa dicam aliquid, imolationem pecudum habet annexam, ac dierum obseruationem: immolatio rursus tum diei tum loci obseruationem habet annexam, Locus innumerabiles purgationum ritus, purificationes examen quoddam obseruationum secum adferunt uariarum. Non enim fas est impurum sacrificare, non sacra ingredi adyta, denique non aliud quicquam eiusmodi rerum agere. Quapropter per unicum præceptum multa lex attrahit. Itaque si circuncidarum, nisi circuncidarum octauo die: aut quum octauo quidem, sed non offertur sacrificium; aut quum sacrificium quidem offertur, sed non in loco præfinito: aut in loco præfinito, non iuxta legis præscripta: aut si iuxta legis præscripta, sed non purus; aut si purus, non conueniente ritu purificatus, cuncta illa pereunt. Proinde dicit: Debitor est totius legis implendæ. Quod si lex habet autoritatem, noli partem implere, sed totam. Si non habet autoritatem, ne partem quidem seruare uelis. Euacuati estis à Christo, quicumque in lege iustificamini, à gratia excidistis. Posteaquam argumentis rem probauit, deinceps pronunciat, eosque suspenderit in extremo discrimine. Quum enim is qui decurrit ad legem, nec hinc possit salutem consequi, & à gratia exciderit, nihil superest, nisi supplicium indeprecabile, dum illa caret uigore, hæc non admittit hominem. Posteaquam igitur illis hoc pacto metum exaggerauit, ac mentem illorum perturbauit, posteaquam ostendit totum naufragium quod perperam sunt, e propinquo patefacit illis gratiæ portum, id quod ubique facit, facillimam simul & tutissimam demonstrans illinc esse salutem. Eoque subdit dicens: Nos autem per fidem in spiritu, iustitiæ spem accepimus. Nihil, inquit, opus habemus illis legalibus, Sufficit enim fides ad hoc, ut donet nobis spiritum, & per hunc iustitiam, multaque insuper & magna bona. In Christo enim Iesu neque circuncisio quicquam ualet, neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Vides ut eos iam maiore cum libertate aggreditur: Qui Christum induit, ne post, inquit, talium sit curiosus. Atqui dixerat, noxiam esse circuncisioem, quomodo igitur eam facit indifferentem? In his hoc facit, qui iam ante fidem eam habuerant, non in his qui post fidem circuncidebantur. Vide uero quomodo illam deiecerit, collocans eam cum præputio. Quod enim eorum facit discrimen, fides est. Quemadmodum igitur si qui athletas deligit, siue naso adunco, siue simos, siue nigros, siue candidos eligat, nihil refert ad probationem, sed illud unum spectandum est, ut ualidi doctique sint: ita qui ascribendus est in nouum testamentum, huic nihil nocent hec omnia corporalia, si absint, quemadmodum neque iuuant, si adsint, Quid autem est, quæ per dilectionem operatur? Hic illis ingentem infixit plagam, significans hanc subreptionem inde natam, quod charitas erga Christum in eis non egerit radices. Non enim credere solum est quod queritur, uerum etiam in charitate perseverandum est, ac si dixisset: Si dilexissetis Christum, sicut oportuit, nequaquam confugissetis ad seruitutem, nequaquam eum qui uos redemit deseruissetis, nequaquam contumelia affectissetis eum, qui uos in libertatem asseruit. Tecte uero notat & illos, qui Galatas insidiabantur, significans quod si illi quoque charitatem habuissent erga Galatas, nequaquam ista facere sustinuissent. Vult autem hoc uerbo uitam illorum corrigere. Currebatis bene, quis uos impediuit? Non hoc interrogantis est, sed deplorantis & anxij. Quomodo tantus cursus interruptus est? Quis est qui tantum potuit? Qui omnibus, quidem superiores, & in magistrorum eratis ordine, ne in discipulorum quidem classe mansistis. Quid accidit? quis tantum ualuit? Hæc potius sunt exclamantis ac lamentantis, sicut & antea dicebat, Quis uos fascinoi? Persuasio non est ex eo qui uocauit uos. Non in hoc uos uocauit, qui uocauit, eosque sic uacillatis. Non hanc legem uobis præscripsit, ut Iudaizaretis. Deinde ne quis diceret, Quid rem uerbis attollis, & oratione reddis atrocem? unicum tantum legis præceptum seruauimus, & tantos cives tumultus? Vide quomodo terror illis incutit, non ex præsentibus, sed ex futuris, loquens hunc in modum. Exiguum fermentum totam massam corrumpit. Sic & uos inquit, hoc exiguum malum si non corrigatur, poterit in perfectum Iudaismum pertrahere, sicut fermentum cõspersionem. Ego confido de uobis in Christo, quod nihil aliud sentitis.

sentitis. Non dixit, non sentitis, sed non sentietis, hoc est, corrigemini. Vnde hoc nostit? Non dixit, scio, sed cõfido. Confido inquit, deo, & illius opem inuoco ad uestri correctionem. Confido. Nec simpliciter dixit, confido de uobis, sed adiecit, in Christo. Vbiq; enim laudem miscet accusationi. Quasi dixisset. Noui meos discipulos, noui quam sitis correcti faciles. Confido partim ob Christum, qui non patitur quidlibet etiam perire, partim propter uos, qui facile potestis reuocare uos ipsos. Simul autem & adhortatur, ut ipsi etiam studium adhibeant, tanquam non possint à deo consequi, nisi pariter quod in ipsis situm erat adhiberent. Qui autem conturbat uos, portabit iudicium suum quisquis fuerit. Vtrique delinuit illos, tum ex eo, quod illis addidit fiduciam, tum ex eo, quod pseudoapostolos execratur, aut potius prædicat illis euenturum supplicium. Tu uero iam illud mihi contemplantor, ut nequaquam nomen ædidit insidiantium, ne fierent impudentiores. Quod autem dicit, illud est, Non quia uos nihil aliud sentitis, eo seductionis autores liberati sunt à supplicio, sed dabunt pœnas. Non enim par est, ut aliorum probitas aliorum maliciam subleuet. Hoc autem facit, ne & alios rursus inuadant. Nec simpliciter dixit, qui conturbat, sed exaggerauit sermonem dicens, quisquis fuerit. Ego autem fratres, si circuncisioem adhuc prædico, quid etiamnum persecutionem patior? Quoniam traducebatur apostolus hoc nomine, quod ubique Iudaizaret, sic etiam prædicaret, uide quam pure semet explicet à suspitione, ipsos appellans testes. Nam uos quoque scitis, inquit, istam fuisse persecutionum mearum causam, quod à lege iubeo desistere. Itaque si circuncisioem prædico, quare persecutionem patior? Neque enim aliud crimen mihi possunt intendere, qui ex Iudæis sunt, præterquam hoc solum. Nam si concessissem, ut seruatis maiorum ritibus crederent, haud quaquam mihi fuissent insidiati, nec hi qui crediderunt, nec hi qui non crediderunt, quum nihil ex ipsorum institutis labefactaretur. Quid igitur? An non prædicauit circuncisioem? An non circuncidit Timotheum? Circuncidit quidem, at non prædicauit. Quid igitur est quod hic dicit? Disce eius exactam in dicendo circuncisioem. Non dixit, non facio circuncisioem, sed non prædico, hoc est, non ita iubeo credere. Etenim ne hinc caperes dogmatum confirmationem, circuncidit quidem, sed non prædicauit circuncisioem. Ergo euacuatum est scandalum crucis, hoc est, obitulum impedimentumque sublatum est, si uerum est quod dicitis. Neque enim perinde crux erat offendiculo Iudæis, ut quod non pareremus patrijs legibus. Etenim quum Stephanum perduxissent in cõcilium, non dixerunt, hic est qui crucifixum adorat, sed loquitur, inquit, contra legem & locum sanctum. Idem crimen Christo impegit, quod legem solueret. Propterea Paulus ait: Si concessa est circuncisio, soluta est quam habent aduersum nos cõtentio: nulla iam inimicitia manet aduersus crucem & prædicationem. Quod si quotidie eadem exercent contra nos, quomodo hoc intendunt nobis crimen? Me quidem propter hoc adorti sunt, quod in circuncisum induxissem in templum. An igitur adeo stultus sum, inquit, ut quum permissem circuncisioem, frustra & in cassum tantum in me receperim mali, ut tantum offendiculum ponerem cruci? Videtis enim, quod nullam ob causam æque nobis sunt hostes, atque ob circuncisioem. Num igitur a deo uecors eram, ut pro re nihili, & ipse affligerer, & alius essem offendiculo? Porro crucis offendiculum uocauit, eo quod etiam sermo crucis hoc imperabat, idque potissimum erat, quod offendebat Iudæos, & uetabat ne crucem reciperent, uidelicet quod iuberentur à maiorum institutis discedere. Vtinam & concidantur, qui uos cõturbant. Vide quam hic est amarulentus in eos, qui Galatas seduxerant. In initio torquebat accusationem in seductos, semel atque iterum eos appellans stultos: uerum ubi illos recte castigauit correxitque, deinceps in seductores fertur. Oportet autem nos & hanc apostoli sapientiã perspicere, quomodo hos tanquam proprios filios, & tanquam correctiois capaces admonet & ad mentem reuocat: eos uero qui seduxerant, uelut alienos & insanabili morbo laborantes refecat, partim quum ita dicit: Portabit iudicium suum quisquis fuerit: partim quum ait, Vtinam & abscedantur qui uos conturbant. Ac recte dicit *ἀναστρέφεις*, hoc est, statu mouent. Computabant enim eos, ut propria patria, ut libertate, ut cœlesti cognatione relicta, alienam ac peregrinam persequerentur, ut iam ab illa superna liberaque Hierosolyma exules, cogantur uelut captiui, solique uertere iussu, incertis uagari sedibus. Quapropter illis imprecatur. Quod autem dicit hoc est, Nulla est mihi cura de illis, Hæreticū enim inquit, hominē post unam & alteram admonit

admonitionem deuita. Si uolunt, non solum circūcidantur, uerum etiam execentur. Vt nunc sunt, qui seipos audent euitare, simul & Apostolicam imprecationem sibi accersentes, & dei opificium accusantes, & à Manichæis stantes. Nam illi quidem aiunt, corpus insidiosum esse, malæq; materia: hi uero factis suis, crudelibus illis opinionibus præbent ansam, dum membrum amputant uelut insidians & inimicum. Itaq; multo magis oportebat execare oculos, per oculos enim in animam descendit cōcupiscentia. Verum nec oculus, nec ullum aliud membrum est in culpa, sed sola praua animi inductio. Quod si non sustines, quur non & linguā ob blasphemias, quur non & manus ob rapinas, quur non & pedes ad malitiam currentes, deniq; quur non totum refecas corpus. Nam & aures delinita tibia, frequenter effeminarunt animam, & nares accepto suauī odore impofuerunt menti, & ad uoluptatē lympharunt. Itaq; circūcidamus omnia, & aures, & manus, & nares. Verum hæc extremæ sunt impietatis, satanici consilij. Tantum oportet corrigere inconditum mentis impetum. Isti uero sua refecant mēbra. Ita malus daemon quoniam sua culpa reiectus est ab opifice, persuasit ut instrumenta perderent, semper gaudēs cadibus. Qui fit igitur, dicit aliquis, ut saginato corpore effereat cōcupiscentia: Quoniam hoc ipsum rursus est animi delictum. Nam saginare carnem, non est carnis, sed animi. Nam si uellet extenuare, habet idem omnem potestatem. At tu perinde facis, quasi si quis uidens aliquem accendentem ignem, ac lignis impositis domum incēdere, omisso eo qui fecit incendium, flammam accuset, quæ correptis multis lignis in altum se instulerit. At qui culpa non est ignis, sed eius qui ignem accendit. Hic enim ad parandos cibos, ad præbendam lucem, adq; alia id genus ministeria datus est, non ad conflagrationem ædifici. Quemadmodum & cōcupiscentia ad liberorum procreationem uitæq; conseruationem data est, non ad adulterium, scortationes ac lasciuas: ut pater fieres, non ut adulter, ut legitime cōuerferis cum uxore, non ut contra fas eam corrupas, ut relinquant tuum semē, non ut alienum uities. Siquidem adulterium non est naturalis appetitus, sed contumeliæ præter naturam. Siquidem appetitus ille tantum desiderat mixturam, non talem mixturam. Hæc autem mihi non temere dicta nūc sunt, sed præludimus ad disputationes quasdam ac ceu uelutatur in eos, qui dicunt dei opificium esse malum, omnia animæ socordia aduersus corpus insanientes, carnemq; nostram calumniantes, de quibus & Paulus deinceps disserit, non carnem inculpans, sed diabolicas cogitationes. Vos autem fratres in libertate uocati estis, tantū ne libertatem in occasione carni. Hic iam uidetur ex patiarī in sermonem moralem. Accidit autem illi quiddam nouum, quodq; in nulla ceterarū epistolarum accidit. Quum enim omnes in duas partes solitus sit partiri, sic ut primū de dogmatibus, in fine de moribus differat: hic posteaquam incidit in sermonē de moribus, rursus admiscet disputationem de dogmatibus. Nam hic sermo uicissim hæret illi, illi inquam qui pugnat aduersus Manichæos. Sed quid est: Tantum ne libertatem in occasionem carni. Liberauit, inquit, nos Christus à iugo seruitutis, liberū nobis esse uoluit facere quicquid uolumus, non ut hac potestate ad maliciam abutamur, sed ut maioris præmij sumamus occasionem, ad altiorem philosophiam progressi. Posteaquam enim passim legem appellat iugum seruitutis, & de gratia quæ liberat ab execratione meminit, ne quis suspicaretur ipsum ideo reuocare homines à lege, quod liceret ex legem agere uitam, corripit eam suspensionem dicens: Non ut illegitima fiat uitæ ratio, sed ut legem transcendat philosophia. Soluta sunt enim legis uinacula, atq; idem ego dico, non ut deijciamur, sed ut erigamur ad altiora. Etenim tam is qui scortatur, quam is qui in uirginitate perseverat, legis terminos excessit: uerum non eodem modo, sed hic quidem in deteriora prolapsus, ille uero ad meliora prouectus, sic ut alter prætergressus sit legem, alter supergressus. Hoc itaq; dicit Paulus, Christus iugum uobis relaxauit, non ut exiliatis, aut calcitretis, sed ut absq; iugo compositi incedatis. Post hæc ostendit modum, quo hæc facile queat corrigi. Quis igitur modus? Per charitatem, inquit, inuicem uobis seruite. Rursus hic subindicat ambitionem, seditionem, dominandi studium, & insolentiam huius erroris illis fuisse causam, quippe hæreseon mater est principatus cupiditas. Etenim quum dicit: Seruite uobis inuicem, ostendit hoc mali ex arrogantia fastuq; cepisse exordium. Eoq; malo respondens admouet remedium, Quoniam, inquit, dum alius alij uultis dominari, dissecti fuistis, seruite uobis inuicem, sic enim denuo in unum redigemini. At peccatum quidem non explicat

explicat aperte, sed aperte refert emendationis modum, ut hinc etiam illud cognoscerent, perinde ac si quis lasciuientī non dicat quidem quod lasciuat, tamen frequenter hortetur ad pudicitiam. Nam qui proximum sicut oportet diligit, non grauatur illi seruire submissius quàm quisquā seruis. Quemadmodum enim ignis admotus ceræ facile mollit eam; sic & amoris calor omnem fastum & arrogantiam uehementius quàm ignis soluit. Eoq; non simpliciter dixit, Diligite inuicem, sed seruite, intentam ac uehementē declarans amicitiam. Etenim quum legis iugum detraxisset, ne sublilirent, aliud illis imponit iugum, nimirum charitatis, illo quidem ualidius, sed multo leuius ac iucundius. Deinde quid boni præster charitas ostendit dicens. Tota enim lex in uno uerbo impletur, uidelicet in hoc, Diliges proximum tuum ut te ipsum. Quoniam legem suscipit, si uis inquit, illam implere, ne circūcidaris, Non enim circūcisione, sed dilectione impletur. Vide ut doloris sui nō obliuiscitur, sed id quod dolo identidem attingit, etiam ingressus moralem tractationem. Quod si inuicem mordetis & comeditis, uidete ne à uobis inuicem consumamini. Non pronunciat, ne grauet illos, nouerat tamen id fieri, uerū hoc ambigue profert. Non enim dixit, quoniam uos inuicem mordetis, & quod sequitur consimili modo; nec enim illic rursus pronunciat, sed obumbrat ac dicit, ne à uobis inuicem cōsumamini, qui sermo est metuentis & consulentis, ut caueant, non condemnantis. Ac dictionibus significandis est usus. Non enim tantum dixit, mordetis, quod sanè est commoti, sed addidit, & comeditis, quod est in malicia perseverantis. Nam qui mordet quod appetebat, iram expleuit: ceterum qui deuorat, extremæ feritatis & immanitatis specimen dedit. Morsus autem ac deuorationē non corporales dicit, sed eas quæ sunt his multo crudeliores. Non enim qui carnē gustauit humanā tantum mali dedit, quantū is qui morsum fixit in animū. Siquidem quanto corpore præstantior est anima, tanto grauius est hanc læsisse. Videte, inquit, ne à uobis inuicē consumamini. Quoniam qui lædunt & insidiantur uelut alios cōsumpturi, hoc animo ueniunt, ideo dicit, Videte ne res in uos reuoluatur. Nam seditio & contentio corruptionē & consumptionem adfert, tum ijs qui recipiunt ea, tum his qui inuehunt, magisq; corrodit omnia q̄ tinea. Dico autem, spiritu ambulate, & cōcupiscentiam carnis non perficietis. Ecce alteram indicat uiam, quæ uirtutem reddit faciliē, ac præstat ea quæ dicta sunt, uiam quæ gignit charitatē, quæq; stricta redditur à charitate. Nihil enim, nihil inquam sic charitatē inserit nobis, ut si simus spirituales, nec alta res eque persuadet spiritui, ut apud nos maneat, atq; uis charitatis, eoq; dicit: Spiritu ambulate, & carnis cōcupiscentiam non perficietis. Quoniam expresserat, quæ res gigneret morbum, & remedium aperit quod adfert sanitatē. Quod autē est illud? Non aliud, quàm uiuere spiritu. Vbi uero dixerat, spiritu ambulate, & carnis cōcupiscentiā nō perficietis, subiecit, Caro enim concupiscit aduersus spiritū, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quacuncq; uolueritis, ea faciatis. Hic quidam adoriuntur nos dicentes, quod apostolus hominē in duo disseuerit, inducens eum, uelut ex contrarijs naturis compositum, dum ostendit pugnam esse corpori aduersus animam. Verū hæc non ita se habent, Non ita se habent inquam. Neq; enim hic carnem appellat corpus. Alioqui si hoc sentiret, quomodo consentaneū sit quod mox dicitur, Concupiscit enim, inquiens, aduersus spiritum? Atqui corpus non est de eorum numero, quæ mouent, sed quæ mouentur: non de eorum numero quæ agunt, sed de eorum quæ aguntur. Quomodo igitur concupiscit, quando quidem concupiscentia non carnis est, sed animi? Siquidē alibi dicit, Concupiscit anima mea. Et, Quid desiderat anima tua? & faciam tibi. Et, ne ambules iuxta desiderium animæ tuæ. Ac rursus, Sic desiderat anima mea. Quomodo igitur Paulus dicit, Caro concupiscit aduersus spiritū? Solet appellare carnē, non corporis naturam, sed prauam uoluntatem: ueluti quum dicit, Vos non estis in carne, sed in spiritu. Et rursus, Qui uero in carne sunt, deo placere nō possunt. Quid igitur? Tollenda est caro? Ipse uero qui hæc dicebat, an non carne circūdatus erat? Non carnis sunt ista, sed diaboli dogmata. Ille enim hominē cida erat ab initio. Quid igitur dicit? Carnem hic appellat cogitationē terrestre, socordem & incogitantē. Hæc enim non corporis est accusatio, sed animæ negligētis crimen: siquidē huius instrumentum est caro: Instrumentū autē nullus auersatur oditiue, sed eum potius, qui organum male tractat. Neq; enim ferrum, sed hominē & odimus & punimus. At qui dixerit aliquis, hoc ipsum est accusare corpus, animi peccata carnis appellare uocabulo.

Ego uero fateor quidem carnem animam inferiorem esse, sed hanc quoque pulchram esse. Non enim quod pulchro inferius est, statim malum est, sed ipsum quoque bonum. Malum autem non est minus bono, sed contrarium. At tu si demonstrare potes maliciam esse corpore proficisci, accusa carnem. Quod si ex appellatione conaris struere calumniam, tempus tibi est, ut simul accuses & animam; quando quidem & animalis homo dicitur, qui ueritate priuatus est. Et spiritus maliciae dicuntur daemonum multitudo. Rursus carnis uocabulo scriptura solet appellare mysteria, totamque ecclesiam, dicens eam Christi esse corpus. Quod si uis etiam officia cernere, quae per carnem praestantur, hinc considera. Imaginare sensus extinguitos esse, & uidebis animam omni cognitione destitutam, neque quicquam eorum quae nunc nouit, nosse. Etenim si potentia dei dum ex officio mundi per res conditas intelligitur, conspicitur, quomodo uidere poterimus absque oculis? Quod si & fides ex auditu est, quomodo sine auribus audiemus? Praedicare uero, & circumcursare, lingua pedumque constat adminiculo. Quomodo enim, inquit, praedicabunt, nisi mittantur? Et scribendi munus peragitur manibus. Vides ut innumerabilem causa bonorum est carnis ministerium? Caeterum quum dicit, Caro concupiscit aduersus spiritum, de duplici loquitur cogitatione, quarum altera alteri aduersatur, uidelicet uirtutis & maliciae, non anima & corpus. Nam si haec sibi inuicem aduersarentur, seipsa tollerent, non aliter quam ignem aqua, tenebrae lucem. Sin corporis curam agit anima, multaque sollicitudine illi prospicit, innumeraque patitur, ne deserat illud, quum uti abrumptur, obstitit, ac uicissim corpus animae subseruit, & ad illius operationem compositum est, qui possunt haec esse contraria, & inter sese pugnantia. Nam ego non solum non contraria, uerum etiam magnopere concordia, seque uicissim uentia conspicio ex ipsis factis. Non igitur de his loquitur, quod sibi inuicem aduersantur, sed maliarum ac bonarum cogitationum pugnam proponit. Velle enim & non uelle animae est. Ideo dicit, Haec autem aduersantur, ne sineres animam pergere in suis prauis affectibus. Siquidem haec loquutus est apostolus, ceu paedagogus quispiam ac praceptor terrorem incutiens. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Quae nam est haec consequentia? Maxima quidem & euidentis. Etenim qui spiritum ut oportet habet, per hunc extinguit omnem prauam concupiscentiam. Porro qui liberatus est ab his, non eget legis auxilio, sed multo factus est praecipuus illis sublimior. Nam qui non irascitur, quid opus habet ut audiat, non occides? Qui non intuetur intemperantibus oculis, quid opus habet eo qui doceat non esse moechandum? Quis enim illi uerba facit de fructu maliciae, qui radicem maliciae iam euulsit? Radix enim homicidij, ira: & adulterij radix, curiosus oculorum obtutus. Ea propter dicit: Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Hic autem mihi uidetur magnas etiam & admirandas legis laudes retulisse. Quas illas? Quanquam, inquit, lex erat loco spiritus, iuxta suas uires, priusquam spiritus adueniret, non tamen ob id oportet manere in paedagogo. Tum quidem merito sub lege eramus, ut metu castigaremus concupiscentias, nondum prodito spiritu. Nunc uero posteaquam uenit gratia, quae non solum iacet ab illis abstinere, uerum & ad altiora prouehit, & ad perfectiorem uitae rationem adducit, quid opus est lege? Etenim qui ex sese suo fungit officio, huic quid opus est paedagogo? Neque enim qui philosophus est, opus habet grammatico. Quare igitur uos ipsos redditis uiliores? Quum prius uos exhibueritis spiritui, nunc assidetis legi. Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt, scortatio, adulterium, immundities, lasciuia, ueneficium, simulariorum cultus, inimicitiae, contentio, aemulationes, ira, concertationes, seditiones, haereses, inuidiae, caedes, ebrietates, comestationes, & his similia, quae praedico uobis, quae admodum & praedixi, quod qui talia faciunt, non erunt haeredes regni dei. Hic iam mihi dicito tu qui carnis accusator es, & arbitraris haec ob simultatem & discordiam esse dicta: Sit adulterium, & scortatio carnis, iuxta uestram opinionem: inimicitiae, contentio, aemulationes, concertationes, haereses, & ueneficia, cuius erunt? Nam haec tantummodo sunt corruptae uoluntatis, nimirum ut caetera, quomodo igitur erunt carnis? Vides igitur, quod hic non loquitur de carne, sed de terrestri cogitatione quae humi serpit, eoque terrorem ingerit dicens, Qui talia faciunt, regni dei non erunt haeredes. Quod si haec essent naturae malae, non uoluntatis prauae, superflue dixisset faciunt, Faciunt non patiuntur. Huius autem rei gratia etiam exulant a regno caelorum. Neque enim ad ea quae sunt naturae, sed ad ea quae sunt uoluntatis pertinent uel coronae uel supplicia. Quapropter etiam haec

haec minatur Paulus: Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax. Non dixit, opus spiritus, sed fructus. Num igitur anima superuacanea est? Nam si de carne & spiritu uerba fiunt, ubi anima? Num de inanibus loquitur? Siquidem ubi quae mala sunt, carnis sunt, quae bona, spiritus, superuacanea est anima. Nequaquam. Nam huius est temperatura affectuum, & ad hanc pertinent. Ipsa in medio sita inter uirtutem & uitium, si ad id quod oportet utitur corpore, reddit illud spirituale: sin recedit a spiritu, si seipsam praebet malis cupiditatibus, reddit illud magis terrenum. Vides eum non loqui de substantia carnis, sed de mala & bona uoluntate. Quare autem uocat fructum spiritus? Quoniam mala opera ex nobis solis oriuntur, unde & opera uocat. Bona uero non tantum egent nostra cura, uerum etiam opus habent diuina benignitate. Igitur haec disserturus prius radicem bonorum proponit ita dicens, Charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia, aduersus huiusmodi non est lex. Quid enim aliquis praecipiat illi qui omnia in se habeat, etiam perfectam philosophiae magistratam charitatem? Quae admodum enim equi freno morigeri, omniaque ex sese facientes, non opus habent scutica: sic & anima quae impulsu spiritus recta facit, non eget admonitrice lege. Caeterum hic quoque legem ualde mirabiliter deiecit, non ut malam, sed ut inferiorem philosophiam, quam dat spiritus. Qui uero sunt Christi, carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Etenim ne dicerent, & quis est istiusmodi ex factis ostendit, qui sunt qui talia praestant, rursus hic carnem appellans malefacta. Non enim sane carnem sustulerant, alioqui quomodo uiuerent? Nam quod crucifixum est, mortuum est & inefficax. Sed perfectam indicat philosophiam. Siquidem concupiscentiae quamuis obturbant, incassum rabiunt. Quoniam igitur tanta uis est spiritus, illi uiuamus, illo contenti simus. Et hoc declarans subdit: Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Hoc est, contenti simus spiritus ui, neque requiramus legis accessionem. Mox ostendens eos qui circumcisionem inducebant, id ambitionis gratia facere, ait, Ne efficiamini inanis gloriae cupidi, quae est causa omnium malorum, uos inuicem prouocantes. Hoc in contentiones & concertationes dictum est. Inuicem inuidentes. Siquidem ex inanis gloriae studio nascitur inuidia, rursus ex inuidia haec innumera mala. Fratres etiam si prauentus fuerit homo. Quoniam increpationis praetextu ulcisciebantur suas cupiditates, uidebanturque id facere propter delicta corrigenda, quum reuera studerent suam dominandi cupiditatem stabilire, ait, Fratres si etiam prauentus fuerit. Non dicit, si fecerit, sed si prauentus fuerit, hoc est, si abreptus. Vos qui spirituales estis, instaure talem. Non dixit, punite, aut condemnate, sed instaure, hoc est, corrigit te. Ne hic quidem constitit, uerum ut ostenderet eos uehementer mites esse oportere, erga eos qui supplantantur, ita subiecit, In spiritu mansuetudinis. Non dixit, in mansuetudine, sed in spiritu mansuetudinis, declarans haec etiam spiritui placere, quippe quum hoc ipsum posse cum humanitate corrigere peccantes doni sit spiritualis. Deinde ne qui corrigit alterum, efferat animo, & ipsum eidem timori subiecit, ita loquens, Considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Quemadmodum enim diuites sportulas mittunt egentibus, quo si quando & ipsi in egestate inciderint, eadem ab alijs consequantur: sic & nobis est faciendum. Quapropter & causam necessariam memorat, ita loquens, Considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Simul excusat eum qui peccauit: primum ita dicens, quamuis prauentus fuerit. Deinde uox illa multam declarat infirmitatem, dum usurpat pronomen, tu, ita loquens, ne & tu tenteris. Quod igitur dicit tale est, Corrige fratrem, si prauentus fuerit, sed cum mansuetudine, daemones incursum accusans magis quam animi negligentiam. Alij aliorum onera inuicem portate. Quoniam fieri non potest, ut homo uiuat absque defectu, admonet ne rigidi sint expensores alienorum delictorum, sed tollerent etiam proximorum defectus, ut & ipsorum delicta tolerentur ab alijs. Sicut enim in structura domus non omnes lapides eundem habent locum, sed hic quidem in angulum est accommodus, ad fundamenta non item: ille contra, ad fundamenta commodus est, non item ad angulum: Itidem sane est in corpore, quod est ecclesia. Quin & in nostra carne licet idem cernere, attamen aliud membrum ab alio toleratur, nec ab omnibus omnia requirimus. Nam ex communi facta collectio, & corpus & aedificium constituit. Et sic adimplete legem Christi. Non dixit πληρώσατε, id est, implete, sed ἀναμύρωσατε, hoc est, simul omnes implete, uos inuicem ferendo. Velut ille est iracundus, tu somnolentus. Tolerare igitur illius

acrem impetum, ut uicissim ille tuam ferat segnitiam. Ita fiet, ut nec ille peccet, dum abs te toleratur, neque tu, dum in his quibus molestus es, sustineris à fratre tuo. Ad huc autem modum uobis inuicem, ubi lapsus imminet periculum, manum porrigentes, mutuis officijs implete legem, sic ut unusquisque quod proximo deest, sua tolerantia suppleat. Porro nisi sic egeritis, sed quisque proximi uitam tendat excutere, nunquam inter uos fiet quicquam eorum quae fieri decet. Ut enim in corpore si quis ab omnibus membris eundem postulet usum, nunquam conlisterit corpus: sic & inter fratres graue bellum erit, si ab omnibus omnia requiramus. Etenim si quis uideatur aliquid esse, quum nihil sit, seipsum decipit. Hic rursus arrogantiam spectat. Qui sibi uidetur esse aliquid, primum suae uilitatis argumentum adde, talem inuicem leuitatem. Sed suum opus probet unusquisque. Hic ostendit quod oportet nos uitae nostrae expensores esse, nec leuiter, sed exacta cura probare quae nobis gesta sunt: uidelicet, fecisti boni quippiam, considera ne forte propter inanem gloriam, ne propter necessitatem, ne in odium, ne per simulationem, ne ob aliam aliquam causam humanam. Sicut enim aurum uidetur quidem esse splendidum priusquam mitratur in fornacem, uerum ubi traditum fuerit igni, tum uero certo dignoscitur, eo quod adulterinum est, ab eo quod est syncerum, separato. Sic & nostra opera, ubi diligenter examinaueris, tum euidenter reteguntur, uidebimusque nos ipsos multis criminibus obnoxios esse. Et tunc in seipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Haec dicit non ueluti legem praescribens ut fiat, sed illis obsecundans, perinde ac si dixisset, Absurdum quidem est gloriari: quod si porro gloriari uis, ne glories aduersus proximum, ut ille pharisaeus. Nam qui hoc didicerit, is & ab illo facile abstinebit. Quapropter etiam illud concessit, ut paulatim totum eximeret. Nam qui consueuerit in seipso tantum habere gloriam, & non aduersus alios, statim & hunc defectum corrigit. Nam qui non existimat se ceteris meliorem, quandoquidem hoc est quod dicit, non in alterum, sed semetipsum apud sese examinat, etiam si gloriatur, desinet tamen id facere in posterum. Atque ut intelligas eum hoc uelle docere, uide ut illum metu cohibet, superius dicendo: probet suum opus; hic addendo, Unusquisque suum onus portabit. Videtur quidem proponere rationem quae uetat gloriari aduersus alium, sed corrigit gloriantem ne sibi placeat, reuocans illum ad propriorum delictorum considerationem, dum onus nominat, & sarcinae gestationis meminit, premens illius conscientiam. Communice autem is qui instituitur sermone, ei qui instituit, in omnibus bonis. Hic iam de doctoribus loquitur. Vult enim illos diligenter curari ab his quos instituunt. Et quam ob rem inquit: Christus hoc ita praescripsit, & in nouo testamento lex haec posita est, ut qui euangelium praedicant, ex euangelio uiuant, & in ueteri similiter multi prouentus erant Leuitis à subditis. Cuius igitur gratia sic haec constituit, sed prius substrato modestiae & charitatis fundamento. Quoniam etiam doctoralis autoritas frequenter inflat ea praeditos, cohibens doctoris spiritum, constituit illum in hac necessitate, ut opus habeat discipulis: & his rursus praebet occasionem, ut faciliores reddantur, ad beneuolentiam exercens eos per beneuolentiam erga doctores, ut & erga ceteros sint mansuetiores, quae res non mediocrem charitatem excitauit in utraque parte. Alioquin nisi hoc esset quod dixi, quam ob causam deus, qui ingratos Iudaeos manna aluit, in mendicorum deiecit necessitatem: An non perspicuum est, quod hinc magna pararet bona, modestiam & charitatem? Et ne pueret discipulos, subditos esse probro obnoxios. Probrum enim esse uidetur, petere. At iam non uidebatur, quum idem palam omnique cum libertate facerent doctores. Itaque non mediocrem fructum & hinc tulere discipuli, dum per haec docentur gloriam omnem despiciere. Idcirco dicitur

Communice autem qui instituitur in sermone, in omnibus bonis. Hoc est, omnem in illum exhibeat liberalitatem. Hoc enim innuens dicebat, in omnibus bonis, Nihil inquit, discipuli proprium est, sed omnia communia, quippe qui maiora quam dat accipit, atque hoc maiora, quo praestabilia sunt coelestia terrenis. Quod & alibi significans ait: Si nos uobis spiritualia seminauimus, non magnum si nos uestra carnalia metamus. Eoque negotium hoc appellat communicationem, indicans fieri repensationem. Ex hoc uero charitas quoque redditur feruentior, multoque firmior. Itaque si doctor quaerit quod naturae satis est, nihilo minus accipiens manet in sua dignitate: quandoquidem & hoc laudandum est, doctorem sic assiduam esse ministerio sermonis, ut ceteris egeat, altissimaque labore inopia, contemnens omnia quae ad uictus necessitatem pertinent. Quod si modum transgressus

transgressus fuerit, corrumpit suam dignitatem, non eo quod accipit, sed quod praeter modum. Post haec ne doctoris improba uita, segniorem ad haec redderet discipulum, eumque pauperem frequenter praetercurreret ob mores malos, pergit ac dicit: Bonum autem facientes non defatigemur. Hic ostendit discrimen ambitionis huiusmodi, & eius qui incumbit rebus temporarijs, ita dicens: Ne erretis, deus non irridetur, quicquid enim seminat uerit homo, hoc & metet. Nam qui seminat in carne sua, ex carne sua metet corruptibilem. Qui uero seminat in spiritu, è spiritu metet uitam aeternam. Quemadmodum enim in semine, qui seminat, non potest ex ordeo metere triticum, eo quod oporteat & sementem & messem eiusdem esse generis, sic & in operibus. Qui in carne deposuerit, delicias, temulentiam, concupiscentiam absurdam, quae hinc proueniunt metet. Quae autem sunt istae supplicium, ultio, probrum, risus, corruptio. Siquidem mensarum sumptuosarum & condimentorum nullus alius prouentus est quam corruptio. Nam simul & ipsa corrumpuntur & corrumpunt corpus. Quae uero sunt spiritus, haud sunt eiusmodi, sed his omnibus omnino diuersa. Considera uero, seminasti eleemosynam, manent te thesauri coelestes, gloriaque sempiterna. Seminasti pudicitiam, exepiet te honor & brabium, & ab angelis gratulationes, & ab Agonotheta coronae. Bonum autem facientes ne defatigemur: tempore enim suo metemus non deficientes: ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum est in omnes, maxime uero erga domesticos fidei. Ne quis arbitretur, doctorum quidem habendam esse curam, eosque alendos, ceteros uero negligendos, ad generalitatem profert orationem, omnibusque patefacit ostium huius honoris ambiendi: tantaque uehementia id facit, ut in Iudaeos etiam ac gentes, licet non eodem gradu, tamen eleemosynam conferre iubet. Quis autem est ordo? Ut circa fideles maior habeatur sollicitudo: & quod in ceteris epistolis facere solet, hoc & hic facit, non modo loquens de danda eleemosyna, uerum etiam de studiose perpetuoque danda. Siquidem haec uoces, seminare & non oportet defatigari, hoc innuit. Ergo quoniam rem magnam exigebat, premium quoque collocauit in foribus, messis faciendo mentionem nouae cuiusdam & admirabilis. Nam in agricolatione, non solum qui seminat, uerum etiam qui metit multum sustinet laboris, cum squalore, cum puluere, cumque multa colluctans miseria. Tunc uero nihil, inquit, tale erit. Quod etiam explanans dicit,

Tempore enim suo metemus non deficientes. Et hinc quidem illos hortatur & allicit, ex altera uero parte urget etiam & compellit dicens: Ergo dum tempus habemus opere mur bonum. Quemadmodum non semper est in nostra potestate facere sementem, ita nec dare eleemosynam. Quum enim hinc fuerimus abducti, etiam si milites uelimus, nihil effecerimus. Testes huius rei nobis sunt & uirgines illae, quae quamlibet proptam habere uoluntatem, tamen quoniam abierant non ferentes secum largam eleemosynam, exclusae sunt à thalamo sponsi. Testis est & diues ille, qui Lazarum despexerat, qui quoniam hoc destitutus erat auxilio, & plorans & supplicans uehementer, nec à patriarcha, nec ab alio quopiam misericordiam impetrauit, sed citra uentiam omnem mansit in perpetuo flammæ cruciatu. Porro quod dixit, dum tempus habemus operemur bonum erga omnes, & hac ratione maxime subducit eos ab humilitate Iudaica. Nam illis omnia humanitatis officia erant erga contribules: at gratia philosophia, terram pariter & mare, ad beneficentiam mensam intuitat, quanquam erga domesticos copiosorem exhibet sollicitudinem. Videtis qualibus literis scripsi uobis manu mea. Quicumque uolunt in carne placere, ij cogunt uos circumcidi. Considera quantus dolor tenuerit illam beatam animam. Quemadmodum enim qui in luctum aliquem inciderunt, aut aliquem ex synceris amicis amiserunt, aut alio qui malum aliquod subito obortum ferunt, neque noctu quiete agunt, neque inter diu, luctu peccus illorum obsidente: sic & beatus Paulus pauca loquens de moribus, denuo reuertitur ad superiora, quae maxime discruciabant ipsius animum, ita loquens: Videte qualibus literis scripsi uobis. Hic nihil aliud innuit, nisi quod ipse tota scripserit epistolam, quod affectus mire synceri erat argumentum. In ceteris enim epistolis subscribebat quidem ipse, ceterum alius scribebat, idque liquet ex ea quae est ad Romanos epistola. Ibi siquidem sub calcem ait. Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolam. Hic uero totam ipse scripserat. Fecit autem hoc non temere, sed admodum necessario, non ob charitatem modo, uerum etiam ad tollendam malam suspensionem. Quoniam enim traducebatur de ijs factis, quibus affinis non erat, dicebaturque circumcissionem profiteri, dissimulans tamen quasi non

profiteretur; ideo compulsus est epistolam sua manu scriptam mittere, deposito apud illos scripto testimonio. Quod autem dixit qualibus, mihi uidetur non magnitudinem, sed deformitatem literarum significans hoc dicere. Nam propemodum illud dicit, quod quum non nosset optime scribere, tamen compulsus sit per seipsum scribere, ut calumniatoribus os obruraret. Quicumque uolunt placere in carne, hi cogunt uos circumcidi, tantum ne per crucem Christi persecutionem patiantur. Neque enim qui circumcidentur, ipsi legem seruant, sed uolunt uos circumcidi, ut in uestra carne glorientur. Hic ostendit illos non sponte id facere, sed coactos pati, praebens illis occasionem redeundi, ac propemodum illos excusans, hortansque, ut cito resiliant. Quid autem est, placere in carne? Probari apud homines. Quoniam enim apud Iudaeos probro dabatur, quod a patrijs consuetudinibus defecissent, ne hoc, inquit, possit ipsis exprobari, uolunt uos corrumpi, per uestra carnem illis satisfacturi. Hoc autem dicit, ut ostendat illos nequaquam propter deum quae faciabant facere. Perinde quasi dixisset: Quod sit non innititur pictati, propter humanam ambitionem haec omnia fiunt, ut placeant infidelibus, quod fideles truncentur: & inducunt animum, ut deum offendant, modo placeant hominibus. Hoc enim est in carne placere. Post haec ut ostendat & a diuerso eos esse procul a uenia, rursus illos redarguit, non solum ob id, quod alijs placere studerent, uerum etiam quod sua gloriae causa, haec alijs praecipere. Eo que subiicit, Vt in carne uestra glorientur, tanquam qui discipulos habeant, sintque doctores. Et unde haec probantur? Non enim, inquit, ipsi legem seruant. Maxime igitur etiam si seruaissent, erant accusandi. Nunc & scopus illorum insyncerus est. Mihi uero absit, ut glorier, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Attamen res uidetur esse probrosa, uerum in mundo & apud infideles, Caeterum in caelis & apud fideles gloria est, & quidem maxima. Nam & paupertas probrosa est, sed nobis gloriosa. Item sperni apud uulgus ridiculum est, at nos eo gloriamur. Ita crux nobis est gloriandi materia. Nec uero dixit, ego non glorior, aut ego non uolo gloriari, sed absit ut ego glorier, perinde quasi de reportentosa loquens abominatus est, & ad hoc prestandum diuinam opem implorauit. Et quid est quod de cruce gloriatur? Quod Christus mea causa formam serui accepit, & mea causa que passus est, pertulit: propter me inquam, qui seruus eram, qui inimicus, qui ingratus, sed sic me dilexit, ut seipsum exponeret. Quid huic possit aequiparari? Etenim si seruum tantum laudantur ab heris, hisque eiusdem naturae, uehementer sibi placent: an nota gloriandum est, quum ille dominus, qui uerus est deus, non erubescit pro nobis crucem subire? Proinde ne nos quidem illius ineffabilis erga nos sollicitudinis pudeat. Illum non puduit tua causa crucifigi, & te pudet eius inenarrabilem profiteri dispensationem? Et iterum perinde facis, ac si quis ante non erubescens de rege, postquam is astantis ipsi in carcere, uincula suis manibus detraxisset, ob hoc illius pudesceret. Verum haec extremae fuerint demerita: ob hoc ipsum enim maxime gloriandum est. Per quem mundus crucifixus est, & ego mundo. Mundum hic appellat non caelum neque terram, sed res temporarias, laudem ex hominibus, famulitium, gloriam, opes. Haec igitur omnia quae uulgo uidentur esse magnifica, mihi facta sunt mortua. Talem oportet esse Christianum, & hanc uocem semper habere in ore. Considera & hinc huius beati erga deum charitatem. Non contentus est priore mortificationis modo, sed & alterum intulit dicens: & ego mundo: duplicem innuens mortificationem, ac dicens, & illa mihi mortua sunt, & ego uicissim illis. Nec illa me capere possunt, neque manibus iniectis captiuum ducere, quippe semel mihi mortua: ut neque ego illorum cupidine teneri, quippe mortuus illis. Nihil hac mortificatione felicitus. Hoc est beatę uite fundamentum. Neque igitur circumcisio quicquam ualet, neque praeputium, sed noua creatura. Et quicumque hac regula incedunt, pax super eos & misericordia, & super Israel dei. Vides crucis potentiam, in quantā celsitudine apostoli subuenerit. Non enim solum iam omnes mundi res illi mortuas reddidit, uerum etiam longe supra ueterum institutum sustulit. Quid huic potentiae par? Siquidem qui prius pro hac circumcisione occidebatur, & alios occidebat; huic persuasit crux, ut illa eodem loco relicta quo erat praeputium, noua quaedam & admiranda, ac caelos transcendentia perquireret negotia. Hanc enim appellat nouam creaturam, nostrum uiuendi institutum, tum ob ea quae nata sunt, tum ob ea quae futura sunt. Ob nata quidem, quod nostra natura, que inueterauerat senio peccati, repete baptismi lauacro renouata est, non aliter, quam si denuo esset condita. Quapropter etiam noua ac coelestis a nobis

nobis exigitur uita forma. Ob futura uero, quod & caelum & terra, & omnis denique creatura, in incorruptibilitate transferetur una cum nostris corporibus. Proinde ne mihi posthac loquaris, inquit, de circumcisione, quae nullam habet uitam. Quomodo enim haec extabit, quum omnia tantopere sint immutata? Quin potius res nouas quaerite, nimirum gratiam. Haec enim qui sectantur, hi & pace & dei erga nos bonitate fruuntur. Qui proprie nomine Israelis appellari possunt, quod hi qui diuersa sentiunt, etiam si ex illo prognati forent, eiusque cognomen circumferrent, ex his tamen omnibus exciderunt, & a cognitione, & ab ipso cognominis honore. Quippe qui regulam hanc seruant, hi sunt qui uere Israelitae possunt esse, qui a ueteribus discedunt, & gratiam sectantur. De caetero nemo mihi molestus sit. Hic non quasi lassus, aut defatigatus haec loquitur. Etenim qui omnia tum facere tum pati causa discipulorum induxerat animum, quomodo nunc fractus esset concidissetque? Qui dicit, Insta opportune, importune: Qui dicit, si forte det illis deus agnitionem ueritatis, & resipiscant a diaboli laqueis. Quam igitur ob causam haec dicit? Vt illo: um focordem animum premat, & in maiorem conijciat terrorem, & leges ab ipso latas confirmet, nec sinat illos semper uacillare. Ego enim notas domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Non dixit, habeo, sed porto, tanquam aliquis de trophaeis glorians signisque regalibus. Quanquam hoc ipsum rursus probrosum esse uidetur. Verum hic sua uulnera faciat, neque secus quam solent milites uexilliferi, hic exultat uulnera circumferens. Sed quae ob causam hoc dicit? Quouis sermone, quauis inquit, uoce clarius per haec me purgo. Haec nanque uocem tuba sublimiorem emittunt aduersus eos qui mihi contradicunt, praedicantque me simulare dogma, & ad placandum homines aliquid dicere. Etenim si quis militem uideret ex acie cruentatum prodisse, innumeris uulneribus faucium, num posset illum ignauiae proditorisque damnare, argumeta fortitudinis in ipso corpore gestantem? De me quoque igitur, inquit, similiter iudicate. Et si quis nolit meam excusationem audire, animumque meum cognoscere, spectet uulnera, quae certiore exhibent probationem, quam haec uerba, quam epistola. Exordiens enim epistolam, ex subita sui mutatione, syncerum animum suum, fucisque expertem euidenter ostendit: finies uero declarat idem, ex periculis huius mutationis causa toleratis. Nam ne quis diceret, recto quidem animo mutatus est, uerum non perstitit in eodem proposito, testes allegat, se etiam perstitisse, nimirum tentationes, pericula, plagas. Deinde posteaquam se dilucide purgauit de omnibus, declarauitque, quod nihil eorum quae dicta sunt, dixerit animo commoto, aut odij causa, sed immobilem habeat erga illos charitatis affectum, rursus hoc ipsum confirmat, claudens orationem precatione, plena bonis innumeris, hunc in modum loquens: Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres, Amen. Hoc extremo uerbo, cunctis quae prius dicta sunt, signaculum addidit. Non enim simpliciter dixit, uobiscum, quemadmodum de caeteris, sed ait, cum spiritu uestro: auocans illos a carnalibus, & ubique demonstrans dei beneficentiam, gratiaeque commune faciens quam acceperant, per quam poterat illos ab omni errore Iudaico reuocare. Nam & spiritum accepisse non erat legalis inopia, sed iustitia, quae est secundum fidem: nec acceptum tenere, erat ex circumcisione, sed ex gratia. Ea propter admonitionem clausit deprecatione, spiritus simul & gratiae mentionem refricans, & fratres alloquens, & deum inuocans, ut his perpetuo fruuntur, & duplici muro quae prius dicta sunt, communiens. Siquidem haec ipsa precatio consummata doctrina est eorum quae dicta sunt, duplicis muri uicem illis exhibens. Nam & doctrina commune faciens illos quantum bonorum accepissent, magis continet illos in ecclesiae dogmatibus: & precatio gratiam inuocans, & in hisdem perseverare suadens, non sinit spiritum ab illis discedere: quo quidem in illis manente, non aliter ac puluis, dispellebatur omnis eiusmodi dogmatum fallacia.



PHILIPPENSES dicti sunt à Philippis ciuitate Macedoniae, quae est ciuitas Colonia, quemadmodum refert Lucas. Hic illa purpuraria comuerfa est, mulier admodum religiosa, deditaq; precationibus. Hic synagogae princeps credidit, hic flagris caesus est Paulus una cum collega Sila, hic magistratus uoluerunt eos e ciuitate decedere, eo quod metuerent illos, ac prorsus splendidum initium habuit illic Euangelij praedicatione. Quin & Paulus ipse multa magnaq; de illis testificatus, coronam suam illos appellans, addens & illud, quod & multa & magna perpessi fuissent. Vobis enim, inquit, donatum est à deo, non solum ut in ipsum crede- retis, uerum etiam ut pro ipso patiamini. Quum autem scriberet ad illos forte fortuna tum erat in uinculis. Propter hoc, inquit, ut uincula mea manifesta fierent in Christo, in toto prae- torio, Regiam Neronis praetorium appellans. Sed uinctus fuerat ac deinde dimissus. Id de- clarat scribens Timotheo: In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me de- seruerunt. Ne illis imputetur, sed dominus mihi adfuit, & corroborauit me. His nimirum uerbis designat uincula sua in quibus erat ante defensionem illam. Quod enim id tempo- ris non adfuerit Timotheus, perspicuum est: In prima enim, inquit, mea defensione nemo mihi adfuit. Id ita esse declarauit haec Timotheo scribens, haudquaquam scripturus, si ille scisset. Caterum quum hanc scriberet epistolam, Timotheus aderat illi. Id declarat haec uer- bis: Spero autem in domino Iesu, me Timotheum breui missurum ad uos, Ac rursus: Hunc autem ut spero, ilico mittam ad uos, quum primum expendero mea negotia. Solutus enim fuerat à uinculis ac denuo retractus in uincula, posteaquam ad illos uenerat. Porro quod dicit, etiam immolator super hostia & oblatione fidei uestrae: in ista loquitur, quasi hoc iam fa- ctum esset, sed si quando id contingeret: Gaudeo, inquit, quod exerim animos illorum à consternatione, quam ex uinculis meis coeperant. Quod enim id temporis moriturus non esset, perspicuum est ex his quae scribit: Spero, inquit, in domino, quod & ipse breui ueniam ad uos. Ac rursus: Et hoc certo noui, quod mansurus sum & simul cum omnibus uo- bis permanurus. Miserant autem ad illum Philippenses Epaphroditum, qui pecunias ad ipsum perferret, quidq; rerum Paulus ageret, cognosceret. Vehementer enim illi Paulus erat affectus. Etenim quod illum miserint, audi ex ipso Paulo qui dicit: Recepti omnia, ab- undo, repletus sum acceptis quae Epaphroditus uestro nomine pertulit. Quin & in hoc ipsum miserunt illum, ut per eum scirent quid apud Paulum ageretur. Id ita esse declarat in ipsa statim epistolae fronte, de rebus suis ita scribens: Scire, inquit, uos uolo, quod quae mihi acciderunt, magis ueterunt ad profectum Euangelij. Et iterum: Spero quod breui Timotheum missurus sum ad uos, ut & ego refociller animo, cognitis quae circa uos aguntur. Quod ait, ut & ego, hoc significat, quemadmodum uos ad me misistis, ut de multis reddere mini certiores, sic & ego refrigerium accipiam, cognito rerum uestrarum statu. Quoniam igitur multo iam tempore neminem ad illum miserat: Nam id declarat dicens: Iam tandem re- floruitis ut de nobis cogitaretis: & tum audierant illum in uinculis esse, Etenim si de Epaphroditum morem acceperat quod agrotasset, quum non esset perinde celebris ut Paulus, multo probabilius est illos de Paulo fuisse conturbatos: Haec ob causam in epistola prin- cipio diligenter consolatur eos, docens non solum non esse causam consternationis, sed gaudij potius. Post haec hortatur illos ad concordiam ac modestiam, docens in his esse tutissimum ac maximum praesidium, quod ea ratione facite hostibus suis superiores foret euasuri. Non est dolenda res, si doctores uestri conuiciantur in uincula, sed si discipuli inter sese non sint una- nimes. Nam illud profectum etiam adfert euangelio, hoc uero distrahit. Posteaq; igitur hortatus est illos ad concordiam, ostenditq; quod ex modestia nascitur concordia: deinde multo sermone fert aduersus Iudaeos, qui sub specie Christianismi, undiquaque spiritum ha- bebant corruptum, eos & canes uocans & malos operarios, admonens illos ut talium fugiant consuetudinem, & ostendens quibus oporteat auscultare. Ad haec, multa differit ad bonos mores conducentia. Deinde propulsata ab illis socordia, excitatisq; ad uigilantiam animis, dicendo

dicendo dominus prope est, meminit quae illos deceat prudentia, simulq; commemorat, quae ab illis missa receperit. Atq; hunc in modum multam adfert illis consolationem. Vide- tur autem hanc epistolam multa cum honorificentia scripsisse Philippensibus, quod nul- lam prorsus habeat obiurgationem. Quae res arguit illorum uirtutem, qui nullam increpandi occasionem dederint doctori, adeo ut nihil illis scripserit obiurgandi specie, sed exhortan- di omnia. Nam ut dictum est, ab ipso statim initio haec ciuitas declarauit se uehementer prom- ptam ac propensam esse ad recipiendam fidem. Dux huius negocij fuit, carceris custos. Siquidem quum res essent undiq; afflictas, plenaeq; malis, repente ex uno miraculo uersae sunt in diuersum. Accurrit custos carceris, & tota cum familia baptizatus est. Nam mira- culum quidem ipse solus nouerat, ceterum fructum lucrumq; miraculi non solus sensit, sed hic & uxorem & uniuersam familiam habuit participem. Atq; etiam Euodiam ac Syntychem, uxorem praefecti carceris, si cui uideretur hoc dicendum, aut fortassis ipsum uirum aliquis malet Syntychem intelligi carceris custodem. Quin & ipsi magistratus qui flagellauerat eum, si propius inspicias, uideatur hoc magis ex tumultu q; ex malicia fecisse, idq; duobus argu- mentis colligitur. Primum quod ilico miserint per quos dimitteretur, deinde quod audita Pauli responsione metuerint. Collaudat autem eos Paulus, non solum ob fidem, & ob to- lerata pericula, uerum etiam ob munificentiam haec uerbis: Quoniam, inquit, initio quoq; euangelij, & semel atq; iterum misistis mihi quibus erat opus, quum nullus alius idem face- ret. Nulla, inquit, ecclesia mihi comunicauit in ratione dati & accepti. Quod autem cessa- tum est in officio non imputauit illorum uoluntati, sed potius interpretatur non datam op- portunitatem, Non quod, inquit, non esset uobis cura mei, sed defuit uobis opportunitas. Haec igitur quum nos quoq; sciamus ac tot exemplis prouocemur Paulinae charitatis erga Philippenses, & Philippensium erga Paulum (Etenim quod illos singulari prosequen- tur affectu, perspicuum est, Neminem enim, inquit, habeo unanimum, qui uere & ex ani- mo curet res uestras. Ac rursus: Eo quod habeam uos in corde meo & in uinculis meis) nos ipsos prebeamus dignos talibus exemplis, ut ad patiendum pro Christo simus prom- pti. Verum nunc quidem non est persecutio, proinde si nihil aliud, certe promptam illo- rum munificentiam imitemur. Ne uero si semel atq; iterum dederimus, existimemus nos totum beneficentiae munus expleisse. Per omnem enim uitam hoc agendum: neque enim satis est semel cum laude rem gerere sed perpetuo. Etenim qui decem dolichos cucurrit, si post deficiat, totam laudem perdidit. Et nos si semel aggressi bona opera, postea defece- rimus, totum amissimus, totum perdidimus. Audi uitalem exhortationem quae dicit: Elee- mosynae, inquit, & fides ne destituat te. Non dicit semel bene facito, aut bis, aut ter, aut de- cies, aut centies, sed semper: Ne destituat, inquit, te: non dixit ne eas destituas, sed ne te ipsae destituant, nimirum indicans, quod nos eleemosynis egemus potius q; illae nostri. Prae- terea docet omnia nobis esse faciendae, ut eas apud nos retineamus. Imò suspende, inquit, eas in collo, quemadmodum diuitum filij ornatus gratia aureum monile gestant in collo, nec id unquam deponunt, ueluti nobilitatis insigne circumferentes & ostentantes. Itidem & nos oportet semper beneficentiam indutos esse, declarantes quod filij sumus eius qui mi- sericors est, eius qui solem suum exoriri facit super bonos ac malos. At non credunt incre- duli. Ergo per haec credituri sunt, si nos ista fecerimus, ut uideant nos omnium misereri, & illum exprimere magistrum, scient, quod ad illius exemplum hoc facimus. Eleemosyna, in- quit, & fides uera: Recte addidit uera, non ex rapina, non ex furto: id enim non est fides, non est ueritas. Etenim qui fur est, huc & mentiri oportet & peierare. Tu uero non sic, sed eleemosynae iungito fidem. Hunc ornatum circumdemus collo, hanc torquem auream paremus animae, uidelicet eleemosynam, quam diu sumus in hoc mundo. Nam si praeterie- rit haec aetas, iam non erit locus eleemosynae, quandoquidem illic nulli sunt egentes, nulla est pecunia, nulla est inopia. Donec sumus pueri ne spoliemus nos ipsos hoc monili. Quem- admodum enim ista ornamenta pueris detrahuntur, posteaquam facti uiri, feruntur ad aliud ornamentorum genus: itidem & in nobis, non iam erit eleemosyna, quae pecunijs ero- gandis constat, sed alia quaedam multo praestantior. Itaq; si hac nos ipsos non spoliauerimus, efficiemus ut anima formosa appareat. Magna res est eleemosyna, praecleara & preciosa. Ingens, inquam, donum est, aut ut melius dicam, ingens bonitas, si per hanc didicerimus negligere pecuniam; & alia maiora discemus, iam hinc perpende quantum bonorum nobis

*Ad 23. est
spatium 23. st. 11
diorum*

nobis pariat eleemosyna. primum qui dat eleemosynam quemadmodum oportet, discit pecunia contemptum, quo facto, malorum radicem excuit, adeo ut non tam det beneficium quam accipiat, non ob id modo, quod fructus & mutua pensatio reposita sit eleemosynæ, uerum etiam quod animam philosophicam, sublimem, ac diuitem reddat. Qui dat eleemosynam, eruditur ad pecunie contemptum, discitque non admirari fulgorem auri. Hanc eruditionem posteaquam est assequutus animo, non mediocriter nactus est initium subuolandi in cœlum, ac litium, cōtentionum, liuoris & anxietatis innumerabiles excidit occasiones. Scitis enim, scitis inquam & uos, quod pecunia sit instrumentum malorum omnium, quin & innumera bella proficiuntur e pecunijs. Hanc igitur quisquis didicit contemneret, in tranquillo seipsum cōstituit, nec tam amplius damni metu terretur. Nam hoc illum docuit eleemosyna. Non amplius concupiscit res proximi sui. Quo enim pacto concupisceret aliena, qui sua profundit ac largitur alijs? Non amplius inuidet diuiti. Quo namque pacto haberet inuidum oculum erga proximum, qui cupiens fieri pauper animi sui perpurgat oculum? Et hæc quidem hoc in seculo, Cæterum in illo seculo quantum bonorum sortietur qui largiendo pauper factus est, nemo uerbis consequi possit. Non excluditur cum fatuis uirginibus, sed cum prudentibus introibit cum sponso, lampadas habens lucentes, præferendus his, qui multa dira passi sunt in uirginitate, ipse taliū molestiarum expers. Tanta uis est eleemosynæ, ut audacter introducat alumnos suos. Nota est enim ac familiaris cœli sanctoribus, qui sponsi seruant fores. Quid dixi nota? non solum nota est, sed & uenerabilis, adeo ut quotquot agnouerit qui ipsam honorarunt, eos multa cum fiducia ducat intrò, neque quisquam obsistit, sed locum dabant omnes. Etenim si deum in terram deduxit, & ut homo fieret persuasit, multo magis poterit hominem in cœlum subducere. Magna enim est illius potestas. Proinde si misericordia & erga genus humanum charitas, deo persuasit ut seruus fieret, multo magis seruos in illius domum subuehet. Hanc diligamus, hanc amemus, non unum aut alterum diem, sed per omnem uitam, ut nos agnoscat. Quæ si nos agnouerit, agnoscat & dominus, Contra si hæc non agnouerit, nec dominus agnoscat, dicitque: Non noui uos. Verum absit ut hoc eueniat, quin illam potius audire uocem detur, illam inquam beatam uocem: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Id quod omnibus contingat assequi, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA SECVNDA

IN H A C epistola ueluti scribens ad consortes & æquales non addit Apostolicæ dignitatis titulum, sed alium quendam, magnificum & ipsium. Quem tandem illum? Seruum profitetur seipsum non apostolum. Nam re uera magna hæc est dignitas, omniumque bonorum caput, seruum esse Iesu Christi, nec uulgari modo dici seruum Iesu Christi. Siquidem hic uere liber est a peccato, & qui Christi uere seruus est, nulli alteri seruus est, Alioqui non esset Christi seruus, sed ex dimidio seruus Christi, ex dimidio peccati. Rursum ad Romanos scribens, dicit: Paulus seruus Iesu Christi. Corinthijs autem ac Timotheo scribens, apostolum seipsum uocat: Huius rei que nam causa est? nam quod illi sint præstantiores Timotheo? Absit. Quin potius hos omnium ad quos scribit summo honore studiosque prosequitur. Etenim de uirtute illorum egregium fert testimonium. Verum quoniam illic multa erat ordinaturus, ideo sumpsit apostoli dignitatem. His uero nihil præscribit, nisi quæ ipsi ex se se perspiciebant. Sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis. Quoniam probabile erat quod Iudæi seipso sanctos appellarent, honore cognominis assumpto, ex antiquo prophete uaticinio, quo dicuntur populus sanctus ac peculiaris, propterea addidit hæc uerba: Sanctis in Christo Iesu. Siquidem hi soli sancti sunt, qui sunt in Christo, cæteri uero deinceps prophani. Cum episcopis ac diaconis. Quid hoc sibi uult? Itane unius ciuitatis plures erant episcopi? Nequaquam, sed hoc titulo designat presbyteros. Tum enim temporis adhuc uocabulum erat commune, adeo ut episcopus diceretur diaconus, hoc est minister, Vnde in epistola ad Timotheum dicit: Imple ministerium tuum, quum iam esset episcopus: Nam episcopum illum fuisse declarat sic illi scribens, Manus cito nemini imposueris. Ac rursus, quod datum est tibi per impositionem manuum presbyterij: Porro haudquaquam seniores elegerunt episcopum. Ac rursus ad Titum scribens ait: Horum gratia reliqui te in Creta, ut constituas per ciuitates

tates presbyteros, quemadmodum & ego tibi præscripsi, si quis sine crimine, unius uxoris uir: de episcopo loquitur, & his uerbis mox subiicit hæc: Oportet igitur episcopum sine crimine esse ut dei dispensatorem, non præfractum. Igitur, quemadmodum dixi, olim & presbyteri uocabantur episcopi ac diaconi, hoc est ministri Christi. Vnde nunc quoque complures episcopi quum ad episcopum scribunt, consensorem & comministrum appellant. Post autem proprium cuique uocabulum tributum est, ut alius dicatur presbyter, alius episcopus. Cum episcopis ac diaconis: gratia uobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Quid tandem in causa est ut nequaquam scribat clero qui Romæ est, aut Corinthi, aut Ephesi, sed in commune omnibus sanctis, fidelibus, dilectis, hic autem scribat clero? Nimirum ipsi priores ad illum miserant, ipsi fructificauerant, legauerantque ad eum Epaphroditum. Gratias, inquit, ago deo meo in omni memoria uestri semper. Dixit alibi scribens: Obedite præpositis uestris & subditi estote, quoniam ipsi uigilant pro animabus uestris, tanquam rationem reddaturi, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Itaque si gemitus præpositorum, arguit maliciam discipulorum, contra cum gaudio facere declarat illorum profectum: Quoties, inquit, recordor uestri, glorifico deum, Hoc autem ideo facit quod sciret illis adesse multa bona, & glorifico inquit, & oro, Flaud tamen posteaquam profecistis ad uirtutem, desino pro uobis orare, sed gratias ago deo in omni memoria uestri semper, in omni deprecatione mea, pro uobis omnibus cum gaudio etiam deprecationem faciens, Non solum quum oro. Nam id poterat cum dolore facere, quemadmodum dicit alibi: Ex multa enim afflictione & anxietate cordis scripsi uobis per multas lacrymas. Super cōmunicatione, inquit, uestra in Euangelio a primo die usque ad hoc tempus. Magnum illis hic præbet testimonium & quidem ualde magnū quod aliquis tribueret apostolis & euangelistis. Non, inquit, quoniam unam ciuitatem estis aggressi, illius unius curam agitis, sed omnia facitis, ut efficiamini participes laborum meorum, ubique præsentem & adiuuantem & cōmunicantem meam deprecationem, non semel aut iterum aut tertio, sed semper ex quo credidistis usque ad hunc diem apostolicam promptitudinem suscepistis. Vide quo pacto qui erant Romæ auersati sunt ipsum, Nam audi ipsum loquentem: nostri hoc quod auersati sunt me omnes qui sunt in Asia. Et rursus: Demas me deseruit. Et in prima, inquit, defensione mea nemo mihi adfuit. Hi uero etiam absentes cōmunicabant illius afflictionibus, mittentes ad illum uiros, ac pro uiribus illi suppeditantes necessaria, breuiter nulla in parte cessantes in officio. Non nunc solum, inquit, sed semper omnibus modis auxiliantes. Nonne hoc est cōmunicare euangelio? Etenim quum ille quidem prædicat, tu uero in externis difficultatibus subseruis, non solum ad certantem corona pertinet, uerum etiam ad eum qui instituit, qui curauit, in summa ad oēs qui exercuerunt & instruxerunt athletam. Etenim qui illum corroborarunt, iure cōsortes esse debent ac participes trophæorum, in gloria quoque societatem uenientes. Non enim res est mediocris inferuire sanctis, sed plurimum ualeat. Consortes enim nos reddit præmiorum illis repositorum. Verbi gratia: Proiecit aliquis multas pecunias propter deum, semper intentus est rebus diuinis, uirtute exerceat haud uulgarem, & usque ad uerba, & usque ad cogitationes, denique usque ad omnes uirtutes eorum, qui exactam ad pietatem adhibere diligentiam. Tibi licet, etiam si tantam diligentiam non præstiteris, uenire in societatem præmiorum illis repositorum. Quo pacto? Si inseruias illis & dicis & facis, si consolers, si necessaria suppeditaueris, si ministerium omne impenderis. Sic enim uitam illam asperam reddideris commodiorem. Proinde si suspicis eos qui ueriantur in desertis, qui uitam angelicam delegerunt, qui in ecclesijs similia præstant officia, qualia illi in desertis, si hos suspicis, inquam, pariter & doletis, quod multo interuallo ab illis distatis, licet & alia ratione consortes illorum fieri, nimirum subministrando & inseruendo. Nam & hoc diuinæ bonitatis est, socordes quoque ac pigros, & qui uitæ rationem illam asperam exactamque uiuendi disciplinam non possunt suscipere, per aliam uitam in eundem cum illis ordinem adducere, uidelicet, hoc est quod Paulus uocat communionem, Communicant, inquit, nobis in carnalibus, communicamus eis in spiritualibus. Etenim si deus pro exiguis nihilque rebus regnum largitur cœlorum, famuli quoque eius pro exiguis ac sensibilibus, impatiunt spiritualia, Quin potius & hæc & illa dat dominus. Ipse enim est qui per illos largitur. Non potes ieiunare, non potes solitarius uiuere, non humi cubare, non noctes insomnes ducere, & tamen datur tibi horum

horum omnium mercedem capere, si rem alia tentes uia, si eos qui hac faciunt curaris, si rexfocillaris, si assidue delinieris, & ex his rebus contractam lassitudinem alleuaris. Ipse stat in pugna, ipse uulnera quoque accipit, tu foue, a certamine redeuntem excipe placidis manibus, ab anima sudorem abstergens, hortare, consolare, refrigera defatigatum animum. Quod si tali cum alacritate seruerimus sanctis, cōsortes erimus premium illis reposito rum. Idem & Christus docuit: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut recipiat uos in aeterna sua tabernacula. Vides illos participes esse factos. A primo, inquit, die usque ad hoc tempus. Gaudeo, inquit, non modo de praeteritis, uerum etiam de futuris: ex praeteritis enim futura cōiungimus. Hoc ipsum, inquit, persuasum habens, quod is qui coepit in uobis, opus bonum perficiet usque ad diem Iesu Christi. Vide quomodo docet illos me destinaam. Etenim postea quod illos magnifico testimonio ornat, ne quid illis accideret humanum, protinus docet illos tum praeterita tum futura bona ad Christum esse referenda. Unde hoc liquet: Non enim dixit persuasum habeo quod coepistis & perficietis. Sed quid? Qui coepit in uobis opus perficiet. Neque detraxit illis laudem recte factorum, Dixit enim, cōmuniōne uestra gaudeo, uidelicet indicans & ipsos recte facere: neque proprie tribuit illis quae bene gesserat, sed deo duce & auspice gesta significat. Confido enim, inquit, quod qui coepit in uobis opus bonum, perficiet usque ad diem Iesu Christi, uidelicet ipse deus. Non enim de uobis tantum tunc affectum habeo, uerum etiam de ijs quae ex uobis proficiunt. Hoc ipsum enim laus est haudquaquam mediocris, deum in quopiam operari. Etenim si non est personarum discrimen apud deum, sicut non est, sed ad suum propositum respiciens auxiliatur nobis in beneficiis, nimirum ipsi sumus in causa, si illis spoliatur. Itaque ne sic quidem loquens Paulus, priuauit illos sua laude. Nam si simpliciter in illis operabatur deus, nihil uetabat quo minus & in gentibus & in uniuersis hominibus operaretur, si nos ut ligna lapidesque moueret, neque nostram requireret industriam. Itaque quod dicit: Deus perficiet, & hoc rursus ad illorum laudem pertinet, qui conciliarint sibi dei gratiam ut ipsis esset auxilio, in his quae superant humanam naturam. Quamquam ista beneficia sic uestra sunt, ut tamen humana non sint, sed egent fauore diuino. Quod si deus perficiet, non erit multum negocij, sed oportet habere fiduciam, quod omnia facile perficientur, nimirum illo opitulante. Quemadmodum iustum est me hoc sentire de uobis in omnibus, eo quod habeam uos in corde meo & in uinculis meis, & in defensione mea, & in confirmatione euangelij. Et sane mirandum est, si etiam in uinculis gessit illos in corde. Ne tum quidem, inquit, quum causa dicta carcerem eram ingressus, excideratis mea memoria. Adeo uolens, & ut ita loquar tyrannica res est amor spiritualis, ut nulli cedat occasio, sed continenter inhaereat amanti animo, neque committat, ut ulla afflictio aut ullus dolor superet animum. Quemadmodum enim in fornace Babylonica quum tam ingens flamma ferretur in altum, tamen beatis illis pueris ros erat: sic amicitia diligens ac deo placens animum occupans, omne abigit incendium, & in rorem admirabilem uertit. Et in confirmatione, inquit, euangelij. Num uincula confirmabant euangelium? Num causae dicitio? Confirmabant, & quidem reuersim. Etenim si deprecatus fuisset uincula, uideri poterat impostor. Caeterum qui omnia sustinet, tum uincula, tum afflictiones, declarat sese non ob humanam aliquam causam ista perpeti, sed propter deum, qui praemia reddit ipsius amore patientibus. Etenim nemo uolens mortem etiam oppeteret, tantumque periculorum in se susciperet, nullus etiam talem regem uidelicet Neronem offendere sustineret, nisi ad alium regem multo maiorem respiceret. Itaque uinculis confirmabatur euangelium. Alioqui quomodo tam magnifice in diuersum uertebat omnia? Quod enim existimabam infirmitatem & accusatorem, hoc, inquit, erat confirmatio. Idque nisi factum esset, futurus eram in infirmitate. Post hac ostendit, quod eos diligeret non affectu praeventus, sed iudicio. Qua propter? Habeo, inquit, uos in uinculis meis & in defensione, quod cōsortes sitis gratiae. Quid hoc est? aut quae erat gratia apostoli? Num hac erat gratia uinculum esse, num agi ducique, num innumera perpeti mala? prorsus erat. Sufficit, inquit, tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Eoque mihi placeo, inquit, in infirmitatibus, in contumelijs. Quoniam itaque uideo uos factis ipsis declarantes uirtutem uestram, & huius gratiae consortes esse, merito hac coniecto. Quum enim uestri ceperim experimentum, sicque uos cognitos habeam ut nemo melius, uestraque beneficia perspexerim, quod quum tanto interuallo se iuncti sitis a nobis

nobis, non tamen deseruistis nos in afflictionibus, sed pro euangelio participes esse uoluitis: tentationum: & quamquam ipsi procul abessetis, tamen ultro in pericula descendistis, sic ut nihilo minus haberetis quam ego, merito hoc testimonium fero de uobis. Sed quam ob rem non dixit confortes, sed simul confortes, hoc est non *ἁπλοῦς* sed *συνῆλικός*. Quoniam & ipse, inquit, alterius consors sum, ut cōmunionem habeam cum euangelio, hoc est, ut participes siam bonorum euangelij praedicatoribus repositorum. Idque praclarum erat, Philippenses omnes eodem fuisse affectu quo erat Paulus. Simul, inquit, confortes gratiae omnes uos esse. Ex his, inquit, in ijs sumo fiduciam, uos ad finem usque tales fore. Non enim fieri potest ut tam splendidum initium extingatur ac desinat, sed magnos & egregios declarat futuros exitus. Posteaquam igitur datum est & alia ratione confortes fieri gratiae, tentationum & afflictionum, obsecro si uos confortes & nos quotquot hic stamus, Imo potius si uultis omnes confortes esse bonorum Paulo repositorum, licet: uidelicet si uelit is ijs qui Pauli ministerium susceperunt, ubi quid acerbum patiuntur propter Christum, esse auxilio. Vides fratrem in tentatione implorare opem, porrigere manum. Vides doctorem periculantem, adesto. Sed dicit aliquis, nullus est Paulo similis: Mox desperat, mox iudicant. Nullus est Paulo similis, istud & ego confiteor, Attamen qui recipit, inquit, prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Non enim illi ob hoc fuerit in admiratione quod Paulo auxiliarentur, uerum quoniam Paulus susceperat Euangelij praedicationem, ob id ab illis magni fiebat, quodque illa patiebatur propter Christum. Nullus Paulo similis, imò nullus est, qui ad beatum illum uel paululum accedat. At eadem est quae tum erat praedictio. Neque solum illi tum communicauerunt quum esset in uinculis, uerum etiam ab ipso statim initio. Audi enim ipsum dicentem: Scitis autem & uos Philippenses, quod in initio nulla ecclesia mihi communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli. At praeter tentationes plurimum habet molestiae qui doctorem agit, uigiliam, negocium loquendi, doctrinam, querelas, criminationes, inquisitiones, inuidiam. Num haec pusilla uidentur, innumerabilium hominum perferre linguas, ex quibus cogatur sollicitus esse de rebus suis? Hei mihi, quid facio? In medio duarum rerum constrictus sum. Cupio uos exhortari & animare ad opitulandum auxiliandumque sanctis dei, uerum meo ne quis aliud suspicetur, uidelicet me haec non uestra gratia, sed illorum causa loqui. Scitote autem me haec illorum gratia non loqui, sed uestra ipsorum causa. Et si uultis auscultare, rationibus ipsis hoc uobis persuadebo. Non est uobis par lucrum cum illis. Vos enim si quid dederitis, ea dabit, quibus paulo post uelit nolit estis spoliandi, & quod habebatis alij cessuri. Quae uero accipitis, multo sunt maiora simul & meliora. An non hic est uobis animus, ut existimetis uos dando accipere? Nisi enim hoc pacto sitis affecti, ne dare quidem uos cupio. Itaque non pro illis uerba facio, nisi quis prius hunc animum sumpserit, ut existimet se accipere potius quam dare, & immensum lucrum dando facere, magisque se beneficio affici, quam conferre beneficium, ne det: si dat tanquam gratificans accipienti, ne det. Neque enim de hoc magnopere sollicitus sum ut alantur sancti. Etenim si tu non dederis, alius dabit. Proinde quod uolebam, hoc est, ut uos de remissione peccatorum uestrorum consolationem habeatis. Etenim qui hoc animo non dedit, non accipiet consolationem. Non enim quisquis dat, facit elemosynam, sed qui dat prompto alacrius animo, qui gaudens dat, qui gratiam habet accipienti. Ne ex tristitia, inquit, neque ex necessitate. Hilararem enim datorem diligit deus. Itaque qui non dat hoc modo, ne det. Damnum enim hoc est, non elemosyna. Ergo si cognoscitis, quod uos lucrum facitis, non illi, scitote quod maius lucrum ad uos redit quam ad illos. Nam illorum quidem corpori praebetur alimonia, uestra autem anima deo placita redditur. Illis cum accipiunt nulla peccata condonantur, uobis autem multa commissa, quibus deum offendistis mitius habebunt. Communicemus igitur illis in magnis illis certaminibus ac laboribus. Quidam quum reges adoptant, non arbitrantur se dare beneficium, sed accipere potius. Adopta tu Christum, & habebis multam securitatem. Vis & Paulo communicare? quid autem dixi Paulo, quum Christus sit qui accipit? Ut autem sciatis quod uestra causa tum dico, tum facio omnia, non ut alij refocillentur, hoc agens ut accipiant hi qui praefecti sunt ecclesiae, cui facultates sunt amplae, nec ullius eget: etiam si sanctus fuerit, ne da, sed praefere illum qui praemittitur inopia: etiam si non emineat singulari uita sanctimonia. Quare ita

tandem? Quoniam & Christus ita uult, dicens: Quum feceris coenam aut prandium, neuocaris amicos tuos, neque uicinos tuos, sed claudos, caecos, & eos qui non possint tibi referre gratiam. Non enim oportet in quoslibet talem humanitatem collocare, sed in esurientes, sed in sitientes, sed in nudos, sed in hospites. Non enim dixit simpliciter, alitus sum, sed esuriebam. Esurientem, inquit, me uidistis & aluistis. Duplex iustitia. Etenim si simpliciter oportet alere esurientem, multo magis id faciendum, si sanctus fuerit qui esurit. Quod si sanctus quidem fuerit, non egeat autem, nequaquam alendus est. Neque enim hoc lucrum fuerit, eo quod Christus istud non praeceperit. Immo potius ne sanctus quidem est ille, qui quum abundet, accipit elemosynam. Videtis quod haec uobis non ob turpe lucri studium dicta sunt, sed ad uestram magis utilitatem. Ale esurientem, ne alas ignem gehennae. Ille uescens de tuis, etiam reliquias sanctificat. Considera quomodo uidua pauperitatem Heliam. Imò pasta est uerius quam pauit, & accepit beneficium magis quam dedit. Hoc nunc quoque fit, sed in longe uberiore materia. Non enim lecythus olet, aut hydria farinae reponitur, sed quid? Centuplum in hoc seculo, & praeter ea uita aeterna redditur. Oleum dei, est alimonia spiritualis. Esto fermentum purum. Vidua erat illa, fames urgebat. Nihil horum obstitit, quo minus aleret prophetam. Erant illi filij, ne sic quidem deterrita est. Haec uidua illam aequiparat, quae duo minuta misit. Non dixit apud se: Quid gratiae feram ab hoc? Ipse mei eget. Si quam uim haberet, nequaquam esuriret, & abstergeret squalorem, nec obnoxius esset ipsi malis quibus ego. Fortassis & ipse deum offendit. Nihil horum reputabat. Vides quantum bonum sit cum simplicitate dare beneficium, nec admodum curiose circumspicere qualis sit cui des? Si uidua uoluerit esse curiosa, haerita esset nec habuisset fiduciam. Item & Abraham si uoluerit esse curiosus, non excepisset angelos hospitio. Nec enim fieri potest, fieri inquam non potest, ut qui his in rebus exacte disquirat omnia, potatur hoc quod querit, imò talis potissimum incidit in impostores. Dices, quo nam pacto? Hoc dico: Qui pius est non affectat uideri pius, nec sibi ipsi addit personam, sed studet esse aspernabilis. Contra impostor qui rem arte gerit, multam pietatis speciem sic addit sibi, ne facile queat deprehendi. Itaque fit, ut qui bene facit ipsi qui uidentur impij in pios incidat, rursus qui eos querit qui uidentur pii, frequenter incidat in impios. Quapropter obsecro, ut omnia faciamus cum simplicitate. Fingamus enim impostorem esse qui abs te petit. Non iussus es istuc exquirere: Omnia inquit, petenti abs te tribue, & mercari mortuum ne parce. Atqui complures eorum quos tollis ad sepulturam, deprehensi in malis occisi sunt. Et tamen audis, ne parce. Sic enim similes erimus deo, sic erimus suspiciendi, & immortalibus potiemur bonis: quae nobis omnibus contingat assequi gratia & erga nos charitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu gloria, imperium, honos, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC D. D. IOANNI
episcopo Lincolnensi in Anglia, Erasmus Roterod. S. D.

ALII ALIA placet uenatio reuerende praesul, mihi felicitatem optimam uideor nactus, quod nuper obtigit codex multas diui Athanasij lucubrationes continens, eo quod ad publicam Christianae ditionis utilitatem arbitror plurimum referre, ne quid omnium, quae facundus ille propugnator ecclesiae scripta reliquit, desideraremus. Et alio qui merebatur uir egregius, ut iuxta nomen suum, etiam apud mortales esset immortalis, totusque superesset orbi. Haec enim pauca aliquot illius lucubrationes habemus, ut cunctas uersas. Nam commentarios in omnes Pauli epistolas, ne utiquam aspernandos, demiror quis quo casu inscripserit Athanasio, quum Graeci codices titulum habeant Theophylacti Bulgariceni, Archiepiscopi, tum phrasibus plurimum discreper ab huius eloquentia, quod si cui de haec quidem persuaderent, dabimus aliud argumentum: In commentarijs, de quibus modo loquebamur, frequenter citatur Ioannes Chrysostomus, ac Basilus, quorum uterque fuit Athanasio annis ferè quadraginta posterior, Ex Chrysostomo uero tam multa hauserit, ut frequenter complures uersus, ad uerbum, ex eo referat, suppresso auctoris nomine, sed frequentissime sensum illius reddat, uerbis aliquot leuiter immutatis. Itaque uidetur is Theophylactus recentiorum fuisse quispiam, nec Hieronymo, nec Gennadio, nec ipsi ex quibus tripartita contexta est historia

est historia cognitus, qui apud Graecos eam operam praestiterit, quam Beda, Remigius, Claudianus, & si qui sunt huius generis alij, apud Latinos. Siquidem hi uitae digressionibus, quibus apud populum differens, frequenter admodum prolixis utitur Augustinus, & si quid aliud non perinde uidebatur ad loci praesentis enarrationem pertinere, praetermissis, in compendium redegerunt ab alijs dicta fultius. Habet & Chrysostomus crebras ac prolixas digressiones in quibus tractat *περὶ ἰδίων*, sed eas ferme sub finem conclusionis, Ex huius igitur, & aliorum uarijs lucubrationibus Theophylactus contexit suos commentarios, in euangelia quatuor, & oēs epistolas Pauli. Porro D. Hieronymus, ex ipsis quae scripsit Athanasius, recenset duos libros aduersus gentes, quorum nos tantum unum habemus. Item de Psalmorum titulis quae habemus ex parte uersum. De persecutione Arianorum plurimos, ex quibus nos aliquot nunc damus, de uirginitate, qui an is sit, quem nos hoc titulo reperimus *περὶ τῆς ὑδρινος, ἢ περὶ ἀσκήσεως*, nondum satis liquet. Si illius est, multum submisit stilum ad uirginis, cui scripsit, simplicitatem. Item contra Valentem & Vrsatium librum unum. De uita Antonij monachi. *ἐπερωτησὶς τῶν ἐρωτῶν*, hoc est epistolas ad festorum celebrationem pertinentes, quarum nihil habemus, nisi forte in hoc genus referenda uidentur ex quibus aliquot uertimus, de passione dñi, de pullo asinae, de blasphemia in spiritu sancto: & his nominatim commemoratis, addit Hieronymus, & multa alia, quae enumerare longum est. Ex his igitur quae nobis obtigerunt, tibi talium deliciarum audivissimo, pauca degustanda uertimus, plura daturi, nisi nos, id temporis, tanta laborum moles circumuallasset, ut haec ipsa magna ex parte pomeridianis horis dictare fuerimus coacti (audis dictaturam, rei miserè splendidum uocabulum) haud quaquam ignari quantum intersit inter ea quae calamo tradimus ipsi, & ea quae uoce praemus amanuensi. Sed ad hanc dictaturam nos praeter morem adigit, partim indies imbecillior corpusculi ualitudo, partim efflagitatorum infatigatio. Quod si senserimus haec placuisse, captabimus occisum, ac plura mittemus. Quanquam iuxta prouerbum, quo dicitur, ubi mel, ibi fel, ubi uerber, ibi tuber, gaudium hoc meum, quo penè insolenter gestiebam, temperauit comes agrimoniam. Praeter negotium, quod scriba suis cacographijs exhibuit, coeperi subinde titulorum imposturas, hoc Athanasio tribuentium, quod uix sani hominibus uideri posset, ne quid memorè de ambiguis. In his non parum temporis & operae nobis perijt, dum inter uertendum quo longius procefferamus, hoc deprehendimus absurdiora, ac tandem coepta coacti sumus abicere. Ex hoc tamen genere fragmenta quaedam dedimus. In quibus, inquit, usum: ut hinc liqueat quanta impietate Graecorum quoque scribae de bacchati sint in talium uirorum monumenta, in quibus uel syllabam immutasse sacrilegium est. Eadem temeritas quid non ausa est apud Latinos, in supponendis, truncandis, augendis, contaminandis, orthodoxorum commentarijs. Dicam quid nuper coeperim. Proderat in lucem aliquot scripta Clementis ac nonnullae priscorum pontificum epistolae: iubeo famulum recitare, nam hoc solatio soleo fallere, quod temporis intercedit inter coenam & somnum. Tandem incidimus in epistolam Antheri Rom. Pont. Illic coeperimus complures uersus penè ad uerbum intertextos, quos partim ex epistola diui Hieronymi ad Heliodorum, partim ex eiusdem ad Nepotianum epistola cofarcinator ille fuerat mutuat, nec dubito quin pleraque sint eiusdem farinae reliqua, nam haec tamen forte agnouimus. Argumentum apparet sumptum ex eo quod Catalogus Rom. Pont. habet, hanc constituisse, ut fas esset episcopis, si gregis utilitas ita postulasset, ad aliam ecclesiam transire. Huius querelae nullus esset finis, si singula uelimus persequi. Utinam uel fero in hanc rem uigilet episcoporum cura publica. Sed ad Athanasium. Agnosces in huius scriptis seculum huic non ita multum dissimile. Cuius tumultibus utinam ille qui imperat uentis & mari profligatque spiritus immundos huius aeris, dignetur laetum aliquid quem sine imponere. Erat uir ille seculo tranquillissimo dignus, dedisset nobis egregios ingenij, facundiaeque suae fructus. Habebat enim uere dotem illam, quam Paulus in episcopo putat esse praecipuam. *καὶ διδασκαλίας*, adeo dilucidus est, acutus, sobrius, attentus, breuiter omnibus modis ad docendum appositus. Nihil habet durum, quod offendit in Tertuliano. Nihil *καὶ ἰσχυρῶς*, quod uidemus in Hieronymo, nihil operosum, quod in Hilario, nihil lacinosum quod est in Augustino, atque etiam Chrysostomo, nihil Isocraticos numeros aut Lyfiae compositione redolens, quod est in Gregorio Nazianzeno, sed totus est in explicanda re. Accipies gustum, & remittes tuum iudicium, quo nullum sequimur libentius. Dominus te feruet incolumem. Basileae. Anno a Christo nato, M. D. XXVII. Tertio die Martij.

DE SANCTO SPIRITU

SANCTI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRI
ni, epistola ad Serapionem Episcopum, Des. Erasmo Ro/
terodamo interprete.



DMIRABERE forsitan, qui factum sit, ut qui iussus erā epī
stola de spiritu sancto conscripta disputationem in compen
dium conferre, remq; paucis explicare, nunc uideas me su
perferentē hac de re uerba facere, scribere aduersus eos qui
in pietatem admittētes in filium dei, dicebāt illum esse crea
turam, Verum haud reprehendes factum sacro, si causam
intellexeris, quin potius approbabit tua pietas, ubi uiderit
quam probabilis ratio nobis hoc persuaserit. Quoniā enim,
ut ipse dominus ait, nō à seipso loquetur paraclētus, sed qua
cunque audierit loquetur, quoniā ex me accipiet & annun
ciabit uobis, & quum inuississet in eos, dedit illum ex se di
scipulis: ita & pater effudit illum super omnem carnem, sicut scriptum est: ideo sanē pri
us de filio dei, congruenter mihi tum dictum est, tum scriptum, nimirum ut ex cognitione
filij, ualeamus & spiritus sancti rectam habere cognitionem. Qualem proprietatem co
gnouimus filium habere cum patre, eandem comperiemus & spiritum sanctum habere
cum filio, & quemadmodum filius dicit: Omnia quaecunque habet pater, mea sunt, sic
hac omnia comperiemus, esse per filium in spiritu sancto. Et quemadmodum pater ostendit
filium, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, sic filij est spi
ritus. Emisit enim, inquit ad Romanos apostolus, spiritum suum, in cordibus nostris ela
mantem abba pater. Et quod admirabilius est, quemadmodum filius dicit, quae mea sunt
patris sunt, sic patris est spiritus sanctus, quemadmodum dicitur est filij. Siquidem ipse fi
lius dicit, ubi uenerit paraclētus, quem ego mittam uobis à patre, spiritum ueritatis qui à
patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me. Paulus autem scribit: Nemo nouit quae
sunt hominū, nisi spiritus hominis qui est in ipso. Sic & quae sunt dei nemo nouit, nisi spiri
tus dei qui est in eo. Nos uero non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritum, qui est
ex deo, ut sciamus quae à deo donata sunt nobis. Quin & in tota diuina scriptura compe
ries, quod spiritus sanctus qui dicitur filij, idem dicitur esse dei. Idē in superioribus libris
conscriptum. Proinde quemadmodum filius eo quod habet proprietatem cum patre,
quodq; propriū germen est ex illius substantia, nō est creatura, sed patri hominifios, hoc
est eiusdem essentiae: sic haud quaquam spiritus sanctus possit esse creatura, quin potius
impius est qui hoc dicat, eo quod habet proprietatē cum filio, quodq; ex illo datur omni
bus, deniq; quod quae habet, filij sunt. Haec sufficiebant ad persuadendum uel cuius con
tentioso, ne posthac dicat esse creaturā spiritum dei, qui est in deo, quicq; profunda scruta
tur dei, qui ex patre datur per filium: ne ex his cogatur & filium dicere creaturam, qui est
uerbum, qui sapientia, qui figura, qui splendor est patris, quem quisquis uidet, uidet & pa
trem, ac deinceps audiat: Qui negat filium, nec patrem habet. Alioqui paulatim iste pro
grediens uelut amens diciturus est, non esse deum. Attamen bonum fuerit pluribus argu
mentis impios redarguere, et ex quibus demonstratur filius nō esse creatura, ex istis dem
onstrare, nec spiritum sanctum esse creaturam. Ex non extantibus sunt creaturae, & esse
coeperunt. Nam in principio creauit deus caelum & terram, quaeq; in his sunt. At spiritus
sanctus ex deo est, diciturq; quemadmodum ait apostolus. Quod si filius quoniam non
est ex non extantibus sed ex deo, consequenter non potest esse creatura: necesse est, nec spi
ritum sanctum esse creaturam, eo quod in cōfesso est eum esse ex deo. Nam creaturae sunt
ex non extantibus. Rursum unctio & signaculum dicitur & est, spiritus sanctus. Etenim
Ioannes scribit, Et uos unctiōnem accepistis ab eo, ut maneat in uobis, nec opus habe
tis ut quisquā uos doceat, sed sicut illius unctio, spiritus eius docet uos de omnibus. Rur
sus in Esaia propheta scriptum est. Spiritus domini super me, eo quod unxit me. Paulus
sic scribit

Ratio prima
de unctio
Sic uertit Ni
larius

sic scribit, In quo & credentes signati estis. Et iterum, Ne contristetis spiritum sanctum in
quo signati estis in diem redemptionis. Vnctiōnes autem in hoc unguuntur ac signantur.
Quod si unctiōnes in hoc unguuntur ac signantur, haud quaquam erit creatura spiritus.
Neque enim quod ungit, simile est ijs, quae unguuntur. Siquidem haec unctio, halitus est fi
lij, ut qui habet spiritum dicat, Christi bonus odor sumus. Iam & signaculum filium ex
primit, ut is qui signatur habeat Christi formam, sicut dicit Apostolus: Filioli mei, quos
iterū parturio donec formetur Christus in uobis. Quod si spiritus bonus odor, ac forma
filij est, manifestum est spiritum non esse creaturam, quandoquidem nec filius quum sit
in forma patris, est creatura. Etenim ut qui uidet filium uidet & patrem, sic qui spiritū san
ctum habet, habet filium, & qui habet illum, templum est dei, quemadmodum scribit Pau
lus. An nescitis quod templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Ioannes autem
ait: In hoc cognoscimus, quod in deo manemus, & ipse in nobis, quod de spiritu suo de
dit nobis. Quod si filium, eo quod est in patre & pater in ipso, confitemur non esse creatu
ram, omnino necesse est, ne spiritum quidem esse creaturam, quandoquidem in hoc est fi
lius, & ipse uicissim in filio. Quapropter & qui spiritū accepit, templum dei dicitur. Rur
sus autē ex hoc bonum fuerit cognoscere, si filius est dei sermo, unus est sicuti pater: Unus
enim deus ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus, unde et unigenitus filius & di
ctus est et scriptus. At creaturae multae sunt uariaeq; angeli, cherubim, principatus, potesta
tes, caeteraq; quemadmodum dictum est. Porro si quia filius non est de multorum nume
ro, sed unus est, sicut pater unus est, nequaquam esse creatura, spiritus (oportet enim à filio
accipere etiam ipsam de spiritu cognitionem) nullo pacto potest esse creatura. Neq; enim
est de numero multorum, sed unus est & idem. Hoc nouerat apostolus dicens: Haec autem
omnia operatur unus & idem spiritus, diuidens unicuique pro ut uult. Ac paulo post, In
uno spiritu, nos omnes in unum corpus baptizati sumus, & omnes unum spiritum hau
simus. Ac rursum, quoniam oportet ex filio capere spiritus cognitionem, nimirum deue
rit & probationes ex eodem proferrī. Itaque filius utique est, quum sit in patre & pater in
ipso. Nam omnia tenet & complectitur, sicuti scriptum est: in illo consistunt omnia, siue
uisibilia siue inuisibilia, & ipse est ante omnia. Atqui creaturae sunt in locis distinctis, ue
luti sol & luna, reliquaq; luminaria in firmamento, in caelo angeli, homines in terra, Quod
si filius eo quod nō est in distinctis locis, sed dum in patre est, ubiq; est, & est extra omnia,
non est creatura: consequenter nec spiritus sanctus erit creatura, quum non sit in distin
ctis locis, sed implet omnia, manens extra omnia. Sic enim & scriptum est, Spiritus do
mini repleuit orbem terrarum. Dauid item canit. Quod ibo à spiritu tuo, significans eum
non esse in loco, sed sic esse extra omnia, ut tamen sit in filio, sicut filius est in patre. Nam
hanc ob causam nec ipse est creatura, quemadmodū est demonstratū. Super hac omnia,
magis etiam ex hoc damnabitur haereticis Ariana, rursusq; perspicuum fiet à filio profici
sci quae est de spiritu sancto cognitionem. Creator igitur est filius, quemadmodum pater:
Quae enim, inquit, uideo patrem facientem, haec & ego facio. Omnia igitur per eum facta
sunt, & sine illo factum est nihil. Quod si, quia conditor est filius quemadmodum pater,
ideo non est creatura, & si, quia per eum condita sunt omnia, non est de numero rerum
conditarum, manifestum est ne spiritum quidem esse creaturam, quandoquidem & de
illo scriptum est centesimo tertio psalmo: Auferes spiritum tuum & deficient, & in ter
ram suam reuertentur: Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terrae.
Hoc uero quum ita scriptum sit, palam est spiritum non esse creaturam, sed adesse in cre
ando. Siquidem pater per uerbum in spiritu creat omnia. Etenim ubi uerbum, illic & spi
ritus, & quae creantur per uerbum habent ex spiritu per uerbum uim, ut sint. Ita etiam scri
ptum est in trigesimo secundo psalmo. Spiritu domini caeli fundati sunt, & spiritu oris
eius omnis uirtus eorum, Videlicet adeo spiritus inseparabilis est à filio, ut hoc quod dici
tur non sinat te dubitare. Etenim quum sermo domini fieret ad prophetā, ea quae à uerbo
proficisciebantur in spiritu loquebatur propheta. Id quod etiam scriptum est in Actibus
apostolorum, Petro dicente: Viri fratres, oportebat impleri scripturam quam praedixit
spiritus sanctus, Velut in Zacharia, quum sermo dei ad illum fieret, scriptum est, uerum
tamen sermones meos ac legitima mea suscipite quaecunque ego praecipio in spiritu meo
prophetis. Rursum quum paulo post incusans propheta populum dicit: Cor suum statue

runt imperuabile, ut non exaudirent legem meam, ac sermones quos emisit dominus omnipotens in spiritu suo per manus prophetarum superiorum. Item Christo loquente in Paulo, sicut ipse dixit: An experimentum queritis in me loquentis Christi? nihilominus habebat spiritum, subministrante ipsi quod loqueretur. Hunc enim in modum idem scribit, iuxta subministrationem spiritus Iesu Christi in me. Rursum Christo in ipso loquente ait: Nisi quod spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur mihi dicens, quod uincula & afflictiones me manent. Non enim extra uerbum est spiritus, sed quum sit in ipso uerbo, in deo per illud est, ita ut dona quoque in trinitate det. Nam in horum distributione sicut Corinthiis scribit, idem spiritus est, & idem deus est qui operatur omnia in omnibus. Siquidem ipse pater per uerbum in spiritu operatur datque omnia, uidelicet quum bene precaretur Corinthiis, in trinitate precatus est dicens: Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas dei & communicatio sancti spiritus cum uobis omnibus, Propterea quod quum participes sumus spiritus, habemus uerbi gratiam, & in eo patris charitatem. Caeterum quemadmodum una est gratia trinitatis, ita indiuisa est trinitas. Caeterum hoc aliquis uidere possit etiam in ipsa sancta Maria. Nam archangelus Gabriel emissus ut illi nunciaret uerbi descensum in illam futurum, spiritus inquit, sanctus superueniet super te, Sciens in uerbo esse spiritum. Proinde protinus attexuit, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: Christus enim dei uirtus & dei sapientia. Quum autem spiritus sit in uerbo, palam est quod in deo quoque sit spiritus per uerbum. Itaque spiritu ueniente ad nos, uenient, filius & pater, & mansione faciet in nobis, eo quod indiuisa sit trinitas, unaque huius deitas, & unus deus super omnia, & per omnia, & in omnibus. Haec est Catholicae ecclesiae fides. Quippe in trinitate eam fundauit & radicauit dominus, quum diceret discipulis: Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & sancti spiritus. Quod si spiritus esset creatura, nequaquam eum copulasset patri, ne sibi ipsi inaequalis esset trinitas, si peregrinum quippiam & alienum ipsi iungeretur. Quid enim deerat deo, ut aliquid alienae substantiae adiungeretur, simulque cum ipso glorificaretur? Absit, Non est ita. Plenus inquit, ipse sum. Propterea ipse dominus nomini patris spiritum adiunxit, ut ostenderet, quod sancta trinitas non consistat ex diuersis, hoc est, ex creatore & creatura, sed quod una huius sit deitas. Hoc quum sciret Paulus, docuit unam esse gratiam quae in trinitate daretur, dicens: Unus dominus, una fides, unum baptisma, quemadmodum autem unum baptisma sic & una fides. Etenim qui credit in patrem nouit in patre filium & spiritum sanctum, qui non est extra filium, & ideo credit etiam in filium & in spiritum sanctum, quandoquidem una est trinitatis deitas, quae ex uno patre cognoscitur. Catholicae quidem fidei forma haec est, caeterum qui blasphemiam faciunt in spiritum dicentes illum esse creaturam, si minus ex his quae dicta sunt respiciunt, uel ex his quae dicuntur pudescunt, desistantur. Si trinitas est & in trinitate est fides, dicant utrum trinitas semper sit, an fuerit quum non esset trinitas. Quod si sempiterna est trinitas, non est creatura spiritus, qui semper adest uerbo quum sit in ipso. Nam erat quum creatura non esset: quod si creatura est, creatura uero sunt ex non extantibus, manifestum est, quod aliquando non fuerit trinitas sed dualitas. Isto uero quid magis impium, si quis dicat, ex mutatione profectuque consistere trinitatem, ac dualitatem quidem esse, caeterum recipere ex creatura generationem, quae cum patre & filio commisceatur, itaque fiat trinitas. Absit ut tale quippiam uel in mentem ueniat Christianis. Quemadmodum enim filius, quia semper est, non est creatura, ita quoniam semper est trinitas, nulla est in ea creatura, quapropter non est creatura spiritus. Quemadmodum enim semper fuit, ita nunc quoque est, & quemadmodum nunc est, ita semper fuit, estque trinitas, atque in ea, pater, filius & spiritus sanctus. Et unus deus pater qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus, qui & benedictus in secula, Amen. Ego quidem quemadmodum rem paucis declaras haec scripsi misique, sic tu ueluti intelligens si quid deest uelis supplere, ac domesticis quidem fidei recitato: eos uero qui per contentionem dicunt blasphemias, redarguito, forsitan uel sero aliquando respicientes abstergent ab anima sua prius insitam ipsis sententiae peruersitatem: Bonum est enim istos iuxta quod scriptum est resiliire, nec immorari, ne si immorentur, audiant quod dictum est a domino: Quicumque dixerit uerbum aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei neque in praesenti saeculo neque in futuro.



VERSATVS sum in epistola nunc quoque a tua pietate scripta, uehementerque admiratus impudentiam haereticorum, animaduerti nihil aequae quadrare in istos quam id quod praecipit apostolus, Haereticum hominem post unam & alteram correptionem deuota, sciens quod subuersus est huiusmodi, & peccat quum sit suo ipsius iudicio condemnatus: Habet enim peruersam mentem, non ut postquam audierit obtemperet, neque ut quum didicerit respiciat interrogatur, sed propter eos qui ab ipso seducti sunt, ne uidelicet si tacuerit, etiam ab illis condemnentur. Itaque sufficiebant ea quae prius dicta sunt, sufficiebant ad hoc ut rot probationibus acceptis cōpescerent à blasphemia aduersus spiritum sanctum. Verum illis non est satisfactum, Sed rursus impudenter agunt ut declarent quod exercitati ad pugnandum cum uerbo, ac deinceps meditati pugnant aduersus spiritum: paulopost futuri sunt mortui uerbi inopia, uidelicet etiam si quis respondeat ad has illorum percontationes, nihil fecius inuentores malorum erunt, tantum ut quarentes non inueniant aut audientes non intelligant. Quales autem sunt istorum eruditae percontationes? Si, inquit, non est creatura spiritus sanctus, ergo filius est, ac duo fratres erunt, uerbum & ipse: deinde addunt quemadmodum scribis, Si ex filio accipiet spiritus, si que ab eo datur, Sic enim scriptum est, protinus inferunt, ergo auus est pater, & spiritus eius nepos. Quis hos audiens Christianus iam non magis paganos eos iudicabit? Nam talia pagani aduersum nos dicunt inter sese confabulantes. Quis uolet ad talem istorum insaniam respondere? Ego sane quum multa cogitarem quares congruentem illis responsionem, nullam inueni quam id quod ad Pharisaeos dicitur: quemadmodum enim illos peruersae percunctantes uicissim percunctatus est seruator, ut sentiret suam istorum prauam intelligentiam, Sic quoniam & isti talia percunctantur, dicant nobis, uel potius respondeant interrogati, quemadmodum interrogant. Quoniam enim quum loquuntur suas istorum inuentiones non intelligunt, forsitan uel audientes agnoscent suam istorum dementia, si non est creatura spiritus sanctus, quaedammodum in superioribus demonstratum est, sed in deo est, & ex deo datur, ergo filius est & ipse, & duo sunt fratres ipse & filius. & si filius est spiritus atque à filio omnia accipit spiritus, quemadmodum ipse dixit, Et postquam inlasset dedit eum discipulis, Nam & ista uos confitemini: ergo auus est pater, & nepos est illius spiritus. Nam quae percunctantes postularis à nobis, de istis & uos ex istis interrogari par est. Itaque si abnegatis quae scripta sunt, ne Christiani quidem iam dici poteritis, par autem est ut nos Christiani uos percunctemur. Quod si eadem nobiscum legitis, necesse est, ut uos quoque de istis eodem modo interrogemini à nobis. Proinde dicite nunc nihil cōtantes, An filius est spiritus, & auus pater? Quod si ratiocinantes quemadmodum tunc faciebant Pharisaei, dixeritis & uos apud uos ipsos: Si dixerimus quod filius est, audiemus ubi scriptum est? Quod si dixerimus non est filius, timemus ne dicant nobis, quomodo igitur scriptum est, Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Quod si istiusmodi cogitationibus apud uos ipsos decertantes, dixeritis uos quoque, nescimus, Necesse est & eum cui tales à uobis proponuntur quaestiones, tacere, uel delictet obtemperantē ei qui dicit: Ne respondeas stulto iuxta suam stultitiam, ne similis illi fias, sed responde stulto iuxta stultitiam suam ne sibi uideatur sapiens. Caeterum responsio quae maxime nobis congruit, silentium est, ut uestram istorum insaniam agnoscat. Rursum igitur aequum est, ut ex his quae adferitis uos hunc in modum interrogemus. Quandoquidem propheta in spiritu dei loquitur, & in Esaia spiritus sanctus uaticinatur, quemadmodum in superioribus demonstratum est, ergo & spiritus uerbum est dei, suntque duo uerba spiritus & filius: Nam propheta tunc uaticinabatur quando fiebat uerbum dei ad illos. Ad haec quoniam omnia per uerbum facta sunt, et sine eo factum est nihil, ac deus sapientia fundauit terram, omniaque per sapientiam fecit, Scriptum est autem, quemadmodum in superioribus demonstratum est, Emittes spiritum tuum & creabuntur: ergo aut spiritus uerbum est, aut in duobus fecit deus omnia, in sapientia & spiritu. Et quomodo Paulus dicit, unus deus ex quo omnia, & unus dominus per quem omnia, ac rursus, Quum filius sit imago patris inuisibilis, est autem ipse spiritus imago

filij, scriptum est enim, quos præsciuit, hos & prædestinavit, conformes imaginis filij sui, Ergo hæc ratione auus est pater, quoniam filius quidem in nomine patris uenit, spiritum autem sanctum, dicit filius, quem mittet pater in nomine meo. Itaque & hac ratione auus est pater. Quid ad hæc? Quamuis omnia facile temereque dicatis? Quid cogitatis apud uos ipsos? an uidentes uos non habere quod respondeatis, in ueritate huiusmodi percunctationes? Sed prius uos ipsos condemnate (uos enim soletis talia percunctari) & obtemperate scripturis, quumque non habeatis quod dicatis, posthac discite. Filius quidem in scripturis non nominatus est spiritus, sed spiritus sanctus & spiritus dei. Quemadmodum autem filius non est nominatus spiritus, sic nec de filio scriptum est quod ipse sit spiritus sanctus. An igitur quoniam spiritus sanctus non est dictus filius, neque filius est spiritus, ideo dissentit à ueritate fides? Absit, Quin potius unum quodque eorum quæ significantur habet propriam intelligentiam, Etenim filius proprium essentia naturæque patris est germē, & hoc habet quod significatur: cæterum quod dicitur spiritus dei, quodque est in ipso, non est alienum à natura filij, neque à patris deitate. Eo que in trinitate, in patre & in filio & in ipso spiritu una est deitas, & in eadem trinitate unum est baptisma & una fides, Nimirum patre mittente spiritum, filius insufflans dat illum discipulis, quandoquidem omnia quæcunque habet pater filij sunt: quumque sermo fieret in prophetis, ipsi spiritum prophetiam addebant, quemadmodum scriptum ac demonstratum est, Et uerbo domini coeli firmati sunt, & spiritus oris eius omnis uirtus eorum. Itaque non iam creatura est spiritus, sed proprietatem habens cum essentia uerbi ac dei, & in ipso dicitur esse. Nam non debet nos pigere eadem repetere. Quamquam spiritus non est dictus filius, non tamen est extra filium, Nam spiritus adoptionis filiorum dicitur, & quoniam Christus dei uirtus & dei sapientia est, congruenter dictum est de spiritu, spiritus sapientia & spiritus uirtutis. Eo quod participes spiritus habemus filium, & filium habentes habemus spiritum clamantem in cordibus nostris, abba pater, quemadmodum dixit Paulus. Quod si spiritus est dei, & in ipso esse dicitur in scripturis, Nam ea quæ sunt dei nullus nouit, nisi spiritus dei qui est in ipso, & ipse insuper filius dixit, Ego in patre & pater in me: quare non est idem nomen & huic & illi, sed hic quidem filius, ille uero dicitur spiritus: Si quis ad hunc modum percunctetur insaniens talis, scrutans non scrutanda, nec obtemperans apostolo dicenti: Quis enim nouit mentem domini, aut quis consiliarius illius fuit? Alioqui quibus deus nomen indidit, quis illis audebit mutare nomen? Alioqui & rebus conditis subministrat uocabula. Dicant, quandoquidem creatura eodem uerbo facta est, quare hic sol, & illud coelum, illa terra mare & aer: Quod si hoc quidem his qui sanguinis sunt impossibile est, manet enim unum quodque sicuti creatum est, multo magis ea quæ sunt supra creaturam, sempiternam habent perseverantiam, nec aliter sunt, quam ut sunt: pater, pater est non auus: & filius est filius dei, nec est pater spiritus: spiritus sanctus, est spiritus sanctus, nec progenitus est à patre, neque frater filio. Hæc quum ita demonstrata sunt, insaniens si quis interroget, num igitur filius est spiritus: Ne uero quoniam hoc ita scriptum non est, ideo eximat aliquis illum à dei natura proprietateque, sed quemadmodum scriptum est credit, nec dicat, quare sic & quare non sic, ne talia cogitans incipiat meditari, ac dicere, Vbi igitur est deus, quomodo est? ac mox audiat, Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Nam quæ fide traduntur, cognitionem habent curiositate inscrutabile. Quum itaque discipuli audissent, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, non erant curiosi, quare secundus esset filius, tertius spiritus, aut quare omnino trinitas, uerum ut audierant, credebant. Neque quemadmodum uos facitis percunctabantur, ergo filius est spiritus? neque quum dominus post filium nominaret spiritum, interrogabant, ergo pater est auus? Non enim audierant, in nomine aui, sed in nomine patris, & hanc fidem prædicauerunt ubique, recte cogitantes: neque enim licuit aliter loqui, quam sicut locutus fuerat seruator, se ipsum filium nominans & spiritum sanctum, nec fas erat immutare, secus quam erant ordine coniuncti, quemadmodum & de patre. Quemadmodum enim non licet aliter de deo loqui, quam quod pater est, ita impium est interrogare, an filius sit spiritus, aut spiritus filius. Hac de causa Sabellius iudicatus est ab ecclesia alienus, quod ausus sit patri tribuere nomen filij, ac uicissim filio tribuere nomen patris, An itaque posthac audebit aliquis, quum audiat filium ac spiritum

spiritum, dicere, ergo ne auus est pater: aut ergo filius est spiritus? Profecto audebunt Eusebium, & Eudoxium, & Eusebium. Posteaquam enim semel simulant Arianam hæresim, nunquam cohibebunt suam linguam ab impietate. Quis enim illis hæc tradidit? quis docuit? Nemo certe ex diuinis scripturis, uerum ex spiritu cordis ipsorum profecta est ista demencia. Etenim si quoniam creatura non est spiritus (nam id demonstratum est) interrogatis, ergo ne spiritus est filius? tempus est ut uos edoctos filium non esse creaturam (per hunc enim sunt creaturæ omnes conditæ) interrogemus, ergo ne pater est filius, aut hoc etiam modo, ergo ne spiritus est filius, & filius ipse est spiritus sanctus. Qui talia cogitabunt extra sanctam trinitatem erunt, absque deo esse iudicabuntur, transmutantes nomen patris & filij & spiritus sancti, atque inuidentes illud pro suo arbitrio in similitudine generationis humanae, nepotes & auos nominantes, ac more gentium generationem deorum fingentes. Non est autem hæc ecclesiastica fides, sed est ut dicebat seruator, In patrem & filium & spiritum sanctum. Patrem quidem qui non possit dici auus, & filium qui non possit dici pater, & spiritum sanctum, qui non aliter quam hoc pacto nominatur. De hac fide non licet uarie loqui, sed semper pater est pater, & filius semper filius, & spiritus sanctus semper spiritus sanctus, tum est tum dicitur. In rebus enim humanis non est eodem modo, quamquam Ariani talia imaginantur. Nam quemadmodum scriptum est, Non sicut homo deus, ita dixerit aliquis, non sicut deus homines. Siquidem in hominibus qui pater est, non semper est pater, neque qui filius semper filius, Nam idem filij quidem pater fit, rursus idem alterius fuit filius, & filius qui patris est filius alterius fit pater. Abraham igitur quum esset filius Nachor, pater factus est Isaac, & Isaac quum esset filius Abraham, pater factus est Iacob. Vnusquisque quum sit pars parentis, nascitur quidem filius, cæterum idem alterius fit pater. In deitate uero non itidem, quoniam non ut homo deus. Itaque qui pater est, non est ex patre, eoque non gignit eum qui futurus sit alterius pater, neque filius pars est patris, unde nec in hoc genitus est ut generet filium, Vnde in deitate sola, pater proprie, solusque pater quum sit, est & fuit & semper erit, & qui filius proprie solus filius est. Et in his consistit ut pater semper pater, & qui filius semper filius & sit & dicatur. Insuper et spiritus sanctus semper spiritus sanctus est, & hunc dei esse & à patre per filium dari credimus. Sic enim sancta trinitas inuariabilis permanet, cognosciturque in eadem deitate. Itaque qui percunctatur, ergo ne filius est spiritus, perinde quali possint nomina permutari ducitur imaginatione, & sibi ipsi insaniam lucrifacit. Cæterum qui interrogat, ergo ne auus est pater, excogitans nouum nomen patri, errat corde. Itaque posthac ad hæreticorum impudentiam respondere non est tutum. Nam id est repugnare apostolicæ admonitioni, Consulit enim, imò potius præcipit ipse, quod bonum est. Hæc satis erant ad redargutionem uestri stultiloquij, ne posthac luseritis contra deitatem. Nam ludentium proprium est percunctari quæ scripta non sunt, ac dicere, Ergo ne filius est spiritus sanctus, & auus pater? Ad hunc modum uident qui habitant in Caesaria & in Scythopoli. Sufficit ut credatis quod non est creatura spiritus, sed quod est spiritus dei, & in hoc trinitas, pater & filius & spiritus sanctus, quodque neque patris uocabulum tribuendum est filio, neque fas est dicere quod ipse spiritus idem sit cum filio, neque quod filius idem sit cum spiritu sancto, sed sic est quemadmodum dictum est, & una in hac trinitate deitas est, & una fides & unum baptisma, in ea datur, & perfectio una in Christo Iesu domino nostro, per quem & cum quo patri gloria & imperium cum sancto spiritu, in omnia secula seculorum, Amen.

QUOD NICENA SYNODVS QVVM VIDISSET MALICIAM

Eusebii, merito pieque promulgauit quæ erant aduersus Arianam hæresim decreta.



EC TE fecisti, mihi significans factam abs te inquisitionem aduersus eos, qui Arianorum dogmatibus patrocinantur. Inter quos sunt nonnulli quidem & ex Eusebii sodalibus, sed plurimi ex fratribus, qui cum ecclesia sentiunt. Turam igitur amore Christi susceptam uigilantiam exosculatus sum, quæ pulchre conuicerit hæresis istius impietatem, cæterum illorum impudentiam demiratus sum, quod quum Arianorum rationes demonstratae sint & infirmæ & inanes, imò quum ipsi sint ab omnibus, tanquam omnino male sentientes condemnati, tamen post hæc Iudæorum exemplo

rum exemplo murmurarint dicentes: Quare qui in Nicena synodo fuerant congregati, scripserunt uoces non scriptas, nimirum has, *τὸ ἐκ τῆς οὐσίας*, i. ex essentia & *τὸ ὁμοῖον*, id est, eiusdem essentiae. Tu quidem, ut uir prudens, eos etiam qui hac uterentur figura, nihilo segnius declarasti inania loqui. Illi uero nihil à seua mentis peruerfitate faciunt alienum, dum fingunt excusationes. Sunt enim in sententijs uarij uerfatilesq; non aliter quàm Chamaeleontes in coloribus. Et quum redarguuntur, erubescunt, quū interrogantur, haerent: post impudentia sumpta, causantur. Quod si quis istos in his quocq; coarguerit, laborane donec excogitarint quae non sunt, ac iuxta quod scriptum est, cogitant inania, tantum ut persistant in sua impietate. Caterum dum hoc aggrediuntur, nihil aliud efficiunt, quàm quod palam declarant se carere ratione, Iudaicamq; peruerfissimam imitari. Siquidem & illi quum à ueritate redarguerentur, nec possent aduersus eam oculos attollere, causabantur dicentes, Quod facis tu signū, ut uideamus & credamus tibi? Quid facis? Quamuis tam multa signa fuissent prodita, ut ipsi quoque dicerent, Quid facimus? Quoniam hic homo multa signa facit. Nam mortui excitabantur, claudi ambulabant, caeci recipiebant uisum, leprosi mundabantur, aqua uertebatur in uinum, è quinq; panibus saturabantur hominum quinq; milia. Ac caeteri quidem omnes, admirabantur adorantq; dominum, confitentes in illo completam esse prophetiam, & ipsum esse deum dei filium, Soli uero pharisaei, quamuis signa quae proferebantur essent lucidiora sole, tam è ueluti nondū satis essent edocti, murmurabant dicentes, Quare tu, homo quum sis, facis te ipsum deum? Amentes uereq; caeci mente. Debebant in uerbo potius sermone dicere, Quare tu es deus quum sis, homo factus es? Siquidem opera declarabant ipsum esse deum, ut simul & patris bonitatem adorarent, & dispensationē humanae naturae nostra causa factam admirarentur. Hoc quidem adeo non dicebant, ut nec ea quae fiebant intueri uellent, aut uidebant quidem, Nam non poterant illa non uidere, sed post mutato animo murmurabant. Quare in sabbato farnas paralyticum? Et quare caeco à natiuitate hoc die uisum restituis? Hoc autē nihil aliud erat quàm causatio, & obmurmuratio. Etenim quū alijs diebus dominus sanaret omnem morbum omnemq; languorem, illi suo more inculcabant, malueruntq; tenere opinionem, quod nullus esset deus, quum nominarint Beelzebub, quàm suam ipsorum maliciam abijcere. Quin & quum nihilominus seruator multifariam multisq; modis suam declararet diuinitatem, cunctisq; praedicaret patrem, illi nihilo minus ueluti cōtra stimulos calcitrantes, contradicebant suo stultiloquio, tantum ut iuxta diuinum proverbium, repetitis excusationibus, subducerent se ipsos à ueritate. Itaq; Iudaei qui id temporis haec peruerse faciebant, negantes dominum, merito & à lege & à promissione quae patribus erat facta, redditi sunt extranei. Caterum Ariani Iudaeorum imitantibus exemplum, idem uidetur accidere, quod accidit Caiaphae, & illorum temporum pharisaeis. Nam quum uideant suam sectam nihil habere probabile, causationes ac praetextus comminiscuntur: Quam ob causam hoc scriptum est & non illud. Ac ne quid mireris, si talia nunc moluntur. In paup; & aduim uertentur, ac mox cohortem ac tribunum militum minitabuntur. In his enim uidetur esse stabilimentum peruerfiae illorum opinionis. Etenim quum dei uerbum abnegent, merito ab omni rationabili uerbo deserti sunt. Hoc itaque sciens nihil illis respondebam. Caterum posteaquam tuus affectus, quae fuissent acta in synodo, postulat cognoscere, non distuli, sed ilico sicut tunc res gesta est significavi, paucis commonstrans, quantum à pia mente absit Ariana secta, quodq; tantum fingunt causationes. Considera tu quoque charissime, an non ita res habeat. Si fidunt malis quae cōmentisunt ipsi, malae mentis semen in illos spargente diabolo, respondeant super his, de quibus accusati, declarati sunt haeretici: hoc facio, accusent si possint quae aduersus ipsos definita sunt. Nul lus enim caedis adulterijue conuictus ius habet iudicis sententiam incusandi: Quare non sic, sed illo modo loquutus est. Nam ea res non liberat cōdemnatum, quin potius crimen illius ob temeritatem & confidentiam adauget. Proin isti quoque, aut declarent pium esse quod sentiunt, Nam accusati conuicti sunt, quum prius nihil conquererentur, & aequum est, ut qui sunt accusati, nihil aliud agant, quàm ut sese defendant: aut si conscientia habent impuram, conspiciantq; sese cum pietate pugnare, ne accusent quae ignorant, ne duplex auferant malū, impietatis & ignorantie reprehensionē. Imò potius examinentur qui sunt illociles, ut agnoscant quae prius nesciebant, ac ueritatis inundatione ipsiq; dogmatibus proluant

γενναίω

ἀδύος

proluant eorum quae prius audierant impietatem. Ad hunc enim modū & in Nicena synodo accidit Eusebio. Quum enim contenderent impietate molientes, cūq; deo pugnare tentarent, quae ab ipsis dicebantur plena erant impietatis, Caeteri qui conuenerant episcopi, erant autem plus minus trecenti, placide humaniterq; petebant ab eis, ut de his quae dicerent, redderent rationem, piaseq; probationes adferrent: ubi uero mox hiscentes cōdemnabantur & ipsi inter se pugnant, considerantes ingentem & inexplicabilem sectarum suarum discrepantiā, manebant illi quidem attoniti, ipsoq; silentio cōfitebantur turpitudinē inaniter captatae gloriae. Igitur episcopi posthac recensentes ab illis excogitata uerba, tum demum adiderunt aduersus illos sanam & ecclesiasticam fidem, quumq; subscripserunt omnes, subscripsit & Eusebius ijs uerbis, quae nunc calumniantur isti, nimirum, ex essentia, & eiusdem essentiae, & quod neq; creatura sit neq; factura, neq; de numero rerum conditarum sit dei filius, sed quod progenies, & ex patris substantia sit uerbum. Quodq; dictum est, Eusebius episcopus Caesareae Palaestinae, quanquam ante unum diem, negarat, postea tamen subscripsit, ac per literas significauit ecclesiae suae, hanc fidem esse ecclesiae à patribus traditā, cunctisq; palam ostendit, quod prius errassent, frustraq; contendissent aduersus ueritatem. Quanquam enim tum illum puduit, hisce uerbis scribere, & ut uoluit se purgaret ecclesiae: attamen quū per epistolam nō abnegaret has uoces, ex essentia & eiusdem essentiae, palam est eum hoc uoluisse significare. Et accidit illi quiddam absurdi. Siquidem ueluti purgans se ipsum accusabat Arianos, quod quia scripserunt, Nō erat filius priusquam nasceretur, nollet eum fuisse priusquam & iuxta carnem nasceretur. Nouit hoc & Acacius, nisi nūc & ipse metu percussus, pro tēpore simulat, negatq; ueritatē: Subiunxit igitur in fine epistolam Eusebij, ut ex hac abunde cognoscat, & istorū qui Christo rebelant, ac Acacij aduersus suos doctores ingratitudinē. An non igitur peccant isti, si uel cogitent tantum contradicere tam celebri totius orbis synodo: An non prauaricantur dum autem contradicere recte aduersus Arianae haeresim decretis, quae cōprobata sunt & eorum testimonio, à quibus prius didicerant impie sentire? Quod si post subscriptionē Eusebius cum suis, mutarunt animū, & ueluti canes ad proprium impietatis uomitum reuersi sunt, an non magis etiam odio digni, qui nunc cōtradican, eo quod alijs animae suae libertatem propinātes, hos etiam sectae magistros ac duces habere uolunt, homines ut dixit Iacobus duplici animo, et instabiles in omnibus uis suis, nec eandem habentes sententiā, sed nunc in hanc nunc in illam opinionem sese uertentes, & nunc quidem probantes quod dicunt, mox uero uituperātes quod dixerant, ac rursum approbantes, quod paulo ante calumniabantur. Hoc autem, ut pastor ille dicebat, ex diabolo prognatum est, per quod citius agnoscas caupones quàm doctores. Est enim sicuti à maioribus traditum est, uere doctrina, & hoc ueros doctores arguit, ut eadem inter sese profiteantur, nec diuersa sentiant, uel inter ipsos uel à suis maioribus dissidentes. Etenim qui hunc in modū affecti non sunt, improbi potius quàm ueri doctores dicendi sunt. Proinde pagani, quoniam non profitentur eadem, sed inter ipsos uariant, haud quaquam uerā habēt doctrinam. Sancti uero, ueriq; ueritatis praecones, & cum alijs consentiunt, nec inter sese dissident. Quanquam diuersis aetatibus fuerunt, tamen in eandē oēs appellunt sententiā, quum sint eiusdem dei prophetae, idemq; uerbum concorditer annunciant. Itaq; quae Moses docuit, haec praestiterat Abraham, quae uero praestitit Abraham, haec & Noe & Enoch senserant, discernētes pura ab impuris, itaq; uiuentes, ut deo grati acceptiq; redderentur. Sic em̄ & Abel martyriū peregit, quum tene ret ea quae ab Adam didicerat, quae & ipse Adā didicerat à dño, qui quum in cōsummatione seculorum uenisset ad abolendū peccatum, aiebat: Non praecceptum nouum do uobis, sed praecceptum uetus, quod audistis ab initio. Hanc ob causam beatus apostolus Paulus cōstitutus edoctus, quum ecclesiastici status imaginem praeformat, ne diaconos quidem uolebat esse bilingues, hoc est, in sermone duplices, nedum episcopos. Caterum Galatas increpans, in uniuersum pronunciauit dicens: Si quis uobis euangelium attulerit praeter id quod accepistis, anathema sit, quemadmodū ante dixi uobis: et iterū dico. Imò etiam si aut angelus è cœlo uobis attulerit euangelium praeter id quod accepistis, anathema sit. Haec igitur quum dicat apostolus, aut isti quoque Eusebium cum suis, uariantes, aliaque dicentes praeter ea quae scripserant, tradant anathemati: Aut si cognoscunt se recte subscripsisse, ne murmurent aduersus tam frequentem synodum. Quorum quia nec hoc nec illud faciunt

γενναίω

Varietas sententiarum arguit falsam doctrinam

Consensus sanctorum

faciunt, palam est eos quouis circumferri uento, omniq; fluctu circumagi, nec proprijs, sed alienis trahi sententijs. Tales uero quum sint, neq; nunc quum huiusmodi causationes obijciunt credendū est illis. Quin potius defināt incusare quod non intelligunt. Fortassis aut quando non norunt discernere, simpliciter quod malum est, dicunt bonum, & quod bonum est dicunt malum, existimantes amarū esse quod est dulce, rursus dulce quod est amarum. Nimirum quæ mala iudicata sunt, ac reprobata, tenere uolunt. Contra quæ recte definita sunt, conantur calumniari. Non oportuit igitur neq; nos amplius ullam harū rerum defensionem parare, ad inanes istorum causationes respōdentes, neq; ipsos ultra cōtendere, sed concordare cum his, quibus secte ipsorū duces subscripserunt, scientes, quod post hæc, facta Eusebij mutatio suspecta est ac praua. Cæterum quod subscripsit, postea quæ libebat illi uel paucissimis excusare sese, hoc declarat Ariana hæresim uere impiam esse. Non enim prius subscripserunt, nisi quum iam illam damnassent, nec prius eam condēnarunt, quam undiquaque destituti defensione, fuissent pudefacti. Itaq; quod nunc mutantur, argumentum est pertinaciæ tendentis ad impietatem. Quapropter oportuit & istos, ut dictum est, quietem agere. Cæterum quoniam insigniter sunt impudentes, putantq; fortassis, quod ipsi magis quam illi ualeant huius diabolicæ impietatis esse duces quamquam iam antehac, prioribus literis quas ad te scripsi, copiosius ac diffusius illos redargui, attamen age, nunc quoq; tum hos tum illos, de singulis quæ ab ipsis dicta sunt examinemus. Demonstrabitur enim nihilominus & nunc, hæresis illorum non esse sana, sed demoniacæ potius cuiuspiam sectæ. Aiunt igitur quemadmodum illis uisum est, & audi sunt dicere, Non semper pater, non semper filius. Non enim erat filius uisum est, & audi sunt dicere, de non extantibus ipse quoq; factus est. Proinde deus non semper fuit pater filio, uerum ubi filius creatus est filius, tunc & deus dictus est illius pater. Siquidem creatura est, & factura uerbum. Estq; iuxta essentiam alienus ac dissimilis patri. Neq; uero natura uerum patris uerbum est filius, neq; sola ueraq; sapientia illius est. Cæterum quum sit creatura, & unus de numero rerum conditarum, per abusionem dicitur uerbum ac sapientia. Nam uerbo quod uere est in patre, ipse quoque factus est, ut cætera quoque omnia, eoq; nec uerus est filius. Ego uero primum illud ab istis sciscitabor, Quid est omnino filius, & quid nam hoc nomen significat? ut ipsi uel hoc pacto queant intelligere quæ loquuntur. Nam sacra scriptura, per hoc nomen duplicem notionem nobis significat. Alteram quidem eorum de quibus Moses in lege loquitur, Si audieritis uocem domini dei nostri & serueritis omnia præcepta ipsius, quæcunq; ego tibi præcipio hodie, ut faciatis quod bonum est, ac placitum in conspectu domini dei tui, filij estis domini dei nostri. Quemadmodum & in euangelio Ioannis ait: Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Alteram autem habet notionem, iuxta quam Isaac Abraham filius est, & Jacob filius est Isaac, & patriarchæ filij Jacob. At isti iuxta utram ex istis duabus notionem arbitrati dicunt filium dei, talia de eo fabulantur: Nam certum scio, quod in eandem concurrunt impietatem cum Eusebio. Si iuxta priorē, quales sunt qui ex mutatis in melius moribus nominis huius gratiā acquisierunt, quicq; acceperunt potestatem ut filij dei fiant. Nam hoc & illi dicebant nihil uidebitur à nobis differre, nec erit unigenitus, quum ipse quoq; ex uirtute sortitus sit filij cognomē. Quod si ut aiunt, præscitus talis futurus, præoccupat, simulq; nascendo recipit & nomē & nominis honorē, nihil tamē differt ab ijs, qui post beneficia nomen accipiunt quum ipse quoq; simili modo filius esse pronūciētur. Siquidem Adam qui primus occupauit gratiā, simulq; dum nascitur positus est in paradiso, nihil differebat, neq; ab Enoch, qui post natiuitatis tēpus, quum deo placuisset translatus est, neq; ab apostolo, qui & ipse post beneficia raptus est in Paradisum, imō ne ab eo quidē qui prius fuerat latro, cui propter confessionē promissum est, ipsum protinus futurū in Paradiso. Verum si his urgeantur dicent opinor, quod dicentes frequenter erubuerunt. Hoc modo iudicamus filium excellere cæteras creaturas, ideoq; uocari unigenitum, quod ipse solus à solo deo, factus est, cætera uero omnia à deo per filium cōdita sunt. Quis obsecro stultam istam & inanem cogitationem uobis iniecit, ut diceretis: Filium quidem solum solus ipse pater condidit, cætera uero omnia per filium tanquam per ministrum facta sunt: Quod si quod ad fabricationē attinet, dicitur fuisse sufficiens, ut ipse solus cōderet filium, cætera uero non item: impium est talia de deo cogitare, maxime quum audierint Esaiam dicentem: Deus sempiternus

Opinio Ariariorum

Verba duo

Filij nomen quot modis accipiatur

Eos noue usurpat

ternus, deus qui præparauit summa terra, non esuriet neque fatigabitur, nec inuestigabilis est prudentia illius. Quin potius ipse dat robur esurientibus, ac per uerbum suum fessos reficit. Quod si ueluti rem humilem dedignatus est ipse post filium natum operari, & hoc dictu impium est. Non est fastus in deo, qui quidem cum Jacob descendit in Aegyptum, quicq; propter Abraham corrigi Abimelec Sarræ causa, cumq; Mose, quum esset homo, ore ad os loquitur, in montem Sina descendit, populo uero suppetias ferens, Amalec debellat. Quin & hoc mentimini, quum dicitis, Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Ipse est, qui per uerbum suum & pusilla fecit & magna, nec diuidi potest creatio, ut dicas, hoc patris est, hoc filij, sed unius est dei, qui ceu manu utēs uerbo suo, per illud creauit omnia. Quod ipse etiam deus declarans loquitur, Manus tua fecit hæc omnia. Hoc Paulus ut didicerat docuit, Unus deus ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia. Ipse igitur quum semper idem sit, etiam nunc mandat soli, & exoritur, præcipit nubibus & oritur, & unam terræ partem irrigant, alia uero quæ non irrigatur arefcit, ac terræ mandat ut reddat fructus, & Hieremiā format in utero. Quod si hæc nunc ipse facit, dubitari non potest, quin in principio non dedignatus sit omnia per uerbum facere, quando quidem he portiones sunt uniuersi. Porro si quoniam non poterant cæteræ, manus illius simplicis & ingenitæ sustinere operationem, ideo solus filius à solo deo factus est, reliqua uero à filio uelut ab operis ministro & adiutore facta sunt, Nam & hoc Asterius Thyfensis scriptum reliquit, Arius uero transcriptū tradidit suis discipulis, ac deinceps uice fractæ arundinis nituntur hoc dicto, nec intelligunt amentes absurditatem in eo latentem. Nam si res condita nullo pacto ualebāt ferre manum dei, quum iuxta uos filius sit unus de numero conditorū, quomodo ipse potuit fieri à solo deo? Et si ut cōdita fierent, opus erat intercessore, conditus aut iuxta uestrā opinionem est ipse filius, necesse erat, ut & ante hunc genitum, aliquis intercederet, quo cōderetur. Rursus quum ipse intercessor esset creatura, nimirum opus erat & illi alio intercessore, ad ipsius creationem. Quod si quis aliū excogitarit intercessorē, prius excogitabit & huic intercessorē, & sic in immensum deueniet. Verū dū hunc in modū semper quarit intercessor, ne cōsistere quidē poterit creatura, propterea quod sicut dicitis, nihil rerū conditarū, sustinere possit indulgā puramq; manū ingeniti dei. Porro si uidentes hoc esse absurdū, dicere cœperint, quod filius quū sit creatura, fuit idoneus ut ab ingenito fieret, necessario cōsequitur, quod cætera quoq; condita oīa, potuerint ab ipso ingenito cōdi, Siquidē iuxta uos & filius est creatura, quæadmodū cætera oīa, tamq; superuacanea fuerit uerbi natiuitas, iuxta uestrum impiū stultūq; cōmentum, quum deus per se sufficiens fuerit ut solus omnia cōderet, omniaq; cōdita potuerint purā dei manum sustinere. Ergo quū istiusmodi stupor istorū, à mente crassa rudiq; proficiscatur, cōsidere mus an hoc impiorū cōmentū quod dicitur nō longius appareat abesse à ratiōe, quam cætera quæ eidem profitentur. Adam solus à solo deo per uerbum factus est. Atqui nemo dixerit in hoc Adā præminere cæteris hominibus, aut præstare his qui post ipsum nati sunt, si solus à solo deo factus ac formatus est, nos aut omnes ex Adam nascimur, atq; ex generis successione cōpositi sumus, tantū si constet & illum è terra formatum esse, & quum prius non esset, post factū esse. Quod si quis plus tribuerit protoplasto, propterea quod deus illum sua manu dignatus sit, is tamen perpendat, hoc quod præstat antecellitq; cæteris, honore non natura illi contigisse. Siquidem ex terra natus est quemadmodū omnes cæteri. Quin & eadem manus, quæ tunc formauit Adam, nunc quoq; & semper post illum, format cōponitq; omnia. Atq; hoc ipsum ut prædictum est, ipse deus dicit Hieremiæ. Priusq; formarem te in utero, noui te. De omnibus aut dixit, Manus mea fecit hæc omnia. Rursus per Esa. loquitur, Sic dicit dominus qui redemit te, ac format in utero, Ego dominus perficiens omnia, extendi cœlum solus, ac fundauit terram. Id Dauid intelligens aiebat: Manus tuæ fecerunt me ac formauerunt me. Rursus in Esaia loquens, sic dicit dominus: Qui formauit me ex utero seruum sibi, hoc declarat. Itaque iuxta naturam nihil præstat nobis, quamuis prior est tēpore, quando quidem eadem manu fingimur & componimur omnes. Proinde si ad eum modum Ariani de filio quoq; deo sentitis, quod simili modo & ipse subsistit, factusq; est, nulla in re uestro iudicio iuxta naturā cæteris erit præstantior, quando quidem ipse quoq; non erat, & factus est, eq; uirtute & ipsi parata est nominis gratia. Siquidem & ipse unus est de numero eorū, de quibus in psalmis spiritus sanctus dicit,

Ipse dixit & facta sunt, ipse præcepit & creata sunt. Quis igitur est ille cui deus mandauit, ut & ipse crearetur? Oportet enim esse uerbum cui mandat deus, & per quem creaturæ conduntur. Sed nequaquam poteris demonstrare aliud uerbum præter hoc quod negatis, nisi uidelicet rursus aliquod commentum excogitaueritis. Profecio, inquit, inuenimus, quod quondam etiam dicebant Eusebij discipuli, in hoc antecellere cæteris dei filium, dicitur unigenitum existimamus, quod solus ipse particeps est patris, reliquæ uero creaturæ omnes filij particeps sunt. Laborant igitur iam uariantes ac cõmutantes uerba non secus atq; colores, patefiet tamen & hoc pacto quod uelut ex terra loquuntur inania, & in suis cogitationibus uelut in cœno uoluuntur. Nam si ille dei filius, nos uero filij filij uocamur, probabile erat ipforum figmentum. Cõtra si dei nos quoq; dicimur, cuius & ipse est filius, nimirum & nos patris particeps sumus, qui dicit, Filios genui & exaltaui. Etenim nisi ipsius essemus particeps, non diceret genui: quod si ille genuit, non alius, sed ipse noster est pater. Ac rursus non refert an ille præcellat, priorq; factus sit, nos uero ordine inferiores, ac posterius facti simus, modo eiusdem omnes simus particeps, & eiusdem patris filij dicamur. Nam illud plus ac minus non declarat aliam naturam, quando quidem cuiq; uirtutis actio hoc cognomen addit: & alius quidem decem ciuitatibus, alius uero quinq; præficatur. Rursus alij sedent super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel: alij uero audiunt, Venite benedicti patris mei. Et euge ferue bone ac fidelis. Eiusmodi itaq; quum illi sentiant, merito imaginantur talis filij patrem, nõ semper esse deum, neq; talem filium semper esse, uerũ ex non extantibus creaturam fuisse, nec fuisse priusquam fieret. Nam alius est iste, præter uerum dei filium. Cæterũ quoniam hæc istos dicere iam non est pium, sed potius Sadducæorum ac Samosatensis ista sententia est, superest uidelicet, ut iuxta alteram rationem, iuxta quam Isaac Abrahæ filius est, dicamus & dei filium esse. Si quidem natura nouit esse filium quod ex aliquo natum est, nec aliunde accersitum, & hoc illud nomen significat. An igitur filij generatio est secundũ affectionem humanam? Nam hoc fortassis iuxta illos ipsi quoq; uolent opponere, non intelligentes. Nequaquã, nõ enim ut homo est deus, quando quidem nec homines sunt ut deus. Nam illi quidem ex materia eaq; affectionibus obnoxia conditi sunt, deus uero materiae expers & incorporeus. Quod si hæc dictiones de deo & hominibus in diuinis scripturis aliquando usurpantur, tamen perspicacium hominum est, quemadmodum præcepit Paulus, attendere lectioni, atq; ita diiudicare, ac iuxta singulorum quæ significantur naturam, quæ scripta sunt dignoscere, neq; confundere sententiam, ut nec ea quæ dei sunt humano more cogitemus, neq; quæ sunt hominum, tantũ de deo aliquando intelligamus. Nam hoc est uinum aquæ miscere, & ignem alienum iniicere super altare igni diuino. Si quidem & deus creat, & hominibus quoq; creandi uerbum tributũ est, ac deus quidem est ens, & homines esse dicuntur, quod ipsum deo acceptũ ferunt. Num igitur sic deus creat quemadmodum homines, aut sic ens est homo? Absit, Verum aliter de deo dictiones usurpamus, atq; aliter has de hominibus intelligimus. Nam deus quidem creat, uocans ea quæ nõ sunt ut sint, nullius egens. Homines uero subiectam materiam operantur fusa prius precatione, & accepta operandi scientia, à deo qui cuncta fabricatus est per suum uerbum. Rursus homines quum non possint esse per se, in loco sunt circumscripti, consistuntq; in dei uerbo, Deus uero ens est per se ipsum, continens uniuersa, nec ab ullo comprehensus: atq; in omnibus quidem est iuxta bonitatem suam ac potentiam, rursus extra omnia est iuxta suam naturam. Itaq; quemadmodum sunt homines, quemadmodum est deus: sic aliter se habet hominum generatio, aliter est filius ex patre. Nam hominum proles partes quodammodo sunt eorum qui generant, eo quod eadem est corporũ natura, nec ea est simplex quæpiam sed fluxa, & ex partibus habet cõpositionem, profluuntq; homines quum generant, ac rursus affluunt ea quæ ex alimentis in eos inferuntur. Quam ob causam etiam homines pro tempore multorum liberorum patres fiunt. Deus uero quum non cõsistat ex partibus, nec partitionem recipit, & nullis affectionibus obnoxius est filij pater: neq; enim defluxus est à deo incorporeo, neq; ullus influxus accedit illi, quemadmodum fit in hominibus: sed simplex quum sit natura, solus & unius filij pater est, quapropter etiã unigenitus est, solusq; in sinu patris est, solumq; ipsum ex se pater declarat esse dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum

complacitum est. Hic autem sermo patris est, in quo licet intelligere patris naturã nec affectionibus obnoxiam, nec diuisionis capacem. Si quidem nec hominũ sermo, sic generatur ut patiat qui loquitur, aut per separationẽ aliquid illi decedat, multo minus sermo dei: Quapropter ipse etiã sedet in dextera patris, tanquam uerbum, eo quod ubi est pater, illic & huius uerbum est. Nos uero stantes iudicamur ab illo tanquam creaturæ: & adoratur quidem ille, propterea quod est filius adorandi patris, nos uero adoramus dominum, deumq; cõfitemur, propterea quod illius creaturæ sumus, & ab illo diuersi. Hæc uero quum ad hunc habeant modum, consideret iam quisquis illorum uelit, sitq; aliquis illos pudesciens, an id quod est ex deo, propriamq; illius progeniem fas sit dicere, ex non extantibus esse, aut rationi consentaneũ sit, ut uel in cogitationẽ cuiusquã omnino ueniat, quod esse ex deo post contigerit ipsi, ut simul sumpta audacia dicat, quod nõ semper est filius. Nam in hoc rursus hominũ cogitationes transcendit superauitq; filij generatio. Nam nos quidem nostrorum liberorũ in tempore patres efficimur, quando quidem & ipsi, cum prius non essemus, postea facti sumus. Cæterum deus, quia semper est, semper filij pater est. Et horum quidem generatio, originẽ habet ex his, quæ simili modo sunt. Quoniã autẽ nemo nouit filiũ nisi pater, neq; patrẽ quisquã nouit nisi filius, & cuiusq; filius reuelauerit, propterea sancti, quibus reuelauerat filius, imaginẽ quandam nobis dederunt ex rebus uisibilibus, dicentes eum esse splendorem gloriæ & figuram substantiæ eius, ac rursus: Quoniã am apud te fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Insuper & uerbũ increpans Israel elem dicit: Dereliquisti fontem sapientiæ. Hic autẽ fons est qui dicit: Me dereliquerunt fontem aquæ uitæ. Ac exigũ quidem est exemplũ nimisq; obscurũ ad id quod desideratur, possumus attamen ex eo plus q; pro natura humana intelligere, ac nequaquam putare nostram generationẽ æqualem esse generationi dei. Quis enim potest uel cogitare aliquando non esse splendorem, ut simul sumpta audacia dicat, non esse semper filiũ, aut nõ fuisse, filium priusquã nasceretur: aut quis idoneus est ut splendore à sole dirimat, ut ue fontem cogitet aliquando destitutum à uita, ut simul & infans dicat, ex non extantibus esse filium, qui dicit ego sum uita, aut alienum esse à patris essentia eum qui dicit: Qui me uidit, uidit & patrem. Nam sancti quũ sic nos uellent intelligere, hæc ob id exempla tradiderũt, estq; uehementer absurdum & impiũ, quum huiusmodi præbeat imaginem scriptura, nos ex alijs rebus de domino uelle cogitare, quæ neq; scripta sunt, neq; quicquã habet sententiæ conducentis ad pietatẽ. Ergo posthac dicant, unde tandem isti docti, talia de seruatore cogitare cõperint. Legimus inquit in Proverbij: Dominus creauit me in initũ uiarum suarum in opera sua. Nam & Eusebius cum suis talia uidebatur dicere, quĩ tu quoq; literis idem significasti, quod multis probationibus & isti subuersi, condemnati sunt. Nihilominus ipsi dicitũ hoc, sursum ac deorsum circumferentes, dicebant filium unũ esse de creaturis, eumq; rebus conditis annuerant, Verũ ne hoc quidem uidentur recte perpendisse. Habet enim sensum pium uehementerq; rectũ, quẽ si ipsi quoq; intellexissent, nequaquam dominũ gloriæ blasphemij affecissent. Nam ea quæ dicta sunt conferant ad hoc dictum, ac uidebunt multam in eis esse differentiam. Quis enim non perspicit, modo mentem habeat rectam, quod ea quæ creantur fiuntq; sunt aliunde quã ex eo qui facit, Cæterum filius, ut in superioribus ratio demonstrauit, nõ extrinsecus, sed ex patre generante est. Etenim homo condit quidem domum, generat autẽ filium, neq; quisquã inuertens dicere possit, domũ quidem ac nauem generari ab eo qui apparat, filiũ uero condi fieriq; ab eo, neq; rursus, domũ imaginem esse conditoris, filium dissimilem generanti, quin potius filium, imaginem patris confitebitur, domũ uero artis structuram esse, nisi quis uidelicet mente captus sit, & ab animi sanitate exciderit. Nimirũ diuina scriptura, quæ rectius omnibus nouit cuiusq; naturam, de his quidem quæ conduntur per Moysen ait: In principio fecit deus cœlum ac terrã. De filio uero nihil aliud, sed ipsum patrem profert, loquentem: Ex utero ante luciferũ genui te. Ac rursus: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quĩ ipse de seipso dominus in proverbij dicit: Ante omnes fontes generat me. Ac de rebus conditis Ioannes ait: Omnia per ipsum facta sunt, Cæterum de domino prædicans dicit, unigenitus filius, qui est in sinu patris ille enarrauit. Itaq; si filius est, non est creatura, Sin est creatura, non est filius. Multum enim in his discriminis est, ac nequaquam erit idem ipse, & creatura, ne simul & ex deo & extra deum illius essentia putetur esse. Num itaq; frustra

Imagines quibus utunque notatur diuina generatio.

Creatus filius quomodo intelligitur

Scriptura non
ofcitanter le

genda

Tempus

Utilitas

Persona

scriptum est hoc dictum: Nam hoc rursus illi circumferunt sonitu obstrepentes, non aliter quam agmen culicum. Non sane, non frustra scriptum est, sed uehementer necessario. Si quidem dictum est creati, sed tum quum factus est homo, id enim hominis proprium. Hanc uero sententiam reperiet pulchre in eloquijs positam, qui non ofcitanter lectionem attenderit, sed & tempus & personas, & utilitatem eorum quae scripta sunt scrutetur, atque ita deum ea quae legit diiudicet, dispiciatque. Tempus itaque huius dicti reperiet & intelliget, quod dominus qui semper est, postea in consummatione seculorum factus est homo, & filius quum esset dei factus est filius hominum; utilitatem uero poterit intelligere, quod nostram mortem abolere cupiens, assumpsit sibi corpus ex uirgine Maria, ut eo in sacrificium oblato patri pro omnibus, liberaret omnes nos quotquot metu mortis, ut semper uiuere mus, obnoxij eramus seruituti. Persona uero seruatoris est, & hoc explicatur quum iam assumpto corpore dicit: Dominus creauit me initium uiarum suarum in opera sua. Quem admodum enim ei qui est filius dei, pulchre congruit esse in aeternum atque in sinu esse patris, Sic & homini factio congruit haec uox, Dominus creauit me. Et hoc enim dicitur de eo, & esurijt & sitijt, & percunctatus est ubi Lazarus esset positus, & passus est & resurrexit. Et quemadmodum quum audimus eum dominum ac deum & lumen uerum, intelligimus eum esse ex patre, ita iustum est, ut quum audimus creauit, & serui nomen, & passus est, non ista ascribamus deitati, absurdum enim, sed carni haec tribuamus quam nostra causa gestauit. Si quidem haec carnis propria sunt, atque ipsa caro non alterius, sed uerbi est. Ceterum si quis ex hoc quod utile sit cupiat perdiscere, inuenturus est hoc quoque. Verbum enim caro factum est, ut & illud inferat pro omnibus, & nos ex spiritu ipsius participantes, possumus fieri dii, Alioqui nequaquam hoc consequuturi, nisi corpus nostrum creatum ipse induisset. Nam hoc modo iam homines dei, & homines in Christo coepimus appellari, Ceterum quemadmodum nos accipientes spiritum non amittimus propriam nostram essentiam, Sic dominus pro nobis factus homo, corpusque gestans nihilominus erat deus. Neque enim detrimentum patiebatur ex amictu corporis, quum potius illud reddebat diuinum, & immortalitate donauit. Haec quidem igitur sufficiunt ad traducendam Arianorum sectam, quando quidem prout dominus dedit ex his quae ipsi dicebant conuicti sunt impietatis. Age sane & nos eos prouocemus flagitemusque, ut ipsi quoque respondeant. Tempus enim est, ut quum haereant ipsi in proprijs dogmatibus, iam a nobis interrogentur, forsitan uel sic erubescerent, receptis oculis perspiciet unde deciderint malae mentis homines. Dei filium didicimus ex diuinis literis sicut antea dictum est, eundem esse uerbum ac sapientiam patris. Nam apostolus ait, Christus dei uirtus & dei sapientia, Ceterum Ioanes quum dixisset: Et uerbum caro factum est, protinus adiunxit, Et uidimus gloriam eius, gloriam tanquam unigeniti a patre plenus gratiae & ueritatis, Significans uerbum esse unigenitum filium, atque per hoc uerbum, & per hanc sapientiam, condita esse tum caelum tum terram, tum omnia quae in eis sunt: atque huius sapientiae fontem esse deum, in propheta Baruch didicimus, qui reprehendit Israel, quod reliquisset fontem sapientiae. Itaque si negant ea quae scripta sunt, protinus quum sint & a nomine alieni, proprie uocari poterunt etiam ab omnibus Athei & Christomachi, hoc est sine deo & Christo rebellantes. Nam hoc cognominis ipsi etiam sibi indiderunt. Quod si nobiscum consententur scripturae uerba spiritus afflatu prodita, audeant palam dicere, quae recte sentiunt, quod & *λογος*; hoc est sine uerbo, & *σοφια*, hoc est sine sapientia, fuerit aliquando deus, uerisque in rabiem dicant, erat quum non esset, & priusquam nasceretur non erat Christus. Rursusque pronuncient fontem non ex sese genuisse sapientiam, sed aliunde quae ex sese hunc parasse, ut & illud audeant dicere, ex non extantibus factus est filius. Nam hic sermo non iam hunc fontem demonstrat, sed lacum quempiam, uelut aliunde sumentem aquam, qui fontis usurpet uocabulum. Proinde quanta impietate sit hoc refertum, nemini puro dubium esse, cui uel paululum sit sensus, Ceterum quoniam tumultuantes dicunt nomina tantum esse filij, uerbum & sapientia, opera precium est percunctari istos, si ista filij nomina duntaxat sunt, alius erit ipse praeter haec: & si melior est nominibus, haud pius est ex deterioribus designari meliorem, Quod si inferior est nominibus, omnino habet & causam appellationis ad id quod melius est. Ceterum hoc rursus profectum illius significat, nec ista impietas minor illis prioribus. Si quidem eum qui in patre est, & in quo est pater, qui ait: Ego & pater unum sumus, & quae qui uiderit uidit patrem, dicere ab aliqua re extraria reddi meliorem, superat

rem, superat omnem infaniam. Verum ab ijs deiectioni, & quemadmodum solent Eusebiani, multa haesitatione constructi, illud tandem habent reliquum, quod & in cantianculis Arius, & in sua thalassa, tanquam addubitans fabulatur, Multa loquitur uerba deus. Qualem ipsi scilicet dicimus non filium & uerbum unigenitum patris, Dementes & quiduis potius quam Christiani. Primum enim quum talia loquuntur de deo, parum abest quin deum existiment hominem sic loquentem, uicissimque mutant priora uerba posterioribus, quasi unum ex deo uerbum non sufficiat omnem quae est ex uoluntate patris, creationem, huiusque prouidentiam implere. Nam eundem multa uerba loqui infirmitas est omnium, quum unum quodque deficiens eget altero uerbo. Ceterum uno usum fuisse uerbo deum, sicut uere est, hoc & dei potentiam declarat, & uerbi ex eo proficiscentis profectioem, et ita sententiam iam intelligentiam. Vtinam uero & isti uel ex his quae nunc dicunt uelint confiteri ueritatem. Nam si semel concesserint deum proferre uerba, omnino norunt eum esse patrem; hoc quum sciant considerent, quod dum nolunt unum concedere dei uerbum, imaginantur eum esse patrem multorum, atque in totum esse dei uerbum nolunt negare, ceterum hoc esse dei filium non consentunt. Est autem & haec ueritatis ignorantia, sacrarumque scripturarum imperitia. Nam si omnino deus pater est uerbi, quum non & is qui generat, unius filius est: Rursus autem filius dei quis nam erit nisi uerbum ipsius, neque multa sunt uerba, ne singulis aliquid desit, sed unum uerbum, ut solus ipse perfectus sit. Animaduertant & illud, quod quum unus sit deus, oportuit & imaginem illius unam esse, quae quidem est filius. Etenim dei filius, sicut ex ipsis eloquijs licet discere, idem est & dei uerbum & sapientia & imago & manus & uirtus. Vna enim est dei progenies, & haec uocabula generationis quae ex patre est, sunt notiones. Siue enim filium dixeris, declarasti quod ex illius natura profectum est, siue uerbum cogites, rursus id quod ex eo est, & quod ab eo inseparabile est cogitas, Quin & sapientiam quum dicis, nihilominus id sentis, quod non extrinsecus, sed ex ipso est & in ipso. Rursus si uirtutem & manum nominaris, iterum dicis quod est essentiae proprium. Iam quum imaginem dicis, filium significas. Quid esse possit simile deo, nisi quod ex ipso natum est: Nimirum quae per uerbum facta sunt, haec per sapientiam fundata sunt, & quae in sapientia fundata sunt, haec omnia manu dei facta sunt, perque filium condita sunt. Atque harum rerum non aliunde nos quam ex scripturis persuasionem habemus. Si quidem ipse deus per Esaiam prophetam dicit: Manus mea fundauit terram, & dextera mea stabiluit caelum. Ac rursus, Et sub umbra manus meae protegam te, in qua constituit caelum ac fundauit terram. Dauid uero hoc edocuit ac sciens manum hanc esse sapientiam, canebat. Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra creatura tua: quem admodum & Solomon a deo sumpta sapientia dicebat, Deus sapientia fundauit terram. Item Ioannes sciens manum ac sapientiam esse uerbum, scripsit in euangelio: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Apostolus uero perspiciens manum, sapientiam, uerbum, eundem esse filium, ait: Multifarie multisque modis olim deus loquutus patribus in prophetis, nouissime diebus his loquutus est nobis in filio, quem constituit haeredem uniuersorum, per quem fecit & secula. ac rursus, Unus dominus Iesus Christus per quem omnia & nos per ipsum. Rursus autem quum sciret uerbum, sapientiam, filium, eandem esse imaginem patris, ait in Epistola ad Colossos. Gratias agentes deo & patri, qui idoneos nos reddidit in parte hereditatis sanctorum in lumine, qui liberauit nos a potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum filij charitatis suae, in quo habemus redemptionem remissionem peccatorum, qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt omnia, siue quae in caelis, siue quae in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt. Nam quem admodum per uerbum, ita quum idem sit imago, in eo condita sunt omnia. Ad hunc modum si quis de domino cogitet, non impinget in lapidem offensionis, sed potius ibit ad fulgorem in conspectu habens lumen ueritatis. Nam haec est uere ueritatis sententia, etiam si distrumpantur isti contentiosi, qui neque Deum reuerentur, neque redargutionibus quae fiunt ex certis probationibus pudefunt. Itaque Eusebiani quum id temporis ad

Verbum unum
tantum esse

Fortasse, pa
ter quam
codex Graecus
habeat
quod

Probationes
scripturis
sumende

hunc modum examinarentur, seseq; ipsos condemnassent, quemadmodum antea dixi, subscriperunt, ac resipiscentes quiete agebant secesseruntq;. Posteaq; uero isti iuueniliter ineptientes impietatibus, ac caecitantes circa ueritatem, nihil aliud quam conantur criminari synodum, dicant nobis ex quibus ipsi scripturis ista didicerunt, aut ex quo sancto- rum audierunt uerba, quae sibi ipsis congesserunt, haec uerba, ex non extantibus, & non erat priusquam nasceretur, & erat quum non esset, & illud ueribile & praexistere, & illud uoluntate, quibus aduersus dominum illudentes fabulantur. Nam beatus Paulus in epistola ad Hebraeos ait: Fide intelligimus perfecta esse secula uerbo dei, ut ex his quae non uidebantur id quod uidebatur fieret. Verum nihil commune uerbo cum seculis. Ipse enim est ille qui erat ante secula, per quem & secula facta sunt, Caeterum in Pastore scriptum est, nam & hoc quanquam non est ex canone proferunt. Primum omnium crede quod unus est deus qui condidit omnia perfectiq;, qui fecit ut ex nihilo essent uniuersa. Quin & hoc rursus nihil ad filium pertinet, quandoquidem de omnibus loquitur quae per eum facta sunt, a quibus ipse diuersus est. Neq; enim fieri potest, ut conditorem connumeret cum his quae ab ipso sunt condita, nisi quis delirans architectum dicat eundem esse cum aedificijs, quae ab ipso fiunt. Quare igitur quum ipsi uoces ad impietatem comminiscantur non scriptas, accusant eos qui uocibus non scriptis utuntur ad pietatem? Nam impietatem admittere in totum ueritum est, etiamsi quis uarijs uerbis ac persuasibilibus inuentis id conetur conuestire, caeterum pietatem amplecti, sanctorum omnium consensu praedicatur, etiam si quis nouis uerbis fuerit usus, modo qui loquitur primum obtineat sensum, ac per ea, quae cogitauit pie uelit significare. Eorum igitur qui Christo rebellant humi- lantia uerbula, de quibus prius dictum est, iam antea demonstrauit ratio, & tunc & nunc omni impietate esse referta. Caeterum quae a synodo scripta sunt ac definita aduersus illos, si quis exacte scrutetur, comperiet omnino in his ueritatis intellectum comprehendit, maxime si talium dictionum etiam occasionem probabilem, studio discendi percunctatus audieris. Est enim haec: Quum synodus uellet Arianorum impias dictiones tollere, scripturarum uero confessas uoces scribere, quod & filius sit non ex non extantibus, sed ex deo, & quod uerbum sit ac sapientia, non autem creatura neque factura, sed proprium ex patre germen; Eusebius cum suis, quoniam uetusto errore suo trahebantur, uolebant has uoces ex deo, communes esse nobiscum, & dei uerbum nihil in hoc differre a nobis, propterea quod scriptum esset, unus deus ex quo omnia: ac rursus, Vetera transferunt, ecce noua facta sunt omnia, omnia uero ex deo. Caeterum patres quum perspexissent illorum uersutiam, & impietatis artificium, iam compellebant eos, ut clarius explanarent, illud ex deo, scriberentq; ex essentia dei esse filium, ob id ne illud ex deo putaretur esse commune, & aequale, tum filio tum rebus creatis, sed caetera omnia creaturam esse, uerbum autem solum ex patre crederetur. Quanquam enim ex deo omnia esse dicuntur, tamen aliter quam est filius, esse dicta sunt. Nam creaturae ideo dicuntur esse ex deo, quod non sint temere neq; sponte nulloq; autore conditae neque fortuito natae, secundum eos qui dicunt, ex atomorum concursu, & corpusculorum, quae dicuntur *δημιουργη*, quod horum partes inter se similes sunt, aut ut quidam haeretici, alium mundi conditorē dicunt, aut ut rursus alij, ab angelis quibusdam aiunt omnium rerum esse constitutionem: sed quoniam quum esset deus, omnia ab ipso per uerbum, quum prius non essent, ut essent facta sunt, ideo dictum est illud, ex deo, uerbum autem quoniam non est creatura dictum est illud, solus est ex patre. Haec autem sententia illud declarat, quod filius est ex substantia patris. Neq; enim in ullam creaturarum hoc competit. Nimirum quum Paulus dixisset omnia ex deo, protinus adiecit, & unus Iesus Christus, per quem omnia: quo declararet omnibus, filium esse diuersum ab omnibus a deo factis, quandoquidem ea quae fiunt a deo, per filium facta sunt. Verum ob mundi structuram quae a deo profecta est, dixit haec, non ob id quod omnia essent ex deo, quemadmodum filius est ex patre. Neque enim omnia sunt ut est filius, neque uerbum unum est de numero omnium, sed omnium dominus est & conditor. Eoq; sancta synodus apertius dixit eum ex substantia patris esse, quo uerbum diuersum a rerum creaturarum natura crederetur, quod solum uere esset ex deo, nec ulla iam deceptionis occasio reliqua fieret, impietatem seclantibus. Haec igitur fuit occasio, quum scriberetur, ex essentia. Caeterum

Pastore ex an-
tea citauit

Verba noua
non improban-
da modo primum
habent sensum

Homusij uox
qua occasione
reperit

Esse ex deo
non uno modo
intelligitur

Aduersus
pro apertius
frequenter
usurpat

terum quum rursus episcopi censerent scribendum fuisse uirtutem ueram, & imaginem patris uerbum, simileq; & immutabile per omnia cum patre, inuertibile ac semper, & in eo esse inseparabiliter, nunquam enim non fuit, sed semper fuit uerbum, quum absque tempore sit apud patrem, ueluti splendor lucis: ij qui adhuc habebant Eusebio sece- rant quidem, non audentes contradicere ob pudorem, quem ceperant ex his de quibus fuerant conuicti: deprehensi tamen sunt rursus inter sese murmurantes oculis innuere, quod illud, simile, & semper, ac uirtutis nomen, item illud in ipso, prorsus essent nobis cum filio communia, neq; quicquam deesset quo minus ista nobis tribuerentur. Similitu- dinis quidem uocabulum, in nos quoque competere putabant, quod scriptum esset de nobis quoq;, Imago dei est homo & gloria dei est. Similiter quod scriptum erat, semper, quia scriptum est, Semper enim nos qui uiuimus. Iam illud, in ipso, Quoniam in ipso uiuimus mouemur & sumus. Item quod dicitur, inuertibile, quoniam scriptum est, Ni- hil nos separabit a charitate Christi. De uirtute porro, quoniam & campe & bruchus di- citur uirtus, magnaq; potentia. Frequenter autem & de populo scriptum est: Exiit o- mnis uirtus domini ex terra Aegypti. Quin & aliae sunt uirtutes caelestes, Dominus enim inquit, uirtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob. Nam huiusmodi & Aste- rius cognomento sophista, ab istis edocuius scripsit, sed ante hunc Arius & ipse doctus ea- dem, ut supra dictum est. Caeterum episcopi, quum hic quoque perspicerent illorum si- mulationem, & iuxta id quod scriptum est, in cordibus impiorum dolum esse fabrican- tium mala, compulsi sunt rursus & ipsi ex scripturis colligere sententiam, quaeq; prius di- xerant, haec eadem denuo clarius & explanatius tum dicere, tum scribere: uidelicet filium eiusdem esse cum patre substantiae, ut non solum similem filium, sed eundem similitudine ex patre esse declararent, & aliam esse filij similitudinem, & inuertibilitatem demonstra- rent, diuersam ab ea quae in nobis est imitatione, quam nos ex uirtute, ob praceptorum obseruationem accepimus. Nam corpora inter se similia, possunt aliquo pacto diduci, ac procul a sese diuelli, uelut hominum filij erga suos parentes, sicut scriptum est de A- dam, & de huius filio Seth, quod fuerit similis illi specie. Quoniam uero filij ex patre natiuitas, ab hominum natura diuersa est, non tantum similis, sed & inseparabilis est a patris essentia, atque unum sunt, filius & pater, quemadmodum ait ipse. Porro semper in patre est uerbum, & in uerbo pater, eo quod uerbum est splendor lucis. Nam & hoc ipsa uox declarat. Eoq; synodus hoc intelligens, recte scripsit, homusion, hoc est eius- dem essentiae, quo simul & haeticorum peruersitatem subuerterent, & ostenderent uerbum diuersum esse a rebus conditis. Hoc enim quum scripsissent protinus adiecerunt, Caeterum qui dicunt ex nihilo esse dei filium, aut creaturam, aut uertibilem, aut facturam, aut ex alia substantia, hos anathematizat sancta & catholica ecclesia. Haec autem loquuti, manifeste demonstrarunt, his uocibus ex substantia, & eiusdem essentiae, tolli uerbula impietatis, qualia sunt, creatura, factura, ageneton & uertibile, & non erat priusquam nasceretur. Quisquis enim hoc dicit, contradicit synodo. Caeterum qui non senti- tit cum Ario, necessario haec synodi decreta sentit, & intelligit, si recte ea perspexerit, quomodo se habeat splendor ad lucem, & qui ex eo ueritatis imaginem accipit. Proin- de si uerborum nouitatem & isti causantur, cogitent intentionem iuxta quam synodus ita scripsit, anathematizantes ea quae anathematizauit synodus, ac deinde si queant calumniantur uoces. Certum scio istos, si perpenderit mentem synodi, uerba quo- que mentis omnino comprobaturus esse. Quod si hanc quoque uolent reprehende- re, omnibus erit perspicuum, quod de illis etiam frustra loquantur, quodq; tantum sibi comminiscantur impietatis praetextum. Harum igitur uocum occasio, fuit haec. Quod si rursus obmurmurent, se non destitui scripturis, e uestigio quidem ipsi submoueantur tanquam inania loquentes, neq; sanae mentis homines, seipos uero potius in his accusent, quod quum ipsi priores praebuerint hanc occasionem, ex non scriptis uocibus cum deo pu- gnare ceperint. Attamen norit si quis est discendi cupidus, quod etiam si haec dictiones non sint in scripturis positae, tamen ut ante dictum est, ex scripturis habet intelligentiam, & hanc pro- nunciatae significat ijs qui aures habent ad pietatem integras & incorruptas. Tibi quidem licet hoc considerare, aduersus illos autem indociles, aures ocludendas esse, demonstra- tum est.

Deprauat scri-
pturas haereti-
ci
infecti genus
est utrunq;

tum est in superioribus, & hoc uerū est, credendum esse, uerbū ex patre esse, ac solum illius propriā esse progeniem. Nam unde alioqui quis intelligere queat esse filium, qui est sapientia & uerbum, per quod facta sunt omnia, nisi ex ipso deo? Tamen & hoc est scripturis didicimus, uidelicet patre quidē per Dauid loquēte, Eructauit cor meū uerbum bonū. Et, ex utero ante luciferū genui te. Filio uero de seipso pronuntiāte Iudaeis, Si deus pater uerter esset, utiq; diligeretis me, Ego enim ex patre prodij. Ac rursus. Non quod patrē uidit quisquā, prater eum qui est à patre, hic uidit patrē. Quin & illud, ego & pater unū sumus, Et, ego in patre, & pater in me, tantundem pollet ac si dicas, Ego ex patre sum, & ab illo inseparabilis. Quin & Ioannes dicēs, unigenitus filius qui est in sinu patris, ille enarratit: hęc à patre edoctus loquutus est. Quid enim aliud significat, in sinu patris, quā uerā, & germanā filij ex patre natiuitatē. Proinde si quis deum arbitratur esse compositū, ut in huius substantia sit aliquod accidēs, aut extrinsecus amictū aliquem habeat quo tegatur, aut esse circa ipsum aliqua, quā substantiā illius compleant, ut nos quum dicimus deum, aut quum nominamus patrem, non eandem inuisibilem illius & incomprehensibilem essentiam significemus, sed quid iam eorum quā circa illum sunt, incusent quidem synodum, quā scripserit, ex substantia dei esse filium, Ceterum cogitent quod geminam committant blasphemiam ad istum modum sentientes. Nam & deum corporeum quendam inducunt, & dominum non ipsius patris sed eorum quā circa eum sunt, filium mentiuntur. Quod si simplex quaedam res est pater, sicut est, uidelicet quum dicimus deum nominamusq; patrē, nihil quicquā tanquā circa illum sic nominamus, sed ipsam essentia eius significamus. Nam etiā si fieri nō posset, ut quidnam sit dei essentia cōprehenderemus, tamen dumtaxat cogitātes esse deum, uel scriptura per hęc eum significante, nō alium quēpiam & nos quā ipsum significare uolentes dicimus deum & patrē & dominū. Itaq; quum dicit, Ego sum qui sum, Itē illud, Ego sum dominus deus, Et ubiq; dicit scriptura deus, nos legentes nihil aliud quā ipsam incomprehensibilem eius substantiā significari nobis intelligimus, quodq; est is, de quo loquūtur. Itaq; ne quis miretur ex substantia dei esse filium dei, quin potius recipiat patres, qui per purgarunt sensum, quicq; dilucidius uelut ex consequenti illud ex deo descripserunt, ex substantia. Existimant enim idē esse dicere ex deo, ac si dicas, ex substantia dei esse uerbū, quando quidem & deus sicuti prā dixi, nihil aliud quā substantiā eius qui est significat. Ergo si nō ex deo est uerbum, ut filius sit natura germanus ex patre, sed sicut creaturā, eo quod cōditē sint, dicatur & ipse more reliquorum omnium esse ex deo, neq; ex substantia patris est, neq; ipse filius iuxta substantiam est filius, sed ex uirtute quemadmodum nos, qui iuxta gratiā uocamur filij. Quod si ex deo solus est tanquā uerus germanusq; filius, sicuti reuera est, recte utiq; dicitur ex substantia dei filius. Nam & exemplum de lumine ac splendore talem habet intellectum. Neq; enim iuxta eum modum quo ignis ex ardore solis accenditur, qui & rursus extingui consueuit, dixerunt sancti esse uerbum apud deum. Hoc enim opus extrinsecus & creatura eius qui fecit esset, sed splendorem ipsum prādicauerunt omnes, ut hęc uoces, ex essentia, propriam & inseparabilem naturam, & cum patre unitatem declararent. Hoc enim pacto fiet, ut simul illum tueamur uere esse immutabilem & inuariabilem. Alioqui quomodo hoc esse possit, nisi ex patris substantia propria esset progenies? Necessē enim & in hoc identitatem cum suo patre seruare: sanē quum pia ratio declararet hoc ita se habere, consequens erat istos ne nominis quidem hominij nouitate offendi, qui Christo rebellant, quum hęc dicitio sanam habeat intelligentiam ac demonstrationem. Etenim si dicimus ex substantia esse dei, uerbum (Iam enim hęc uox ab ipsis quoque recepta sit) quid tandem hoc fuerit, nisi ueluti dicas ueritatem aeternitatemq; substantiā, ex qua etiam natus est, Neque enim est alterius formā, ne quid nouum ac dissimile substantiā patris admisceatur, neque extrinsecus, uulgari more similis, ne iuxta aliud, aut omnino alterius substantiā appareat, Quemadmodum aēs resplendens & aurum & argentū & stannum, nā hęc peregrina diuersiq; generis inter sese, discretāq; natura potētiaq; sunt, Neq; aēs proprium est auri, neq; palumbis ex columba, sed similia quidē putantur esse, diuersā tamen inter se naturā sunt. Itaq; si filius quoq; eodem modo est, sic creatura quemadmodum & nos, & non eiusdem substantiā, Quod si filius est uerbum, sapientia, imago patris, splendor, conse-

dor, consequēter eiusdem fuerit substantiā. Nam si hęc uox, nō ex deo, sed uelut organum alterius naturā, diuersaq; substantiā declaratur, recte uidelicet synodus scripsit recteq; sensu sit, Ceterū tollatur rursus in his cogitatio corporalis, & omnē sensus imaginationē supergressi puro intellectu solaq; mente cogitemus filium apud patrē germanū, ac uerbi cum patre proprietatē & inseparabilem similitudinem splendoris ad lucem, Quemadmodum enim hęc uoces, progenies & filius, non humano more, sed sicut deo dignum est dicuntur & sunt: eodem modo quū audimus homulion, hoc est eiusdem substantiē, ne in humanos sensus delabētes, partitiones ac diuisiones diuinitatis excogitemus, sed tanq; de incorporationis cogitantes unitatem naturā & identidem lucis nō separemus. Nam id proprium est filij erga patrē, & hoc demonstrat deum uere patrem esse uerbi. Rursus enim exēplum lucis ac splendoris in hoc necessarium est, Quis audebit dicere splendore alienū ac dissimilem esse soli? Aut quis potius sic inueniēs splendore ad solem atq; identitatem lucis, nō confidenter dixerit, uere lux & splendor idem sunt, & hoc per hoc exēplum demonstratur, & splendor in sole est, ut qui intuetur hunc, uideat & illū. Huiusmodi uero unitatē naturāq; proprietatē quomodo qui credunt ac uident recte uocarent, nisi eiusdem substantiā prolem? Dei uero prolem, quid quis proprie ac decēter cogitare possit, nisi uerbū sapientiam & uirtutē quam neq; à patre peregrinā dicere piū est, neq; nō semper esse apud patrem uel imaginari fas est. Per hanc enim prole omnia fecit pater, & quā fertur ad omnia prouidentia, extendens, per eam exerit humanitatē erga genus humanū, & hoc modo unum ipse & pater sunt, sicuti dicitur est, nisi uidelicet isti malā mentis homines sumpta audacia rursus dixerint, aliā esse uerbi substantiā, & aliā esse ex patre in eo lucē, ut lumē quidem sit in filio unū cum patre, ipse uero sit alienus iuxta substantiā, quasi creatura. Verum hęc Caiphā & Samosatenis manifesta sentētia est, quā ecclesia quidem reiecit, isti uero nunc simulant, eo quod ipsi quoq; à ueritate prolapsi declarati sunt haeretici. Nam si omnino particeps est lucis à patre proficiscentis, quare nō magis ipse est id cuius est particeps, ne quid mediū deprehendatur inter eum & patrē. Nam si ita nō est, nō iam demonstratur per filium cōdita esse omnia, sed per illud cuius etiā ipse particeps est, Sin uero hic est uerbum & sapientia patris, in quo pater reuelatur, cognoscitur & creat, & sine quo nihil facit pater, nimirum ipse est id quod est ex patre, quando quidem huius omnes res creatā participes sunt quā participes sunt sancti spiritus. Hoc autē modo quū sit, nō erit ex nihilo nec omnino creatura, sed potius ex patre propria proles, uelut ex luce splendor. Itaq; qui in Nicena synodo cōuenerant quum hanc haberent mentē, tales etiā dicitiones scripserūt. Ceterum quod nō ex seipsis fingētes has cōmentum sunt, nam & hoc cauantur, sed ex maioribus qui ipsos prācesserant traditas pronunciauerūt, age & hoc differamus, ne uel hęc illis causa relinquantur. Discite itaq; o Christo rebellātes Ariani, quod Theognostus uir eruditus non ueritus est dicere, ex substantia. Nam scribens de filio, in secundo subnotationum libro ad hunc loquutus est modum. Non res quāpiam extrinsecus adinuenta, est filij substantia, neq; ex nihilo inducta est, sed ex patris substantia nata est quemadmodum à luce splendor, quēadmodum ab aqua uapor. Neq; enim splendor, neq; uapor est ipsa aqua, aut ipse sol, neq; res aliena, sed defluxus ex patris substantia, ita ut patris substantia nō perpeffa sit partitionē, Nam quemadmodum sol idem manens nō minuitur radijs ab ipso effusis, ita nec substantia patris mutationē perpeffa est, quum habeat suam ipsius imaginē filium. Theognostus igitur, quū priora uelut inter exercendum examinasset, postea suam ipsius opinionem ponēs hunc in modum locutus est. Dionysius autē qui fuit episcopus Alexandriae contra Sabellium scribens, & dispensationem seruatoris iuxta carnē pluribus enarrans uerbis, & ex hac coarguens Sabellij imitatores, quod pater non est factus caro, sed huius uerbum quemadmodum dixit Ioannes, Nam suspēctus erat, quasi facturā creaturamq; diceret filium, nec eiusdem substantiā cum patre: scribit ad cognominem ipsi Dionysium episcopum Romanum, respondens calumniam hanc esse aduersus ipsum confictam. Neq; enim dixisse facturā esse filium, uerū etiam eiusdem essentia ipsū confiteri confirmabāt. Sermo uero ipsius ad hunc habet modum. Et alias literas scripsi, in quibus refelli & illud quod proferunt crimen aduersum me, quum sit mendacium, quasi non dixerim Christum eiusdem esse essentia cum deo: quanquam enim nomen hoc fateor non inuenisse me usquā in sacris scripturis, tamē argumentationes meę quā sequuntur, quas isti

Theognostus

Similitudo
mira

quas isti reticuerunt, non abhorrent ab hac sententia. Nam humanam generationem con-
 ferebam, uidelicet tanquam quae esset eiusdem generis, fasius omnino parentes solum alteros
 esse à liberis, eò quod non essent iidem qui liberi, aut neque parentes esse necessarium esse,
 neque liberos: atque ipsam quidem epistolam ut praedicebam, propter circumstantias non pos-
 sum praemittere. Quod si ipsa tibi quae tunc dicebam uerba, uel potius omnibus misissem
 exemplar quicquid meae facultatis erit faciam, ceterum scio meminitque plures addidisse
 rerum cognatarum similitudines. Nam & plantam dicebam esse semine aut è radice ena-
 tam, diuersam esse ab eo unde pullulasset, & omnino cum illo constitit eandem habens
 naturam, ac fluuium dicebam à fonte profluentem diuersum nomen sortitum esse, neque
 enim fontem appellari fluuium, neque fluuium dici fontem & utrumque esse, & fluuium esse
 ex fonte profectam aquam. Ceterum scripsi quod non est factum neque creatum, dei uer-
 bum, sed propria patris substantiae proles inseparabilis, quemadmodum scripsit magna
 synodus. Ecce Romanus episcopus Dionysius scribens aduersus eos qui cum Sabellio
 sentiunt, uociferatur aduersus eos, qui haec audent dicere, loquiturque hunc in modum.
 Posthac autem merito dicturus sum aduersus eos qui diuidunt ac dissecant ac subuertunt
 sanctissimam ecclesiae dei praedicationem, monarchiam in treis quasdam uirtutes ac sepa-
 ratas hypostaseis, ac deitates treis. Audiui enim esse quosdam apud uos ex his qui tradunt
 ac docent diuinum uerbum, huius interpretes sententiae, qui ex diametro, ut ita loquar, ad-
 uersantur Sabellianae opinioni. Nam hic quidem blasphemiam pronuncians ait ipsum fi-
 lium esse patrem, & contra: illi uero tres deos quodam modo praedicant, in treis hyposta-
 seis peregrinas inter sese modis omnibus separatas, distrahentes sanctam unitatem. Ne-
 cesse est enim ut unitum sit diuinum uerbum, ceterum spiritum sanctum oportet manere
 in deo & in eo uersari. Iam & diuinam trinitatem in unum uelut fastigium quoddam, de-
 um uniuersorum omnipotentem qui dicit, in summam colligere congregareque maxime
 necessarium est. Nam Marcionis delirantis doctrina in treis principatus monarchiae se-
 ctionem diuisionemque induxit, quum documentum sit diabolicum, nedum eorum qui ue-
 re sunt Christi discipuli, & eorum quibus placent seruatoris doctrinae. Isti enim trinita-
 tem quae praedicatur à sacra scriptura, manifeste sciunt. Tres uero deos, neque uetus, neque
 nouum testamentum praedicat. Nihil uero minus aliquis uituperet, & illos qui filium
 facturam esse opinantur, ac factum fuisse dominum uelut unum & ceteris quae uere facta
 sunt, existimant, quum diuinae scripturae suo testimonio generationem illi congruam ac
 decentem, non fictionem ullam aut condituram attribuant. Itaque non uulgaris est haec blas-
 phemia, sed omnium maxima, dicere dominum quodammodo manu factum. Nam si fa-
 ctus est filius, aliquando non erat. Sed semper fuit, quod si in patre est, quemadmo-
 dum ipse ait, & si uerbum ac sapientia & uirtus est. Christus (nam haec esse Christum
 diuinam loquuntur scripturae, quemadmodum scitis. Haec autem uirtutes dei sunt) Er-
 go si factus est filius, erat quum haec non essent, erat uidelicet tempus quum absque his esset
 deus, hoc uero absurdissimum est. Et quid amplius de his ad uos disputem, ad uiros spiri-
 tu afflatos, planeque scientes absurditates emergentes, ex hoc si quis dicat filium creatu-
 ram, quas mihi non uidentur animaduertisse qui huius opinionis magistri fuerunt, ac pro-
 pterea uehementer à uero aberrasse, secus quam uult haec diuina propheticaque scriptura:
 Dominus creauit me initium uiarum suarum, excipientes, Neque enim una est huius uerbi
ἐκλωσ, sicut scitis, significatio. Nam hic *ἐκλωσ* intelligendum pro eo quod est praefecit his
 quae ab ipso facta fuerant operibus, facta autem fuerant ab ipso filio. Nequaquam uero *ἐκλωσ*
 nunc dici potest, pro eo quod est fecit. Differt enim à facere uerbum *ποίησ*. Non est idem, hic
 tuus pater *ἐκτὸν πατέρα*, id est, possedit, siue parauit te, & *ποίησ*, id est, fecit te, & *ἐκλωσ*, id
 est, condidit te. In magno Deuteronomij canticò ait Moses. Ad quos etiam aliquis dixerit, O
 in periculum praecipites homines. Factura ne est primogenitus omnis creatura, qui ex u-
 tero ante luciferum genitus est, qui dixit tanquam sapientia. Ante omnes fontes generat me.
 Et frequenter in literis sacris natum non factum filium dici inuenerit aliquis, quibus pa-
 lam redarguuntur mendacia de domini generatione opinantes, qui facturam audent dicere
 ipsius diuinam & ineffabilem generationem. Neque igitur partiri oportet in treis deitatis admi-
 randam ac diuinam unitatem, neque per facturam prohibere dignitatem praeminentemque magni-
 tudinem domini, sed credere in deum patrem omnipotentem & in Christum Iesum filium eius &
 spiritum

Sabellius A/
 rio contra/
 rius

spiritum sanctum, Vnitum autem fuisse deo uniuersorum ipsum uerbum. Ego enim, inquit,
 & pater unum sumus, Et ego in patre, & pater in me. Sic enim & diuina trinitas, & sancta
 praedictio monarchiae conseruabitur. Ceterum de hoc, quod uerbum semper est cum pa-
 tre, nec est alterius essentiae siue substantiae, sed ipsum patris est proprium, quemadmodum
 dixerunt qui erant in synodo congregati, liceat uobis denuo recitare, & ex diligentissimo
 Origene. Nam quae ueluti quarens & ingenium exercens scripsit, haec non tanquam ipsius
 ita sententis sint, accipiat quisquam, uerum haec eorum esse qui pertinaciter contendunt,
 sed quod inter quarendum audacter definiens pronunciat, huius diligentissimi uiri senten-
 tia est. Post illa igitur quae uelut exercendo dixerat aduersus haereticos, protinus ipse sub-
 iicit sua, loquens hunc in modum. Si est imago dei qui uideri non potest, erit & ipse inuisibi-
 lis, ego uero sumpta audacia addiderim, quod etiam similitudo patris quum sit, nunquam non
 fuit. Quando enim deus, qui secundum Ioannem lux dicitur, deus enim lumen est, splendo-
 rem non habuit propriae gloriae, ut aliquis sumpta audacia tribuat filio, quod esse coeperit
 quum prius non esset. Quando autem illa ineffabilis & innominabilis & incomprehensibilis
 paternae substantiae imago, illa figura, illud uerbum, ille qui nouit patrem, non erat? Cogitet
 enim qui hoc audet dicitque, aliquando non fuit filius, quod idem dicit, & sapientia aliquan-
 do non erat, & uerbum non erat & uita non erat. Et rursum in alijs locis ad hunc loquitur
 modum, Verum fas non est neque periculo uacat, propter imbecillitatem nostram, priuare quod
 quidem in nobis est deum eo, qui semper cum ipso est unigenito, quum sit sapientia, cui pa-
 ter adgaudebat. Nam ad hunc modum intelligetur, ne semper quidem gauisus fuisse. Ecce
 nos quidem ex patribus ad patres per manus traditam fuisse hanc sententiam demonstraui-
 mus. Vos autem o noui Iudaei & Cataphae discipuli, quos tandem nomen uestrorum
 potestis ostendere progenitores? Sed neminem prudentium ac sapientium dicere poteritis:
 Omnes enim uos auerfantur, praeter unum diabolum. Siquidem hic solus uobis istius de-
 fectionis pater fuit, qui & initio in uos superseminauit istam impietatem, & nunc perua-
 sit uobis ut conuicij in cessatis uniuersalem synodum, quod non uestra sed haec scripserint,
 quae hi qui ab initio ipsi uiderunt & ministri fuerunt uerbi, tradiderunt. Quam enim syno-
 dus scripto confessa est fidem, haec est uniuersalis ecclesiae, hanc defendentes beati patres,
 sic scripserunt & condemnarunt Arianam haeresim, quam ob causam maxime traducere
 synodum conatur. Non enim dictiones illos cruciant, sed quod per illas declarati sint haer-
 etici ceteris haeresibus audaciores, uidelicet quum ipsorum dictionum demonstrata uerba
 fuerint improbae, quanquam semper erant confutata faciles, quippe quum essent impiorum.
 Iam mutuo sumperunt à genibus dictionem *ἀγνήτως*, ut & huius praetextu nominis inter-
 res conditas rursum & inter creaturas connumerarent dei uerbum, per quod haec omnia
ἡμῶν facta sunt, usque adeo sunt ad impietatem imprudentes, & ad blasphemias afficiendum
 deum pertinaces. Itaque si ignorant nomen, sic impudenter agerent, oportebat eos discere
 ab his qui hoc illis tradidissent, quod & mens quae dicunt ex bono, & ex mente anima, ta-
 meti scirent ex quibus sint, tamen non metuerunt & haec dicere *ἀγνήτως*, scientes quod
 quum hoc dicunt, non diminuunt illud primum ex quo & haec nata sunt: aut oportebat ipsos
 quoque ad hunc loqui modum, aut omnino non loqui de ijs quae nesciunt. Quod si putant se scire,
 necesse est, ut ipsos interrogemus, maxime quum non sit ex diuinis scripturis dicitio, sed rur-
 sum sine scripturis garrientes contendunt. Nam ego quidem causam ac mentem iuxta quam
 synodus hoc uerbum, ex substantia, & hoc uerbum, hominibus, concorditer cum his quae
 ex sacris scripturis de seruatore dicta sunt, & quotquot ante synodum maiores, has uoces
 prodiderunt scriptoque reliquerunt, enarraui. Ipsi quoque, si quidem possunt respondeant,
 quomodo nacti sint hanc dictionem, quae scripta non est, aut qua mente deum *ἀγνήτως* di-
 cunt, nam nomen hoc audiui diuersa significare. Aut enim dicit, *ἀγνήτως*, quod nondum
 quidem factum est, ceterum fieri potest, ac rursum, quod neque est neque possit esse. Est & ter-
 tium illius significatum, quod est quidem, sed nec conditum, nec originem sortitum in hoc ut
 esset, sed sempiternum est & incorruptibile. Fortassis igitur primas duas significaciones praer-
 terire uolent propter absurditatem, quae illic inest. Nam iuxta primam significationem erunt, &
 quae iam facta sunt, & quae expectantur ut fiant, *ἀγνήτως*. Nam alterum illud plus etiam
 quam hoc habet absurditatis. Ad tertiam igitur significationem iam accedunt, iuxta illam
 appellantes aliquid *ἀγνήτως*. Verum & hoc dicentes nihilominus sunt impij. Nam si quod
 non habuit

Haecenus epi-
 stola

Origenes mul-
 ta scribit in-
 quirens non
 pronuncians

Haecenus
 Origenes

ἀγνήτως
 multa signi-
 ficat

non habuit principium, ut esse inciperet, neque conditum est, neque creatum, sed sempiternum est, hoc dicunt *ἀγένητον*, sed huic contrarium esse dei uerbum, quis non perspicit ueritatem deo repugnantium? Quis non illos sic infantentes lapidibus obruat? Nam quum erubescant iam proferre prima illa fabularum suarum uerba, de quibus condemnati fuerant, alio modo rursus eadem significare commenti sunt miseri, per hoc nomen ut ipsi dicunt, *ἀγένητον*. Quod si filius est de numero rerum conditarum, nimirum ex nihilo & ipse factus est, & si cepit esse, uidelicet non erat antequam nasceretur, & si non est aeternus aliquando non erat. Oportebat igitur hanc quum rursus ita sentirent, ipsam ac proprijs uerbis significare suam opinionem a nostra diuersam, nec dictione scilicet *ἀγένητον* tegere mentis suae malitiam. Verum hoc non faciunt improbi, sed omnia iuxta patrem suum diabolum cum uersutia faciunt. Quemadmodum enim ille cum alienis indumentis occurrere conatur, sic isti commentum sunt nomen *ἀγένητον*, ut simulantes sese laudare deum, occultam inferant ad uersus dominum blasphemiam, ac sub inuolucro eam alijs significant uerbis, Verum quum hoc quoque sophisma ipsis deprehensum sit, quid iam ipsi praeterea reliquum sit dicant. Inuenimus inquit scelerati, & prioribus addentes aiunt, ingenitum hoc esse, quod non habet autorem ut sit, sed quod ipsis creatis ipsum est autor, in hoc ut fiant. Ingrati uereque scripturarum imperiti, qui non propter honorem erga deum, sed propter ignominiam in filium omnia tum faciunt tum dicunt, haud intelligentes quod qui filium afficit ignominia, ignominia afficit & patrem. Nam primum quidem, etiam si sic deum nominent, non tamen demonstratur uerbum esse de numero rerum conditarum. Quum enim sit aqua progenies essentiae paterne, hoc pacto & illi semper adest. Neque enim nomen hoc tollit uerbi naturam, neque rursus hanc uox *ἀγένητον* ad filium relata habet quod significat, sed ad ea quae per filium facta sunt. Et quemadmodum qui architectum pronunciat ac dicit structorem domus aut ciuitatis, non annumerat huic nomini filium qui ex eo natus est, sed artem potius ac scientiam erga opera, significans non esse ipsum talem qualia sunt quae ab eo facta sunt, Fabrum enim uocat, ceterum naturam eius qui fecit sciens, nouit eum diuersum esse ab his quae ab ipso progenita sunt, ac propter filium quidem patrem illum uocat, propter opera uero conditorem & opificem: Simili modo qui deum sic dicit ageneton, ex operibus eum nominat, significans illum non solum non esse factum, sed etiam rerum conditarum opificem esse, Nouit sane uerbum diuersum esse a creatis, ac solum esse propriam patris prolem, per quam & omnia facta sunt & consistunt. Etenim quum omnipotentem deum prophetae dicunt, non eo, quod uerbum sit unum e numero omnium, sic illum appellant: nouerunt enim filium diuersum esse a creatis, ipsumque etiam habere potestatem iuxta patris similitudinem, sed quod omnium quae per filium fecit, ipse dominum habeat & auctoritatem, horumque potestatem filio tradiderit, nihilo tamen secius ipse omnium per uerbum dominetur. Rursus quum dominum uirtutum appellant deum, non eo quod uerbum sit unum de numero uirtutum hoc dicunt, sed quod filij quidem pater est, ceterum earum uirtutum quae per filium factae sunt dominus est. Etenim & ipsum uerbum quum sit in patre, omnium aequae horum dominus est & in omnia tenet imperium, Omnia enim quaecumque habet pater, filij sunt. Quemadmodum igitur hoc talem habet sensum, ita qui uolet dicere deum *ἀγένητον*, dicat quidem si semel ita ipsi uisum fuerit, ne tamen ob id uerbum sit de numero creatorum, sed quod quemadmodum ante dixi, non solum deus non est conditus, sed & conditorum opifex est per suum uerbum. Etenim quum pater ad hunc modum appelletur, nihilo secius patris imago est uerbum & eiusdem cum patre substantia, imago uero quum sit illius, diuersus erit ab omnibus creabilibus, et a nomine ceterorum omnium. Cuius enim est imago, cum hoc & proprietatem habet, & eandem essentiam: ut is qui dicit patrem increabilem & omnipotentem, sub nomine increabilis & omnipotentis intelligat & huius uerbum ac sapientiam, qui est filius. At isti mirabiles & ad impietatem factiles, non ob id quod de patris honore solliciti sint, commenti sunt hoc nomen ageneti, sed ut de filio male sentirent. Nam si honor ac laus eorum illis cura fuisset, oportuit eos potius, id quod melius erat, patrem & scire & profiteri deum, quam isto pacto nominare. Siquidem illi quum aiunt, deum ageneton, ex his quae facta sunt, sicut ante dixi, duntaxat esse creatorem profitentur, uidelicet ut & uerbum pro sua libidine significarent esse creaturam. Ceterum qui deum patrem dicit, protinus in illo significat & filium, nec is ignorabit, quod quum sit

quum sit filius, per filium quae facta sunt creata sunt omnia. Itaque potius ac uerius fuisset, deum ex filio significare, patremque dicere, quam ex solis operibus addito nomine dicere eum ageneton. Nam hoc quidem nomen significat, opera ex uoluntate dei, per uerbum facta. Ceterum patris nomen propriam ex ipsius essentia prolem declarat. Quantum autem uerbum a creatis differt, tantum, imò plus interest, utrum dicas patrem, an ageneton. Nam hoc quidem in scripturis non est, ac suspectum est uariam habens significationem: Illud autem & simplex est & in scripturis extat, denique uerius est, nec aliud significat quam filium. Atque haec sane uox ageneton ab ethnicis inuenta est, qui non nouerant filium, Ceterum patris uocabulum a domino nostro agnitum est ac donatum. Siquidem ipse sciens cuius esset filius, dicebat: Ego in patre & pater in me. Et, qui uidit me, uidit patrem. Et, ego & pater unum sumus, nec ullo modo deprehenditur ipse patrem uocare ageneton. Quin ubi nos docet orare, non dixit: Quum autem oratis dicite, deus *ἀγένητον*, sed sic potius, quum oratis dicite: Pater noster qui es in caelis. Quin & fidei nostrae caput huc conferri uoluit. Iussit enim nos baptizari non in nomine ageneti & geneti, neque in nomine *γενετης* *ἡγετομας*, id est, increabilis & creaturae, sed in nomine patris & filij & spiritus sancti. Etenim dum sic initiamur, reddimur & nos uere filij. Praeterea quum patris nomen dicimus, agnoscimus ex hoc nomine etiam uerbum quod est in patre. Quod si suum proprium patrem, uult & nostrum patrem dicere, non conuenit ut ideo nos ipsos comparemus filio iuxta naturam. Nam & hoc propter eum dicitur a nobis. Quoniam enim nostrum corpus gestauit uerbum & factum est in nobis, consequenter propter uerbum quod in nobis est, etiam noster pater dicitur deus. Spiritus enim uerbi qui est in nobis, per nos deum, ut illius patrem, ita nostrum quoque uocat. Haec est apostoli mens qui dicit: Emisit deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, abba pater. At fortassis & per hoc ipsum nomen ageneti confutati, ut sunt peruersis moribus, tentabunt & ipsi dicere: Oportebat & de domino nostro Iesu Christo ex scripturis ea loqui quae de ipso scripta sunt, nec uoces inducere nusquam scriptas. Certe oportuit, fateor & ipse, quod ex scripturis exactior est quam ex ceteris ueritatis probatio, uerum improbitas, & cum uersutia coniuncta, recidua Eusebianorum impietas, compulit, ut ante dictum est, Episcopos apertius proferre uoces, quibus illorum impietas subuerteretur. Et quae scripta sunt a synodo ea demonstratum est rectam habere sententiam, Contra Arianorum uerba absurda, & mores prauis declarati sunt. Siquidem ageneti uocabulum, quod habet propriam significationem, poteratque pie proferrí, ipsi rursus iuxta suam mentem, ut cunquelibetum fuit nominant in contumeliam seruatores, tantum ut in morem gigantum pertinaciter bellum gerant aduersus deum. Verum ne tum quidem quum illa proferrent uerba, manebant in-

Ex scripturis
potissimum
menda uerba
quibus de deo
loquimur

δομαξειν

demnati, neque fallere potuerunt, quod uerbum ageneton, quod recte pieque nominari poterat, ab ipsis tamen perperam intelligeretur. Pudefacti sunt enim in omnibus, & illorum haereticis undiquaque traducta est. Haec quidem ut potui reminisci eorum quae in synodo tunc peracta sunt, declarauit. Ceterum noui, quod qui inter Christo rebellantes contentiones sunt amantes, nequaquam his auditis uolent immutari, sed magis circumcursabunt, rursus alias quarentes causationes, ac post illas rursus alias commiscuntur. Nam iuxta dictum illud propheticum, Si mutabit Aethiops pellem suam, & pardalis maculas suas, uolent & ipsi pie sentire, dediscentes impietatem. Tu uero charissime librum hunc ubi acceperis, uersare in eo solus, & si probaueris recte habere, tum lege & his qui praesentes sunt fratribus, ut ipsi quoque super his edocti, & probent in synodo ueritatis studium ac sententiae certitudinem, & damnent Christo rebelles Arianos, cum suis inanibus causationibus, quas ob impiam ipsorum haeresim inter sese fingere student, Quonia deum ac patrem decet gloria, honor & adoratio, cum ipsius initium non habente filio, ac uerbo, una cum sancto & uiuificato re. spiritu, nunc & in aeterna seculorum, Amen.

Tom. 8

C

APOLOGETICVS ADVERSVS EOS QVI CALVMNIABANTVR QVOD IN PERSECVTIO NE FVGISSET.



V DIO Leontium, qui nunc est Antiochia, & Narcissum qui est e civitate Nerontis, ac Georgium qui nunc est Laodicee, aliosq; cum his Arianos multa de me spargere, multisq; conuicijs meum nomen incessere, crimen timiditatis impingentes mihi, quod dum ab ipsis quaerere ad necem, non me ipsis ultro dediticium atq; expositum obtulerim. Igitur ad conuicia quidem illorum & calumnias, tametsi multa sunt, quae possunt scribere, quae ne ipsi quidem possunt inficiari, eo quod nota sint omnibus, qui de illis audiunt, tamen haud obsequar

dolori meo, ut quicquam uicissim dicam aduersus illos, nisi tantum illud domini uerbum, & apostoli dictum, uidelicet, quod mendacium ex diabolo est, quodq; maledicti regnum dei non possidebunt. Satis enim est, hinc demonstratum esse, nihil illos iuxta doctrinam euangelicam neq; cogitare, neq; facere, sed iuxta suam libidinem, existimantes esse rectum, quicquid ipsis uisum est. Ceterum quando praetexunt timiditatis crimen, necesse est paucis hac de re scribere. Hinc enim declarabuntur, & peruersis esse moribus, neq; in diuinis literis fuisse uersati, aut si in his uersati sunt, non credere quae illis habentur eloquia, ex a flatu spiritus esse profecta. Nam si crederent, haud quaquam aduersus earum doctrinam ista fuissent ausi, neq; ludaeorum, qui dominum occiderunt, maliciam fuissent aemulati. Etenim quum deus praeceptum dederit, honora patrem tuum & matrem tuam, & qui maledicit patri & matri, morte moriatur, isti contrariam legem statuerunt, honorem uertentes in ignominiam, & hoc pecunia: quod parentibus debebatur a filijs, in diuersum usum mutant. Quin etiam quum legissent facta Dauid, his contraria moliebantur & accusabant in fontes qui uellebant spicas, confricabantq; die sabbati, Ceterum non sollicitabat illos cura, neq; legum, neq; sabbati, imò potius in hoc die legem uolabant, sed quum essent prauis moribus, ac discipulis qui salui fiebant inuiderent, nihil pensi habebant, modo quod animo cupiebant obtinerent. Atq; illi quidem habent iustitiae suae praemia, priuati sacris, iamq; nihil aliud quam principes Sodomorum, & populus Gomorrae uocantur. Ceterum isti nihilominus uidentur esse tales quam illi, quum iam habeant pro supplicio, propriae stulticiae ignorantiam. neq; enim intelligunt quae dicunt, quinetiam credunt se scire quae nesciunt, sed una est in illis scientia, ut faciant malum, utq; quotidie prioribus adinueniant peiora. Neq; enim ideo fugam nostram calumniantur, quod cupiant nos uirtute fortes reddi. Nam unde tale uotum inimicis pro his qui non concurrunt, sentientes cum ipsis qui male sentiunt: uerum quum ipsi uere sint improbi, ubi uidelicet opus fuerit illorum conuicijs, offeremus nos ipsos illis, quando id cupiunt, & hac gratia circueursant per omnia, ac simulant quidem quasi amici, scrutantur aut ut hostes, quo sanguine saturati, nos quoque tollant e medio, quod aduersus ipsorum impietatem & sensimus semper & sentimus, ac haesim illorum redarguentes traducimus. Quem enim unquam persequuti sunt, ut comprehensum non pro sua libidine contumelias affecerint: Quem quassitum ac reuertum, non eodem tractarunt modo: ut aut male moreretur, aut undiquaq; noxam acceperit: Etenim quae iudices uidentur facere, horum impulsu secreto fiunt, & illi magis horum uoluntatis ac maliciae ministri sunt q; iudices. Quis igitur locus non habet istorum maliciae monumentum: In quem ab ipsis dissidentem non conspirarunt fictis causationibus, iuxta exemplum Iezabel: Quae nunc non lamentatur ecclesia, propter istorum aduersus episcopos earum insidias: Antiochia quidem propter Eustathium confessorem & orthodoxum, Balaneae uero, propter Euphranionem uirum in primis suspiciendum, Rursus Palus & Antarus ob Cymatium & Carterium, Item Adrianopolis propter Eutropium, Christi amatorem, & post hunc ob Lucium, qui crebro ab ipsis & catenas gestare compellus est, itaq; mortuus est. Rursus Ancyra propter Marcellum, Berrhoza uero ob Cyrum, & Gaza propter Asclepan. Nam hos quidem saepius antea contumelias affectos curarunt efficiendos in exilium, subdoli. Theodulum uero & Olympium Thraciae episcopos, nos item & presbyteros nostros, ita curarunt inquirendos, ut si fuissetis reperti capite plegeremur, ac sic

Quod uolueris sanctum est

Judei puniti

fortasse

fortasse mortui fuissetis, ni praeter eorum sententiam tum quoque fugissetis. Huiusmodi sunt enim partim aduersum Olympium ad proconsulem Donatum, partim aduersum nos ad Philagrium datae literae. Nam Constantinopolitanum episcopum Paulum persequuti, quum inuenissent, propalam praefocandum curarunt, in ciuitate Cappadociae, quae dicitur Cuculus, naeti ad id carnificem Philippum, qui factus erat praefes prouinciae. Erat enim praefectus sedis illorum, malorumq; consiliorum minister. Num igitur ob haec tam multa saturati sunt, ac deinceps quieuerunt: Nequaquam, neq; enim cessarunt, sed in morem sanguisugae, de qua est in prouerbis, reuigescere potius affixi malis aduersus magnas parocias. Nam qualia tum fecerint, quis ut dignum est enarret: Quis tantum possit memorare, quantum illi fecerunt: Etenim quum nuper pacem haberent ecclesiae, ac populi in synaxibus precarentur, episcopus Rom. urbis Liberius, ac Paulinus episcopus Metropolitani Galliarum, ac Dionysius Metropolitani Italiae, & Lucifer Metropolitani insularum Sardiniae, & Eusebius qui erat ab Italia, omnes boni episcopi, ueritatisq; praecones, rapuntur, & e sedibus suis eiciuntur, idq; nulla de causa, nisi quod non consensissent haeresi Arianae, neq; subscripsissent calumnijs & sycophantijs, quas aduersum nos sinxerant. Nam de magno illo, optimaq; senectutis uiro & cofessore uere Hosio, superuacaneum est me loqui. Fortassis enim notum est omnibus, quod hunc quoque curarunt eiciendum. Neq; enim erat obscurus, sed omnium maxime celebris erat ille senex. Cui enim synodo non praeserat: Sed quum recte diceret, non persuasit omnibus. Quae ecclesia non habet huius uiri sollicitudinis pulcherrima documenta: Quis unquam mortuus ad illu uenit, quin gaudens discesserit: Quis egens postulauit ab eo, ut discesserit non assequutus quae uolebat: Attamen aduersus hunc quoque sunt ausi, eo quod ipse quoque quum nosset, quas ob impietatem ipsorum struerent calumnias, non subscripsit illorum aduersum nos insidias. Quanquam propter multas quas supra modum illi plagas infixerant, & conspirationes aduersus cognatos illius, cessit illis ad tempus, utpote senex, & imbecillo corpore; tamen horum improbitas ex his declaratur, qui undiquaq; studerent demonstrare, sese non esse uere Christianos. Nam illinc rursus in Alexandriam irruerunt, iterum quarentes nos occidere. Et facta sunt quae tum fiebant, peiora prioribus. Milites enim protinus cinxerunt ecclesiam, ac loco preactionis, facta sunt ea quae solent in bellis. Mox ubi uenisset in quadagesima is qui ab ipsis missus fuerat ex Cappadocia Georgius, auxit quae ab ipsis didicerat mala. Siquidem post septem a paschate dies, uirgines in carcerem coniciebantur, episcopi ducebantur a militibus uincti, orphanorum ac uiduarum diripiebantur & domus & panes, Insultus in aedes facti sunt, ac noctu Christiani deportabantur, obsignabantur domus, & clericorum fratres pro fratribus periclitabantur. Et haec quidem atrocitas, ceterum post haec ausi sunt atrociora facinora. Siquidem hebdomade post sanctam pentecosten, populus ieiunio peractio egressus est ad cimiterium, orandi gratia, eo quod omnes abhorrent a Georgij communiōe: uerum id simul atque cognouit ipse, concitat militum tribunum Sebastianum, qui erat Manichaeus: moxq; ipse cum multitudine militum arma, gladios nudatos & arcus & iacula ferentium, impetum fecit in ipso die dominico aduersus populum: quumq; paucos inuenisset precantes, iam enim pleriq; quoniam erat serum diei tempus, recesserant, talia fecit qualia decebat eum qui ab illis mandata acceperat facere. Siquidem incenso rogo, collocauit uirgines iuxta ignem, compulsiq; eas dicere, quod essent Arianae fidei. Verum ubi uideret eas uictrices esse contempto incendio, nudauit eas, mox ita cecidit illarum facies, ut post aliquantum temporis uix potuerint agnosci, Ceterum uiros apprehensos quadraginta magis etiam nouo modo concidit. Nam uirgis recens a palmis resecctis, adhuc cuspides acuminum in sese habentibus, sic excorauit illorum terga, ut nonnullis frequenter fuerit adhibendus chirurgus, ob uirgarum cuspides ipsis infixos, nonnulli uero non ferentes cruciatum emorerentur. Omnes igitur qui semel comprehensi una cum uirgine, expulerunt in magnam Oasin. Corpora uero defunctorum ne cognatis quidem omnino reddenda curarunt, sed occultarunt ut ipsis collibuit, abijcetes in humata, eo quod uideatur illos latere, quanta sit ista crudelitas, sed faciunt hoc mentis errore uesani. Nam defunctorum amicis, gaudentibus quidem quod in professione perstitissent, lamentantibus uero propter insepulta corpora, clarior personuit aduersus eos impietatis & crudelitatis redargutio. Nam &

Synaxes Christianorum

Comythorum id est, dormitorium

Oasis

mox ex Aegypti Libyaeque partibus expulerunt episcopos, Ammonium, Muium, Caium, Philonem, Herimen, Plenum, Pfenosirim, Pclammonem, Agathum, Anagamphum, Marcum, Ammonium, alterum Marcum, Dracontium, Adelphium, Athenodorum: adhuc presbyteros, Hieracem & Dioscorum, tantaque cum acerbitate traxerunt illos, ut quidam illorum in itinere, nonnulli in exilio defuncti sint. Egerunt autem in exilium episcopos, plures triginta. Erat enim illis studio secundum exemplum Achab, è medio tollere ueritatem. Vide hanc impiorum audaciam. Quum enim hac facerent, nec pudere malorum quae prius aduersum nos moliti fuerant, insuper nunc etiam accusant eos quibus datum est effugere parricidas istorum manus. Imò grauius deplorant, quod non omnes prorsus sustulerint è medio. Et post hac fide nobis opprobriant timiditatem, haud intelligentes, quod dum de hoc quoque murmurant, in seipso potius crimen accersunt. Etenim si malum est fugere, multo peius est persequi. Alter ne perimatur, occultat sese, alter uero persequitur uolens occidere. Ac de fugiendo quidem scriptum est. Qui uero quaerit interficere, transgreditur legem, & ipse potius fugae praebet occasionem. Proinde qui fugam exprobrant, magis pudescunt seipso qui persequuntur. Desinant enim insidari, & mox alij desinent fugere. Verum à sua malicia non cessant, sed ut comprehendant nihil non faciunt, non intelligentes quod eorum quos urget persequutio, fuga, magna frequentium est redargutio. Nullus enim fugit mansuetum & humanum, sed eum potius qui ferus est, ac prauis moribus. Velut omnis dolori obnoxius aut obaeratus à Saul quidem profugiebat, ad Dauid autem confugiebat. Propter hoc etiam illos conantur occidere, qui eos occultant, ne coargui uideatur posse ipsorum malicia. Verum in hoc quoque caecitate uidentur isti qui semper errant. Nam quo manifestior est fuga, hoc magis etiam fiet manifesta mors aut exilium, quod per insidias moluntur. Etenim si occiderint etiam, ubique locorum iniusticiae suae monumenta aduersum sese emittunt. Quod si essent sana mente, uiderent in his sese constringi, & in suas ipsorum cogitationes impingere. Caeterum quoniam sanam mentem amiserunt, ideo dum persequuntur, eijciuntur, & dum student interficere non uident suam ipsorum impietatem. Forsitan & prouidentiam ipsam audent inculcare. Nihil est quod non audeant, nihil est in quo sibi non indulgent, quod ipsum tamen ex seruatoris uoce perspicuum est, ne passerulum quidem abiq; patre nostro qui est in caelis, incidere posse in laqueum. Nam etiam ubi comprehendunt peruersae mentis homines, protinus obliuiscuntur aliorum, sed in primis sui ipsorum, soloque fastu adducunt superciliosa, neque norunt tempus, neque dum homines afficiunt iniuria, reuerentur ipsam naturam, sed more Babylonij tyranni crudelius imminent, nec ullos commiserantur. Quin & presbyterorum iugum adgrauant, & super dolorem uulnerum, ut scriptum est, addunt inclementes. Proinde si hac non fecissent, nisi eos, qui pro nobis aduersus ipsorum calumniam loquebantur in exilium eiecissent, uiderentur nonnullis probabilia dicere. Caeterum quoniam & alijs tantis ac talibus episcopis struxerunt insidias, nec magno illi confessori Hosio, nec urbis Romae episcopo, nec tam multis ab Hispanijs & Gallijs, & ab Aegypto & Libya, alijsque mundi partibus episcopis pepercerunt, tamque multa fecerunt, qui prorsus ipsos redarguerant nostram tuentes causam, quomodo non nobis ante alios insidias struxerunt, & post illos. Concupiscunt autem illos & illic tollere, & in hoc uigilant, putantes se laedi, si uiderint illos incolumes, quos nolebant uiuere. Quis igitur non perspicit illorum maliciam? Cui hoc non est manifestum, quod haud quaerit uirtutis studio exprobrant timiditatem, sed sanguine sitientes, retium uice suis malis artibus utuntur, putantes his comprehendendi posse, quoscumque quaerunt interficere. Tales enim istos esse, declarant ipsorum facta, ac mores eorum prodiderunt, feris immaniores, Babylonijs tyrannis crudeliores. Quamquam autem ex his abunde conuincitur ipsorum malicia, attamen quoniam exemplo patris sui diaboli, simplicibus uerbis assumunt sibi figuram, ut timiditatis crimen obijciat, ipsi leporibus timidiores, Age consideremus & illa, quae in scripturis diuinis aduersus eiusmodi scripta sunt, Declarabitur enim quod nihilominus aduersus has quoque pugnant, quodque praeter res sanctorum uirtutes calumniantur. Etenim si conuictis insectantur eos qui semet occultant ab his à quibus ad eadem quaeruntur, & criminantur eos qui fugiunt à persequentibus, quid facient uidentes Iacob profugientem ab Esau fratre suo, quid quum Moysen uiderant secedentem in Madiam, metu Pharaonis. Porro qui talia nugantur, quid respondent

A relatione
opposita

Sanctorum
fuga

bunt Dauid metu Saulis profugienti è suis adibus, quum illuc misisset à quibus interficere retur: rursus quum ipse quidem in spelunca latitaret, suam uero etiam ipsius faciem immutaret, donec praeterisset Abimelech, ac declinaret insidias? Quid porro dicturi sunt, qui cuncta facile temereque loquuntur, quum uiderint magnum illum Heliam, inuocare quidem deum, quum mortuum in uitam reuocasset, latitare tamen propter Achab, fugientemque ob minas Iezabelis. Nam quum id temporis quaereretur etiam filij prophetarum, occultabantur latitantes in speluncis apud Abdiam. Verum in hac forsitan ut praesca, non inciderunt. Sed omnino non meminerunt eorum quos refert euangelium. Nam & discipuli metu Iudaeorum subdixerunt sese latentes, & Paulus Damasci quum à gentium principe quaereretur, è moenibus sporta demissus est, itaque effugit quaerentis manus. Ergo quum huiusmodi scriptura commemoret de sanctis, quid poterunt excusationis inuenire, quod suae praetexant temeritati? Nam siue illis timiditatem opprobriant, aduersus seipso loquuntur, quod facinus est insanientium: siue hoc nomine eos traducunt, quod id faciunt praeter dei sententiam, prorsus ignari sunt scripturarum. Nam lex praecipit, ut etiam refugij ciuitates conderentur, ut qui quaerebantur ad mortem, utcumque tandem possent illi esse incolumes. In consummatione uero seculorum, quum ipsum patris uerbum quod Moysi loquutum fuerat aduenisset, rursus hoc praecipit deus, Quum persecuti uos fuerint in ciuitate hac, fugite in aliam. Ac paulò post ait: Quum uideritis abominationem desolationis de quo dictum est per Daniele prophetam stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Tunc qui fuerint in Iudaea fugiant in montes, qui fuerit in tectis, ne descendat ad tollenda quae in domo sunt ipsius, & qui in agro ne reuertatur ut tollat uestimenta sua. Haec enim quum scirent sancti, seruabant huiusmodi uitae rationem. Etenim quae nunc praecipit dominus, eadem & priusquam ueniret in carne sanctis fuerat loquutus. Sic est autem finis, adducens homines ad perfectionem, ut quicquid praecipit deus hoc faciant. Quapropter & ipsum uerbum, nostra causa factus homo, non dedignatus est quum quaereretur, nostro more occultari, ac rursus quum peteretur à persequentibus, fuga declinare insidias. Decebat enim ut sicut esuriendo, sitiendo ac patiando, ita dum occultatur fugitque, declararet se gestare carnem ac factum hominem. Ab initio siquidem mox ut natus erat homo quum puer eisset, ipse per angelum praecipit Ioseph: Surge assume puerum cum matre sua, & fuge in Aegyptum. Futurum est enim, ut Herodes quaerat animam pueri. Rursus Herode mortuo, declaratur propter Archelaum filium illius secedere in Nazareth. Post uero quum se esse declarasset, aridamque manum restituisset sanitati, pharisaei quidem egressi consilium fecerunt aduersus illum, ut illum perderent. Iesus autem eo cognito secessit inde. Quin & quum Lazarum excitasset à mortuis, ex illo, inquit, die consultabant ut illum occiderent, Iesus itaque iam non palam ambulabat inter Iudaeos, sed abiit illinc in regionem uicinam deserto. Deinde quum dominus diceret, Priusquam Abraham fieret ego sum, Iudaei quidem sustulerunt lapides, ut iacerent in eum, Iesus autem occultatus est, & exiit è templo, ac transiens per medium illorum ibat, ac pertransibat sic. Ergo quum haec uideant aut audiant potius quandoquidem non uident, an non iuxta quod scriptum est uolent igni comburi, quoniam contraria ipsi quae dominus & facit & docet, tum cogitant, tum loquuntur. Etenim quum Ioannes martyrium peregisset, discipulique corpus eius sepelissent, audita re, Iesus secessit illinc nauigio in locum desertum seorsum. Itaque dominus quidem haec fecit, & similiter docuit, utinam autem isti uel sic pudescerent, & intra homines cohiberent suam praecipitem temeritatem, ac non ad maiorem deuenientes insaniam, seruatori quoque timiditatis crimen impingant, quando semel instructi sunt & exercitati, ad blasphemias in illum iaculandas. Verum eos sic insanientes an quisquam sustinebit? sed conuincuntur potius non intelligere euangelium. Est enim huius secessus ac fugae causa rationi consentanea ueraque: quae de domino memorant euangelista. Caeterum oportet ex hoc nos ad omnes sanctos exemplum accommodare. Nam quae de seruatore humano more scripta sunt, hoc ad uniuersum hominum genus referre conuenit. Nostrum enim ille gestabat corpus, & humanam infirmitatem ostendebat, de qua Ioannes ita scripsit, Quae rebat eum apprehendere, & nemo iniicit in illum manus quoniam nondum uenerat hora eius. Nam priusquam haec uenisset, dicebat idem matri suae, Nondum uenit hora. His uero qui dicebantur fratres illius, meum, inquit, tempus nondum adest. Rursus ubi uenerat tempus, dicebat discipulis, Dormite iam & requiescite, Ecce

Matth. 2

Archelaus filius
Herodis

enim appropinquat hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Itaque tanquam deus ac uerbum patris, tempus non habebat, ipse enim & temporum est conditor, Ceterum homo factus, & his uerbis declarat hominum cuiusque tempus & opportunitatem esse praefinitam, non quo pendat a fortuna, sicuti pagani nonnulli opinantes fabulantur, sed tempus cuius ipse quum sit conditor, pro ut uoluit pater praefinitum uniuersis. Id quoque scriptum est, & omnibus factum est perspicuum. Quamquam enim coelatum est & later omnes homines, quomodo & quantum cuiusque praefinitum sit, tamen nemo non nouit, quod ueris, aestatis, autumnii & hyemis tempus est. Sic iuxta scripturam, tempus est moriendi & tempus est uiuendi. Propter hoc & iuxta Noe generationis tempus decurtatum est, ac perinde quasi tempus omnium rerum adsit, contracti sunt anni. Rursus Ezechiae additi sunt anni quindecim. Quum autem deus annunciet iis qui ipsum uere colunt, numerum dierum tuorum adimplebo, Abraham quidem plenus dierum moritur, Dauid autem implo-
Iob. 5 rat dicens: Ne reuoces me in medio dierum meorum. Et unus amicorum Iob Eliphaz quum hoc pulchre nosset, aiebat: Venies autem in sepulchro, ut frumentum maturum quod suo tempore metitur, aut uelut aceruus area, tempestiue comportatus. Solomon autem confirmans obsignansque uocem hanc ait, Tollantur ante tempus animae iniquorum. Eoque adhortatur in ecclesiaste dicens: Ne multum sis impius, neque sis durus, ne moriaris in tempore non tuo. Haec ut scripta sunt, ita demonstrat ratio sanctos scire tempus cuius praefinitum, ceterum quod nemo nouit finem temporis, illud argumento est quod dicit Dauid: Paucitatem dierum meorum annuncia mihi. Quod enim nesciebat, hoc cupiebat discere. Quapropter diues exultans sese adhuc multo tempore uiuaturum audiuit, Stulte, hac nocte quaerent animam tuam. Quae uero praeparasti cuius erunt? Ceterum Ecclesiastes fratris sancto spiritu confidenter pronunciat aitque: Non nouit homo tempus suum. Et ob hoc ipsum, patriarcha Isaac, dicebat filio suo Esau, Ecce ego consenui, nec scio diem mortis meae. Itaque dominus quamquam erat deus & uerbum patris sciretque tempus, quod ipse singulis praefinierat, nec ignorans tempus quod ipse suo proprio corpori praefixerat quo pareretur, quoniam propter nos homo factus erat, diebus priusquam ueniret tempus, ipse quoque sicut & nos dum quaereretur latebat, & a persecutoribus fugiebat, ac declinans insidias, sic transibat, ac per medium illorum ibat. Ceterum ubi tempus ab ipso praefinitum adduxisset ipse, in quo iuxta corpus pro omnibus pati uoluit, hoc patri proloquitur dicens: Pater, uenit hora, glorifica filium tuum. Verum non iam amplius a quaerentibus occultabatur, sed stetit uolens capi ab illis. Ait enim, inquit, ad se uenientibus, Quae quaeritis? quibus respondissent illi, Iesum Nazarenum, ait illis: Ego sum quem quaeritis. Idque non semel, sed iterato fecit, & ita tandem duxerunt illum ad Pilatum. Attamen neque passus est se teneri, priusquam ueniret tempus, neque occultabatur quum adesset tempus, sed semet exposuit obuium insidiantibus, ut omnibus ostenderet e superno iudicio pendere uitam ac mortem hominum, et sine patre nostro qui est in caelis, nec pilum hominum nigrum aut album posse fieri, nec passerulum unquam in laqueum incidere. Dominus igitur ad hunc modum seipsum pro omnibus obtulit sicut dictum est. Sancti uero formam hanc edocti a seruatore (Ab hoc enim & ante hoc tempus, & semper docebantur omnes) aduersus persecutores quoties periclitabantur recte liciteque sibi consulebant fuga, & ab illis quaesiti occultabantur. Quum autem ignorarent, nimirum homines, temporis finem ipsis a prouidentia praefinitum, nolebant temere seipsum exhibere dediticis insidiantibus. Rursus quum scirent uti scriptum est, esse in manu dei sortes hominum, ac dominum esse qui occideret, dominum qui uiuificaret, finem potius expectarunt: sicut dixit apostolus: Obambulantes, in pellibus ouillis & caprinis, destituti, afflicti, in solitudinibus errantes, in speluncis & cauernis terrae latitantes, donec uel praefinitum mortis tempus adueniret, aut donec is qui tempus praefixerat deus, loqueretur ad ipsos, & compesceret insidiantes, aut uidelicet donec traderet eos qui persecutione ne urgebantur in manus persecutorum, ut cuiusque uisum illi fuisset bonum esse, & hoc de singulis ex ipso Dauid pulchre licet perdiscere. Quum enim Iob excitaret illum aduersus Saulem aiebat ipse. Nisi dominus percusserit eum, aut uenerit hora mortis eius, aut descenderit in praesidium, & adiunxerit se aduersariis, non immittam manum meam in Christum domini. Quod etiam si quando fugientes accesserunt ad eos a quibus quaerebantur, ne id quidem temere faciebant, Etenim spiritus admonitu ad ipsos loquentis quum essent amici dei, sic illis occurrebant

bant, hoc quoque modo suam obedientiam animique promptitudinem declarantes. Talis autem erat Helias quum iussus a spiritu ostendit sese Achab, Talis Micheas propheta ueniens ad eundem Achab, & propheta qui prouocauit ad altare Samariae, ac pudescit Hieroboam, Talis Paulus appellans Caesarem, nec enim ob timiditatem fugerant. Absit, sed potius fugam habebant pro certamine & exercitatione ad mortem, Verum haec duo seruabant, recteque cogitabant, ut neque semet temere obijcerent, nam id erat seipsum occidere, mortisque reum fieri, ac deo resistere, dicenti, Quae deus copulauit, homo ne separet: neque negligentiae crimen uolebant sustinere, quasi molles aduersus in fuga perferendas afflictiones, quae maiorem & acerbiores habent uehementiam quam ipsa mors. Nam qui mortuus est, liberatus est a laboribus, at fugiens quoniam expectat quotidianos ab hostibus insultus, leuius malum ducit esse mortem, ut qui in fuga mortui fuerint non ingloriam mortem oppetant, sed habeant & ipsi martyrii gloriam. Ob hoc enim & Iob fortitudine magnus fuisse cognitus est, quod uiuus tantos ac tales sustulerit labores, quorum nullum habuisset sensum si defunctus fuisset. Quapropter & beati patres habebant huiusmodi uitae disciplinam, quum uirgerentur persecutione, non expauescebant, sed magis etiam ostendebant animi sui fortitudinem, quum in locis adeo tenebrosis & angustis semet concluderent, seseque tam dure tractarent. Rursus ubi mortis tempus aderat, non detrectabant. Nam hoc illis erat cura, ne uel praesentem mortem expauescerent, uel praefinitam a prouidentia uocationem anticiparent, neque rursus aduersus prouidentiae dispensationem quicquam facerent, ad quam sciebant sese reseruari, ne si quid praecipitanter egissent, fierent sibi ipsis paucis causa. Sic enim scriptum est, Qui praiceps est labijs, pauescit seipsum. Profecto tot modis erant instructi ad fortitudinis uirtutem, ut nemo qualiscumque sit, queat ambigere. Nam patriarcha Iacob quum prius fugeret Esau, non formidabat praesentem mortem, quin potius in illo tempore uniuersis patriarcharum pro dignitate benedicebat, Ceterum magnus ille Moses quum ante coelaretur metu Pharaonis, & ob hunc secessisset in Madiam, & audisset a domino, redi in Aegyptum, non metuebat. Rursus iussus conscendere montem Abari, ut moreretur, nequaquam detrectans abstinuit, sed libenter properauit ad illum. Ac Dauid qui prius fugerat Saul, idem non erat meticulosus, quum pro populo periclitaretur in praesidijs, uerum quum ipsi esset data optio mortis ac fugae, liceretque illi uel fugere uel uiuere, sapiens ille magis elegit mortem. Magnus autem ille Helias quum occultaretur fugiens Iezabelem, non metuuit iussus a spiritu offerre sese Achab, & Ochoziam redarguere. Petrus uero qui metu Iudaeorum occultabatur, & Paulus apostolus qui in sporta demissus fugerat, quum audissent, Romae oportet uos testimonium id est martyrium peragere, non distulerunt profectionem, sed magis gaudentes abierunt: & alter quidem tanquam ad suos properans gestiebat quum occideretur, alter uero adeo non expauit quum adesset tempus, ut exultaret etiam dicens, Ego enim iam delibor, & tempus meae resolutionis instat. Haec autem declarant ne priorum quidem ipsorum fugam fuisse timiditatis, simulque testificantur ne id quidem quod nunc agunt fuisse fortuitum, sed ingentem quandam animi fortitudinem, ac uirtutem ipsorum praedicant. Neque enim invidia fuerat quod secesserant, sed tum potius magis intendebant exercitationis uehementiam, neque reprehensi sunt quod fugerent: neque timiditatis insimulati sunt a talibus quales nunc sunt isti, ad criminandum auidi, quin potius beati pronunciantur a domino dicente: Beati qui persecutione patiuntur propter iustitiam. Verum nec ipsis fuit hic labor inutilis, eo quod uelut aurum in fornace fusoria probatos, quemadmodum dicit sapientia, deus illos comperit se dignos, & ipsi tum magis ueluti scintillae relucebant, quum seruantur a persecutoribus & eriperentur ab insidiantibus, in hoc seruati, quo populis essent documento, ut & illorum fuga, & quaerentium per omnia discurrens furor, acciderint ex dispensatione dei. Interim enim & hoc pacto reddebantur deo chari, & pulcherrimum obtinuerunt suae fortitudinis testimonium. Itaque patriarcha Iacob dum fugerat, plures uisiones, easque diuinas uidere meruit, quumque solus ac desertus esset, magis habebat pro ipso sollicitum dominum, qui ut Laban pudescit, ita & Esau obstitit, & post haec factus est pater Iuda, ex quo iuxta carnem ortus est dominus, ac benedictiones patriarchis distribuit. Quin & Moses deo charus quum fugeret magnam illam uisionem uidit, ac seruatus a persecutoribus, propheta missus est in Aegyptum, factusque

Martyrium
sine morte

minister & tantorum prodigiorum & legis, dux fuit tam numerosi populi in deserto. Ac David persecutionem patiens docebat, Eructavit cor meum uerbum bonum, Et deus noster manifeste uenit, & deus noster non silebit; imò magis inualuit dicens, Inter inimicos meos despectit oculus meus. Ac rursus, In deo spem posui, non timbo quid mihi faciat homo. Porro quum profugus à facie Saul deuenisset in speluncā, dicebat: Emisit è cœlo, & seruauit me, dedit in opprobrium cōculcantes me, emisit deus misericordiam suam, & ueritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum. Ad hunc autem modū & hic seruatus dei dispensatione post factus est rex, obtinuitq; promissionem, dominū nostrum ex eius genere exoriturum. Magnus autē Helias secedens in montem Carmeli, inuocabat deum, ac prophetas Baal, quum essent quadringenti aut eo plures, si mul deleuit. Præterea duos ad ipsum missos, quinquaginta præfectos uiris, una cum centum quibus uenerant comitati, perdidit dicendo, Descendat ignis de cœlo. Hoc modo & istos ultus, & ipse seruatus, sicut Heliſaam pro se ungeret, & exemplum instituendæ uirtutis fieret prophetarum filijs. Beatus uero Paulus describens cuiusmodi persecutiones sustinuerit, & ex omnibus, inquit, eripuit me dominus & eripiet. Magis autem tum robur colligebat dicens, Sed in his omnibus superamus. Nihil enim nos separabit à charitate Christi. Tunc enim & ad tertium usque cœlum raptus est, & in paradysum subductus, ubi etiam audiuit uerba non enarranda, quæ fas nō est homini loqui. Et ideo seruatus est, ut ab Hierosolymis usq; ad Illyricum impletet euangelium. Non est igitur reprehensibilis aut ociosa sanctorum fuga, nisi enim fugissent illi persequētes, quomodo exortus fuisset ex femine David dominus, aut qui erant prædicaturi uerbum ueritatis? Siquidem persequutores ob id quærebant sanctos, ne esset qui doceret, Sicut Iudæi denunciauerunt apostolis; uerum ob hoc omnia perferrebant, ut euangelium prædicaretur. Ecce igitur quum ad eum modum periclitarentur, non habebant fugæ tempus ociosum, ac ne persequutionis quidem tempore, alienæ utilitatis obliuiscerentur, sed quum essent ministri uerbi, non inuidebant quo minus & hanc utilitatem impartirent omnibus, quin & fugientes euangelium prædicabant, ac prædicebant quidem insidiantium maliciam, fideles autem exhortationibus confirmabant. Beatus itaq; Paulus experimento doctus, prædixit fore, ut qui uellent pte uiuere in Christo Iesu, persequutionem paterentur; sed protinus arripuit fugientes, dicens: Per patientiam currimus propositum nobis certamen. Quamuis enim afflictiones erant perpetuæ, tamen afflictio patientiam operatur, patientia uero probationem, probatio autem spem, spes non pudefacit. Porro Esaias propheta, quum expectaretur huiusmodi malorum incurfus, submonet clamans, Vade popule meus, ingredere penetralia tua, occlude ostium tuum, abscondere paulisper, donec præterierit ira. Ecclesiastes uero cognitas habens quæ sunt aduersus pios insidias, ait: Si calumniam pauperis & rapinam iudicij ac iusticiæ uideris in regione, ne mireris in negotio, quod excelsus est supra excelsum, obserua; & excelsi super illam & abundantia terræ. Habebat & huius patrem David experientia, qui ipse quoq; didicerat quæ fiant in persequutionibus, & confirmat eos, qui affliguntur, quum dicit, Viri estote, corroboretur cor uestrum omnes qui speratis in domino. Etenim qui sic perferunt, his, inquit, nō homo, sed ipse deus auxiliabitur, eripietq; eos, eo quod in ipso spem suā collocarunt. Nam & ego sustinens sustinui dominum, & attendit mihi, exaudivitq; deprecationem meam, & reuocauit me de lacu profundissimo, & à luto fecis. Itaq; fuga sanctorum non infrugifera populo, sed utilis esse demonstratur, etiam si secus uideatur Arianis. Sic igitur sancti quemadmodum dictum est fugientes ex superfluo, per dispensationem seruabantur, sicuti seruantur medici, eorum gratia qui his opus habent. Nobis autem omnibus in uniuersum hominibus hæc lex est, ut fugiamus persequentes, & latitando fallamus quærentes, nec præcipites sumus tentando deum, sed ut ante dixi, sustineamus eos, donec præfinitum mortis tempus aduenierit, aut donec iudex aliquid de illis statuerit quicquid ipsi uisum fuerit bonum, tamen ut hi parati sint, ut simul atq; uocari tempus, etiam comprehensi, pro ueritate certent usq; ad mortem. Hæc & beati martyres persequutionis tempore, seruauerunt: fugiebant quidem instante persequutore, ac latentes perdurabāt, cæterum reperti testimonium perhibebāt. Quod si qui ex his ultro adiere persequentes, id nō temere faciebant. Mox enim testificabantur, cunctisq; fiebat perspicuū, e spiritu sancto fuisse, animi quā habēt promptitudinē, tantumq;

Fuga sanctorum omnibus utilis

κλιμαξ

tantumq; prouentum. Itaq; quum sint huiusmodi seruatoris præcepta, & huiusmodi sanctorum exempla, dicant nobis, qui ne tantulum quidem audire uolunt, si quis aduersus illorum dignitatem loquatur, unde didicerunt ipsi quod & alios persequuntur. Nam quod à sanctis didicerint, haudquaquam poterunt dicere, sed à diabolo, nam hoc illis superest, qui dicit, Persecutus comprehendam. Ac fugere quidem præcepit dominus, sanctiq; fugerunt. Cæterum persequi diabolicum inuentū est, & ab omnibus ille hoc nomine accusatur. Dicant igitur rursum, utri oportet accedere, domini uerbis an istorum fabulis? Vtrorum autem oportet imitari facta, sanctorum ne, an ea quæcunq; excogitauerint isti? Sed quoniam fortassis hæc ipsi non possunt diiudicare, Sunt enim excæcati mente & conscientia, quemadmodum dixit Esaias, putantes amarum esse quod est dulce, ac lucem esse quæ sunt tenebræ, Egressus quispiam è nobis Christianus, pudefaciat istos magna uoce dicens, Bonum est cōsistere in domino, potiusquam illorum auscultare stultiloquijs. Siquidem domini uerba uitam æternam habent. Contra quæ ab istis proferuntur malitiæ sanguinisq; plena sunt. Hæc quidem satis erant, ad subuertendam impiorum infantiam, adq; ostendendum istos nihil aliud conari, quàm ut conuicijs solum ac maledictis contendant. Cæterum quoniam semel ausi cum Christo bellum suscipere, iam etiam curiosi facti sunt, expendant tamen & modum secessus, eumq; discant uel à suis. Aderant enim Ariani qui simul cum militibus currebant, ut eos incitarent, nosq; ubi essemus illis ignorantibus, indicarent. Et si uel hoc modo malis alienis afficiuntur, saltem audientes quietem agant pudefcentes. Nox quidem iam erat, & ex populo nonnulli si quis peruigium egerant, quum expectaretur synaxis. Dux autem Syrtianus repente irruit cum milium plusquam quinque milibus, arma, nudosq; gladios gestantium, præterea arcus & iacula & fustes, quemadmodum prius dictum est. Atque ipse quidem Ecclesiam circumfedit, collocatis in proximo militibus, ne quis ab Ecclesia digressus posset illos præterire. Ego uero putans absurdum sit tanta rerum turbatione desererem populum, ac non potius prior illis uenirem in periculum, confedi in cathedra, monuiq; diaconum ut recitaret psalmum, populum item ut auscultaret, Quoniam in seculum misericordia eius, eoque factio omnes discedere & ad suas quenque aedes abire. Verum quum prætor ui iam superuenisset, ac milites cinxissent sacrarium, ut nos comprehenderent, clerici illic reperti ac populares clamabant, flagitantes ut nos quoque statim secederemus. Ego uero magis contradicebam, me non prius abiturum, nisi omnes ad unum se subduxissent. Erectus igitur & indicis precibus, mox denuo postulauit ut omnes prius discederent, Melius est inquit, me periclitari, quàm aliquos ex uobis noxam accipere. Itaque quum exissent pleriq; reliquiq; sequerentur, ij qui mecum illic fuerant monachi & clericorum nonnulli, reuersi trahebant nos, atq; ita, teste ueritate, quum milites alij circumfederent sacrarium, alij lustrarent Ecclesiam, pertransiuimus ductu domini, eodemq; seruante nos, illis non sentientibus recessimus glorificantes magnifice deum, quod neque prodidissimus populum, sed illo præmissō, seruari, manusq; quærentium effugere potuerimus. Itaque quum dei prouidentia nos hunc in modum mirabiliter eripuerit, quis merito possit crimen impingere, quod non nos ipsos ultro quærentibus dediderimus, aut quod reuersi nō prodiderimus nosmetipsos? Nam istuc est palam ingratum esse domino, facere contra præceptum ipsius, & cum sanctorum exemplis pugnare, nisi reprehensor hoc audeat, etiam magnū apostolum Petrum inculcare, quod quum esset conclusus seruareturq; à militibus, sequutus est uocantem angelum, quodq; egressus è carcere, ac seruatus, non reuersus est, nec seipsum tradidit, licet audisset, quæ fecerat Herodes. Quin & illud incuset insanens Arianus, quod nec Paulus è mœnibus demissus ac seruatus resipuerit, reuersusq; semet dediticū exhibuerit, quodq; nec Moses à Madian reuersus sit in Aegyptum, ut caperetur ab his qui quærebant ipsum, nec David in spelunca seipsum indicarit Sauli. Quin & filij prophetarum commorati sunt in speluncis, nec se se tradiderunt Achab. Nam id erat aduersus præceptum agere, quum dicat scriptura, Non tentabis dominum deum tuum. Hoc igitur & ego uertus, atque hæc edoctus, ad hunc modum me gessi, nec asperror domini gratiam & opem ab illo mihi præstitam, etiam si isti insanientes dentibus fremant in nos. Talis itaque secedendi modus nobis fuit, nec arbitror esse quicquam hic quod reprehendi possit, apud eos quibus est sana ratio, quum

Fuga Athana

si quis

quum iuxta diuinam scripturam, hoc exemplum à sanctis pro documento nobis traditum sit. Verum isti sicut uidetur, nihil relinquunt inausum, neque quicquam uolunt prætere mittere, quod non perueritatem ipsorum & crudelitatem demonstret. Nam & uita istorum talis est, quales sunt in opinionibus & nugis; neque quisquam posset talia tamquam multa aduersus eos dicere, qualia & quam multa quum faciant ipsi, non tamen erubescunt. Etenim Leontius quum infamaretur cum muliere quadam iuniore, quæ dicitur Eustolium, prohibereturque cum ea habitare, propter illam seipsum execut, quo tuto posset cum illa uiuere. Nec tamen suspicionem diluit, imò potius quod esset presbyter, patuit execrationi. Etiam si Constantius hæreticus compulsus fuit, eum dicere Episcopum. Narcissus uero, quum alia multa haberet mala, tum tertium in diuersis synodis execratione percussus est; Et is nunc inter eos est sceleratissimus. Rursus Georgius, quum esset presbyter, ob improbitatem suam deuotus est, quumque seipsum nominasset Episcopum, nihilominus deuotus est, in Concilio quod in Sardica fuit. Habet autem & amplius quiddam, quod quum intemperanter uiuat, haud quaquam sefellit, uerum etiam à suis condemnatur, uitæ finem, & animi tranquillitatem rebus turpissimis metiens. Proinde in proprijs quibusque malis, alterum superat, Caterum una macula est illis communis, quod per hæresim rebelant Christo, nec iam Christiani, sed Ariani potius nominantur. Ecce hæc illos oportuit traducere, Sunt enim aliena à fide, quæ est in Christo. Verum hoc quidem propter seipsum tegunt. Nihil autem mirum, si quum tali sint sententia, ac talibus implicati malis, eos qui cum ipsis non currunt in impiissima secta, persequentes quarunt, & si occiderint gaudent, si frustrantur optatis, dolent, sibi que putant iniuriam fieri, quod ut ante diximus, conspiciunt eos uiuos, quorum mortem exoptant. Sed cõtingat illis ad eum modum affici iniuria, ut ipsi quidem debilitentur in iniurijs quas parant, caterum qui ab eis persequutionem patiuntur gratias agant domino, dicantque illa quæ sunt in uigesimo sexto psalmo, Dominus illuminatio mea & seruator meus, quæ timebo, Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo. Dum appropinquarent aduersum me qui affligebant, ut comederent carnes meas, qui tribulant me, & inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Et rursus psalmo xi. Seruasti ex necessitatibus animam meam, & non conclusisti me in manus inimicorum. Statuisti in loco spatiofo pedes meos, in Christo Iesu domino nostro, per quem patri in sancto spiritu gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM APOLOGETICS II.



IQUIDEM existimabam fore ut post tam multas pro me factas, euidentis probationes, iam pudore semet abderent inimici, ac potius ut ex his ipsi sese condemnarent, de quibus alios calumniabantur. Verum quando ne sic quidem condemnati erubescunt, sed præ stupore mentis, sese flectunt ad obsecrationes, putantes impune fore omnia, nec ad iudicium uocanda, non ut iudicentur, fugiunt enim, sed ut nos ac simplicium animos uexent, operæ precium arbitratum sum, ut uobis rationem reddamus ne post eos sustineatis murmurantes, sed conuentionis illorum maliciam & calumniam. Vobis igitur qui synceri estis meipsum purgo, caterum aduersus contentiosos mihi satis fiducia præbent argumenta quibus hæcenus confutati condemnati que sunt. Nostra siquidem res iam non egent iudicio, de quibus iam non semel neque bis pronunciatum est, sed sapius. Primum quidem in nostra regione, congregata synodo ab episcopis prope centum, iterum Romæ, ex Eusebii literis quum essemus uocati, tum ipsi, tum nos, & illic congregati Episcopi quinquaginta. Tertio in magna synodo in Sardica congregata, iussu pijsimorum imperatorum Constantij & Constantis, in qua & qui nobis aduersabantur, deuoti sunt ut calumniatores. Caterum ipsi que pro nobis decreta sunt, suffragati sunt Episcopi plures trecentis ex prouincijs Aegypti, Libyæ & Pentapolis, Palæstinae, Arabiae, Isauriæ, Cypri, Pamphylia, Lyciæ, Galatiæ, Mysiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniae, Epirorum, Thessaliæ, Achaia, Creta, Dalmatiæ, Siciæ, Pannoniorum, Norici, Italiæ, Piceni, Tusciæ, Campaniæ, Calabriae, Apuliæ, Brutiæ, Siciliae, Aphricæ totius, Sardinia, Hispaniarum, Galliarum, Britanniarum. Addidit autem his testimonium Ursacius & Valens, qui quum prius calumniati fuissent postea resipuerunt. Non enim solum approbarunt ea quæ pro nobis iudicata sunt, uerum etiam & seipsos & alios, qui contra nos steterant, confessi sunt fuisse calumniatores. Nam qui

Nam qui sic resipuerunt, sic scripserunt, declarant se, & Eusebium quoque cum suis arguere, cum quibus comunititer aduersum nos machinabantur conspirationem. Quæ nunc à tot ac talibus Episcopis, probata sunt ac decreta, clareque demonstrata, superuacaneum esse denuo reuocare in iudicium, nemo non confitebitur. Ne si nunc quoque examinentur, simul & denuo iudicentur, ac rursus examinentur, atque iterum, in infinitum exeat ista curiositas. Sufficiebat enim tot Episcoporum calculus, ad imponendum silentium ipsi, qui uel fingere quippiam uellent aduersum nos, quandoquidem hostes, & pro nobis, & aduersus seipsos testificantur, confitentes quæ contra nos agerentur esse conspirationem. Quis post hæc dubitans non erubescit? Etenim quum Lex iubeat in ore duorum triumue testimonium constitui iudicia, ecce tanta testimonium multitudo pro nobis stat, quibus & illud accedit, quod ab hostibus adfertur probatio, ut nec ipsi qui reliqui sunt posthac attendant ipsi quæ isti pro suo arbitrato iudicarunt, sed compellantur de cætero, uice probabilium rationum, iniurijs afficere eos à quibus redarguuntur. Nam hoc illis maxime dolet, quod facta ipsorum, quæ cœlabant ipsi, quæque inter ipsos in angulo confingebantur, hæc Valens & Ursacius in lucem extulit, ac retexit: certoque sciunt, quod horum poenitentia, ut illos condemnat, ita iustos declarat eos qui fuerant ab illis iniusta passi. Quas ob res, & in Sardicensi synodo deuoti sunt, ut ante dictum est, idque merito. Ad hunc enim modum & illorum temporum Pharisæi, Paulo patrocinantibus, coarguebant & suam & Iudæorum aduersus eum factam conspirationem. Hoc pacto & beatus Dauid declaratus est sine causa pati persequutionem, quando is qui persequeretur confitebatur dicens, Peccaui fili mi Dauid. Idem & isti à ueritate superati, postularunt ac postulationem suam literis mandata tradiderunt Iulio Episcopo Romano. Scripserunt autem & nobis, cupientes habere pacem nobiscum, qui tam multa iactarant, forsitan & nunc erubescences, eo quod quos quærebant e medio tollere, hos beneficio domini uiuentes conspiciunt. Arium uero & huius sectam anathematizauerunt, congruenter id facientes, quippe qui scirent Eusebium cum suis, ob nullam aliam causam nobis insidias texere, nisi propter suam ipsorum impietatem. Vbi semel statuerunt confiteri calumnias aduersus nos structas, protinus abnegarunt & hæresim Christo rebellem, ob quam & illa quæ in nos moliti sunt simularunt. Quæ igitur ab Episcopis pro nobis scripta sunt in diuersis synodis, ac primum ab Episcopis Aegyptiorum sunt hæc.

Sequebantur hic diuersa diuersorum epistola, Episcoporum, synodorum & principum, de actis aduersus Athanasium, quas quoniam & multæ erant & proluxæ quædam etiam suppositicia, piguit uertere.

Sequentis operis phrasis non sapit Athanasium, iudicium enim quodammodo in sacris literis, quod ille non solet.

DE PASSIONE DOMINI AC DE CRUCE.



ITREGRESSI in locum qui dicitur Golgotha, quod est caluarie locus, dederunt illi uinum cum felle mixtum, & quum gustasset noluit bibere. Postquam autem crucifixissent eum diuiserunt uestimenta eius, mittentes sortem, ut impleretur quod dictum est à propheta, Diuiserunt uestimenta mea sibi, & super uestem meam miserunt sortem, Et sedentes seruauerunt eum illic. & in reliqua de passione. Quod recitatum est sermo est Euangelicus, caterum explicandi gratia, bonum fuerit ad sanctos confugere, & ab illis huius sermonis sensum accipere. Nam illos potius quam nos conuenit Euangeliorum esse conscios. Ac ne recensendis omnibus orationem faciam prolixiorē, satis est unus apostolus doctor, ad hoc ut nobis plene satisfiat. Scribit enim ipse beatus Paulus ad Hebræos, quod impossibile est mētiri deum, quodque maxime uerax est in dictis, ac nequaquam mētitur. Nam rerum conditarum hoc habet natura proprium, uerti, uariisque mutationibus moueri. Quandoquidem & ea quæ quondam non erant, transmutationem acceperunt ut essent, idque beneficio & humanitate conditoris. Quemadmodum & rursus ait Paulus: uocans ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Caterum deus qui cuncta fecit per uerbum, quod uere est, immutabilem habet cum uerbo naturam. Et hoc per prophetam docet dicēs. Videte, uidete quod ego sum, & non mutor. Eoque de hominibus, quidē in psalmis canitur, Ego dixi in excessu

Esacris doctolibus petenda interpretatio

Deus solus immutabilis

Χριστοφωρος in excessu meo, omnis homo mendax. De deo uero Moses testificatur in lege, quod deus
Paulus, porta fidelis est ac uerax. Itaq; uir ille qui Christum gestabat, uelut ab horum utroq; doctus, &
te deum in cor ipse discrimen ostendens inter deum & res conditas, scribit, Sit deus uerax, omnis autē ho
porc uestro, et mo mendax. Est autem uerax deus, nō quod careat mendacio, nihil enim est illi contrari
ego stigma um, neq; sit uelut homo, alteri testificans quod uerum est. Neq; enim ulli est obnoxius, sed
Iesu in corpo uelut ipsius ueritatis progenitor ac pater, dicēte domino. Ego sum ueritas, ueritati autem
ne meo porto mendacium amicum esse nunquā poterit. Vnde ueritatem iuxta psalmistam querit dñs,
 mendacium autem ab sese proicit, & alienat dicens, Filij alieni mentiti sunt mihi. Mentiti
 sunt enim Iudaei aduersus seruatore, & profitentes se seruare legem, non erant ueraces,
 sed legem uiolarunt, aduersus eum qui dederat legem, pro beneficio mortē machinantes
 domino. Iure igitur reiecti sunt, ac mortem quam mentientes domino intulerūt eam uere
 sibi ipsi accersuerunt, uelut & Ananias Sapphiraq; in Actis apostolorum, qui quum deo
 promissionem ulro donassent, à promisso suffurati sunt, & alios quidem lauerunt, cater
 rum ueritatis minister Petrus, eos repellit dicens, Non mentitus es hominibus sed deo.
 In quibus ingens accidit miraculum. Quod enim solus Petrus nouerat, hoc per mortem
 Ananiae, innotuit omnibus, ut omnes prouocarentur ad religionem, Sapphira exeme
 plum formidantes. Siquidem illud sciendum est nec oportet ignorare, quod quacunque
 promissimus deo, iam nostra non sunt, sed in aere dei sunt, adeo ut si quid inde subtraxerit
 mus haud quaquā id faciamus, ueluti quae nostra sunt usurpantes, sed ut quae dei sunt fa
 crilegio depradantes. Promisso uero non tantum ad pecunias, uerum etiā ad orationē, &
 ad uoluntatis delectum pertinet. Neq; enim qui laborat pecuniarū inopia, idem inops est
 liberae uoluntatis. Videlicet uere diuinum uereq; magnum mysterium, non de pecunijs
 hanc promissionem, sed de proposito perfecto, deq; fiducia erga deum. Omnes igitur
 professi sumus, & omnes debitorum sumus professionis. A deo ut necesse sit persolvere, uir
 ginem quidem uirginitatem quam professā est, continentes uero continentiam, coniu
 gatos pudicitiam, mutuamq; inter ipsos charitatem & honorem. In summa, Omnes ne
 cesse est, ut persoluant fidem erga deum, religionem, iustitiā ac fortitudinem, non de nos ue
 lut ingratos & iniurios Ananiae Sapphiraq; exemplum occupet. Nam & hanc ob causam
 prius apostolicus ille sermo confirmatus est. Reddite omnibus debitū, cui uescigal uecti
 gal, cui timorē, timorem, cui honorē honorem. nemini quicquā debeatis, nisi ut inuicem
 diligatis. Hoc fecit is qui hoc praedicat, uidelicet confidenter scribens, Bonum certamen
 certauit, cursum consummaui, fidem seruaui, de caetero reposita est mihi iusticia corona,
 quam reddet mihi iustus iudex. Quoniam enim non fuerat mentitus in his quae promise
 rat, sed prestiterat deo quod illi fuerat pollicitus, accepit & ipse dei ueracis promissionem,
 quae corruptionem nescit. Itaq; nos admonet dicens, Ne mentiamini uobis inuicem. Ac
 rursum, omne mendacium ex ore uestro ne procedat. Cupit enim nos ipsius imitatores fieri
 dicens, Veritatem dico nō mentior. Quandoquidem & in Euangelio domini dictum est,
 ut sit sermo noster, est est, & non non. Haecenus igitur qui profitentur Christum asseuer
 rent quae loquuntur, neq; longius progressi ad iusiurandum cōfugiamus, ut periturarum
 pecuniarū gratia iuremus per deum, quum Moses id maxime uetuerit lege. Nō assumes
 nomen domini dei tui in re uana. Etenim si quis omnino dignus est qui deū nominet, idem
 dignus est cui citra iusiurandum habeatur fides. Nam qui dignus habetur eo quod ma
 ius est, multo magis eo quod minus est dignus erit. Quod si nequaquā dignus est cui citra
 iusiurandum habeatur fides, nec dignus est profectio qui iuret per nomen domini, nec est
 huius uerbis fidendum. Nam nō prorsus deus hic erit testis iuranti, quū careat fide, quam
 dominus respicit. Testificatur hoc sapientia dicēs, Spiritus sanctus disciplinae dolum effu
 giet, & subducet sese à cogitationibus uacuis intellectu, nec habitabit in corpore obnoxio
 peccatis. Ea propter & dominus noster Iesus Christus, ab ijs qui ipsum inuocāt primum
 exigit fidem, uelut in caeco dicens, credis me tibi hoc posse facere? In lunatico uero sic lo
 quitur, Si credideris fiet. Id autem exigebat seruator, non quod egeret alieno auxilio ad
 agenda miracula, nam ipse fidei quoq; dominus est ac largitor: sed ut perspicuum esset,
 eum non gratificari personae, sed annuere fidentibus, quodq; sine fide non essent acceptu
 ri beneficia, deniq; quod haec ob incredulitatē essent amissuri. Quum enim confert bene
 ficium, uult manere beneficium, quumq; donat sanitatem, uult sanitatem esse perpetuam,
 uelut

Mendacium in Anania et Sapphira acriter puniunt

Iusiurandum uitandum

Dilemma

Fidem ubique exigit

ueluti prospexit ad monitione paralytico dicens: Ecce sanus factus es, noli amplius pecca
 re, ne quid accidat tibi deterius. Perinde quasi si quis medicus ingressus ad agrotos, prius
 sciscitetur an uelint curari, ne dum ipse curam susceperit & illi nolint, inutilis existat cura
 tio, nimirū ijs qui laborant aduersus artem medici pugnantibus. Sic & dominus eos qui
 sanabantur percontabatur, nec nisi fidentibus conferebat beneficiū, ut per fidem, & bene
 ficium conseruare possent. Per fidem enim dignoscitur animi propositum. Quorsum igitur
 tur deum testem inuocant, qui fidem erga ueritatem non habent? Spiritus testificatur in
 psalmis: Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate, per quam solam inuo
 cari potest deus, Quir igitur inuocant dominū qui ne in minimis quidem fidem habent?
 Quanquam & alioqui iusiurandum ueritatis est testis, non rerum declarationem habet.
 Iurant enim homines, non ut res significant, sed ut ueritatem persuaideant, seq; loquendo
 nihil mentiri. Quod si iuranti adest fides & ueritas, quid opus est iureiurando? Si non ad
 est ei fides, quur tantam admittimus impietatem, & propter humana mortalitacq;, deum
 homine maiorem testem inuocamus? Etenim si in paganorum iudicijs regem terrestrem
 citare fas non est, utpote maiorem, & ijs qui citant, & ijs qui iudicant: quur deum increa
 tum ad res creatas inuocamus, facientes ut deus ab hominibus contemnatur? Apagē, su
 perat hoc omnem impietatem, omneq; facinus. Quid igitur faciendum est? Nihil ampli
 us, quam ut nostrum est, sit est, & nostrum non, sit non, nec omnino mentiamur. Sic enim
 uidebimur ueraces, & hac in parte imitari ueracem deum. Fortassis aduersus hanc aliquis
 probabiliter obijciat, dicens: Si iusiurandum hominibus est interdictum, & si in non iu
 rando deum imitatur aliquis, quomodo Deus ipse in sacris literis frequenter iurare dicitur,
 tur, nam & Abraham iurauit teste Mose, quin & in hymnis scriptū est, Iurauit dominus,
 & non poenitebit eum, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Vi
 debuntur enim haec pugnare cum his quae prius dicta sunt, aut ex his apparet permitti ho
 minibus iusiurandum. Atqui non est ita, Ne quis hoc existimet. Deus enim per neminem
 iurat, Qui nanq; per alium iuraret, quum ipse sit dominus omnium & conditor: sed si ue
 ra loqui fas est, ipse sermo eius iusiurandum illius est, plenam fidem faciens audientibus,
 & rebus omnibus fidem arrogans, quod quicquid promittit loquitur ue, simul & futu
 rum est. Non enim iurat deus ut homo, sed nobis illius sermo uice iusiurandi est ad per
 suasionem ueritatis. Caeterum hominibus loquens iurare dicitur, uidelicet ita more homi
 num loquentibus sanctis, ut ex quibus sibi loquentibus postulant haberi fidem, ab his &
 ipsi credant loquenti Deo. Quemadmodum enim hominum dicta confirmat iusiuran
 dum, sic & quae loquitur deus, pro iureiurando habeantur, eo quod illius consilium fir
 mum est & immutabile. Confirmat quod dico, ipsum iusiurandum de quo scriptura me
 minit, Iurauit enim Dominus quod poenitebit eum, ut intelligas immutabilitatem iu
 randi, & omnino futurum quod promissum est, hoc & in Genesi significat ipse deus
 dicens: Per memetipsum iurauit: hoc autem non est iusiurandum, neque enim iurauit per
 ullam aliam rem, quod est iusiurandi proprium, sed per seipsum, quod excludit iusiuran
 di suspicionem. Qua quidem re, & illud significat, firmam esse promissionem, & omnes
 debere fidem habere, quisquis audierit. Sit autem & hymnorum sacrorum ille cantor te
 stis horum quae dicuntur, deo in memoriam reuocans canit ac dicit: Vbi sunt misericor
 diae tuae antiquae domine, quas iurasti Dauid in ueritate tua, Non enim aduersus uerita
 tem iurat deus, sed quae re praestans loquitur ad persuasionem, uice iusiurandi sunt ho
 minibus. Neque igitur deus hominum more iurat, neque conuenit nos ex huiusmodi di
 ctis ad iurandum animari, sed ea loquamur potius, ac faciamus, ut qui audiunt non desi
 derent iusiurandum, sed ut quae dicuntur, ex sese habeant ueritatis testimonium. In hoc
 enim uere deum imitabimur. Sed fortassis & de illo quod accidit Nininitis aliquis inter
 rogarit hunc in modum, Si sermo est iusiurandum dei, quomodo loquens praestat quae
 dicit, nec mentitur? Quomodo dixit? Adhuc tres dies & Ninive subuertetur: non perfe
 cit quod dixit: uidebitur enim & hoc pugnare cum prioribus. Sed num mentitur deus?
 Absit, Neque sermo illius mansit incompletus, nam humanitate iram temperauit, & ad
 Ninuitarum poenitentiam respexit magis, quam ad priora peccata, neque sic dixit deus,
 post tres dies subuertetur Ninive, sed tres dies uos sustinebo: ut in tolerantia trium die
 rum facultatem haberent poenitendi, aut securam iram in se prouocarent. Quid enim
 Tom. 8 D ait propheta

Dilemma

Simile

Deus non iurat

Deus per seipsum iurat

Quod dicitur de Dauid

Obiectio de Nininitis

Tres dies

Hec solutio
non ubiq; qua
draret

ait propheta: Adhuc tres dies & Niniue subuertetur. Non dixit, post tres dies perdetur, alioqui factum fuisset, sed adhuc tres dies & subuertetur, ut ex eo quod dicitur adhuc, consideremus tolerantiam dei. In subuersione autem uenturam iram post tolerantiam, nisi poenitentiam egissent: Alioqui nisi ad eum modum res habuisset, ac nisi deus poenitentiae causa tres dies hominibus proposuisset, quid prohibebat deum qui minus etiam interea Niniuem perderet? An quia non poterat? Absit, Ne unquam hoc nobis in mentem ueniat, dominus enim uirtutum fortis & potens deus. An ignorantia rerum illarum? Et hoc absit. Nouerat enim omnia priusquam illi nascerentur. Quid ergo restat considerandum. Videlicet lenitas & humanitas domini, quam & propheta cognitam habens, fugiebat quidem quum primum mitteretur, postea tamen excusans dixit: O Domine, nonne isti sunt sermones mei, quum adhuc essem in terra mea, eoq; praueui ut fugerem Tharsis, eo quod sciebam te esse misericordem & miseratorem, leni animo, multaq; misericordiae, ac poenitentem super malicijs. Fugit autem Ionas, non tanquam contradicens deo, nec dolebat tanquam gaudens de perditione Niniuitarum, uerum id faciebat, quod ipsi Niniuitae curae erant. Metuebat enim ne apud illos parum certae fidei haberetur, ac in posterum inciperent diffidere prophetis, propheticusq; sermo apud eos fide careret. Hac de causa etiam dolebat, ut a domino declararetur, fieretq; perspicuum omnibus qui illic erant Niniuitis, quod non ob mendacium prophetae, sed ob dei humanitatem poenitentiae spacium esset concessum. Oportet enim in ipso etiam modo sermonis agnoscere significaram dei lenitatem, quando quidem haec est diuinae scripturae consuetudo. Quoties enim suam lenitatem deus significari uult, per huiusmodi locutionem enunciat, ac si dicat per Esaiam, Quid amplius factam uinea meae? Per Hieremiam uero, Propterea adhuc iudicio contendam aduersus uos, dicit dominus. In hoc quod dicit adhuc, significat suam bonitatem ac tolerantiam, ait enim: Perambulate in uias Chettim, & ad Cedar mitite. Videte, Nisi uoluisset uti lenitate, nec admonuisset eos, ut peragrarent gentes, ac peragratis illis discerent ex contrarijs conferre, quid esset honestum. Videlicet quod non amplius lenitatem promerentur, sed iram actiones omnium prouocarent, deinceps aperit dicens, Non amplius feram peccata uestra. Hic autem per hoc uerbum, non amplius, ostendit manifeste lenitatem quae declarabatur circa inimicitias sermonis quae ueritatem. Siquidem impossibile erat deum loquentem, non esse ueracem, etiam si tantum uoluisset. Idcirco pollicitus Abrahae non mentitus est, sed & filium illi donauit, & populum eduxit ex Aegypto per Moysen sacrorum antistitem, & ipsi quidem Isaac iuxta promissum bona fide praestitit, & hunc patrem fecit multarum gentium, Iacob autem ut erat pollicitus, exhibuit Ioseph. Ac Moysi quidem fidelissimo fecit fidem eorum quae dicebantur, per ea quae acciderunt Pharaoni: Dauid uero, sicut erat pollicitus, persoluit promissum, per Solomonem, loquor autem de aedificatione templi. Et quid opus est mihi multa commemorare? Nihil a deo dicitur quod maneat incompletum, etiam si non protinus faciat, sed negligere uideatur, dum quae sit faciendi ratio, tamen progressu temporis praestatur quod promissum est, & progressu temporis omnino completur pollicitatio: Ecce enim quae multo ante dicta sunt a domino, quaeq; multis ante seculis praedicta sunt, nunc in Euangelijs uidemus completa. Nam Esaias praedixit, ex muliere uiri ignara nasciturum Emanuel, ipse uero ex Maria uirgine natus, ac Deus apparens compleuit prophetarum sermonem. Ac Micheas quidem etiam locum praedixit, in quo Christus nasciturus erat. Ipse uero dominus in Bethleem recumbens in praesepe, declarauit prophetam esse ueracem. Ac Zacharias annunciauit ciuitati Hierusalem, ingressum seruatoris. Ipse uero dominus missis ad asinam discipulis, dum ingreditur, asinae insidens prophetiam expleuit, & in uniuersum ne singula nominatim recenseam, quae scripta sunt, ipse fuit consummatio legis & prophetarum. Nam quae per illos ante denunciarat, haec ipse adueniens ad plenum perfecit dicens. Ipse qui loquebar adsum. Ecce nunc & quae olim pronuntiata sunt de seruatore in psalmis, his rursus temporibus implentur, per militum facinus. Nam quae prius significarat se passurum, haec nunc Iudaeorum populi faciunt, diuidentes uestimenta seruatoris, ac potum illi dantes acetum cum felle. Haec enim, inquit, facta sunt ut implerentur scripturae, Altera quidem quae dicit: Diuiserunt uestimenta mea sibi, & super uestem meam miserunt sortem, Altera uero rursus, Dederunt in cibum meum fel, &

in sit

in sit mea potauerunt me aceto. Multi qui incidebant in lectionem Euangelicam quum audirent illud, ut impleretur quod scriptum est, existimabant ea quae fiebant ob nihil aliud fieri, quam ut implerentur quae scripta erant: & ob id arbitrabantur eos qui haec faciebant non solum in culpa non esse, uerum potius laude dignos, quippe qui non peccarent, sed ipsi quae scripta erant subseruirent. Nam prophetarum uerba non futura fuissent uera, nisi illi haec egissent. Magis autem haec opinabantur, commoti his quae scripta sunt in Euangelio Ioannis, ubi Iudaeorum incredulitatem enarrans secundum Esaiam uaticinium ait. Quum autem tam multa signa fecisset coram eis, non crediderunt: ut sermo Esaias completeretur, qui dixit, Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Nam si, ut Esaias sermo impleretur, non crediderunt Iudaei, non ipsi sunt accusandi ob incredulitatem, sed is potius qui haec dixit, propter quem haec etiam completa sunt. Tolle, inquit, sermonem prophetae, & omnes illi credituri sunt. Verum haec dicta & huiusmodi sententia multum abest a ueritate: neque enim propheta his causam praebuit, neque Iudaei carent culpa incredulitatis: sed propheta quidem prauidens quae futura essent annunciauit, ipsi uero postea facientes declararunt prophetarum sermonem ueracem: neque tanquam subseruientes propheticis sermonibus, facinus ausi sunt aduersus seruatore, sed propria sponte uolentes fecerunt quae facta sunt, ut Propheta quidem illis non fuerit in causa, sed ipsorum potius uoluntas. Quin ipsi magis in causa fuerunt prophetae, ut haec de illis loqueretur. Siquidem prophetae proprium est uidere futura, nec falli, ceterum actionum causam, suam quisque uoluntatem habet: & quem admodum nos conspicientes ea quae sunt sub oculis uidendo non fallimur, nec aliter uidemus quam sunt, sed quemadmodum sunt ita uidemus, Sic & prophetae futura tanquam praesentia uidebant, & quae uidebant, fieri erat necesse, omniaq; quae fiebant omnino uidere oportebat. Et rursus quemadmodum nos quae uidemus oculis, omnino necesse est ut sint, siquidem ea quae sunt uidemus, nec potest aliter fieri quam ut uidemus: sic & prophetae quae prauidebant oportebat omnino esse, nec aliter fieri poterant, quam quemadmodum prouiderant. Nam si futura non prauidissent, non iam fuissent prophetae. Et omnino hoc scire oportet, quod prophetae non sunt tantum legum doctores, ut satis sit facere quae praecipunt, uerum etiam futura significant. Non enim, quia dicunt ideo fiunt, quae fiunt, sed quoniam futura sunt ideo praedicunt, necesse est: non mentiri prophetas, uident enim uere. Nisi enim iuxta materiam rerum praedixissent, non fuissent prophetae: sed Iudaeorum erat electio ut haec facerent: & in totum, sancti non cogunt ad ea quae fiunt, sed uoluntatem eorum qui faciunt prauidentes significant. & quemadmodum illi contra ueritatem ratio cinantes dicebant, tolle sermonem prophetae, & omnes Iudaei credituri sunt: sic dixerim & ego, Tolle facta Iudaeorum, & omnino non prophetauerit de illis Esaias. Itaque si Ioannes dixit: Non crediderunt in illum Iudaei, ut impleretur sermo Esaias, ne causam incredulitatis illorum reicias in sermonem prophetae, sed in actionem ipsorum Iudaeorum: Nam quae illi nunc fecerunt, haec prauiderat multo ante propheta, & oportebat hunc non mentiri, uerum erat declarandum, quod quae nunc fiunt uere prauiderat. Ut enim sermo illius posteris uerax appareret, redarguti sunt increduli, etiam quum occultarentur. Erant enim proposito mali. Quoniam autem occultabant suam incredulitatem, sermo redarguit ac prodidit illos. Non igitur ideo non crediderunt, quia redarguit eos sermo quum occultarentur. Et si dixerit rursus, non poterant credere Iudaei, quoniam haec scripta erant de illis, ne tribuas impossibilitatem praedictioni rerum, poterant enim mutari, sed impossibile erat mentiri prophetam, quandoquidem uere uiderat, propterea fieri non poterat ut falleretur: nec enim aliter uiderat quam ut factum est. Et quemadmodum apparuerunt increduli, sic & quod de uirgine praedictum est miraculum, completum est, & quod iuxta Ioannis narrationem accidit hodie, & omnia quae prius scripta sunt completa sunt. Non enim quoniam scripta fuerant ideo euenerunt, sed quoniam omnino facta sunt, ideo & praedicta fuerant. Idem & hoc quod praedictum est de diuisione uestium nunc accidit, & ut accidit ita & prauisum erat, & ut praedictum erat ac praesignificatum, sic & impletum perfectumque est. Scriptum est autem ad hunc modum. Quum autem crucifixissent eum, diuisere uestimenta eius mittentes sortem, ut impleretur quod dictum est per prophetam, Diuiserunt uestimenta sibi, & super uestem

Tom. 8

D 2 meam

Ut implere/
tur scriptura,
quomodo in/
telligendum

Simile

Passio domini
no erubescen

Quor passus
dominus

In Christo
duae naturae
diferentissime

Exiit Christus
quare

meam miserunt sortem. Matthaeus quidem cum ceteris Euangelistis simpliciter narrat factam esse diuisionem, Ioannes autem etiam qualiter facta sit diuisionem, & quam ob causam facta sit fors, de qua scriptum erat, exponit loquens hunc in modum, Milites ergo quum crucifixissent Iesum, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem. Tunicam uero quoniam erat inconsutilis è summo textu per totum, dicebant inter sese, ne scindamus, sed fortiamur, cuius erit, ut scriptura impleretur, Diuiserunt uestimenta sibi, & super uestem meam miserunt sortem. Fortassis aliquis hæc audiens erubescit, fortassis aliquis uidens dominum illud & abduci cædique pudefit, fortassis aliquis nunc uidens dominum & seruatorem & regem uniuersi iudicari sub Pilato, crucifigi à Iudæis, pudore afficitur oculosque deiecit in terram. Neque enim sol sustinuit hoc uidere spectaculum, sed obscuratus est totus, ut & aliorum oculos auerteret, neque curauit amplius exortum ostendere hominibus, uerum etiam ausus est postea non obtemperare, quum uideret dominum, qui ipsi ut luceret præceperat, ab hominibus affligi. Verum si causam discamus, & quam obrem passus fuerit consideremus, non iam erubescemus, sed mirabimur bonitatem humanitatemque eius, & gloriabimur nos quoque quemadmodum Paulus in cruce. Non enim dominus ipse propter seipsum, sed nos in illo patiebamur. Nam hominum peccatum ingens erat, & hoc malum totum occupauerat orbem, quum autem & antea maximum esset, ac paulatim deinde creuisset, intolerabile factum est hominibus. Nam & mors in omnes & in omnibus inualuit regnando, Dominus autem noster immortalis & incorruptibilis est, & quemadmodum immortalis & incorruptibilis est, ita bonus quoque & humanus. Nam boni patris bonus est sermo, eo que non dissimulauit perire quod factum erat, neque sustinuit, ut eorum quæ ipse condiderat, alius fieret dominus. Verum quum aspiceret ad maliciam intolerabilem, humanum genus non satis erat idoneum ad resistendum morti, neque poterat poenam pro peccatis dissoluere, superabat enim omnem poenam maliciæ magnitudo. Rursus quum respiceret & patris bonitatem & suam potentiam ac uirtutem (Christus enim dei uirtus & dei sapientia) commotus est humanitate, & miseratus infirmitatem nostram, hanc induit. Ipse enim ut ait propheta, infirmitates nostras portauit, morbosque gestauit, ac miseratus nostram mortalitatem, induit illam: ait enim Paulus, Humiliauit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis. Ceterum uidens & illud, nos non posse perfoluere poenas, has in se recepit ipse. Nam Christus factus est pro nobis maledictio, & ita tandem humana indutus amicitiaque per seipsum nos adduxit ad patrem, ut ipse patiens eum qui uere patiebatur redderet innocuum, ac parua magnis permutaret. Descendit enim ut nobis ascensum pararet, expertus est natiuitatem, ut nos per eam patri innascibili reconciliaremur. Infirmatus est propter nos, ut nos erigeremur robore, utque dicamus more Pauli, Omnia possum in eo qui me corroborat in Christo. Assumpsit corpus corruptibile ut corruptibile indueret incorruptibilitatem: induit mortale, ut quod erat mortale indueret immortalitatem: denique factus est homo, mortuus est, ut nos homines emorientes efficeremur dii, nec amplius haberemus mortem regnantem. Mors enim nobis non dominatur. Quin & apostolicus sermo prædicat, Propterea & crucifixus est, ut nos à maledictis redimeret, ac nos benedictionem adipisceremur. Nam ipse patiens in nullo damnum passus est, sed nobis potius beneficia contulit, & moriens non mansit mortuus, sed mortuos potius uiuificauit, & quum mactaretur, non perijt, sed sanguine uictima, omnes simpliciter redemit, ipseque mansit mali expers. Quod si quis interroget, quomodo id fieri possit? Audiat: duarum rerum in eodem concursus factus est, rerum inquam haud quaquam æqualium, sed quæ nec ulla ex parte habent inter sese comparisonem. Nam mortale immortali erat conglutinatum, & corruptibile corpus cum incorruptibili uerbo sociatum erat, sic ut quod erat mortale, non læderet id quod erat immortale, eo quod non esset passibile, sed potius manebat idem ut erat impassibile, uincens id quod erat mortale. Siquidem ea quæ superant, semper dominium habent in ea quæ superantur. Per uerbum igitur immortale quod accessit, etiam mors mirabiliter abolita est in eo, haud aliter quam ab igni culmus absumitur. Verbum autem quoniam est incorruptibile, ituat potius id quod corruptibile est illi sociatum. Siquidem tenebræ à luce illustrantur, & quod minus est ab eo quod maius est benedictionem accipit, & ideo nunc quoque à carnificibus exiit, quas nos in Adam

in Adam indueramus, pelliceas tunicas, ut pro his possimus induere Christum. Ob eandem causam patitur & uestimenta diuidi, ut nos haberemus uerbum à patre indiuisibile. Ego enim inquit, & pater unum sumus. Hanc ob causam mittunt sortem super tunicam, idque patiens dissimulat, ut nostra fors fieret Christus. Quemadmodum ait & psalmodus: Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Unde non alibi patitur, nec alibi crucifigitur quam in caluarie loco, quem Hebraeorum doctores dicunt esse sepulchrum Adæ. Nam eum illic fuisse sepultum post maledictionem affirmant. Quod si uerum est, admiror loci congruentiam. Conueniebat enim ut Dominus uolens reuocare primum Adam, eo in loco pateretur, ut illius peccato remisso, idem à toto genere tolleretur: & quoniam niam audiuit Adam, terra es, & in terrâ abibis, ideo rursus illic positus est, ut illic reperto Adam, primum dissolueret peccatum: deinde pro eo quod dictum erat, terra es, & in terrâ abibis, iam dicat: Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illucescet tibi Christus. Atque iterum, Surge & ueni sequere me, post hæc ne sis in terra positus, sed ascendas in cœlum. Necessè est enim ut excitato domino simul cum hoc excitetur & Adam, & quotquot ex Adam progeniti sunt. Et quemadmodum moriente Adam, manebamus omnes per illum mortui, ita excitato corpore dominico, necesse est ut deinceps omnes cum eo resurgant. Hæc sanè est Pauli sententia. Scribit enim Corinthiis hæc in modum, Sicut enim in Adam omnes mortuuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Ceterum quomodo illum ducant ad crucem operæ precium est ex his quæ scripta sunt uidere. Sunt enim hæc prorsus haud inutilia, neque temere scripta sunt in Euangelij. Posteaque iudicatus est dominus, iudicatus est enim & coram preside stetit. Neque quisquam hæc legens erubescat, quandoquidem & hoc nostra causa sustinuit, ne si sileretur quibus artibus fuerint illum adorti, laterent Iudæorum insidiæ, sed ut ex ipso iudicio palam fieret Iudæorum insidiantium calumnia. Etenim si seruator non fuisset iudicatus, minus paruisset Iudæorum aduersus dominum inuidia, uerum ubi iudicatus est, neminem iam latere potest, quales illi fuerint. Quin & ipse Pilatus seruatori testis fuit innocentia puritatisque, ac Iudæorum insidias detexit. Sciebat enim, inquit, quod propter inuidiam tradidissent eum. Pilatus autem non nouisset Iudæorum inuidiam, nisi exhibitus fuisset seruator iudicandus. Rem uere magnam & admirabilem fecit seruator, tacens mouebat, & nihil respondens effecit ut iudex confiteretur illorum conspirationem, quodque magis obtemperatum est turbæ quam iustitiæ. Nam si se defendisset Dominus, poterat aliquis suspicari formidinem mortis, quoniam autem obticuit, admirari conuenit firmitatem ac fortitudinem. Quod autem & Pilatus sic responderit, nihil aliud est, quam quod credidit eum qui condemnabatur, esse deum. Etenim quum à Pilato iudicaretur, oraculum ædidit per huius uxorem, ut simul & ex silentio fortitudinem admiraretur, & oraculo cognosceret non hominem, sed deum esse quem iudicabat. Metuebat itaque iudex eum qui iudicabatur, & magis ipse iudicabatur metuens eum qui iudicabatur, quam iudicando teruit dominum, eoque manus lauit dicens: Innoxius sum à sanguine hoc, quanquam postea uictus Iudæorum amicitia, simul euecurrit cum illis insidiantibus, ut eum traderet crucifigendum. Traditur igitur saluator, ac traditus non expauit mortem, sed potius exutus est, ad lucrandum cum illa, serpentemque fugientem persequutus est. Non enim erat ut moriens Dominus, sed ut mortem in hoc persequens. Ibi sanè iam pauidus diabolus, conspecto miraculo quod acciderat in Pilato, uidelicet quod is qui iudicabat magis expauesceret quam qui iudicabatur, quum uideret & illo persuaso iam ad certamen exui dominum, nihil intentatum relinquere studuit audis cognoscendi, quod prius in monte tentans eum non potuerat perdiscere, an hic esset filius dei. Tum pudefactus, obseruabat mortis tempus, existimans se posse dominum tentare morte, qua cunctos in seruitutem redegerat. Scriptum est enim apud Lucam, Consummata omni tentatione diabolus discessit ab eo ad tempus. Hoc est autem illud tempus, quo ipse etiam hostis sciebat sese conculcatum iri ab omnibus, si hic quoque concidisset. Iam enim hoc solum certamen reliquum erat, nudato ceteris omnibus. Itaque mouet omnem lapidem, ut sciret num ille esset seruator. Hoc autem faciebat, ut si uere potuisset de illo fieri certior, ne aggredi quidem tentaret, sciens inexpugnabilem illius diuinam potentiam. Dominus uidens illius maliciam, quod non honoris erga ipsum gratia, sed ut homines in seruitute detineret, uenaretur illud, occultabat suam deitatem, ac uelut hominem se gessit, ne

Caluarie locus crucis quare

Meminit horum ex Hieronymus

Ductus ad crucem quomodo

Dominus iudicatus quare

Dominus obticuit, quare

Luctaturi exuebant sese

Discessit ad tempus, quomodo intelligendum

si non adortus esset tanquam deum, abiret innocuus, sed ut contemptum uelut hominem aggrederetur, ac post ab hominibus inciperet derideri: perinde ac si quis aduersarium suum uidens trepidantem, metum fugientem, simularet imbecillitatem quo illum prouocet, mox ille qui fugiebat respiciens ad illum imbecillitatem sumpta fiducia aggrediatur, deinde praclarus ille luctator, qui imbecillitate prouocatur, propria uirtute uinceret. Sic dominus humana infirmitate prouocans aduersarium, sua uirtute corroborauit hominem aduersus hostem. Hanc etiam ob causam circa mortis tempus angere coepit & contristari, deprecans, ut poculum hoc transiret, clamabatque, Spiritus promptus, caro autem infirma: ut aduersarius noster uelut hominem aggressus, diuinam experiretur potentiam. His itaque rebus ille cunctis miser delusus est, & adortus est dominum, mox conspiciens fortitudinem expauit. Rursus considerans corporis imbecillitatem, recepit audaciam. Iamque uidere licebat diabolum cum toto exercitu, cum principatibus ac potestatibus suis fugientem, dominum autem humanis armis persequentem phalangem diabolicam. Nec enim intercessit multum interuallum, quin cunctis spoliaret hostem. Ibi iam ille pudescens aduersus dominum mouebat omnia. Iudaeos quidem, ut conspirarent, Pilatum autem, ut condemnaret, milites ut illum illuderent, uerum ignorabat, quod haec quoque faceret in suum ipsius malum. Caeca est enim malicia & improuida peruersitas, nesciebat quod manus aduersus sese acueret. Quemadmodum enim si quis serpentem apprehendat manu, dumque conatur in alterum projicere, prorsus ipse mordeatur, aut si quis ignem manu tenens, dum uult hostem laedere, non intelligat quod ipse prorsus exurit: sic malicia militat aduersus eos qui ipsa utuntur, magisque laedit eos a quibus habetur, quam eos in quos intenditur. Sic Pharaon dum studeat comprehendere, comprehensus est, & dum prior insequitur ab insequente captus est, dumque parat occidere, demersus est. Sic & Goliath per ea quibus efferebatur, truncatus est, & spoliare cupiens, spoliatus est. Itidem accidit infelici diabolo, Nam tentare conans, tentatus est, ac dum mouet milites, imo magis ipse in militibus mouetur, aduersus seipsum agebat omnia. Iam enim spoliabatur, & latebat inter homines uictoria, uerum eam uel nolens, in publicum eduxit, infelix. Postquam enim sese exuisset ad congressum dominus, negotio quod gerebatur inuisibiliter peracto, quo trophaeum aduersus diabolum paratum, fieret omnibus conspicuum, protinus induerunt eum, quemadmodum Ioannes dicit, purpuram, ut uero Matthaeus & Marcus chlamyde coccina, coronamque de spinis super caput illius, & arundinem in manum dabant: atque ita accedentes, genua flecebant ei. Miraculum nouum & incredibile magnaeque reuera uictoriae documentum; quem enim ut hominem condemnaret, hunc morientem deinceps, ut deum adorabant. Et quem nihil duxerant ceu uilem, hunc contestabant regem: & a quo uulgaria uestimenta abstulerant, huic purpuram imponunt: & quem inscientes contumeliosis afficiebant, hunc nolentes prophetam appellabant: & quem illulerant uerberantes, huic uictoriae praemia tribuerunt coccinam chlamydem, & de spinis contextam coronam cum arundine: Quamquam enim per contumeliam ista faciebant, tamen ignorabant quod etiam nolentes spoliabantur ab eo. Quoniam enim pro peccato occisa erat terra a diabolo, ac sanguine magis quam aquis erat tincta, a principio quidem aperuerat os & hauserat Abel iusti sanguinem. Postea uero deinceps, sanguinem sanguini miscentibus hominibus, iuxta id quod scriptum est, uidelicet & mendacium & furtum & adulterium effusum est super terram, & sanguinem sanguini misceret. Eratque propterea & execrata terra, dicente deo, & nunc maledicta terra quae diduxit os suum, ut acciperet sanguinem Abel fratris tui. Quamquam & prius propter transgressionem Adae, maledixerat illi dominus dicens. Maledicta terra in operibus tuis, in doloribus comedes eam omnibus diebus uitae tuae. Quid multis? plena sanguinis erant omnia, spinaeque pullulabant undique propter maledictionem. Et harum rerum quum haberet chirographum, insultabat aduersus omnes inimicos, tyrannidem exercens uelut omnes habens sibi subiectos. Huius rei gratia quum spoliasset illum omnibus dominus, quum iam adduceretur ad mortem, induit haec, ut ostenderet officium mortis suae, quodque non temere, sed pro salute nostra ista fierent: ac sanguinem quidem in coccina chlamyde gestabat, spinas autem in corona, chirographum uero in arundine, qua & olim circumscripserat nos diabolus, ut deinceps una cum morte haec quoque aboleret, & creaturam ab ipsis purgaret, pro spinis quidem lignum uitae donaret, pro peccati uero sanguinibus, proprio sanguine terram & omnes repurgaret, proque maledictione beatitudinis omen in posterum adferret, ipsis qui habitant

Simile

Coronationis domini & similitudinem myseria

Interfecta est terra in sanguinibus

Chirographum delicti

habitant in terra dicens, Beati mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram. Nam propterea quum nostros sanguines gestaret, proprium in illam exhaustit, ex quo etiam, loco spinarum, bona & uita nata sunt super illam, ad quam respiciens sanctus Dauid ait, Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Quin & alia de causa coronam spineam gestabat, ut uitae nostrae curas aboleret. Coniecit enim infelix ille etiam nolens & insciens miserias nostras in illum, haud sciens quod hoc gestans dominus, omnes securos aduersus illum esset redditurus, ut sementem quidem uerbi liberam haberemus a spinis, in precibus autem inuictissimam assiduitatem. Ipse enim pro nobis doluit, & sollicitus fuit, ut nos doloris expertes redderemur. Propter hoc uero rursus & arundinem accepit ab illis dominus, & ipse diabolus tradidit illam domino, haud intelligens quod aduersus semetipsum gladium acueret, (Dicitur enim arundo uim habere tollendi serpentes) quodque dominus hac potius, quam alia re execraturus esset ipsos: quoniam igitur ipse dominus Sabaoth apud Esaiam dicit, Persecutus est fugientem draconem, uidelicet serpentem illum magnum diabolum, eo dominus ab illis accepit, quod serpentes tollendi uim habet, ut diabolo praesidijs proprijs debilitato fractoque, domini praesidijs fortes redderentur homines. Cuiusmodi quiddam fecit Dauid in Goliath, arrepto hostis gladio, & eo caput hostis amputans: hoc & nunc seruator fecit accepta ab illis arundine, ut non solum nos liberaret a fallacia serpentis, uerum etiam ipsum serpentem arundine interficeret, mortuumque spoliaret. Ita tandem illusit miser, uidensque sese ex his excussit per quae insultabat aduersum nos, uidensque sese eiecitum e terra, terramque purgatam e sanguine & spinis, ac uidens seipsum perdidisse chirographum & arundinem, qua circumscripserat nos, audet rursus non audenda, magis in hoc quoque seipsum uulneras. Quum enim audisset uersutus ille dicentem dominum, Spiritus promptus, caro autem infirma, arbitratus uerbum simul infirmatum esse cum corpore, ac non magis potentia uerbi simul corroboratum esse corpus, rursus aggreditur iniqua, ac milites quidem irritauit aduersus seruatorem, ceterum ipse in spinis harebat, ac in ipsum res reuoluebatur. Nam quum accideret diuersum quam expectarat, gestans illas perdidit, & quum non gestaret, creditus est posse capere eas, sed non prius accepit quam maledictionem aduersus nos in illis repositam, subleuauerat seruator. Quum enim hanc nempe arundinem gestasset dominus, rursus accepit spinas & chlamydem, quae iam non ualebant aduersus nos, sed illorum maliciam arguebant. Nunc enim ipse diabolus in spinis uelut in aculeis est calcitrans aduersus nos. Dicitur autem illi de coccina quoque chlamyde, quae admodum uestis sanguine macerata non est pura, ita nec tu quidem eris purus, eo quod terram meam perdidisti, & populum meum occidisti. Quapropter nunc quoque prouocans milites aduersus seruatorem, calcitrabat stimulis tanquam spinis, magisque uulneratus est, quam uulnerauit. Quos enim mouerat aduersus seruatorem, eisdem aduersus ipsum armabatur. Accipientes enim arundinem a domino, arbitrati se uerberaturos illum, excacauerunt diabolum a quo fuerant prouocati, percutientes eum spinis: & quemadmodum gentes quae ascenderant Hierosolymam, ceciderunt se mutuo in ualle Iosaphat, quemadmodum qui persequebantur Israelem progressi iuxta ripas, inter se commissi sunt, & inuicem sese comprehenderunt: sic & nunc qui persequebantur dominum, semet inuicem percusserunt inscientes, ledentes quidem neminem, sibi ipsis autem potius nocentes. Perinde enim ac si quis saxum manu percutere uelit, petram quidem non scindit, sed manum uulnerat, Sic & qui aduersus dominum moliebatur, uelut audentes aduersus id quod erat incorruptibile, corrupti sunt, & tanquam aduersus immortalem machinantes, ipsi potius mortui sunt: Quodque est omnium pessimum, per sua ipsius membra passus est. Id quod maxime accidit illi uersuto ad summum dedecus: nam omnino quum a domino cecideretur, poterat gloriari, ceterum ubi ab ipsis cecidit, quos in seruitute redegerat, hoc superat omne proprii genus. Verum non illa plaga serpentem sustulit, non enim tantum poterat homines, quum essent & milites, sed illud potius affecit illum dolore quod contumelia a Iudaeis ipsi esset illata. Vulnerabat autem illum non plaga ab eis illata, sed potestas magis ex manu seruatoris data arundini. Hac enim dominus specie rectus, & humana obiectis oculis, cepit serpentem in spinis: quumque ut homo uerberaretur, permisit militibus, ut percuterent serpentem, ut qui prius gloriatus fuerat se esse deum, gloriatus fuerat, quod dominum tentauerat, dum a militibus percutitur, extremam ferat ignominiam. Hac autem illi euenerunt etiam praeter sententiam, frustrato his quae captabat. Quum enim ipse operaretur

Arundinis uis serpentibus inimicis

Simile

*in his qui uociferabantur aduersus seruatorem, insciens silentium accersit aduersus se-
metipsum. Quum prouocaret Pilatū, nō intellexit, quod pro timiditate procuraret inrepti-
dam constantiā: quum incitaret, ut uerberarent dominū, falsebatur, ostendens malorū to-
lerantiam: deniq; debacchans aduersus seruatorē non uidit uirtutē armari aduersus mali-
ciam. Nam omni malicia & improbitate gaudet hostis, & si quid mali est, hoc arma dia-
boli sunt. Aut enim metu mortis, aut omnino cupiditate uindictæ persuadet peccare. Vn-
de dominus sustinuit omnia, ut timiditate quidem fortitudinem, contumelia uero, ma-
lorum tolerantiam, ira uero mansuetudinem, breuiter per omnem uirtutem aduersus ma-
liciam nos resistere doceret. Ac primum quidem docuit, ut uerberanti maxillam, ob-
uerteremus alteram, nec timeremus ab ijs qui occidunt corpus: & illud, ab eo qui tollit
tua ne reposcito. Bene dicitur persequentibus. Caterum ne præceptum putaretur impos-
sibile apud quosdam, per seipsum omnia exhibuit dominus, & per ea quæ passus est, per-
suasit omnibus ne iniuria affecti regerant iniuriam, & percussi repercutiant, neue irrisi ira-
scantur, & ne ab eo qui tollit nostrā reposcamus, & in totum, ne metuiamus mortem, sed
contemnāmus eam spe futurorum. Nam hoc potius modo facilis aduersus diabolum &
omniā peccata continget uictoria, quā si ulciscamur. Nam ulciscetes nos & iniuri-
am regerentes, & uicissim iniuriam referentes iniuriam facientibus, augemus etiam &
altius aduersus nos ipsos maliciam, non magis hostes, quā nos ipsos lædentes, eo quod
condemnati propter maliciam, iudiciumq; manet eos qui condemnant ac iudicant. Cæ-
terum quum exemplo domini sustinemus quoties lædimur, ac conuiciantibus opponi-
mus tolerantiam, minantibus uero fortitudinem, morti spem immortalitatis, prostris ijs
rebus dolore afficimus hostem, atque ille huiusmodi armatura prosternitur, quæ Paulus
quoque nos armans ait, Induite igitur armaturam dei, ut possitis aduersus insultu dia-
boli stare. Nam ad hunc modum & domino sustinente factum est illud, Videbam Sata-
nam cadentem e celo tanquam fulgur. Protinus igitur postquam ijs dominus corrobora-
tus esset, hostisq; concidisset, imposuerunt illi crucem, Argumentum ueræ uictoriæ eti-
am imprudentes exhibebant aduersus seipsos. Quam diu enim stabat hostis habebant
carnifices lignum, posteaquam uero conciderat, contritusq; fuerat, tunc trophæum ac-
cepit dominus, ac sibi ipsi gestauit. Decet enim ut qui triumphū agit aduersus diabolum,
non alteri concedat, sed sibi ipsi gestet trophæum. Accepit autem simul cum trophæo
etiam uestes ab illis, quum abiret ad mortem, ut has quoq; simul cum morte exueret, pro-
pter hoc rursum exuendo sese celeritatem addidit abductoribus, ut ipsum ad mortem du-
cerent. Quum autem abduceretur secundum Ioannem, sibi ipsi crucem baiulabat, secun-
dum alios uero Euangelistas, Simon homo Cyrenensis portabat crucem: neq; hoc pu-
gnat cum Ioanne, neque enim Ioannes scribit cæteris contraria, sed utrumque hic fa-
ctum est. Nam & sibi ipsi dominus crucem gestauit, & rursum Simon homo portauit
illam. Primum igitur portauit ueluti trophæum aduersus diabolum Iesus, uolens autem
crucem sibi ipsi ferebat, neq; enim necessitate compulsus accessit ad mortem: Rursum au-
tem gestauit eam Simon homo, ut omnibus notum fieret, quod non suam ipsius, sed ho-
minum mortem moreretur dominus. Hæc quum sic essent facta, uenit festinans ad lo-
cum ubi erat illi conscendenda crux, ut chiographum, quod erat aduersus nos, ab ho-
stibus abreptum, affigeret cruci, ac spoliatos principatus potestatesq; confidenter tra-
duceret ligno, triumphum agens aduersus illas, ostendens ex ore leonis reuulsum ho-
minem, mox proprio sanguine rigans purgansq; terram. Hoc autem facturus exuebat
uestimenta. Oportebat enim eum qui reduceret hominem in paradysum exuere tunicas,
quas acceperat Adam quum e paradiso eijceretur. Postquam enim peccauerat, restabat
ut etiam moreretur. Acceperat autem pelliceas tunicas ex animantibus mortuis fa-
ctas signum mortificationis quæ illi per peccatum accesserat. Verum dominus qui o-
mnia nostra propter nos in se recepit, induit hæc, ut exueret, proq; his nos indueret ui-
tam & immortalitatem. Induit autem cum his etiam tunicam quæ fuit desuper contextilis
per totum, quo uel hinc credere possent Iudæi, quis esset & unde esset, qui hæc induit,
quod uerbum erat, non à terra, sed e cœlis ueniens, quodq; non diuisibile, sed indiuisi-
bile uerbum est patris, quodq; factus homo non habuit corpus ex uiro fœminaq; conte-
xtum, sed ex uirgine sola, cõtextum spiritus gratia. Vnde milites cætera quidē uestimen-
ta partiti*

*Cruc gestata
quid signifi-
cet*

*Concordia E-
uangelistarū*

*Simon cur ho-
mo dicitur
Cruz*

Tunica pellicea

*Tunica incon-
sutilis, quid*

ta partiti sunt, poterant enim diuidi, & diuidunt in partes quatuor, eod quod pro peccatis
mundi quadrifariam diuisi ad exortum, occasum, septentrionem ac meridiem, gestabat il-
la, quibus indutum quum uideret eum Ioannes ait, Ecce agnus dei ecce qui tollit peccatū
mundi. Solam tunicam non ualuerunt scindere, metu miraculi quod per illam significaba-
tur. Neq; enim hoc illorū, sed seruatoris in cruce pendentis factum erat. Suspensus enim
ut homo, principatus persequebatur, ipsum diabolum cõprehendit, ac milites terruit, ne
scinderent tunicam, ut hac manente, maneret & quæ paulo post facta est aduersus Iudæ-
os redargutio, quoniam uelum quidem scissum est, tunica uero seruatoris, ne à militibus
quidem scissa est, sed mansit integra. Manet enim Euangelium semper integrum, quum
interim dissipentur umbræ. Attamen exutis uestibus properabat ad mortem. Ibi rur-
sus diabolus ubi uidit seruatoris promptitudinem, seq; simul & cœlis eiecitum & e terra
profligatum, non habebat quid faceret. Omnia erant illi tumultus desperationisq; plena.
Ac ut manere nō potuit, ita fugere nō audebat. Nihilominus cogitans, quod eos qui mo-
riuntur, oportet in terra mori, iuxta id quod scriptum est, terra es & in terrā ibis, metuens
in terra manere ne ibi cõprehenderetur, quod solum restabat, subuolabat in aerem, quo
fortasse uel hac ratione aerem haberet liberum dominico corpore in terra posito. Verum
dominus hic quoque declarans amorem erga homines, non in terra mortuus est, sed ae-
rem ascendit per crucem, & illic serpentem illum persequens, ut illinc principem potesta-
tis aeris profligaret, ac spiritalia malicia deijceret, ne sic quidem relinquens terram
incuratam: sed quemadmodum pendens in cruce purgauit aerem manuum extensio-
ne, sic terram liberauit, sanguine & aqua de latere profluente, abluens illam. Quid super-
erat hosti faciendum, quum hæc pateretur: e cœlo depulsus, e terra quoque profliga-
tus est, demum in aere a persequutore urgebatur, insuper erubescbat, magna pollicitus
quum nihil efficeret. Proinde superatus undiq; & undiq; spe destitutus, cogitat quomo-
do uel tartarum seruaret, nam is locus illi supererat. Itaq; metuens ne & illuc descende-
ret dominus, atque illinc ipsum deturbaret, liberatis omnibus quos habebat captiuos,
omnia commisit, omnia turbauit, omnes in auxilium aduocans, incitauit iterum Iu-
dæos, ut dominum probris afficerent, & omnino contumelijs ac risu debaccharentur
in illum. In summa, quicquid habebat armaturæ, hoc expediebat aduersus dominum,
si forte uel hoc modo eum peccato factum obnoxium capere posset. Nam Iudæi deri-
debant dominum dicentes, Si filius es dei, descende de cruce. At seruator qui uere erat
filius dei, non fugiendo mortem, sed manendo, & interim mortem calcando, uoluit a-
gnosci filius, & quod ipse esset uita. Poterat enim de cruce descendere, qui alios etiam
mortuos excitaret, uerum is descensus declarasset illum fugere mortem. Caterum quod
perseuerauit, nihil aliud significauit, quā eum qui perseuerabat esse uitam. Nam hanc
ob causam uehementer erat curæ diabolo, ut per hos exprobraret domino, cupiens illum
à cruce descendere, ne esset inter mortuos, ut uel sic absque malo discedens mortuorū do-
minium obtineret. Metuebat enim ne iuxta id quod scriptum est, conscendens in alti-
tudinem crucis, captiuam duceret captiuitatem, & dona caperet in hominibus. Suspica-
batur enim hunc forsitan esse, de quo hæc scripta fuerant. Eoq; rursum commouit Pha-
risæos ille scelestus. Iamq; frustra effecit, ut promitterent se credituros, tantum si descen-
deret de cruce. Hæc omnia uero mouebat, ac præter animi sententiam pollicebatur, tan-
tum ne mortuus descenderet ad inferos. Concitauit igitur rursum Pharisæos, ut dice-
rent, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat
nunc de cruce, & credemus ei. Non hoc agebat, ut crederent Pharisæi, incredulitatis do-
ctor Draco, sed hoc uolebat, ut dominus mortem fugeret: nec illud studuit scire, an pos-
set seipsum saluum facere, sed hoc agebat, ne alijs contingeret salus. Etenim si plane co-
gnouerat eum seruasse alios, non erat ambiguum, qui alijs dedisset salutem, eundem esse
patrem & uitam. Ob hanc igitur causam illi exprobrabant, ne cæteris salus contingeret.
Nouerat enim ille curiosus dominum non mori, sed huius mortem omnibus salutem ac
uitam fore. Ob hoc uolebat illum descendere de cruce, incitans Iudæos, ut pollicerentur
se credituros, si forte pollicitatione credulitatis obtineret quæ uolebat. Dominus
autem qui re uera seruator erat, qui non quærebat quæ ipsius erant, sed quæ nostra, non
ex eo quod seruasset seipsum, sed ex hoc quod redemisset ea quæ condiderat, uoluit
declarari

*Euangelium
non scinditur
sed umbræ Iu-
dæorum*

*In aere mortu-
us dominus
quare*

Eph. 2. & 6

*Opprobatio
in crucifixum*

*Descensus ad
inferos*

declari seruator. Neq; enim quis ex hoc medicus esse cognoscetur, si recte ualeat ipse, nisi & alijs morbo laborantibus ostendat artem. Neq; sol si radios in se contrahat, cognoscetur esse lumen, nisi eos in orbem proferat, eiusq; tenebras sua luce discutiat. Ita seruator, non seruauit semetipsum. Siquidem ipse quum esset seruator non opus habebat salute, sed ex eo quod ceteris beneficeret, uoluit ab omnibus agnosci seruator omnium; Neq; ex descensu de cruce uoluit intelligi filius dei, sed ex eo quod maneret in cruce. Siquidem mors seruatoris fidem ac salutem adfert hominibus, magis quam attulisset de cruce descensus: uidelicet dum adhuc penderet in cruce, monumenta aperta sunt, & mortui in illis iacentes salutem adepti sunt, Suspensus latro credidit in eum, ut dominus ostenderet se uere seruatores esse, quoq; etiam mortuis per fidem fructificaret. Super his tandem uere obstupuit diabolus, totaq; hunc desperatio merito tenuit. Videbat enim sese perdidisse latronem in cruce, & cui pridem persuaserat latrocinari, hunc uidebat credidisse, & quem concitabat ad dicendam blasphemiam, ab hoc uidebat adorari dominum, & alterum latronem reprehendit: imò potius in eo quod acciderat latroni rursus prouocabatur, eo quod quem ut latronem interfecerat, hunc rursus conspiceret transferri in Paradisum. Ceterum quum uideret quicquid habebat armorum, deiectum esse, nec esse missum telum ab eo, quod non irritaret dominus, sicut scriptum est, Inimici defecerunt romphæ in sinem, & ciuitates deiecit: Propterea turbabatur, ac desperans, tentauit seruatori dare potum acetum cum felle, uerum non intelligens, quod id etiam aduersus seipsum procuraret. Siquidem amaritudinem iræ, quæ per legis transgressio nem acciderat, qua obstrictos tenebat omnes, reddebat seruatori: at ille sumens absumpsit exhaustiq; ut pro aceto quod miscuerat diabolus, Christus uino potaret nos sapientia: pro felle, daret nobis eloquia, dulciora super mel & fauum, & pro eo quod ille nostra gustauerat, uicissim diceret nobis, gustate & uidete quod suauis est dominus. Vbi uero & hinc electus est diabolus spoliatusq;, iam cepit illum suspicio quædam talibus signis conspectis, ne forte non cum homine, sed cum deo pugnaret. Cernebat enim ijs artibus quibus uenabatur omnes seipsum pudeferi, & concidere potiusquam desicere. Itaque deinceps tentabat discedere, ac terga dare fugæ. Quum enim uideret illum pendentem ac persequentem mortem, metuebat, ne is esset de quo scriptum erat, Exabitur dominus, ut misereatur nostri: eoq; studebat omnia potius relinquere ac fugere, nimirum inuidens ijs, qui à domino misericordiam essent consequuturi. Sed dominus quum esset reuera seruator, nolens diabolum abire sine dispendio, neque quod ceperat irritum relinquere, neq; eos qui erant apud inferos dediticios hosti deserere, designauit magnum quoddam & militare facinus, Etenim quum uideret eum qui fuerat audax patientem ac trementem ac refugientem, rursus seu succumbentis imaginem assumpsit, ut aggredientem hostem profus subiuget. Nam ille draco nolebat mori dominum, ne tum quidem quum penderet in ligno, sed uolebat eum descendere de cruce, ne moreretur. Quod si non descenderet, etiam si simpliciter maneret in ligno, tantum oprabat ne moreretur. Metuebat enim ne illud quod scriptum est eueniret, Spiritus domini super me, eo quod unxit me, ut Euangelium adferam pauperibus misit me, ut prædicarem pauperibus remissionem, ut cæcis uisum. Eoq; metuebat, ne hic esset unctus ille ac missus, ac deinceps per hunc omnes liberarentur. Exutus igitur hostis omnibus oprabat, uel inferorum regnum tenere. Nam rursus metuebat, ne hic esset qui tenebris lucem inferret, de quo scriptum erat: Galilæa gentium, populus sedens in tenebris, lucem uidit magnam. Audierat enim eum dicentem, Ego sum lux. Vnde metuebat sibi diabolus ne funditus interiret, & omnibus excuteretur. Ceterum dominus uidens eum fugientem, ne id fieret, atq; in exilium abiret hostis, uoces adidit humanas, & uoces infirmitatis dicens, Eloi, eloi lamazabathani, hoc est, deus meus, deus meus, quare me deseruisti. Idq; faciebat, ut diabolus qui deum expauerat, hunc hominem esse credens, etiam post fugam rediret. His igitur uocibus pellectus ille pessimus, rursus ut hominem aggressus est, & manus conseruit. Persuasit enim Iudæis ut eum deposcerent ad occidendum, Factumq; est quod non expectabat. Occisus enim est, non ex alia corporis parte quam ex latere, unde fluxit sanguis & aqua: ut quoniam prius, per mulierem de latere formatam uenerat deceptio, per latus posterioris Adæ, redemptio purgatioq; prioris fieret lateris: redemptio quidem per

dem per sanguinem; purgatio uero per aquam. Hoc autem secus euenit quam diabolus expectarat, Nam mortem quam metuebat euenturam, dominus oppetit, atq; ille spoliatus est, quumq; putaret se Christum in morte tenere captum, ipse potius ostensus est mortuus, quumque gloriaretur, quod hominem adortus esset, effecit ut innotesceret deus. Mox enim ut mortuus est, creatura caruit sole, uelum templi disruptum est, terra commota est, petra scissa sunt, milites unâ cum inferorum ianitoribus turbati, facti sunt attoniti. Quibus ex rebus perspicere licebat eum non iam esse tantum hominem, sed uerum deum in humano corpore, quemadmodum dicebant qui spectabant, Vere hic est filius dei. Nam & monumenta multa aperta sunt, & excitata sunt horum cadauera. Vere cæca res est malicia. Quum enim se putaret unâ occidere, spoliatus est omnibus, quumque crederet sese præcipitaturum unum ad inferos, ab inferis expulsus est, cunctisq; palam est factum, quod non ob infirmitatem naturæ mortuus est dominus, sed quod in exitum mortem ut eam aboleret, persequutus est, & ab hac liberaret, quotquot metu mortis, dum semper cupiunt uiuere, obnoxii tenebantur seruituti. Nec multum intercessit mors, dum tartari dolores soluit, & alios excitauit dicens, Surgite eamus hinc. Quin & ipse surrexit ac reuixit à morte, illius audaciam uertens in ludibrium, quemadmodum in hymnis ante prædixerat spiritus. Qui habitat in caelis iridebit eos, & dominus subsannabit illos. Nam uere iridetur ad hunc delusus modum, dum res illi secus quam putarat, eueniunt. Quemadmodum enim insectum animalculum, cui nomen uespa, quum impetit petram, non eam lædit incursum, sed potius perdit aculeum, sic & mors uehementer falsa est incurrens in uitam, quæ est Christus Iesus. Non enim potuit eum tenere mors, sed ipsa potius aculeum perdidit, adeo ut quos prius terreat aculeus, nunc insultent ac dicant, Vbi tuus mors aculeus, ubi tua contentio tartare. Ac rursus, Deuorauit mors inualecens. Et iterum, Abstulit deus omnem lachrymam ab oculis omnium. Post hæc expulsi infelix ab inferis, sedens iuxta portas, conspicit fortitudine seruatoris educi uinctos omnes, ac mortuos quidem reuiuiscetes, captiuos autem dimitti, & sanctos primum occurrentes, in primis Abraham, cunctos applaudentes, iuxta id quod scriptum est. Præuenerunt principes cõiuncti psallentibus, in medio adolescentularum tympanistrarum. Videt eos qui liberantur, gaudentes dicentesq;, Dum conuerteret dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolationem assequuti. Tum impletum est gaudium os nostrum, & lingua nostra exultatione. Nam & angeli & totus angelorû exercitus canebant hymnos dicentes, Gloria in excelsis deo, & in terra pax, in hominibus bona uoluntas. Occurreruntq; liberatis adolescentulis uidelicet animabus, ipsaq; animæ unâ cum angelis concurrerunt, ac patriarchæ redibant, omniaq; undique consonabant cum laticia & psalmis super uictoria de morte relata. Et quemadmodum super Dauid, ubi concidisset Goliath, puellæ ducentes choreas cum tympanis occurrerant dicebantq;, Percussit Dauid in decem milibus suis, Tale quiddam & in morte seruatoris factum est, Nam posteaquam surrexisset, omnes iuerunt obuiam cum choris & cantionibus tympanisq; alternis inter sese dicentes, Venite exultemus domino, iubilemus deo Iacob. Alij uero choros ducebant dicentes, Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona in hominibus. Iam uero nonnulli, imò omnes, ad spectaculum prouocabant dicentes, Iubilate deo omnis terra, psallite nomini eius, Ac rursus, Venite, uidete opera domini, Terribilis in consilijs supra filios hominum, sustollens bella usq; ad extremum terræ. Non enim iam est inimicitia & bellum, sed omnia pace fruuntur, hoste iacente mortuo, uinctoq; eo manibus simul ac pedibus, qui prius tyrannidem exercebat. Alij uero rursus qui nouerant diaboli confidentiam, atque ingentes insidias, quum nunc eum uiderent mortuum, admirantes dicebant, Quomodo cecidit è caelo Lucifer, qui mane oriebatur, & quomodo contritus est fractusq; malleus uniuersæ terræ: Siquidem cum admiratione etiam attonitus stupor cunctos habuerat, mirabantur enim magnum illum tyrannum, uidentes adeo repente iacentem mortuum. Ignorabant autem causam ruitæ, præsertim quoniam non credebant mortem morte aboleri, neque cruce tantum serpentem deijci posse. Vnde rursus admirabantur dicentes, quomodo capta est Babylon: Videbant etiam tartarum spoliatum. Ceterum hæc uidens infelix & hæc audis, iam insaniebat & irritabatur plorans. Quum enim uideret sese spoliari, plangebat seipsum

Sanguis è latere

Prodigia in passione

Mortis aculeus

Inferorum expugnatione

Abolitione

seipsum, ceterum quum uideret etiam eos qui quondam fleuerant ipsi subditi, nunc psalentes in domino, dilacerauit semetipsum. Rursum quum uideret etiam subfannari sese ab illis, discepit uehementer seipsum, nec habens quid faceret, tantum stridebat dentibus, quemadmodum qui hoc uiderat psalmodum cantor testatur dicens, Obseruabit peccator insulam & fremet super eum dentibus suis, dominus autem deridebit eum, Ac rursum, Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis fremet, & contabescet. Fremebat autem poenitens, quod omnino ausus fuisset aduersus seruatorem, Nouerat seipsum & antehac ausum fuisse contra iustos, neque quicquam tale passum fuisse. Siquidem quum insidiatus esset Abeli, quum patriarchas afflixisset, quum insidias struxisset etiam Esaiam, quum Hieremiam intulisset contumeliam, quum Iob tentasse, rursum uires recepit, & regnauit mors ab Adam usque ad Moysen. Nunc uero quum ausus fuisset aduersus dominum, uidet seipsum factum Irum, eieciturque omnibus & ab omnibus conculcari. Opus enim seruatoris factum est non solum ut ipse mortem deluderet, uerum etiam ut nos in illam inuaderemus: ut non solum nos a seruitute liberaret, uerum etiam eum qui nos in seruitutem adegerat, aboleret, ne quando receptis uiribus decipiat nos, deique beneficium fiat irritum. Unde ipse posteaquam delulisset mortem, iam nobis eam dediticium fecit, et illam conculcaremus dicens, Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potentiam inimici. Ac rursum, Conculcabitis leonem & draconem. Nam olim quidem serpens calcauit Euam, huiusque inuidia mors in mundum ingressa est, nunc uero conculcare cupiens ac decipere, audit Abi post me Satana, Et quoniam aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circumibat sitiens nostram animam, nunc uero conculcatur una cum dracone, ac posthac deus uelociter conteret Satanam sub pedes nostros, Adeoque contemptui est ac deluditur, ut etiam in foramen aspidum aliquis mittat manum, nec timeat. Hanc enim Esaias praedixit, & sermo uerax est. Nunc enim pueri uoluptatem, quae quondam senes etiam seducebat, derident, inque nondum legitimam ingressi aetatem, pudicitiam quae supra legem est induunt, uirginesque manentes per uerbum, calcant serpentinae uoluptatis fallacias, nihil metuentes huius letales morsus. Iam uero nonnulli etiam ipsum diaboli aculeum conculcantes, non formidarunt mortem, sed uitam suam morte commutarunt, testes facti uerbi. Propter hoc enim mortuus est dominus. Multi uero relicti his quae sunt super terram, libero ingressu aerem penetrant, atque in caelis habent conuersationem, non amplius metuentes principem aeris, uerum etiam reprehendentes ac si uelit prohibere dicentes. Abi post me Satana, quoniam dominum deum meum festino adorare. Nam hac de causa in aere crucifixus est seruator. Porro uia Paradisi quondam per peccatum clausa, nunc uolentibus patet, sicuti testatur Paulus raptus illuc & abductus in caelos. Ideo enim delulit dominus serpentem. Ac tartarus quidem in nihilum redactus est, non iam regnante morte: sed omnibus resurgentibus diabolus non amplius insurgit aduersus nos. Concidit enim, ac deiectus, uere super pectus & uentrem ingreditur: Propterea siquidem surrexit dominus. Et homines quidem didicerunt contemnere corporales diuitias, diuites facti uerbo & cognitione. Ceterum draco qui faciebat se diuitem esse nudatus est, & nunc nudus Irus & pauper est, omnibusque iam pridem spoliatus. Etenim qui erat in medio Cherubim, omni indutus lapide precioso, Sardio, Iaspide, Achate, nunc iam super papyrus & arundinem ac silicem dormit, quemadmodum in Iob de illo dicitur. Hanc enim ob causam dominus pauper factus est, ut nos illius paupertate ditesceremus, ac diabolus nudatus est, illudque mirum ac magnum factum est in creatura. Nam homines quidem festinant ad mortem, optantes praesentiam seruatoris. Contra timidus diabolus, qui prius mortis habebat imperium, nunc metuit uenturum iudiciumque pauescit. Nouit enim sibi paratum ignem & angelis ipsius. Propter hoc enim iudicatus est dominus meus, ut nos a iudicio liberaret, & illi condemnaret. Nam de cognitione dei, quae ubique ad omnes peruenit, quid attinet dicere, quum ipsa facta ex sese sui fidem faciant. Non enim potest praeterire dies, in qua non relinquunt idola homines, suisque ac patrijs legibus abnegatis ad deum confugiunt, Christi que leges accipere flagrant, incredibili miraculo credentes in illum. Etenim quum adhuc colerent simulacra, Christumque uelut hominem calumniarentur, hunc postea deum agnoscentes relinquunt simulacra, & quos metuebant daemones in simulacris, nunc agnito domino, deinceps deserunt, & ab alijs depellunt, ac uoluptatem quam colentes simulacra metuebant, in Christo contemnunt, ac peccatum quod tum illos uincebat, nunc signo crucis uincunt, derident. Etenim qui non credebant omnino esse uirginitatem, dicentes impossibile hanc uirtutem inter homines inueniri, nunc posteaque crediderunt seruatori ex uirgine nato, non solum agnoscunt, uerum etiam ipsi hanc exercentes, diffidunt idolorum culturis, quae sunt apud gentes. Ad haec autem cohibita est omnis ueneficorum ars, omnisque magia sublata est: totaque Graecorum infatuata est sapientia. In diuinis enim non uerbis, sed factis opus est, neque linguae prolatio, sed animi affectus prodest. Itaque quae Graeci non comprehendunt rationibus, haec Christiani fide praestant: & quae uerbis efficiunt magi, haec etiam tacentibus nobis crucis signo euanescent: & quae ambigunt de immortalitate, haec martyres Christi non uerbis sed factis ostendunt: quumque dissentiant de uirginitate magni Graecorum Philosophi, hanc in Christo etiam mulieres praestant: & daemones quibus illi ut dijs uota faciunt, etiam pueri in Christo persequuntur. In summa, uir portans Christum ueluti Deus est super terram, erga homines quidem factus patiens, omnibus uero; ueluti cum sole se circumagens, ac caelestem ostendens uitam. Vide unum hoc crucis egregium factus, uide, haec fecit mors seruatoris. Non enim hominis opus est sed Dei: ideoque passus est ut homo, ut hominibus diuina homineque maiora largiretur. Itaque illius sunt quae nunc sunt inter homines benefacta, quamuis & Paulus dicat, quin potius Christus in ipso loquens, etiam si magna & admiranda faciat, tamen Christi gratiam esse quae haec operatur. Et quanquam ad omnes peruenit dei cognitio, non tamen est hominum doctrina, sed ipsius uerbi quod descendit, intercessoris inter deum & hominem. Hoc enim scriptum est, quod Iudaei quondam tacebant, nunc uero impleri uident. Scriptum est enim, Erunt omnes dociles dei, quemadmodum & Hieremias dicit: Ecce dies uenient dicit dominus, ac subijcit dicens, Er non docebit unusquisque fratrem suum dicens: Cognitione dominum, quoniam omnes scient me a paruo usque ad magnum ex ipsis, quoniam propitius ero peccatis illorum. Quis enim est qui in simulacris copungit nisi dominus? Quis autem est qui abduxit eos illinc dum adhuc seruirent simulacris, nisi ipse Christus qui ait: Quum exaltatus fuero, omnes traham ad me ipsum. Nam hoc est admirabile, quod dijs qui adhuc seruiunt simulacris aperitur intellectus, ut intelligant quos prius existimabant uelut deos, eos esse ligna & lapides. Contra quem subsannabat crucifixum, hunc non hominem, sed deum agnoscunt. Mentis autem doctor non homo est, sed ille qui solus mentem inspicit deus. O beata uere ac uiuifica crux seruatoris, de morte triumphum retulisti, diabolum uero qui hanc obtinebat sustulisti. O diuinum uerbum uereque sapientia patris, tu & scelerati illius faciem ostendisti, & complicaturam peccatoris illius nudasti, ut nos quoque diceremus, Non enim illius cogitationes ignoramus. Humane ac bone domine, tu nos quum essemus captiui redemisti, seruientes peccato propria morte domine liberaisti. Scimus enim quod liberati sumus a peccato. Pacificator fili dei, tu nobis & filiorum nomen per adoptionem dedisti, nobisque reconciliatis tuo patri, inimicitiam in carne dissoluisti. Opulente seruator uereque rex, tu factus es pauper, ut nos tua paupertate ditesceremus, tu nobis etiam regnum caelorum largitus es. Coditor & creator omnium, uerbum patris. Tu enim nos denuo condidisti, Tu sumus creaturae, creati ad opera bona. Lumen uerum ac splendor patris, Tu siquidem nobis in tenebris illuxisti, nosque nihil uidentes in lucem eduxisti. Forma & imago reuera patris. Tu enim nos perditos formasti, ac denuo largitus es id quod erat factum iuxta tuam imaginem. Deus uerbum, ac uere uita. Tu enim nos emortuos uiuificasti, corruptosque renouasti, induens nos incorruptibilitatem. Potestas uere brachiumque ac dextra patris. Tu enim dolores mortis soluisti, fores aereas & uectes ferreos confregisti, quemadmodum scriptura dicit: Tu etiam serpentem diabolum humano hamo circumegisti in trophaeo crucis, Per tuam etiam diuinam uirtutem omnes illum conculcant, omnes eum deludunt. Quum enim tu primus eum deluseris, deinceps factus est initium figmenti domini, quod factum est in hoc ut deluderetur. Posteaquam tu eum comprehendisti, factus est omnibus prodigium, ut dicant: Quomodo decidit de caelo Lucifer qui mane oriebatur? Et posteaquam tu ab illo extorlisti chirographum, quod erat contra nos, idque affixisti cruci, omnes illi insultant dicentes: Quomodo cohibitus est exactor, & cohercitus est ille qui instabat. Contriuit Deus iugum peccatorum

Irus diabolus

Virgines

Martyres

Monachi

1. Cor. 1

ceps deserunt, & ab alijs depellunt, ac uoluptatem quam colentes simulacra metuebant, in Christo contemnunt, ac peccatum quod tum illos uincebat, nunc signo crucis uincunt, derident. Etenim qui non credebant omnino esse uirginitatem, dicentes impossibile hanc uirtutem inter homines inueniri, nunc posteaque crediderunt seruatori ex uirgine nato, non solum agnoscunt, uerum etiam ipsi hanc exercentes, diffidunt idolorum culturis, quae sunt apud gentes. Ad haec autem cohibita est omnis ueneficorum ars, omnisque magia sublata est: totaque Graecorum infatuata est sapientia. In diuinis enim non uerbis, sed factis opus est, neque linguae prolatio, sed animi affectus prodest. Itaque quae Graeci non comprehendunt rationibus, haec Christiani fide praestant: & quae uerbis efficiunt magi, haec etiam tacentibus nobis crucis signo euanescent: & quae ambigunt de immortalitate, haec martyres Christi non uerbis sed factis ostendunt: quumque dissentiant de uirginitate magni Graecorum Philosophi, hanc in Christo etiam mulieres praestant: & daemones quibus illi ut dijs uota faciunt, etiam pueri in Christo persequuntur. In summa, uir portans Christum ueluti Deus est super terram, erga homines quidem factus patiens, omnibus uero; ueluti cum sole se circumagens, ac caelestem ostendens uitam. Vide unum hoc crucis egregium factus, uide, haec fecit mors seruatoris. Non enim hominis opus est sed Dei: ideoque passus est ut homo, ut hominibus diuina homineque maiora largiretur. Itaque illius sunt quae nunc sunt inter homines benefacta, quamuis & Paulus dicat, quin potius Christus in ipso loquens, etiam si magna & admiranda faciat, tamen Christi gratiam esse quae haec operatur. Et quanquam ad omnes peruenit dei cognitio, non tamen est hominum doctrina, sed ipsius uerbi quod descendit, intercessoris inter deum & hominem. Hoc enim scriptum est, quod Iudaei quondam tacebant, nunc uero impleri uident. Scriptum est enim, Erunt omnes dociles dei, quemadmodum & Hieremias dicit: Ecce dies uenient dicit dominus, ac subijcit dicens, Er non docebit unusquisque fratrem suum dicens: Cognitione dominum, quoniam omnes scient me a paruo usque ad magnum ex ipsis, quoniam propitius ero peccatis illorum. Quis enim est qui in simulacris copungit nisi dominus? Quis autem est qui abduxit eos illinc dum adhuc seruirent simulacris, nisi ipse Christus qui ait: Quum exaltatus fuero, omnes traham ad me ipsum. Nam hoc est admirabile, quod dijs qui adhuc seruiunt simulacris aperitur intellectus, ut intelligant quos prius existimabant uelut deos, eos esse ligna & lapides. Contra quem subsannabat crucifixum, hunc non hominem, sed deum agnoscunt. Mentis autem doctor non homo est, sed ille qui solus mentem inspicit deus. O beata uere ac uiuifica crux seruatoris, de morte triumphum retulisti, diabolum uero qui hanc obtinebat sustulisti. O diuinum uerbum uereque sapientia patris, tu & scelerati illius faciem ostendisti, & complicaturam peccatoris illius nudasti, ut nos quoque diceremus, Non enim illius cogitationes ignoramus. Humane ac bone domine, tu nos quum essemus captiui redemisti, seruientes peccato propria morte domine liberaisti. Scimus enim quod liberati sumus a peccato. Pacificator fili dei, tu nobis & filiorum nomen per adoptionem dedisti, nobisque reconciliatis tuo patri, inimicitiam in carne dissoluisti. Opulente seruator uereque rex, tu factus es pauper, ut nos tua paupertate ditesceremus, tu nobis etiam regnum caelorum largitus es. Coditor & creator omnium, uerbum patris. Tu enim nos denuo condidisti, Tu sumus creaturae, creati ad opera bona. Lumen uerum ac splendor patris, Tu siquidem nobis in tenebris illuxisti, nosque nihil uidentes in lucem eduxisti. Forma & imago reuera patris. Tu enim nos perditos formasti, ac denuo largitus es id quod erat factum iuxta tuam imaginem. Deus uerbum, ac uere uita. Tu enim nos emortuos uiuificasti, corruptosque renouasti, induens nos incorruptibilitatem. Potestas uere brachiumque ac dextra patris. Tu enim dolores mortis soluisti, fores aereas & uectes ferreos confregisti, quemadmodum scriptura dicit: Tu etiam serpentem diabolum humano hamo circumegisti in trophaeo crucis, Per tuam etiam diuinam uirtutem omnes illum conculcant, omnes eum deludunt. Quum enim tu primus eum deluseris, deinceps factus est initium figmenti domini, quod factum est in hoc ut deluderetur. Posteaquam tu eum comprehendisti, factus est omnibus prodigium, ut dicant: Quomodo decidit de caelo Lucifer qui mane oriebatur? Et posteaquam tu ab illo extorlisti chirographum, quod erat contra nos, idque affixisti cruci, omnes illi insultant dicentes: Quomodo cohibitus est exactor, & cohercitus est ille qui instabat. Contriuit Deus iugum peccatorum

torum. Deinceps enim subter illum sternitur putredo, & tegumentum illius factum est uermis, iamque nullus omnium draconem metuit, sed te ac per te patrem adorant. Itaque dominus resurgens uelociter delulit mortem, & nos ab ea liberauit. Iudaei uero ne quum haec quidem uiderent reueriti sunt, uerum etiam sefellit eos, quod quum auerent aduersus seruatorem, aduersus seipsos haec molirentur. Non uidebant enim quod quum traderent dominum, prouocarent traditionem Hierosolymorum, dicente propheta Hieremia, Traditione tradetur Hierusalem in manus Nabuchodonosor regis Babylonis. Neque cernebant, quod quum nolent seruire domino, seipsos in seruitutem subicerent diabolo, eique subseruirent ad fruendas insidias aduersus seruatorem. Ignorabat enim quum poscerent Barrabam, dominum occidentes, quod uitam uicturi essent Barrabae, omnisque seditio ac caedes apud eos essent augenda, caeterum abijcerent a seipsis lumen ac ueritatem, & omnia quaecumque est dominus, quemadmodum dicit Esaias: Ecce iam dominus tor dominus sabaoth auferet a Iudaea & ab Hierusalem ualidum & ualidam, robur panis & robur aquae, gigantem & robustum ac principem bellatorem, & iudicem, prophetam & coniectorem, senioem & quinquaginta uiris praefectum, & admirandum consultorem, ac sapientem architectum, & intelligentem auditorem: Et constituam adolentes principes eorum, & illusores dominabuntur eis. Illudebant enim infelices domino, nec uidebant quod illud propheticum dictum aduersus eos impletum esset dicens: Illusores dominabuntur eis. Nam hoc est ingens miraculum seruatoris, quod crucifixus passus quidem est ex humana natura, delulit autem mortem, & aduersus Iudaeos completa sunt quae scripta fuerant: quando quidem etiam lumen ablatum est ab illis. Scriptum est enim in Hieremia hunc in modum, Sermo qui factus est super Hieremiam ad omnem populum Iudae, deinde subiungit dicens: Auferam ab eis uocem laetitiae & uocem gaudij, uocem sponsi & uocem sponsae, odorem unguenti, & lumen lucernae. Nimirum tradiderant gentibus dominum, neque uidebant excacati, quod ipsi paulo post polluenti essent inter gentes, quodque in haereditatem illorum ingressurae essent aduersus eos gentes, sicut scriptum est, Deus ingressae sunt gentes in haereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, polluerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Negantes se dominum habere regem, non intelligebant, quod honore Dauidico priuarentur. Nam ipsi repositum erat regnum Dauid, & usque ad apparitionem seruatoris peruenit hoc testimonio Jacob dicentis: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec uenerit cui repositum est, & ipse expectatio gentium. Quum autem nudarent etiam dominum uerberarentque, non intelligebant quod ab ipso exuerentur, laboremque aduersus sese prouocarent. Dicit enim dominus: Auferam uestes meas ac lintea ne possim tegere turpitudinem eius. Rursumque, Ideo planget ac lamentabitur, incedet in calceata ac nuda, & faciet planctum ueluti draconum, ac luctum sicuti filia Sirenum. Quumque facerent ut illi iniiceretur chlamys coccinea, non uidebant aduersus sese spiritus accusationem impleri, Manus uestrae sanguine plene sunt. Caeterum quum gauderent quod spinas imponerent seruatori, caecutientes non animaduertebant, quod eas in suum ipsorum malum imponerent. Scriptum est enim, Obstupescite, mœrete, quae persuasae estis, exuamini, nuda estote, cingite lumbos, & super ubera plangite, ab agro concupiscentiae, & a uinea progenies. Terra populi mei spinas & gramen germinabit, & ex omni domo lacticia tolletur. Subfannabant dominum ut filium dei, nec uidebant quod adoptionem reijcerent, quemadmodum ipse testatur dicens: Filios generavi exaltauique, ipsi autem me reiecerunt, & ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Potauerunt illum aceto & felle, & hic uehementer caecutientes in suum ipsorum malum. Siquidem deus uineam ex Aegypto transfulerat, ac transplantauerat eam, expectauitque ut ab ea fructum acciperet, uuam & uinum. At illi dementes pro uino acetum, pro uua fel reddiderunt, in signum quod ipsorum malicia iam aequaret Sodomitas, quando quidem illorum uua fel est, iuxta quod scriptum est in Deuteronomio. Propterea dominus ac seruator noster sciens eiusmodi fructum ab illis rediturum, ante proposuerat eis similitudinem de uinea, dicens: Tolletur a uobis regnum caelorum, & dabitur genti facienti fructum illius. Praeterea diuiserunt uestimenta domini militibus, haud perspicientes, quod aduersus ipsos inter gentes fieret diuisio. Ait enim propheta: ecce dies domini ueniunt, & diuidentur spolia tua in te, & congregabo omnes gentes

gentes in bellum super Hierusalem, & capietur ciuitas, diripientur domus, & mulieres polluentur. Ac rursum, Nunc deuorabit rubigo haereditates illorum. Et quemadmodum ait Micheas, In die illo assumetur in te parabola, & plangetur planctus emmei dicens, Mira misera facta est diuisio populi mei, diuisus est funiculus. Non erat qui prohiberet eum ut auerteretur, Agri uestri diuisi sunt. Atque ut cõpendio dicam, ausi facinus aduersus dominum, aduersus seipsos diem illum prouocarunt quae praedixit propheta, Diem enim iudicij domini, ac retributiones iudicij Sion, & uertentur ualles eius in picem, & terra illius in sulphur, eritque terra eius ueluti pix ardens nocte ac die, nec extinguetur in secula temporum. Et ascendet fumus eius sursum, in generationem desolabitur, & habitabunt in ea uolucres, & erinacij, & ibes, & corui, & iniicietur super eam funiculus geometriae deserti, & onocentauri habitabunt in ea. Principes eius non erunt, & reges, ac magnates eius erunt in perditionem, & pullulabunt in ciuitatibus illorum ligna spinosa, & in munimentis illorum, & erit stabulum Sirenum, ac mansio passerum, & occurrent daemonia cum onocentauris, & clamabunt alius ad alium, Et ibi requiescent onocentauri, Inuenerunt enim sibi requiem. Illic nidulatus est erinacius, & seruaui terra sobolem eius sine periculo. Haec accidebant Iudaeis, dum existimarent sese dominum interficere. Haec in sese prouocabant, quum uociferarentur aduersus seruatorem. In his condemnati sunt, dum student condemnare dominum. Ac mihi qui uolet, accedat, fiatque iudex, non ex rebus obscuris, sed ex ipsis quae gesta sunt ueritate expendat, consideretque quis sit dominicae mortis fructus, quod contra lucrum Iudaicarum insidiarum. Mors enim seruatoris orbem redemit, & gentes deum glorificauerunt. Iudaeorum autem furor simul cum ipsis perdidit ciuitatem, ipsosque obcaecauit a cognitione dei. Domini mors mortuos uiuificauit, Iudaeorum insidia Iudaeos ipsos uita priuauerunt, & nunc sunt absque domino mortui, Et crux seruatoris gentium ecclesiam prius desertam reddidit habitatoribus frequentem, Iudaei contra sua ipsorum malicia sese ex orbe terrarum in solitudinem eiecerunt, nec hodierno die habent ciuitatem. Et rursum, mors seruatoris regnum caelorum ostendit, Iudaei uero per furorem etiam reges suos perdidit, suosque magnates deiecerunt. Ad haec crux domini, angelos cum hominibus copulauit, & inter utrosque conciliauit amicitiam, Iudaei uero domino fruente insidias, hoc lucrifecerunt, quod cum daemone habent dominum ciliam. Mors Christi leuiorem reddidit hominum stulticiam, quam per peccatum priuati ratione contraxerant: Iudaei uero per iracundiam ratione priuati sunt, ac nunc cum Sirenibus, erinacis, ac passeribus, morum similitudine conuiuunt, monstrosos habentes mores, qualis est onocentaurus. Etenim pro lege etiam apud illos est legis transgressio, pro mansuetudine iracundia, in similitudinem serpentis, neque profus quicquam est apud illos, quod eis non adferat mortem. An non igitur aequum est, ut mortem adoremus, ac discedamus a Pharisaeorum concilio? An non par est, ut crucem adoremus potiusquam Iudaeorum mundi que lucrifaciamus amicitiam? Nam & ideo beatus Paulus scribit, Omnia arbitratus sum detrimentum, ut lucrifaciam Christum. Ideo crucem ducit sibi gloriae dicens. Mihi uero ablit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Propterea ipse etiam dominus dicebat, Quicumque non tulerit crucem suam, meque sequutus fuerit, non est me dignus, nec potest meus esse discipulus. Verum hic multa cautione nobis est opus, ne iuxta Iudaeorum morem tollamus crucem, & non ad exemplum Pauli. Nam Paulus quidem gestabat crucem ueluti trophaeum deuisi peccati, Iudaei uero portant in signum quod dominum occiderint. Eoque cauendum est ac uigilandum, ne dum inculamus Iudaeos, eadem quae illi fecerunt, faciamus aduersus dominum. Multi siquidem adorantes dominum, sed uitam illo indignam uiuentes, non animaduertunt se reos esse mortis seruatoris. Quisquis enim comederit panem, aut hiberit calicem domini indigne, reus est corporis & sanguinis domini, Apostolus ita testificatur. Et qui odit fratrem suum, non diligit dominum, id quod fecerunt Iudaei. Hoc ait Solomon, Qui despicit pauperem, afficit eum contumelia qui fecit illum. Qui negligit pauperem esurientem, aut nudum, similis est Iudaeis, qui dominum exuerunt, quicque illi in potum dederunt acetum & fel. Item qui accipit munera aduersus innocentes, nihil differt ab eo qui uendit dominum, uidelicet Iuda. Nam & hic iustitiam quae est Christus, uendit, quemadmodum ille uendit Dominum, Et qui non iudicat pro or-

Cruce quomodo tollenda Christianis

phano, neque ius reddit uiduae, idem est cum his qui struxerunt insidias domino, qui falso criminati sunt eum. In summa, qualiacunque quis fecerit erga proximum, ea perire de aestimantur quasi in dominum facta sint, qui nostra causa descendit, nostra causa mortuus est. Nam hunc in modum ipse Dominus loquitur in Evangelio, Quamdiu feceritis uni ex pusillis his, mihi feceritis. Ac rursus legis, quod opera precium est & scire & obseruare, Qui scortatur, propriam quidem animam perdit, ceterum idem cum Iudaeis contumelia afficit templum, & corpus domini. Etenim qui dei templum corrumpit, perdetur a domino, quemadmodum scribit Paulus. Rursus in quo regnat peccatum, nihil differt a Iudaeis negantibus ac dicentibus se non habere regem dominum, nisi Caesarem. Quisquis autem uictus tenetur a uoluptatibus, immo potius qui se illis oblectat, ne nesciat, quod ipse quoque postulat Barrabam, quemadmodum fecerunt Iudaei, Dominumque occidit. Similiter enim Iudaei improbos Barrabae mores amantes, uirtutem repulerunt. Sciat autem qui fide robustus non est, se talem esse, quales erant illi diffidentes quum dicerent. Si filius est dei, descendat nunc de cruce, & credemus ei, quandoquidem & illi ob diffidentiam loquebantur ista. Quid igitur de his faciendum est? Nihil aliud, quam ut credamus Christo, & iuxta huius doctrinam uitam agamus, quemadmodum & Paulus ait, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, Iudaeorumque fugiamus & amicitiam & incredulitatem & sannas & fabulas, & genealogias interminatas, quae quaestiones praebent potius quam aedificationem dei, quae est in fide, sed adhaereamus cruci, ac deinceps uitam agamus illa dignam, ut ipsidem uocibus utamur cum Paulo, Absit ut ego glorier, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Nam si hoc modo uitam instituemus, si in Christo fiduciam collocabimus, cognoscemus eiusdem ascensum in caelos, & ad patris dextram cum maiestate sessum, & angelorum subiectionem uidebimus, & alterum illius ad nos cum gloria reditum, quem expectant angeli, celebrant sancti, omnes autem uidentes exultant, gaudentes in Christo Iesu, per quem patri gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

DE HOC QVOD SCRIPTVM EST, EVNTES IN
uicum qui contra uos est, inuenietis pullum alligatum.

Apparet esse
fragmentum ex
opere quopiam
deceptum. Torquet
scripturas,
quasi lucens



VI ea quae super terram sunt sapiebant, dei preceptum negligebant, & in huius uitae facultatibus laborabant: hi priusquam eis contingeret inuenire bona, in ignorantia uersabantur. Arbitror enim & sapientissimum illum Solomonem hac de causa dicere. Tempus est quaerendi, & tempus est perdendi. Peccasti, quiesce. Nam & quondam uersans in ignorantia, perniciem accersisti animae tuae, tamen nunc tempus est ut quaeramus eam. Quemadmodum & Dominus noster in Euangelio docet dicens, Quaerite & inuenietis. Quando autem inueniemus eam, nisi nunc, posteaquam Dominus adueniens soluit nos a diaboli uinculis. Sicut & beatus Apostolus docet dicens. Ecce tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Adest igitur tempus, amittendi peccatum, quod nobis offundebat tenebras. Tempus inuitat ad quaerendum quod aberrarat, ut soluamur a uinculis. Venit enim ille qui uinctos soluit, qui erigit elisos: uenit qui praedicat remissionem captiuis, ac caecis redentem uisum. Tunc enim saliet ut ceruus, is qui claudus erat, & explanata erit lingua balborum. Quamquam & alioqui, adijciamus animum ad id quod dictum est. Excitat enim nos ad desiderium Solomonis dictum, quum ait, Tempus quaerendi & tempus amittendi. Postquam enim multo iam tempore aberrarat genus humanum, diabolicum uersutia perditum erat, accidit tempus quaerendi illud, atque a captiuitate reuocandi, eoque uinculis liberandi. Oportebat enim nos quaerere, discereque, quod litera quidem occidit, spiritus autem uiuificat. Hoc igitur perfecto, tempus erat amittendi simul in litera sitam umbram, propterea quod usque ad tempus correctionis illa fuerant imposita. Verum simul atque apparuit quod erat perfectum, antiquatum est id quod erat ex parte. Quum enim essem paruulus, loquebar ut paruulus, quum uero factus sum uir, irrita feci quae erant paruuli. Nimirum ipse seruator dicit: Qui inuenit animam suam, perdet eam, & qui perdidit animam suam propter

pter me, inueniet eam: hoc est, qui quaesierit animam, & inuenierit eam in peccatis, festinet illam perdere, nec sinat illam in malicia demorari, ut opportunitate data, denuo quaesitam inueniat in uirtute. Quisquis enim extra supplicium uoluerit animam suam inuenire, in praesentia sentiet perdet eam, ut Christum crucifigat. Quid autem sit hic animam perdere, docet seruator, non ut exitum animabus nostris accersamus, sed ut in tempore martyrii, quum est testimonium perhibendum Christo, non parcamus, non possessionibus, non liberis, non parentibus, non corpori, postremo, ne ipsi quidem animae, sed tradamus nos ipsos usque ad mortem, ut quemadmodum dicebam, inueniamus animam nostram in regno caelorum. Nam ita docet seruator dicens. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Si quis igitur uult inuenire animam suam, perdet eam in hoc tempore. Perdenda est igitur in nobis malicia, ut quaesitam uirtutem inueniamus. Nam nisi quis desistat ab iracundia, quomodo mansuetudinis habebit curam? Nisi quis profligat a sese debellatam scortationem, quomodo proficitur pudicitiam. Primum enim oportet nos amittere, studium & amorem omnem pecuniae, & idololatriam, atque ita demum quaerere paupertatem & religionem. Quasiui enim, inquit, quem diligebat anima mea, quasiui eum, & inueni eum, & induxi eum in domum matris meae, & in conclaue eius quae concepit me. Nam his uerbis designatur Christus, qui propter peccata nostra descendit a caelo, conceptus ac natus est, & in praesepe reclinat, donec seruaret hominum genus. Hic siquidem parcens nobis, nunc quoque mittit suos discipulos in uicum qui erat ex aduerso, dicens ad illos, Euntes in uicum qui contra uos est, inuenietis pullum alligatum, soluite & adducite ad me. Eunt Apostoli, soluunt pullum sicut praeceperat Dominus. Ceterum magnorum est uirorum soluere pullum charissimi, magnorum inquam, non statura corporis, sed magnorum fide & charitate ac iustitia, magnorum prudentia, fortitudine ac uirtute. Qualis praedicatur fuisse Moses, ueluti quum de illo dicit apostolus, Fide Moses grandis factus, recusauit dici filius filiae Pharaonis. Quin & Isaac proficiens magnus factus est. Nam eorum qui hoc pacto magni sunt, est soluere pullum hunc. Atque utinam & ipse tantus essem, ut ualeam hunc pullum a uinculis soluere, quandoquidem nemo nostrum est, qui non sit alligatus peccatorum uinculis, teste scriptura quae dicit, quod quisque suorum peccatorum funibus stringitur. Optemus igitur, ut ad nos quoque mittat Iesus discipulos suos, qui soluant a uinculis quibus alligamur omnes. Nam alius nostrum uinctus est auaricia, alius irretitus scortatione, alius temulentia colligatus est, alius captus tenetur ab inanis gloriae siti, hic rursus fraudat, ille rapit rem proximi ac pauperis, alius usuram super usuram accipit, denique omnes agrotamus inopia iustitiae, omnes opus habemus curatione seruatoris. Opus inquam habemus illo, ut ad nos quoque mittat discipulos suos, qui nos soluant a diaboli uinculis. Sic enim ait discipulis suis, Ite in uicum qui ex aduerso est, inuenietis pullum alligatum, soluite eum, & adducite mihi. Ceterum quum audis uicum qui ex aduerso est, terrestrem locum intellige. Nam ipsa ciuitas est loci caelestis, quemadmodum scribit & beatus Apostolus, Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, cuius opifex & conditor deus. Ac rursus idem ait: Sed accessistis ad montem Sion, ac ciuitatem dei uiuentis Hierusalem caelestem, & ad multa angelorum milia congregata. Tales autem fuerunt omnes sancti, quotquot iuxta Paulum, eo proficiscentes, hanc expetunt ciuitatem. Audi ipsum dicentem. Nam si illius fuissent memores, unde eieci fuerant, habuissent utique tempus redeundi. Nunc autem meliorem expetunt ciuitatem, hoc est caelestem. Tales erant sancti apostoli, ac discipuli domini, qui cum Petro dicunt: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Mittuntur igitur, ut pullum de quo dictum est, soluant. Nam seruatoris nostri aduentus & humanitas, reuocauit nos ex uico qui erat ex aduerso, in suam ciuitatem caelestem, supernam Hierosolymam. Opinor enim, quod propter Ada inobedientiam, eieci fuimus e Paradiso, & in uicum qui erat ex aduerso translati. Expulit, inquit, deus Adam, ac translulit eum in locum qui erat ex aduerso Paradisi uoluptatis. Hunc igitur in uicum qui est ex aduerso, mittit Iesus discipulos suos, ut soluant de quo dictum est, pullum. Ac uide num forte ob hominem eieci in locum, qui erat e regione paradisi, discipuli mittantur a Iesu in uicum e regione situm, ut soluerent pullum. Siquidem ideo uenerat seruator relictiis nonaginta nouem ouibus quae non aberrarant, ut profectus quaereret erraticam. Et hac inuenta gaudet super illas.

simulq; cum illo gaudent angeli super uno peccatore poenitentia agente. Sed querendum est, an ob solum pulli ministerium, missi fuerint discipuli in uicū qui erat ex aduerso? No, ut siquidem, quod ante apostolos, uirtutes inuisibiles ministrarunt Iesu. Prorsus igitur, & ipsas uirtutes ab ipso doctas, dominus emisit unā cum Petro, in uicū qui erat ex aduerso, ut soluerent pullum. Audi euangelistam de domino loquentem. Et ecce, inquit, angeli ueniebant ac ministrabant ei. Caterum de natura humana Dauid clamat dicens: Panem angelorum comedit homo, panē cœli dedit eis. Ne quis igitur in corpore uersans, & in hanc uitam attractus, existimet sese in ciuitate esse. Nec enim potest, qui ea quæ sunt carnis sapit, in hac magna reperiri ciuitate, sed talis adhuc in uico uersatur. Siquidē prudentia carnis inimica est aduersus deum. Proinde scire debet, quisquis uicum inhabitat, non administrat negocia rationis arbitrio, non militat mente, non imperat sibi ipsi. Sunt hæc enim magnæ illius ciuitatis propria. Quum enim uirtute rempublicam administrauerit tum & cum sobrietate militabit, cum sapientia consultabit, cum continentia imperabit, tunc sanctorum imitator erit. Siquidem sancti non habēt hic manentem ciuitatem, sed ut antea dictum est, futuram inquirunt, cuius opifex & conditor deus. Audi siquidem apostolum dicentem: Super terram ambulantes, in cœlis cōuersationem habemus. Et, nostra uero conuersatio in cœlis est charissimī. Significat enim sanctus Paulus per hoc quod dicit, super terram ambulantes, profectum qui accedit his, qui post hanc uitā in cœlis uersaturi sunt. Profecti itaq; discipuli, soluerunt pullum hunc: quandoquidem & discipuli possunt face-
Discipulus potens intra ius sa domini
 re ea quæ à præceptore dicuntur. Multi namq; qui uidentur esse Iesu discipuli, non quemadmodum ab ipso dicuntur ita faciunt. Quin potius insidiantur ipsi præceptori, quemadmodum ille ter infelix & proditor Iudas. Qualis autem est pullus iste dilecti, ut nō unum habeat dominum, sed ut multos? Dicebant enim ad discipulos domini pulli, Quis soluitis pullum? Videlicet si sensibilis fuisset pullus iste, an nō sufficisset unum dominum illi affidere? Nunc uero multi sunt illius domini, iuxta euangelium. Dicebāt enim, inquit, domini eius ad discipulos, Quare soluitis pullum? Fortassis enim dicent ad illos, Nōne uidetis quā multi illi alsidemus? quomodo alligatus est? quomodo habemus illum deditum? Quis distrahitis à nobis quæstum nostrum? Quis soluitis expectationem nostram? Adhuc iste nobis reliquus est, & ab hoc uultis nos depelleret? Si hic solutus fuerit à uinculis, nos pro illo alligamur. Metuebant itaq; scelerati demones, quūq; uiderent solui pullum, turbabantur intra sese aduersariæ potestates, quæ nos captiuos tenebant. Verū ubi aduenit dominus noster Iesus Christus, illiusq; aduentum cognouerunt, terrore percussī sunt, posteaquā audierant illum discipulis dicentem: Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem uirtutem inimici, territi sunt quum audissent: Ite docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti: metuebant ne iste esset ille qui tenebras illuminat, audierant enim prophetam dicentem: Galilæa gentium populus sedens in tenebris uidit lucem magnam. Omnes itaq; pullo inhabitant, omnes illum circumsidebant, nullus ab eo discedebat. Talis est iste pullus, ut omnes illius domini seruent eum, Num si corporeus erat pullus iste, multi domini eius circumfedisent illū: & asellus sensibilis multorū dominorū fuisset possessio? Et quotquot illū possidebāt, alsidebāt illi. Nullus illorū gerebāt negocia, nullus illorū in foro uersatur, aliud quod agant non habent, sed omnes illi pariter circa pullum uacabāt. Aut asellus sensibilis in biuio excipitur: stabulum non habet, præsepe non habet, in forum non descendit, sed pullus sensibilis in biuio excipitur, & omnes eius domini illi alsident obseruantes eum. Hæc quum dico nequaquam tollo historiam, nec enim tollimus literam propter spiritum, sed seruamus spiritus uim per literam. uere asello sensibili dominus infedit, ex Bethania ingrediens Hierosolymam. Sic enim Zacharias uaticinatur dicens: Dicitur filia Sion, Ecce rex tuus ueniet tibi mansuetus super asinum & pullum filium subiugalis. Itaque quum historia uerum dicat, quæro res in ea defossas, quærimus repositum nobis thesaurum, quærimus spiritus uim, Non enim nudæ historia attendimus, Iudæorum enim ista dementia est, uidelicet ipse quoq; dñs noster Iesus Christus coarguens illorū dementiam ait, Scrutamini scripturas, quoniā in illis putatis uos uitam æternam habere. Verum Iudei nuda litera fame mortui erant. Nos itaq; fratres scientes quod litera quidem occidit, spiritus autē uiuificat, nō solum ad hæc reuocamus historia scripturarū, neq; more Iudæorū simplici

Discipulus potens intra ius sa domini

Oleat Origem

plici nudæq; literæ attendamus, sed quemadmodum scriptū est, scrutari scripturas debemus, ut hoc pacto testimonium ex his de Iesu comprehendere possimus. Ridebunt enim & gentes aduersum nos dicentes, deus Christianorum qui uocatur Christus asello infedit. Neq; nos dubitamus, neq; negamus illius iuxta carnem aduentum. Propter hoc enim corporaliter aduenit, ut id quod perierat quæsitum inueniret, & quod aberrarat, conuerteret. Sic enim per prophetam clamat dicens: Conuertimini filij reuertentes, & ego sana bo contritiones uestras. Sunt igitur in scripturis diuinis, res quæ significantur. Charissimī magna quædam res est iste pullus, qui & alicubi dicitur filius iunior. Siquidem pullus asinus est iuuēculus. Et nos igitur sumus ille pullus. Quod si dicimus nos, tota natura humana significatur. Hominem quem antehac captiuum ceperant domini, idem alligarāt uinculis insolubilibus, & illorum unusquisq; uincula uinculis addebat, uehementerq; illum ne posset elabi consirixerant: & quemadmodum reor etiam pedes illius alligarant, non sistentes illum transire ad meliora. Cæterū hominū amator dei filius, qui propter hoc accurrerat, mandat discipulis suis dicens ad eos: Ite in uicum qui ex aduerso est, inuenietis pullum alligatum, soluite & adducite mihi. Multa itaq; bona nobis præstitit dominus dilecti. Nō solum enim uincula nostrorum peccatorū soluit, uerum etiā nobis potestatem dedit calcandi serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici. Erat enim diabolus & huius mundi rector harum tenebrarum, qui ceperant nos captiuos, ac uinculis insolubilibus alligarant, proficere non permittebant, neq; sinebant ingredi uia bona, ac ne sic quidem nobis parcebant, uerum etiam quum haberent alligatos, tamen circumsidebant crudeles ac feroces domini. Cæterum dominus ac seruator noster Iesus Christus, qui accurrit ut prædicaret captiuis remissionem, & cæcis reducē uisum, uidelicet mittit discipulos suos: soluunt pullum, mox ubi soluisent etiam præsepe illi ædificant & pascua præparant. Sic enim propheta cupiens hoc demonstrare, dicit. Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in locum herbae ibi me collocauit. Super aquas refocillationis educauit, animam meam conuertit. Et rursum, Qui facit exoriri gramen iumentis, & herbam seruituti hominum. Itaq; conuersi posthac meliore sensu præditi simus, & agnoscamus beneficij autorem, bonaq; ab illo nobis donata prompte excipiamus. Sic enim gratias agentes possumus dicere cum Dauid. Præparasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Tale enim est & illud, cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Ac fortassis propter hūc pullum Iesus reclinatur in præsepe. An enim locū nō habebat Ioseph, quum esset uir nobilis, homo ducens originem ex genere regio, quum dicatur filius Dauid, & locum nō habebat nisi diuersorium? Nō suppetebat alius locus? uidelicet res errant diuine quæ dispensabātur: nimirū & tunc denuo aduersarius noster diabolus quum uideret res humano generi bene succedere, suo more inuidebat. Credens enim unum quempiam e uulgo esse dominum, subornat Herodem ut quæreret natum uerum regem, ut eum perderet. Siquidem proprium est scelestissimi illius pessimiq; perdere & occidere. Contra Iesu proprium est seruare & lucrifacere. Parcit enim suis creaturis: quandoquidem omnia per ipsum facta sunt. Proinde queramus uerum regem dominum nostrum Iesum Christum, excutiamus nos ipsos an soluta sint nostra uincula: & si soluti sumus, proficiamus in melius: quod si nondū soluta sunt tua uincula, trade te ipsum discipulis Iesu: ad soluti enim qui soluant uos, potestate hac à seruatore accepta, quoniā quicquid ligaueritis super terram, erit ligatum in cœlis, quicquid solueritis super terram erit solutum in cœlis. ac rursum: Quorumcunq; remiseritis peccata remittuntur eis. Beati igitur quorum remissa sunt peccata, & quorum teatæ sunt iniquitates. Dicebant itaq; domini pulli ad discipulos, Quis soluitis pullum? Illi uero respondentes dicebant, quia dominus eius operā desiderat. Vides discipulorū sapiens responsum. Quū enim audissent falsi domini pulli, quod is qui re ipsa uereq; dominus erat, operā eius desideraret, nullum retulere responsum, sed terga dederunt, nō amplius audentes cōtra dicere. Protinus igitur festinant ad principem suum diabolum, renunciant illi quæ acciderant. Ac uide illic conciliū & conspirationem aduersus dominū. Conglomeratur illic tota uis aduersaria, & fit cōgregatio malignantiū, ut impleretur quod dictum est à propheta, Astitērunt reges terræ & principes cōgregati sunt in idē, aduersus dominū, & aduersus Christū eius. Dicūt em̄ ad diabolum scelesti demones, Quid facimus? pullus solutus est, abiit ad dominū suū, non amplius tibi subiectus

Solue di potestas

est, non amplius illi dominaris? Cogitabat deinde pauidus diabolus quæ facturus esset Iesu. Tunc cōgregantur scribæ & pharisæi in atrium eius qui dicitur Caïpha, & cōcilium inierunt aduersus Iesum, ut eum perderent. Ignorabant enim infelices, quod huius mora nobis immortalitatem largiretur, & huius descensus, nobis in cœlum ascensum pararet. Surrexit enim dominus, triduanus à mortuis, spoliavit inferos hoste conculcato, morte destructa, peccati quo tenebamur uinculis disruptis, & compeditos liberauit dicens, *Surgite camus hinc, Proinde liberati è seruitute diaboli agnoscamus eum unde nobis hæc beneficia profecta sunt, glorificemus patrem & filium & sanctum spiritum, Vnam deitatem confiteamur. Sic enim uersantes regnum cœlorum hereditate possidebimus in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.*

Ludit citans

Sequens opus si est Athanasij, mire deiecit filium ad captum uirginis, tamen ob antiquitatem uerti.

DE VIRGINITATE SIVE DE EXERCITATIONE



PRIMVS sermo salutis, factus est ad uirginem. Primū omnium crede in unum deum, patrem omnipotentem, uisibilem pariter & inuisibilem conditorem: & in unicum eius filium Iesum Christum, qui est ex substantia patris eidem æqualis per omnia, qui erat ante secula: & in spiritum sanctum qui est in patre ac filio, qui à patre mittitur, ac per filium datur. Pater, & filius, & spiritus sanctus, tres personæ, una deitas, una potestas, unum baptisma. Siquidem ipse deus non ster, qui est pater uniuersorum, sex diebus fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in his sunt. Ipse enim exornauit cœlum sole & luna, stellisque pulcherrimis: similiter & terram decenter fundauit supra aquas, exornans eam plantis & arboribus omnijugis: huius iussu manant amnes melliflui, fontiumque perennes scatebræ profiliunt, præcepitque terræ, & produxit carnem ac genuit omnes bestias terræ iuxta suum quodque genus. Mandauit aquis, & produxerunt pisces, fecitque cete grandia. Omnium autem postremū condidit hominē, cui tradidit omnia in famulatū. Dixit enim deus filio suo, Faciamus hominē iuxta imaginem, iuxtaque similitudinē nostram. Et formauit dominus deus hominem sumpto luto de terra, & collocauit eum in paradiso deliciarum. Immisit autem deus Adæ stuporem ac soporauit, sumptaque una de costis eius impleuit carnē pro ea, & edificauit costam quam sumperat, in mulierem, & adduxit illam ad Adam, dixitque Adam, Hæc nunc caro de carne mea, & os de ossibus meis. Hæc uocabitur uirago, quoniā de uero sumpta est. Propter hoc relinquet homo patrē suā ac matrē, & agglutinabitur uxori suæ & erunt duo in carnē unā. Audi ancilla Christi, audiā omnes quicūque uolunt salui fieri, & auribus accipiant uerba oris mei, suscipiantque aures tuæ uerba diuino afflatu prodita. Mysterium enim, inquit, hoc magnū est, quēadmodum ait beatus Paulus, quoniā quū adhæret uir uxori, unū corpus sunt ambo: ita rursus, quisquis uir, aut quęcunq; mulier adhæret domino, unus spiritus est. Etenim si qui mundo adglutinantur, relinquūt patrē ac matrē, & adiunguntur hominibus mortalibus, quāto magis uirgo cōtinens debet omnia terrena relinquere solique domino adglutinari. His quę dico ipse etiā Apostolus attestat, dicens: Mulier innumpta, sollicita est de his quæ sunt domini, ut sit sancta corpore & spiritu: quæ uero nupta est, sollicita est de his quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uiro, & diuisa est. Hoc igitur dico, quod omnis uirgo uidua uē, cōtinens, si habuerit sollicitudinē in hoc mundo, ipsa cura maritus eius est. Quod si possessiōes, si facultates habeat, ipsa sollicitudo polluit illius mentē. Quēadmodum enim per maritū corpus polluitur, sic & affectiones mūdane animā simul & corpus cōtinentis polluūt, nec iā est sancta corpore ac spiritu. Ceterū eius quæ curat opus dei, sponsus est ipse Christus. Quæ enim uiro mortali desponsa est, quod uult uir ipsius, facit. Sic enim dicitur est, quod uxor sui corporis potestatem nō habet, sed uir. Ac rursus, Quēadmodum ecclesia subdita est domino, sic & uxores maritis in omnibus. Ex rebus enim mūdanis, si uelimus, res cœlestes intelligere licet. Porro quæ cœlesti sponso iuncta est, facit quod uult sponsus ipsius. Hæc est autem uoluntas Christi, ut quisquis ipsi adhæ-

ut connectit

Virgo Christi

καλως

Virgo Christi

si qualis

ipsum adhæret, ne quid omnino huius seculi secum adferat, neque terrenarum rerum cura teneatur, sed de sola crucifixi cruce gloriatur, eamque baiulet, eius curam ac sollicitudinem gerat noctu pariter atque interdū, utque incessanter laudem & gloriam ipsius, hymnis celebrat, utque mentis oculum habeat illuminatum, quo uideat quæ sit uoluntas ipsius, eamque perficiat, ut simplex habeat cor, ut animū purum, ut sit misericors, ut quemadmodum ille misericors est & miserator, sic & hic illum sequens mitis sit ac quietus, tolerans malorum, neque cuiquam malum pro malo reddat, multas sustinēs contumelias, quemadmodum ipse à Iudæis affectus est contumelijs, plagasque perpeffus est, & sustinuit cruciatus, Nam ipse hæc pertulit. Quum enim alapa percussus esset à seruo pontificis, nihil fecit, tantum dixit: Si male loquutus sum, perhibe testimonium de malo. Si uero bene, quare me cedis? Quā terræ præceperat, ut Dathan & Abiron uiuos deuoraret, poterat efficere, ut & hunc qui manum extenderat uerberatque conditorem suum, uiuum absorberet, sed pertulit, nobis exemplum relinquens, ut nos ipsius sequamur uestigia. Tu porro homo, nō sustinēs à cognato tibi homine affici contumelia? Imitare dominum tuum. Etenim si ille, quum esset deus, tua causa sustinuit ab homine peccatore cædi alapa, tu indignaris, quod homo tui similis, in te dixit conuictum, ac moliris in illum talionem? O miram dementiam, o insipientem incogitantiam. Propter hoc & nobis ultio parata est, & ipsi nobis ignem accendimus, quod quum simus ratione præditi, ratione carentibus animantibus nos ipsos similes reddamus. Vehementer humilis uenit in hunc mundum, & quum esset diues, propter nos egenus factus est, ut nos illius inopia ditekceremus, & quum esset deus propter nos homo factus est, ac natus est ex deipara Maria, ut nos eriperet è potestate diaboli. Uir de nos seruare cupiens, facit seipsum stultum in hoc mundo, ut apud deum habeatur sapiens. Homines enim, eos qui dare callent & accipere, emere ac uendere, tractare suffraganeque res proximi, usurpare aliena, foenerari, atque ex uno obolo facere duos, prudentes appellant. Deus autem illos fatuos, imprudentes & peccatores uocat. Audi siquidem quid ipse deus per Hieremiam prophetam loquitur. Populus hic, filij imprudentes sunt, ut faciant mala, bonum autem facere nesciunt. Item beatus Paulus, Sapientia mundi huius, stultitia est apud deum. Rursus, Qui uult fieri sapiens, stultus fiat ut sit sapiens. Iterum dicit idem, fratres nolite fieri pueri sensibus, sed malicia paruuli estote. Deus enim uult uos ad res terrenas stultos esse, sed ad cœlestes prudentes. Nam aduersarius noster diabolus malicia sapiens est, & nos oportet sapienter inuadere, quo uincamus illius insidias, quas malis artibus in nos struit. Loquitur enim & saluator in Euangelijs, estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Verum qui sapiens apud eum uocatur, hic est qui sapiens est ad explendam dei uoluntatem, & ad seruanda illius mandata. Magnū salutis remedium est, animus modestus ac submissus. Etenim satanas non ob scortationem, aut adulteria aut furtum deiecius est è cœlis, sed ob superbiam ipsius deiecit eum deus ad inferiores partes abyssi. Sic enim dicebat, Ascendam & ponam sedem meam in conspectu dei, & ero similis altissimo, ac propter hunc sermonem deiecius est, factaque est illius hereditas ignis æternus. Itaque superbia in diabolo est, modestia in Christo. Nam ipse dominus dicit, qui uult inter uos esse magnus, sit omnium seruus, Deus enim humilium est. Diligamus uehementer ieiunium, magna custodia est ieiunium, & deprecatio atque elemosyna. Liberant enim hominem à morte. Siquidem quemadmodum propter cibum & inobedientiam eiecius est Adam è paradiso, sic rursus per ieiunium & obedientiam qui uult ingreditur paradysum. Hac uirtute orna corpus tuum o uirgo, & plasebis cœlesti sponso. Etenim quæ mundo sese applicant, & unguentis, odoribus, aromatibus, preciosisque uestibus, auroque corpora sua exornant, ut placeant hominibus, deo place re non possunt. Christus aut nihil horum petit abs te, sed tantummodo cor purum, & corpus immaculatū, ieiunioque castigatum. Quod si qui uenerint dixerintque tibi, ne ieiuna frequenter, alioqui redderis imbecillior, ne credas illis neque auscultaueris eis. Nam diabolus illos subornauit. Memento quod scriptum est, quum tres pueri ac Daniel captiui tenebantur à Nabueodonosor rege Babylonis, alijque pueri cum illis, rexque illis præcepisset, ut ederent de mensa ipsius, biberentque de uino ipsius, Daniel ac tres pueri nolabant uesci de mensa regis, sed dicitur Eunucho, qui eos curados susceperat, Da nobis de leguminibus terræ & comedemus: atque illis eunuchus, Metuo regē qui præscripsit uobis cibū & potū, ne quando

Prudentia ne

ra

Modestia

Ieiunium

quando uisae fuerint facies uestrae tristes in oculis regis, praeter alios pueros uescentes de mensa regis, & condemnet me: Dixerunt autem illi, Tenta famulos tuos dies ferme decem ac da nobis: deditque illis legumina in cibum & aquam ad bibendum, & adduxit eos in conspectu regis, & uisae sunt facies illorum insignes supra pueros alios uescentes de mensa regis. Videte quid facit ieiunium, & morbos sanat, & pituitam corporis exiccat, & demones eicit, & cogitationes prauas excutit, & mentem reddit splendidior, & cor purum & corpus sanctificatum, & throno dei commendat hominem: Ac ne putes haec temere dici habes testimonium in Euangelijis quod a seruatore dicitur. Interrogauerunt eum discipuli ipsius dicentes, Domine ostende nobis, quomodo immundi spiritus pellantur. Dixit autem dominus, Hoc genus non eicitur nisi precatione & ieiunio. Quisquis igitur ab immundo spiritu turbatur, si cogitauerit usque fuerit hoc Pharmaco, nimirum ieiunio, proptinus spiritus malus in angustiis redactus discedit, territus ieiunio. Nam prorsus gaudent daemones crapula & ebrietate, corporisque requie. Magnam uim habet ieiunium, magnaque per illud sunt benefacta. Nam unde & homines ingenita perferunt miracula, unde per eos signa fiunt, unde sanationes aegrotantibus per hos donat deus, nisi omnino per exercitationem ac macerationem corporis, perque modestiam animi, per bonam uitae moderationem. Ieiunium enim angelorum uita est, qui illo utitur, in angelorum ordine est. Ac ne putes dilecta, quod res uulgaris sit ieiunium. Non enim qui tantum ab edulijis ieiunat, ille praestat uirtutem, sed qui abstinet ab omni malo opere, huic imputatur ieiunium. Etenim si ieiunes nec serues os tuum ne loquatur sermonem prauum, aut iracundiam, aut mendacium, aut perurium, aut si loquaris contra proximum tuum, si hac inquam prodierint ex ore ieiunantis, nihil profecit, uerum etiam totum laborem suum perdidit. Tu igitur ancilla Christi, & omnes quotquot uolunt consequi salutem, si ieiunaueris, purifica te ipsum ab omni auaricia. Nam qui diligit pecuniam, non potest deum diligere: radix enim omnium malorum est auaricia. Inanem gloriae cupiditatem & arrogantiam uehementer fuge. Si tibi suggererit cogitatio quod facta es magna pulchraque, quodque profeceris uirtute, ne credideris illi: inimicus enim est, qui obstat, quique inanem gloriae cupiditatem submittit. Ne sustineas igitur cogitationem subeuntem animu tuum. Quod si tibi suggererit cogitatio dicens: Noli laborare adeo moleste, poteris fieri salua, ne audas illam, inimicus enim est qui suggerit remissionem ac negligentiam, quo desinat a tuo probo uitae instituto: Multrae sunt enim artes quibus hostis utitur aduersus seruos dei: Suggestit enim hominibus, ut illis subeant cogitationes ad efferendum cor ipsorum. Tu uero ne recipito laudem hominum: Quod si quis tibi dixerit, beatus es, dic illi, si exiueris ex hoc corpore recte peracta uita, tunc beatus fiam, nunc autem non credo mihi ipsi quod sim beatus: Siquidem homines ueluti uentus, sic mutamur: Frequenter autem suggerit tibi ut contempnas uescentes, ne credideris illi, alienus enim est: sed omnium minimum te ipsum estimato, ut multos praecedas in regno caelorum, atque apud deum sublimis fias. Suggestit autem inimicus etiam magnam exercitationem, ut corpus imbecille & inutile reddas. Tu uero in ieiunio perseverato, ieiuna totum annum etiam si nulla cogat necessitas, Hora uero nona diei quae iam in hymnis & precibus perseveraueris, sume panes tuos cum oleis consperis oleo, omnia pura quaecumque carent anima. Tu uero uirgo ne quis cognoscat exercitationem tuam, ne ex proprijs quidem tuis cognatis, sed si quid facis in occulto facito, & pater tuus caelestis qui uidet in occulto reddet tibi in aperto: Quod si manifestaueris uitam tuam, nascitur tibi uana gloria damnoque afficit: quod si quam inuenieris animam concordem laborantem deo, quemadmodum & tu facis, huic soli patefacito secretum. Illic non est inanis gloria, dixisti enim ut seruetur anima, Multam mercedem accipies, si per te seruata fuerit anima: His qui audiendi cupidi sunt loquere ea quae conducunt, quod si non audierint nec fecerint ne quid loquaris, Dicit enim deus. Nolite dare sancta canibus, neque proijcatis margaritas uestras ante porcos. Canes enim ac porcos appellat deus eos, qui infamem agunt uitam. Nam margaritae sunt preciosa dei eloquia, quae solis dignis dantur. O beata anima quae audierit hos sermones scriptos in libro hoc, & quae fecerit eos, testificor omni homini audienti uerba haec & facienti, quod nomen eius scribetur in libro uita, & in tertio ordine angelorum inuenietur. Si oras aut psallis aut legis, sola sedeto, ne quis audeat nisi tu sola. Aut nisi habueris concordem unam aut duas uirgines, dicit enim Christus, ubi

Ieiunium non a cibo tantum

Pecunia contemptus

Gloria

Tentationes uariae

Cibus

Sermo

Precatio

stus, ubi duo aut tres sunt congregati propter nomen meum, illic sum in medio illorum. Depone muliebrem affectum & sume fiduciam fortitudinemque. Nam in regno caelorum non est masculus & foemina, sed omnes mulieres quae strennue se gesserunt, uirorum ordinem fortiuntur. Obluiscere iuuenilium ornamentorum, ut accipias honorem illius pulchrae uiduae: ait enim sic Paulus, Honora uiduas quae uere uiduae sunt: quae uero uera uidua est ac desolata, spem habet in deo & perseverat in precationibus & obsecrationibus nocte ac die: quae uiuit in delicijs, uiuens mortua est. Vidua eligatur non minor annis sexaginta, quae fuerit uirum uxor, si filios educauit, si hospites excepit, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subministravit, si in omni opere bono fuit assidua: iuniores autem uiduas rejice, Quum enim lasciuierint aduersus Christum, nubere uolunt, habentes condemnationem, quod priorem fidem irritam fecerunt. Tu uero si non facis quae habent speciem iuuenilem, non audis iuuenula, uerum etiam anus appellaris, proque anu honoraris. Substantia uestium tuarum ne sit preciosa, pallium tuum nigrum, non tinctura tinctum, sed natiuo proprioque colore, aut ad concharum speciem accedens, Tum maphorium crassum cuiusdem coloris, ac manicae lanee quae tegant brachia, usque ad manuum digitos: Capitis pilos habeto circumtonsos, deinde uitra lanee caput obcingat, adhuc cucullus & humerale crassum. Quod si occurras homini, tecta facie esto, in humum defixis oculis, nec attollas faciem tuam aduersus hominem, sed deo tantum exhibeas tuo. Quum stabis ad orandum, sint pedes tui tecti calcis. Nam hic amicus decet sacris uacantem. Ne nuderis, sed noctu pariter & interdum uestis tua tegat corpus tuum nudum. Ne qua mulier uideat corpus tuum nisi summa cogat necessitas. In id ne ipsa quidem scias te nudatam corpore. Postea quam enim deo continentiam professas es, corpus tuum sanctificatum est, templumque dei factum. Non conuenit autem ut dei templum a quoquam nudetur. Prospera ualitudine non ibis ad balnea, nisi summa urgeat necessitas. Nec corpus tuum totum immerges aqua, quoniam sacra es domino deo, nec ulla re mundana contaminabis carnem tuam, sed solum faciem lauat, solasque manus ac pedes. Quum faciem laueris, non lauabis ambabus manibus, neque defricabis genas uultus tui, nec adhibebis herbam, neque nitrum, neque quicquam his ad simile. Nam haec faciunt mundo deditae, sed aqua pura lauat. Non unges corpus tuum unguento precioso, nec adhibebis uestibus tuis aromata preciosa. Quod si corpus tuum fuerit imbecillius, utere modico uino propter stomachum. Si uero, quod deus auertat, incideris in afflictionem, tu ipsius curam habeto, ne des animum hominibus ut dicant tibi hanc afflictionem accidisse ex duricia uita. Verum priusquam te quisquam admoneat, prospicias tibi, donec conualueris, ac rursus ad eandem redas regulam. Per omne uita tempus in ieiunijs, precibus & eleemosynis perseverato. Beatus qui auscultat his nocte ac die, Ne recedat sermo dei, ab ore tuo. Sit autem semper opus tuum, scripturarum meditatio. Habeto psalterium, ac psalmos edisce. Sol exoriens uideat librum in manu tua. Post tertiam horam, peragito communionem, quoniam hac hora adductum est lignum crucis. Sexta hora celebrato preces cum psalmis, opprobriationibus & obsecrationibus, quoniam hac hora filius dei sublatus est in cruce. Hora nona rursus esto in hymnis & laudibus dei cum lacrymis confitens peccata tua, deo supplica, quoniam hac hora dominus in cruce pendens reddidit spiritum. Post communionem autem horam nona comede panem tuum, gratias agens deo, super mensam tuam hunc in modum, Benedictus deus, qui alis me a iuuentute mea, qui das alimoniam omni carni, imple gaudio & laticia cor meum, ut semper omnem habentes sufficientiam, abundemus in omne opus bonum in Christo Iesu domino nostro, cum quo tibi gloria & honor & imperium una cum sancto spiritu in secula seculorum Amen. Quumque accumbens mensae coepertis frangere panem, primum ter signato, deinde gratias agens dicit, tuo, notam nobis eam fecisti, & quemadmodum hic panis erat super mensam distributus, & congregatis factus est unum, sic tua congregetur ecclesia, a finibus terrae, in regnum tuum, quoniam tua est potentia & gloria in secula seculorum Amen. Quod si tecum aduerint duae tres uel uirgines, gratias agant super panem appositum, simulque conuiuentur. Porro si reperiat in mensa catechumena, ne conuiuetur cum fidelibus, neque discumbas ad edendum panem cum illa. Rursum non discumbes ad edendum panem

Virago

Cultus idolo

Balnea

Uandio

Lectio

Charistia

Uana gloria

Sunt apud

Panis iace

Conuictus

dum panem tuum cum mulieribus solutioribus, ac scurrilibus, nisi compellat necessitas, Tu enim sacra es domino deo, tuusque cibis ac potus sanctificatus est, nam precibus sacrisque uerbis sanctificatur. Virgines pie deoque dedit tecum capiant cibum. Non cenabis cum mulieribus superbis, neque tibi conciliabis amicitiam cum muliere fastuosa. Ait enim diuina scriptura. Qui tangit picem inquinabitur, & qui commercium habuerit cum superbo, similis illi reddetur. Quum mulier diues accumulat mensam tuam, si uideris interea mulierem pauperem, inuita illam ad edendum, nec erubescas ob diuitis presentiam. Noli diligere gloriam apud homines magis quam gloriam apud deum. Deus enim pauperum pro nihilo habitorem deus est. Felix anima quae seruat haec. Non est bonum adolescentulam habere consuetudinem cum puellis. Alio qui nihil faciunt boni, utraque enim alterius monitis non auscultat, utraque alteram contemnit. Sed bonum est ut adolescentula sit sub anu, Neque enim anus obsecundat adolescentulae. Va uirgini quae non est sub regula. Est enim ueluti nauis non habens gubernatorem. Et enim quum fractis gubernaculis non habeat uis ductorem, iaciatur fluctibus huc & huc donec impingat in saxum, moxque deperit, sic est omnis uirgo non habens quem uereatur. Beata uirgo quae fuerit sub regula, Erit enim ueluti frugifera uitis in paradiso. Siquidem ueniens agricola illius perpurgat palmites irrigatque, reuellens malas herbas in circuitu eius. Illa uero habens deum cultorem, reddit preciosum fructum suum in tempore oportuno. Obserua uero inter edendum ac bibendum, ut glorifices deum hymnis qui solent super mensam dici, & erit cibis ac potus tuus sanctificatus. Vbi uero surrexeris a mensa, rursus gratias agens dicito.

Regula

ter. Misericors & miserator dominus, cibum dedit timentibus ipsum. Gloria patri & filio & sancto spiritui. Postque gloriam deo dictam, rursus perfice precationem, sic dicens, Deus omnipotens, ac dominus noster Iesus Christus, nomen quod est supra omne nomen, gratias agimus tibi, ac laudamus te, quod nos tuorum bonorum fecisti participes, uidelicet corporaliu alimentorum, Rogamus & obsecramus te domine, ut & coelestes nobis epulas largiaris: da nobis tremere ac reuereri adorandum ac preciosum nomen tuum, ne praetergreddamur praecpta tua, Legem tuam & iustitias tuas inlere cordibus nostris. Sanctifica uero spiritum nostrum, animam nostram & corpus nostrum per dilectum filium tuum Iesum Christum dominum nostrum, cum quo tibi gloria, honor & imperium in secula seculorum amen. Sunt enim quidam mundo dediti, qui carent intelligentia, brutorum animantium more pascuntur, mane surgentes quarunt quem circunueniant, quem opprimant, ut expleant foedum ipsorum uentrem. Hi non norunt ad mensam glorificare deum. De his loquutus est diuinus ille Paulus, Hi sunt inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus uenter, & gloria in pudendis eorum qui terrena sapiunt. Nostra uero conuersatio in caelis. Isti deteriores sunt & bestiis & iumentis. Siquidem iumenta feraciter norunt conditorem suum deum, eumque laudant, Homines uero qui manibus illius conditi sunt, & ipsius imaginem gerunt, non norunt eum a quo sunt conditi, sed ore quidem confitentur illum, factis autem negant eum. Tu credis esse deum, bene facis, & daemones credunt & contremiscunt, Fides sine operibus mortua est. Quid proderit homini, si confiteatur esse deum, quum suis malis factis abneget illum? Quomodo profitebitur se illum habere dominum, quum illi non seruiat? Propter hoc enim dicitur dominus eius. Et serui agnoscunt eos a quibus empti sunt. Proinde nos quoque debemus honorare eum, non uerbis tantum, sed & factis. Siquidem ipse dominus noster Iesus Christus in Euangelio testatus est dicens, Non omnis qui dicit mihi domine intrabit in regnum caelorum. Et rursus, Non assumes nomen domini dei tui in uanum. Rursum alibi praecipit nobis dicens, Discedat ab iniquitate quisquis nominat nomen domini. Sed uis ne scire quod bestiae & iumenta norunt deum ac laudant illum? Audi sanctum spiritum praecipientem illis in hymnis, Benedicite bestiae & omnia pecora dominum, nisi benedicerent, nequaquam illis praeciperet. Nec illa solum benedicunt, uerum etiam omnis creatura uisibilis & inuisibilis sine intermissione benedicit deum. Et tu igitur famula dei, siue surgis, siue sedes, siue quid operis facis, siue edis, siue dormitura petis cubile, siue expergiseris, ne recedat laus dei a labijs tuis. Beatae aures quae excipiunt hos sermones. Quod si uenerit hora duodecima, maiorem & crebriorem celebres communionem cum uirginibus tuis quas habes unanimes: Quod si non habueris unanimum, sola peragito deo praesente

Gratiarum actio

& audiente. Bonum est effundere lachrymas in conspectu dei. Memento horae duodecimae, quoniam in hac Dominus noster descendit ad inferos, quum uidisset illum tartarus, in horruit expauitque dicens. Quis est iste, qui cum potestate magnae uirtute descendit? Quis est qui portas inferorum ferreas contriuit, et uectes adamantinos confregit? Quis iste qui descendit e caelis, & crucifixus est, & a me morte teneri non potuit? Quis est iste, qui soluit uincula eorum qui tenebantur a me captiui. Quis est iste, qui sua morte me mortem destruit. Propterea debemus nobis cauere in hora illa, cumque lachrymis noctu inuocare dominum. Magna enim uirtus est lachryma, ingens benefacium, magnaque peccata & iniquitates lachrymis abolentur. Testimonium praebet mihi sanctum Euangelium. Quum enim seruator traditus esset Iudaeis, tum Petrus illum cum iureiurando ter abnegauit, priusquam cantaret gallus. Sed Christus conuersus intuitus est Petrum, & recordatus est Petrus uerbi domini, quomodo dixisset ipsi, Priusquam gallus cantet, abnegabis me ter. Et egressus foras, fleuit amare. Vides remedium lachrymarum, uidisti qualem iniquitatem deleuerint. Quid enim hoc malo peius, quod ter cum iureiurando dominum abnegauit, & tantam iniquitatem lachrymis deleuit. Vides quantam uim habeant lachrymae. Nam illa scripta sunt ad nostram correptionem, ut nos illa sequentes uitam aeternam hereditate possideamus. Non multi habent gratiam lachrymarum, sed hi tantum qui mentem habent in caelis, qui rerum terrenarum sunt oblitii, qui non faciunt provide ntiā carnis, qui ne norunt quidem an sit mundus, qui mortificauerunt membra quae sunt super terram. His solis datus est luctus lachrymarum. Quum enim puram habeant mentem ac perspicaces cordis oculos, adhuc uerfantes in terris, uident poenas inferorum, & cruciatus sempiternos, quibus puniuntur peccatores, uident ignem aeternum, ac tenebras exteriores, uident fletum ac stridorem dentium. Simul autem uident & coelestia munera quae deus largitus est sanctis, uident glorias & coronas, stolasque sanctas, uestesque regias, ac lucida penetralia, & delicias inenarrabiles ac uitam sempiternam. Sed quid differo dicere, quod est omnium maximum miraculum? Quod quisquis habet puram mentem, ipsum etiam deum internis oculis contempletur. Qui non igitur fiat, ut non uelit flere lugereque qui talia uideat. Flet enim ac plorat, ut liberetur ab illis acerbis supplicijs, rursus plorat obsecransque postulat, ut coelestibus illis bonis dignus habeatur. Eoque sancti oderunt hunc mundum, scientes qualium bonorum hereditatem sint habituri. Itaque qui requiem habet in hoc mundo, ne speret aeternam illam requiem. Regnum enim caelorum, non est eorum qui hic requiescunt, sed illorum qui in afflictione multa atque angustia peregerunt hanc uitam. Non enim acceperunt illud gratis, sed cum magnis laboribus, perpetuisque sudoribus id sibi parauerunt, quos dignatus est deus. Non est illis curae quantumcumque hic laborauerint. Verum simul atque illic ingressi fuerint, obliuiscuntur laborum ac dolorum, quoscumque passi sunt in hoc uano mundo, praeter multa & inenarrabili refocillatione ipsis data. Quid ais homo? Ecce duae uiae propolitaae sunt in conspectu tuo, uita & mors, quocumque uolueris ito: & ecce ignis & aqua, quocumque uolueris extende manum tuam: in te situm est an uelis parare uitam, & in te situm est an uelis parare mortem. Mors igitur est mundus, uita autem est iustitia: procul igitur mundus abest a iustitia, quantum mors abest a uita. Itaque si ambulaueris in mundo, in morte ambulas, & extra deum iuxta diuinam scripturam, Sin in iustitia ambulaueris, in uita ambulasti, nec te tanget mors. Non est enim apud iustos mors, sed translatio. Transferuntur enim ex hoc mundo in aeternam requiem. Et quemadmodum aliquis egreditur e carcere, sic & sancti egrediuntur ex hac misera uita, ad bona ipsis preparata, quae oculus non uidit nec auris audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quae praeparauit deus diligentibus ipsum. Peccatores autem praeterquam quod hic misere affliguntur, etiam illic iterum ignis eos manet. Tales igitur oportet duplici nomine flere, & quod hic in angustia sunt, & quod illic amplitudinem non recipiunt. Propterea dicit diuina scriptura. Quocumque se uerterit impius perdetur, angusta enim illi sunt undique, & illic dolores & hic afflictiones. Non est enim homo qui non laboret in misera uita, siue mendicus siue diues, siue seruus siue liber, siue peccator siue iustus, omnes similiter laborant. Idemque casus occurret omnibus, tum peccatori, tum iusto in hoc mundo. Illic uero non est eodem modo, sed alius atque alius ordo: alius enim labor iusti in hoc mundo, alius peccatoris. Nam iustus quidem laborat, non ut uentrem expleat, neque omnino carnis curam habet, neque cogitat se gestare carnem, sed

Synaxis, hora duodecima quae nobis opinor est septima uespertina

Tom. 8 F laborat

Lachrymarum laus

Arbitrium

symplocia

symplocia

laborat noctu & interdū quærens deum, Sape nec somno, nec pane, nec aqua saturatur, nec explet animum, in desertis oberrans, subigens corpus in multa afflictione, donec assequatur coronam inenarrabilem ipsi repositā. Peccator autem laborat sudatq; nō iustitiæ causa, sed ob miserā hanc carnem, ob fœdam mulierem, alijs aq; alijs modis laborans, nec contentus his quæ adfunt, in malicia & inuidia uitam agens. Verum nihil horum intelligunt isti uecordes, exca cavit enim illos materia, multaq; mundi sollicitudines, & in errorem ducunt, donec mittatur aduersus ipsos ille seuerus carnifex, qui non miratur faciem, nec accipit dona. Abducentur enim illorū animæ ut ab angelis inclementibus, & ferent sententiā suam à deo. Nam quum essent inanes, etiam inaniter laborarunt in hoc mundo, res terrenas operati sunt, eaq; propter in interitum abierunt. Non enim memores fuerunt dei quum essent in terra, neque fuit illis curæ recordari timoris domini, propterea q; nec ipsi futuri sunt ei curæ. Iustus enim deus, & iustum iudicium eius. Quum enim uenerit iudicaturus mundum, tunc reddet unicuique iuxta opera sua. Beatum cor quod accipit hæc. Media nocte surgito & laudato dominum deum tuum. In hac enim hora surrexit dominus noster à mortuis. Et laudibus celebra patrem, propter hoc in hac hora præcepit nobis laudare deum. Quum autem à somno surrexeris, cum primis hunc uersiculum dicito, Media nocte surgebā ad confitendum tibi, ad iudicia iustificationis tuæ. Et orans incipito dicere quinquagesimum psalmum totum donec perfereris. Et hæc sint tibi singulis diebus præscripta, Hos autem psalmos dicito quantum potes stans, ac post psalmum precatio genuumq; flexio addatur cum lachrymis, commemorasq; domino peccata tua, postulesq; ut remittantur tibi. Post tres autem psalmos dic Alleluia. Quod si etiam uirgines fuerint tecum, & hæc psallant, atque aliā post aliam precationem perficite. Diluculo uero hunc psalmū dicite. Deus deus meus ad te de luce uigilo. Sitiuit in te anima mea. Intra spiratio uero sit, Benedicite omnia opera deo, Gloria in excelsis deo, & reliqua. Cæterum dilectionem seruemus omnibus maiorem. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximum tuum sicut teipsum. In his duobus præceptis tota lex ac prophetæ pendent, Deus charitas est, & ipse prior dilexit hominem, ac seipsum tradidit pro nobis, ut nos liberaret ab iniquitate. Si igitur ipse dominus noster mortuus est pro nobis, nos quoq; debemus pro nobis inuicem animas nostras ponere. Deus charitas est, & qui habet charitatem, deum habet, Ipse enim dixit. In hoc cognoscent omnes quod mei discipuli estis, si diligatis inuicem. Quantum cumque laborarit homo, si non habuerit charitatem erga proximum, frustra laborauit. Sic autem declarabis charitatem erga proximum, non uerbis tantum, sed etiam factis. Non tenebis aliquam maliciam in corde tuo, alioqui non ascendet precatio tua pura: Non enim occidet sol super iracundiam uestram. Mansuetudinem habe, patientiam habe, animi lenitatem, placabilitatem. Dicit enim dominus. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non intrabitis in regnum cœlorum. Ne te contristet, si quid molestiæ acceiderit tibi, neque damno contristeris, neq; iniuria. Nam huius mundi tristitia mortem operatur. Tantum pro peccatis tuis contristeris, de leuioribus autem negotijs ne contristeris. Ne exaltes uocem tuam irascens erga quampiam: Famulam autem domini non oportet litigare. Non egrediatur execratio ex ore tuo, non contumelia, non maledictum. Nam os tuum sanctificatum est in laudem & gloriam dei. Non est bonum te prodire absq; magna necessitate. Silentium ama quantum potes. Ancillarum dei ne obliuiscaris, neque deleantur è corde tuo. Si sanctus uenerit in domum tuam, sic illum excipe ut filium dei. Dicit enim dominus noster Iesus Christus. Qui recipit uos me recipit. Si ingrediatur uir iustus in domum tuam, cum metu & tremore occures illi, & procumbes ad pedes illius in terra. Non enim illum adorabis, sed deum qui misit illum: Sumes autem aquam & lauabis pedes illius, summaq; cum ueneratione audies uerba eius. Non cōfides prudentiæ tuæ ne cadas, sed metue. Quamdiu enim timueris nunquam cades, expedit enim ut quæ continenter uiuit, sola panem suum comedat. Quod si accubueris cum uirginibus ad mensam, quicquid apponitur comede cum illis: nam si non comederis deprehenderis quasi condemnare illas. Non efferes ac prodes exercitationem tuam. Quod si etiam uinum illæ biberint, tu uero non bibas, propter illas bibe paululum. Quod si fuerint magnæ anus, coegerintq; te bibere plusquam satis, ne auscultaris illis, sed dic eis. Vos deriuistis iuuentutē uestram in multa exercitatione, ego uero

Nox media

Diluculum

Confessio

Charitas

Condonatio

Ira

Silentium


Hospitalitas

Ciborum delectus

uero nondum perueni ad primū gradum uestrum. Nam de hospitalitate & elemosyna non habes opus ut te moneā, quandoquidem ex te ipsa facies. In ecclesia taceto, nec quicquam facias, ne precipitanter hoc feceris, ne illudat te inimicus. Cum consilio maiorum, omnia facito. Quum psallis aut quum oras, ne admiseris extraneas cogitationes ingredi cor tuum. Obsecro te dilecta, attende & ausculta præceptis his, quæ scripta sunt in libro hoc, nec solum oculis uisibilibus considera quæ scripta sunt, uerum etiam internis, & attende unicuiq; præcepto, eaq; facito. Nam si hæc seruaueris digna habebis regali thalamo. Ne dixeris in corde tuo, quomodo possum hæc facere, ne segnicies obrepas cogitationi tuæ, sed cum omni animi promptitudine serues ea. Diligentibus enim deum præcepta dei non sunt graua. Omni hora ne deficiat oleum lampadi tuæ, ne quando ueniat sponfus & inueniat eam extinctam. Neque enim scis quando sit uenturus, an primo somno, an mane. Esto igitur parata, ut quum uenerit, cum sapientibus occurras illi, habens oleum in lampade tua, hoc est opera tua bona. Singulis horis recordare exitus tui, habe præ oculis cotidie mortē. Memento cui oporteat te exhiberi. Grauis est exercitatio, difficilis continentia, sed nihil dulcius cœlesti sponso. Hic laboramus paulisper, illic autē uitam æternā recipiemus. Ait enim sanctus Paulus. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Bonū est effugere turbam, & secedere in solitudinem. Magna uirtus continentia, magna gloria castitas, magna sunt uirginitatis præconia. Uirginitas diuitiæ incōprehensibiles. Uirginitas corona immarcescibilis. Uirginitas templum dei, & sancti spiritus domiciliū. Uirginitas margarita preciosa, apud multos lateas, à paucis uero uix inuenitur. O cōtinentia amica dei, & apud sanctos laudata, o cōtinentia uulgo inuisa, sed ijs qui te digni sunt nota, o cōtinentia mortē & inferos effugies, & immortalitati adherens. O cōtinentia gaudium prophetarū, apostolorum gloria, O cōtinentia angelorū uita, & sanctorum hominū corona. Beatus qui te tenet, beatus qui per patientiam tibi constanter adheret, quoniam postq; paululum laborauerit, multa recipiet munera in te. Beatus qui per totum hoc tempus ieiunauit, quoniam in æterna Hierosolyma habitabit, cumq; angelis choreas ducet, cumq; sanctis prophetis & apostolis quietem habebit. Hæc tibi scripsi dilecta soror de choro Christi, ad confirmationem & utilitatem animæ tuæ. Ne declines igitur ab his sermonibus, nec ad dextrā, nec ad sinistram. Quisquis enim hos sermones auditos cōtempserit, cōdemnatio magna erit illi. Tu uero charissima soror mea det tibi deus hæc seruare, in his conuersari, illuminatam mentem, purum animum, illuminatos oculos cordis, ut accipias immarcescibilem coronam, quam præparauit deus diligentibus ipsum, per dominum & seruatore nostrum Iesum Christum, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Virginitatis laus

DE HOC QVOD DICTVM EST IN EVANGELIO,
Quicumq; dixerit uerbum aduersus filium hominis remittetur ei, Qui uero dixerit contra spiritum sanctū, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro.



QVOD literis tuis mihi significaras de dicto Euangelico, ignosce charissime, conscientiam habens bonam. Verebar enim prorsus ingredi questionis huius profundum, ne si eò me demissem cogitatione, exortum inuestigare deficerent uires ad extrahendū illic abditā profundā intelligentiā. De hoc igitur in totū silere uolebā, ac solis ijs quæ antehac scripta sunt contentus esse. Cæterum quoniā coniectabam fore, ut rursus eadem de re pergeres ad me scribere, cōpuli me ipsum ut meam qualemcunq; sententiam, quam super hoc didici, perscriberem, confidens futurum, ut si quidem scopum attigerimus, amplectaris propter eum qui docuit, sin minus, non culpes, sciens uidelicet nostram socordiam & imbecillitatem. Dicum itaq; sic habet. Quū tam multa signa fierent in Euangelio, pharisæi dicebāt. Hic non eicit dæmonia nisi in beelzebub principe dæmoniorū. Dominus autē sciens cogitationes illorū, dixit illis. Omne regnū diuisum aduersus semetipsum desolatur. Quumq; dixisset, Quod si in spiritu dei eicio dæmonia, profectio peruenit ad uos regnum dei, mox infert:

Propterea dico uobis, Omne peccatū & blasphemīa remittetur uobis hominibus, sed in spiritum blasphemīa, non remittitur. Et quicumq; dixerit uerbum aduersus filium hominis, remittetur ei, qui uero dixerit aduersus spiritū sanctum, non remittetur illi, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Tu uero quærebās quam tandem ob causam blasphemīa in filiū remitteretur, ceterū in spiritum sanctum blasphemīa non habeat remissionē, nec in presenti seculo nec in futuro. Veteres quidem uidelicet Origenes undiquaq; doctus & industrius, neq; non Theognostus ille admirandus (Nam in horum cōmentarios incidī, cum tuas accepissem literas)ambo super hoc loco scribunt, dicentes hanc esse blasphemiam in spiritum sanctum, quū hi quos deus dignatus est dono sancti spiritus in baptismo relabuntur in peccatum: eoq; negant illis reliquam esse ueniā, quemadmodum Paulus in epistola ad Hebræos dicit. Impossibile est enim eos qui semel illuminati sunt degustaueruntq; bonū dei uerbum, ac uirtutes futuri seculi, & prolapsi sunt, denuo renouare ad pœnitentiā. Si quidem Origenes de talium condemnatione loquitur hunc in modum. Deus quidem & pater ad omnia peruenit, omniaq; continet, animata pariter atq; inanima, rationalia simul & rationis expertia. Filij uero uirtus ad sola ratiōe prædita pertingit. Quo in ordine sunt catechumeni & gentes, quæ nondum crediderunt. Spiritus uero sanctus ad eos solos pertinet, qui ipsius in baptisimatis dono participes facti sunt. Itaq; quū peccant catechumeni & pagani in filiū quidem peccant, eo quod in ipsis est, quemadmodum iam dictū est, post sunt tamen ueniā consequi, si adepti fuerint donum regenerationis. Verum ubi iam baptizati peccauerint, eiusmodi iniquitatem ad spiritum sanctum aiunt pertingere, propterea quod peccauit is, qui iam erat in spiritu, eoq; non remitti pœnam aduersus illum peccanti. Theognostus autē addidit hæc, qui semel atq; iterum terminos prætergressus est, minus feret supplicij, qui uero tertio contempserit, nullam ueniā consequi potest. Primum autem & secundum terminos appellat catechesin, hoc est initiationem de patre & filio, tertium uero, qui est in consummatione mysteriorū, ac sermone qui traditur in cōmunicacione spiritus, idq; cōfirmare uolens adducit illud quod dictū est à seruatore discipulis. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis capere, sed quum uenerit spiritus sanctus, docebit uos: post subiicit, tanquā ihs qui nondum capere ualere perfecti, loquitur seruator, accommodans sese ad illorum imbecillitatem, Perfectis autem adest spiritus sanctus, Verum ex his nequaquam aliquis dicere poterit, quod doctrina spiritus excellentior sit doctrina filij, sed quod filius sese demittat ad imbecillitatem imperfectorum, Spiritus autem signaculum est eorum qui perfecti sunt. Proinde non ideo irremissibilis & incondonabilis est blasphemīa in spiritum, quod spiritus maior sit filio, sed quod imperfectis detur ueniā; ihs uero qui gustauerunt cœleste donum, quicq; perfecti sunt, nulla relinquitur ad ueniā excusatio, aut pœnæ deprecatio. Hæc quidem illi. Ego uero ex his quæ didici, arbitror utriusq; sententiā nonnulla egere probatione considerationeq; si forte in illorū uerbis lateat aliquid sensus profundioris. Manifestū est enim, quod filius quum sit in patre, in his est in quibus est & pater; Nec abest spiritus sanctus, Individua enim est, sancta, & perfecta, & beata trinitas. Præterea si cuncta per filium facta sunt, cunctaq; per illum consistunt, qui possit esse extra ea quæ condidit. Quoniam autem illa non procul absunt ab eo, consequens fuerit & illum esse in omnibus, ut necesse sit, quisquis in filium peccat, aut blasphemiam dicit, eum & in patrem & in spiritum sanctum peccare. Quod si sanctum lauacrum tantum datum esset in nomine spiritus sancti, probabiliter dicerentur baptizati peccare in solum spiritum sanctum, Verum quoniam datur in nomine patris, filij & spiritus sancti, & hoc modo perficitur quisquis baptismum accipit, necessario consequitur, eos qui post baptismum transgrediuntur, in sanctam & inseparabilem trinitatem committere blasphemiam. Sed operæ precium fuerit hoc quoq; perpendere & considerare. Si dominus hæc loquutus fuisset ad eos, qui lauacrum per quod nascimur acceperant, nimirum Pharisæos, quicq; participes fuerant facti doni spiritus sancti, erat probabilis hæc istorum sententiā, ueluti dicantur hæc in eos qui relapsi fuissent, & ob id peccassent in sanctum spiritum. Verum si nec lauacrum acceperant, sed in eos potius dictum est, qui Ioannis baptisma contemnebant, quomodo hos inculsaui, tanquam blasphemos in spiritum sanctum, cuius nondum erant facti participes? Neq; enim dominus hæc in genere dicebat, neq; post futuris pœnam comminabatur, sed potius accusans Pharisæos, tanquam

πολυμαθής
καὶ φιλόσοφος

Origenis
Theognosti
opinio
Cap. 6

Theognosti
opinio

Confutatio

Alteratio
futatio

tanquā iam tanta blasphemīa factos obnoxios, loquutus est hoc dictū dominus. Porro quum pharisæi sic accusentur nondum accepto baptisimato, non poterit hoc dictū ad eos qui post lauacrum transgressi fuerint accommodari, præsertim quum eos nō generaliter de peccato, sed de blasphemīa accusarit. Nam hoc interest. Qui peccat, legem transgreditur, qui blasphemiam dicit, aduersus ipsam deitatem impietatem committit. Itaq; quum ante seruator illos de multis peccatis accusasset, ueluti quod præceptum dei de honorandis parentibus pecuniæ causa uiolarent, quod prophetarum monita reppulissent, quod ex domo dei fecissent domum negociationis, nihilo secius hortabatur illos ad pœnitentiā. Verum quum iidem dicerent, quod præsidio Beelzebub eijceret dæmonia, nō simpliciter hoc peccatum, sed blasphemiam dicebat esse tantam, ut nec condonari culpa, nec pœna remitti posset ihs qui talia fuissent ausi. Alioqui si ihs qui post lauacrum peccant ueniā gratiam ademit hoc dicto, eosq; manet commissorum ultio nec euitabilis, nec remissibilis, quomodo Apostolus ei quidem qui Corinthi pœnitentiā egerat, decernit eandem charitatē: Galatas autē qui relapsi fuerāt, parturit donec denuo formetur in eis Christus. Nam in hoc quod dicit denuo, declarat eos ante in spiritu fuisse cōsummatos. Quorū autē Nouatū inculamus, quod tollat pœnitentiā, docens quod nullam ueniā assequantur qui, post lauacrum peccauerint, si hoc dictum est ob eos, qui post baptismum peccant. Nam illud dictum quod positum est in epistola ad Hebræos, non excludit peccantiū resipiscentiā, Verum declarat unum esse baptisma catholice ecclesie, nec iterari posse. Hebræis enim scribebat, ac ne putarent iuxta legis consuetudinem, occasione pœnitentiæ, esse multas quotidie lotiones, ideo hortatur quidem ad pœnitentiā, sed non esse nisi unicam renouationem per baptismum, nec repeti posse declarat, quemadmodum & in alia dicit epistola, Vna fides, unum baptisma. Non enim dixit, Impossibile est pœnitere, sed impossibile per occasionem pœnitentiæ renouari quempiam e nobis. Plurimum autem interest, Nam quum pœnitent homo, cessat quidem à peccando, sed habet uulnerū cicatrices, Ceterum qui baptizatur, ueterem quidem hominem exuit, renouatur autem ut denuo renatus, per spiritus gratiam. Hæc sanè perpendenti mihi, maior sese offert in hoc dicto sensus profunditas. Quapropter, multis precibus prius inuocato, qui sedit super puteum, quicq; super mare ambulauit domino, ad dispensationem quæ pro nobis in eo facta est, reuertor, si quem forte ex hac queam sensum in hac lectione latentem adipsi. Tota quidem igitur diuina scriptura hanc dispensationem annunciat prædicatq;, sed per hoc maxime quod Ioannes prædicauit dicens: Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Deinde Paulus, scribens, Qui in forma dei quum esset, non rapinam existimabat, esse æqualem deo, sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens, & habitu repertus ut homo, humiliauit seipsum, obediens factus usq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter hoc enim quum esset deus, factus homo, ut deus excitauit mortuos, cunctosq; sanauit uerbo, & aqua uertit in uinum. Nec enim erant hæc hominis facta. Ut autē corpus gestans, sitit, fatigatus est, & passus est. Neq; enim hæc erant propria diuinæ naturæ. Et ut deus quidem dixit, Ego in patre, & pater in me. Velut autē corpus gestans arguebat Iudæos, Quid me queritis interficere, hominem qui ueritatem loquutus sum uobis, quam audiui à patre. Facta sunt autem hæc non separatim iuxta rerum quæ gerebantur qualitatem, ut alia essent corporis absq; deitate, alia rursus deitatis absq; corpore, sed cōiunctim fiebant omnia, & unus erat dominus, qui hæc omnia mirabiliter sua ipsius gratia operabatur. Expuit enim humano more, & spiritum habebat uim diuinam; per hoc enim effectit, ut eius oculi qui erat à natiuitate cæcus, uisum recipere. Item quū uellet ostendere se esse deum, humana lingua declarans hoc, dicebat: Ego & pater unum sumus. Sola autē uoluntate sanauit, tamen porrecta manu erexit focrum Petri febricitantem, & archisynagogi filiam iam defunctam à mortuis excitauit. Proinde hæretici quidem iuxta suam quicq; doctrinam insanierunt, & alij nihil cernentes in seruatore nisi corporalia, negabant illud, In principio erat uerbum; alij rursus, ea quæ sunt diuinæ naturæ contemplantes, ignorauerunt illud, uerbum caro factum est. Ceterū fidelis & apostolicus uir, sciens domini charitatē erga genus humanum, ubi uidet signa deitatis, admiratur corpore indutū dominū: rursus cōsiderans ea quæ sunt corporis propria, supra modum obstupescit, animaduertens in illis uim operantis deitatis. Quum autē ad hunc se modum habeat ecclesiastica fides, nonnulli flectentes oculos ad

Peccatū
blasphemīa
quid differat.

Nonatus

Impossibile
est renouare,
quomodo in-
telligendum

Ad Arianos

humana, quum uident dominum sitientem aut fatigatum aut morientem, si tantum garrant aduersus seruatorem, uelut aduersus hominem, peccat quidem grauius, possunt tamen cito resipiscant, adipisci ueniam, quum excusare possint corporis imbecillitatem. Rursum quum alij quidem contemplantes diuinitatis opera, dubitant de corporis natura, peccant quidem & isti grauius, quod quum uideant edentem ac morientem, tamen imaginantur esse phantasma. Attamen hoc quoque Christus facile potest ignoscere poenitentibus, quod & isti habeant quod excusent, uidelicet opera modum humanae naturae superantia. Verum postea quum utriusque generis inscientia caecitatemque supergressi, qui uidebantur habere legis scientiam, quales tum erant Pharisei, in insaniam uersi fuerant, & ipsum uerbum in corpore uersans, pertinaciter abnegabant, aut etiam deitatis opera diabolo aut huius daemonibus attribuebant, merito pro tali impietate poenam habent irremissibilem. Nam & diabolus habebat pro deo, & cum qui uere, re ipsa deus erat, existimabant nihil plus in operibus posse, quam daemones. In hanc igitur impietatem prolapsi fuerant illius temporis Iudaei, ac Iudaeorum Pharisei. Quum enim seruator exhiberet opera patris, nam mortuos excitabat, caecis uisum donabat, claudis dabat ingrediendi facultatem, surdis aperiebat aures, mutis praestabat ut loquerentur, declarabatque creaturam sibi subditam esse, imperans uentis, & super ipsum ingrediens mare, turba quidem stupebat & glorificabat deum, ceterum mirabiles illi Pharisei, talia facta dicebant esse Beelzebub, nec uerebatur deus, dei potentiam ascribere diabolo. Vnde merito seruator declarabat illos committere blasphemiam, quae nec excusari, nec remitti posset. Nam donec respicientes ad humana claudicabant animo dicentes, Nonne hic est ille fabri filius, & quomodo iste nouit literas, quum non didicerit, Et quod facis de templo signum? & descendat nunc de cruce, & credemus ei, ferebat illos, ac uelut in filium hominis peccarent, dolens super illorum caecitate dicebat, Sa nouissetis & uos quae ad pacem. Nam & magno illi Petro, quasi de homine loquuta fuisset ostiaria, itaque respondisset illi Petrus, dominus fletu dedit ueniam, Verum ubi iam lapsi conciderunt, & ad maiorem deueniunt insaniam, adeo ut dei opera dicerent esse Beelzebub, non amplius tolerabat eos. Siquidem in spirituali illius uirtute committebant blasphemiam, dicentes eum qui haec faceret, non esse deum, sed Beelzebub, eoque uelut aulos non ferenda, aeternis ad dicit supplicij. Nam id audere dicere, perinde erat, ac si uideres ordinationem mundi, & circa hunc numinis prouidentiam, dicant creaturam a Beelzebub esse conditam, & solem Beelzebub obtemperantem oriri, & propter hanc stellas uolui in caelo. Quemadmodum enim haec opera sunt dei, ita erant & illa patris opera. Quod si illa erant Beelzebub, necessario consequitur & haec esse Beelzebub. Et ubi iam superest illis illud, In principio fecit deus caelum & terram, uerum nihil habet nouum aut mirum haec illorum insaniam. Quandoquidem & horum patres simili mente praediti in eremo, quum paulo ante exissent ex Aegypto, uirtutum fructus xerunt, eisque beneficia a deo profecta accepta ferentes dicebant, Hi dii tui Israel, qui reduxerunt te ex terra Aegypti. Ob hanc itaque blasphemiam, ex his qui tum talia fuerant ausi protinus haud pauci, sed plurimi sublati sunt. In posterum autem denunciabat illis deus dicens: Quocumque die uisitauero, adducam super illos peccatum ipsorum. Nam quum dicitur & illi de panibus & aqua murmurabant, haec tenus illos tolerabat deus, quasi si qua nutrix filij sui te dium in nutricando toleraret: Verum ubi iam ad maiorem deueniunt insaniam, & quemadmodum canit aduersus eos spiritus, mutauerunt gloriam eius similitudine uirtuti comedentis gramen: hic quum essent ausi non ignoscenda, praecipit acceperunt, ut ait scriptura, de fabricando uirtute quem fecit Aaron. Itaque quum nunc quoque similia auderent pharisei, similem a seruatore tulere sententiam, pro meritis quae ab illis & tum receperat & nunc recipit dominus creditus esse Beelzebub, ut illos in aeternum ignis qui praeparatus est deo ret, una cum ipso Beelzebub. Neque enim iam comparationem ullam faciens inter blasphemiam in ipsum dictam & in spiritum sanctum, talia dixit. Nequaquam, sed praueuientis docuit quod omnia quae habet pater essent filij, & quod ab ipso spiritus accepturus esset, quodque idem spiritus glorificaturus est & filium, quodque nequaquam spiritus daret filium, sed quod filius spiritum praeberet discipulis, ac per hos ceteris qui in ipsum crederent. Non igitur ad eum modum locutus est seruator, sed ueluti blasphemiam in ipsum dicta, in ambos fore dicta, altera quidem minor, altera grauior, haec locutus est dominus. Siquidem ipsi pharisei utramque dixerant. Nam & hominem quum uiderent, impetebant illum conuictis: Vnde

Vnde huic sapientia haec: Et, quinquaginta annos nondum habes & Abraham uisisti: Et patris opera conspicientes non solum abnegabant illius diuinitatem, uerum etiam loco diuinae naturae dicebant in eo esse Beelzebub, & huius esse opera. Propterea tanquam utraque in ipsum dicerentur, quum altera blasphemiam esset leuior, propter humanam imbecillitatem, altera grauior propter deitatem, ob grauiorem pronunciauit aduersus eos uindictam non remittendam, uidelicet discipulos obiter animans ac dicens, Si patrem familiam uocauerunt Beelzebub: seipsum dicebat esse patrem familiam, in quem Iudaei tales blasphemias ascriberent. Quod Iudaei dicentes in Beelzebub, nullum alium quam ipsum dominum ascriberent conuictio, perspicuum est quod dicebatur. Sin in spiritum sanctum dicta blasphemiam in ipsum dominum dicitur, simul & totum dictum ad ipsum pertinere significabat seruator ista loquens. Ipse est enim totius mundi pater familiam, Neque enim grauari oportet eadem, certitudinis causa, denuo dicere. Sitire, fatigari, dormire, caedi a lapidis, edere hominum sunt propria, opera uero quae fecerat dominus, non sunt hominum, uerum dei erat illa facere. Quum igitur quidam, sicut dixi prius, haec uidentes in dominum uelut in hominem dicebant conuicta, leuiori supplicio damnabantur, quam hi qui dei opera tribuebant diabolo. Tales enim non solum sancta projiciunt canibus, uerum etiam deum comparant diabolo, & quod lumen est, dicunt esse tenebras. Hanc igitur Phariseorum blasphemiam non esse remittendam Marcus addidit dicens, Quicunque uero blasphemiam dixerit aduersus spiritum sanctum, non habet remissionem, sed reus est aeterni delicti, quoniam dicebant, Spiritum immundum habet. Et ille qui caecus fuerat a nativitate uisu recepto testificabatur, A seculo non est auditus, quod aliquis aperuit oculos caeci nati: nisi hic esset a deo, non posset facere quicquam. Ac turbae mirantes super his quae fiebant a domino, dicebant, Haec uerba non sunt habentis daemonium, Num daemonium potest aperire oculos caecorum? Ceterum Pharisei qui putabantur imbuti lege, qui dilatabant fimbrias, qui sese uenditabant tanquam plus aliquid scirent ceteris, ne sic quidem erubescerent, sed iuxta id quod scriptum est, Infelices immolabant daemonio & non deo, dicentes dominum habere daemonium, deique opera esse daemionum. Hoc autem illis accidit non ob aliud, nisi tantum ut negarent eum qui haec condidit deum esse, deique filium. Etenim si esus & corporis aspectus demonstrabat eum esse hominem, quum non & ex operibus perspiciebant illum esse in patre, & patrem in illo: Verum nolebant perspicere, sed illi potius habebant Beelzebub in ipsis loquentem, ut ex humanis quidem eum tantum hominem esse putarent, ex operibus autem quae erant dei propria, non similiter illum deum esse profiterentur, sed pro illo Beelzebub qui in ipsis erat faceret deum, ut cum illo deinceps aeterno cruciarentur incendio. Quin & ipsalectionis obseruatio uidetur mihi tale quiddam significare, demonstrans utraque blasphemiam ad eundem dominum peruenisse, eoque quum de seipso loqueretur & filium hominis dixisset & spiritum, ut ex illo quidem ostenderet sese corporeum esse, ex spiritu uero spiritualem suam intelligibilem, uerissimamque deitatem declararet. Nam posse consequi ueniam reulit ad filium hominis, ut significaret corpoream ipsius naturam. Ceterum blasphemiam aduersus spiritum non remittendam declarauit ad spiritum pertinere, ut uerbis distinguens spiritum ab hac corporea natura, suam ostenderet deitatem. Hanc autem sermonis formam etiam in Ioannis euangelio perspexi, ubi quum de corporis cibo differens, uideret eo sermone multos offensos, ait dominus, Hoc uos scandalizat, si igitur uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius: Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam, uerba quae ego loquutus sum uobis, spiritus sunt & uita. Et hic siquidem utraque de se praedicaui, carnem & spiritum, ac spiritum a carne distinxit, ut non tantum quod uidebatur, sed hoc etiam quod in illo erat inuisibile credentes discerent, quod ea quoque quae loquebatur non essent carnalia, sed spiritualia. Quot enim hominibus suffecisset corpus ad eum, ut hoc totius mundi fieret alimentum, sed hac de causa meminit ascensus in caelum filij hominis, ut corporalem cogitationem ab eis auelleret, & posthac discerent, carnem de qua fuerat loquutus, cibum esse supernis coelestem, & spiritualem alimentum ab ipso dari. Quae enim dixi uobis, inquit, spiritus sunt & uita. Quod idem ualet ac si diceret, Quod quidem ostenditur oculis ac datur, pro mundo dabitur alimentum, ut spiritualiter haec in uno quoque distribuatur, fiatque omnibus conseruatorium ad resurrectionem aeternae uitae. Sic & Samaritanam dominus abstrahens a rebus sensibilibus, spiritum appellauit deum, ne postea corporaliter sed

spiritualiter cogitaret de deo. Sic & propheta contemplans uerbum carnem factum dixit, Spiritus faciei nostrae, Christus dominus, ne quis ex eo quod ex oculis patebat putaret dominum nihil aliud esse quam hominem, sed audiens spiritum, cognosceret deum esse in corpore. Ergo iam utrumque perspicuum esse poterit, quoniam qui dominum considerat de se ipso loquentem, si tantum ea spectet quae sunt corporis, non credens autem dicat, Unde huic sapientia haec, peccat quidem, ac tanquam in filium dei dicit blasphemiam, Caterum si uideat illius opera, quae fiebant per spiritum sanctum, dicatque eum qui illa faceret non esse deum neque ipsum filium dei, sed ea tribuat Beelzebub, manifestam admittet blasphemiam, negans illius diuinam naturam. Etenim quum in euangelico sermone, sicuti crebro dictum est, dicit se filium hominis, demonstrat naturam suam carnalem ac humanam. Vbi uero spiritum nominat, hoc agit, ut declaret ipsum esse sanctum spiritum, in quo omnia faciebat. Unde quum opera faceret dicebat, Si mihi non creditis, uel operibus credite, uti cognoscatis quod ego in patre, & pater in me. Porro quum esset corporaliter immolaturus seipsum pro nobis, hac ipsa de causa profectus Hierosolymam, dicebat discipulis suis, Dormite & requiescite, ecce enim propinquat hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Nam opera quidem efficiebant, ut deus uerus esse crederetur, sed mors declarabat ipsum uere gestare corpus, eoque congruenter eum qui tradebatur appellabat filium hominis, Nam uerbum immortale est, & intrangibile, & ipsum est uita aeterna. Verum ne ipsi quidem crederent Iudei, ac ne ea quidem ex his quae populus aperiebat, oculo uidere uoluerunt. Unde rursum placide redarguit illos dominus dicens, Si praesidio Beelzebub ego eicio daemonia, si huius uestri cuius praesidio eiciuntur? Ideo ipsi erunt iudices uestri. Quod si spiritu dei eicio daemonia, nimirum peruenit ad uos regnum dei. Et hoc loco dixit in spiritu dei, non quod minor esset spiritu, aut quod spiritus ea operaretur in ipso, sed ut rursus declararet quod quum esset uerbum dei, ipse per spiritum operaretur omnia, simulque doceret audientes, quod quatenus opera spiritus ad Beelzebub referebant dementes, simul & ex impuro spiritu dicerent haec proficisci. Qua fronte igitur quum haec audeant Iudaei, postea ualent accusare gentes, eo quod sibi fingunt simulacra, hisque nomen dei tribuerunt? Par enim est horum infania illorum infania: Et fortassis horum scelera sunt illorum ausis maiora, propterea quod quum super hoc legem accepissent, tamen per legis transgressionem deum afficere contumelia. Quid autem faciant qui tales blasphemias committunt, quum legerint prophetam Esaiam, audierintque signa aduentus Christi haec esse, caecis redditum uisum, claudis ingressum, mutis loquelam, mortuorum resurrectionem, leproso curacionem, surdis patefactas aures. Nam horum etiam operum quem tandem uolunt esse autorem? Etenim si dixerint deum, se ipsos coarguent admittente impietatis in dominum. Nam quae propheta praeuidens dixit futura, haec ipse dominus adueniens fecit. Quod si praecipiti occurrat audacia, non ueriti fuerint dicere, quod illa quoque praesidio Beelzebub facta sunt, merito ne paulatim proficientes in impietate, ubi legerint quis dedit os homini, quis fecit furdastrium ac mutum, uidentem ac caecum, aliaque his similia: rursus insanientes dicant has quoque uoces esse Beelzebub. Nam cui tribuunt donum reddendi uisum, huic & non uident causam ascribant oportet. Nam propheta sermo declarauit utrumque ab eodem fieri. Prorsus autem hoc dicentes tandem sentient & humani generis conditorem esse Beelzebub, Siquidem eius qui condidit, est habere potestatem eorum quae condita sunt, Quum Moses dixerit, In principio fecit deus caelum & terram: & ad imaginem dei fecit deus hominem, Etiam Daniel libere loquatur Dario, Non ueneror idola manu facta, sed deum uiuentem, qui condidit caelum & terram, quique dominium habet omnis carnis: nisi rursus uersa sententia dixerint, caecitatem, claudicationem aliaque corporum uitia a conditoris corruptione proficisci, Ceterum horum curacionem, & in eos qui affliguntur beneficentiam, opus esse Beelzebub, Verum haec excutere leuitatis est. Nam istiusmodi stultiloquentia cum impietate coniuncta est, dementium est, & plusquam mente captorum, eo quod non saltim potiora per comparationem tribuunt deo, sed Beelzebub ascribunt infanti. Non enim istis curae est si corrumpant diuinarum scripturarum dogmata, tantum ut negent Christi aduentum, Verum alterum erat impijs faciendum, ut aut ex corporalibus non despicerent dominum ut hominem, aut ex operibus nimirum, confiterentur illum uerum deum: sed omnia praepostere faciebant, quum hominem cernerent, ut homini conuiciabantur, rursus diuina

ius diuina conspicientes opera, negabant deitatem, & confugiebant ad diabolum, existimantes cum talibus ausis se posse effugere, ne ab ipso uerbo cui fecerant contumeliam condemnarentur. At magi quidem incantatores ac uenefici Pharaonis, tametsi multa tenerant, tamen uidentes prodigia, quae per Moysen fiebant, submisere sese, tergaque dederunt dicentes, digitum esse dei qui ista faceret, Pharisei uero & scribae quum totam dei manum uiderent operantem, cernerentque tum plura tum maiora quam uiderant illi, quae per Christum seruatore[m] fiebant ea dicebant a Beelzebub fieri, quem magi quoque tametsi peculiariter erat ipso[rum] deus Beelzebub, tamen confitebantur eum, ne minimum quidem illorum facere posse. Quis igitur sermo, istorum insignem insaniam uerbis possit assequi? aut quis (ut inquit propheta) queat aliquid cum eorum iniquitatibus conferre? Nam praese se & iustos reddiderunt Sodomitas, uicerunt gentium ignorantiam, & magorum Pharaonis uecordiam superant, neque cum ullis conferri possunt, nisi cum ijs qui cum Ario insanunt, quod utriusque in eandem insaniam inciderint. Nam Iudaei quum uiderent opera dei per filium tribuebant ea Beelzebub, Ariani uero quum eadem uideant opera, creaturis annuerant dominum ea facientem, dicentes illum esse ex non extantibus, nec fuisse priusquam fieret. Ac Pharisei quidem quum uiderent dominum in corpore murmurabant dicentes, Quum tu quum homo sis facis teipsum deum? Hi uero cum Christo belligerantes, cum uident illum patientem ac dormientem, blasphemijs impetunt dicentes, Qui ista patitur non potest esse uerus deus, nec filius eiusdem cum patre natura. In summa, si quis uelit utrorumque peruersam intelligentiam inter sese collata[m] expendere, conperiet, ut dixi, illos simul in profundum marinae dementiae prolapsos esse, ideoque tum his tum illis ultionem fore non remittendam, pronunciauit dominus dicens, Qui uero dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro. Idque iure meritoque, Quam enim implorans inuenire poterit propiciationem qui negat filium, aut quam uitam, quam uere requirit expectabit, qui repulerit eum qui dicit, Ego sum uita, Et, uenite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam uos? Ergo quum hi hoc modo dent poenas, perspicuum esse debet, quod ij qui conseruant pietatem aduersus Christum, utranque naturam illius adorantes, & eam quae est secundum carnem, & eam quae est secundum spiritum, nec ignorantes illum esse filium dei, neque negantes filium hominis esse factum, uerum credentes quod in principio erat uerbum, & uerbum caro factum est, regnaturi sunt in aeternum in caelis, iuxta sancta promissa eiusdem domini & seruatoris nostri dicens, Abibit illi quidem in cruciatum aeternum, iusti uero in uitam aeternam. Haec tibi breuiter ex his quae didici scripsi, tu uero non ut absolutam doctrinam, sed tantum ut occasionem a me datam accipe. Iam quod superest tibi sensum exactissimum, tum ex euangelij uerbis, tum ex psalmis decerpens, collige ueritatis manipulos, ut te quoque istos portante, loquantur qui dicunt, Venientes autem uenient cum exultatione portantes manipulos suos, in Christo Iesu domino nostro, cui cum patre sanctoque spiritu, gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

ERASMVS ROTERODAMVS LECTORI S. D.



LENVS bone spei sumpseram hoc Athanasij scriptum uertendum, mihi pollicens nihil hic omissum iri, quod ad huius difficillime questionis solutionem pertineret, uerum comperi tanto uiro quiddam humanum accidisse. Primum sic dissentit, imò potius dissentire uideri cupit ab Origene & Theognosto, ut fateatur esse aliquod peccatum, cuius non sit speranda remissio, quam sententiam nunc Augustinum sequuti reuocauerunt doctores: deinde propemodum eo relicto quod querendum erat, digreditur ad Arianorum insecutionem, & ueri sensus inuestigationem committit illi, cui scribit. Quanquam ad id quidem quod arguit, magis conducebat Origene Theognostique sententia. Maluissimam autem optimam uerum in terminis Arianis, quod ipse rectissimum & perfectissimum iudicasset, nobis tradere; potiusque ei docendi partes committere, qui discendi gratia mouerat questionem. Nec tamen uideo quum ei displiceat Origene sententia. Quod enim adducit Origene de baptizatis, non proponit uelut idem, sed confert docendi gratia uelut simile. Ideo Phariseis non remittebat blasphemiam, quia quum teneret exactam legis scientiam, simulque uideret opera, prophetarum uaticinijs respondetia humanaque naturam superatam, tum excacati malicia, ueritatem oppugnare maluerunt quam

Iuerūt t̄p̄ agnoscere. Similiter autē peccāt qui fidei mysterijs initiati, semelq; per spiritū san-
ctū illuminati desciscunt ad castra diaboli, peruersaq; malicia ueritatē cognitā oppugnat.
Augustini sententiā quā senex approbavit, mihi ualde probatur, si possit ex Christi dictis
euidētius demonstrari. Durum est enim fateri peccatum aliquod esse quod deus optimus
nolit condonare, sed durius, esse quod nō possit omnipotēs. Quod si hic hyperbolen ad-
mittamus, quam omnium orthodoxorum consensu constat esse crebram in sacris literis,
ut nec hic nec in futuro seculo remittendum dicatur, quod aegre uixq; remittitur. Diabo-
lo nulla datur spes ueniā. Fortasse nec his, qui ad similem maliciam profecerint. Quid au-
tem si hoc à domino data opera dictum est obscurius, ut terrorē incuteret omnibus, despe-
rationem nemini. Hæc pro mea portuincula in medium attuli, si quis quid habet melius,
communicet. Diuina scriptura uenas habet inexhaustas, semper erit, quod scrutemur.

*Saluo & integro doctorum iudicio, ego cenſeo hoc opus eſſe hominis ocioſi, nulloq; ingenio præditi qui uo-
luerit imitari diui Athanaſij libelloſ, ad Serapionem. Hic mira congeries locorum, & ratio-
num confuſio, moleſiſſimāq; ſemel dictorum iteratio.*

DE SPIRITV SANCTO



NEREMO reddita mihi sunt sacri tui affectus literę, & quanquam
urgeret nos acerba persequutio, magnoq; studio uestigaremur ab
ijs qui nos quærebant è medio tollere, tamen pater miseracionis
ac deus omnis consolacionis, consolatus est nos etiam per tuas lité-
ras. Nam reminiscēs affectus tui, omniumq; qui sincero sunt animo,
arbitratus sum illos id tēporis mihi præsentēs esse. Proinde diu qui-
dem gaudebā, receptis literis, uerum postea quā in his legendis esse
uerfatus, cœpi rursum animo deijci, propter eos qui semel instructi
sunt ad repugnandum ueritati. Scripseras enim dilecte, uereq; desideratissime, dolens &
ipse, quod egressi sint quidam ex Arianorū secta, qui quoniā aduersus dei filiū blasphemiam
cogitant, etiā aduersus spiritum sanctū idem faciunt, dicentes eum non solum esse
creaturā, uerum etiā unum esse de numero spiritūū administratorū, soloq; gradu differre
ab angelis. Hoc autē est ficte quidē pugnare aduersus Arianos, reuera autē piæ fidei contra-
dicere. Nam sicut illi negantes filiū negant & spiritū sanctum, sic & isti blasphemā loquen-
tes in spiritum sanctū, blasphemā loquuntur & in filiū: & utraq; pars partita est pugnam
aduersus ueritatē, ut alteri quidem contra uerbum, alteri uero contra spiritum sentientes,
eandem habet et aduersus sanctā trinitatē blasphemā. Hęc igitur perspiciēs frequenterq;
mecum reputās, animo discruciahar, quod denuo reperisset diabolus illudendi materiā in
his, qui personati representarent ipsius infantiam. Ac decreuerā quidem tali tempore silen-
tium agere, Verum partim ob tuam pietatem, partim ob illorum à uero diuersam opinio-
nem, satanicāq; temeritatē, paucis scripsi epistolam, quum uix hoc quoq; potuerim. Tan-
tum in hoc, ut tu sumpta ex his occasione, iuxta eam qua præditus es intelligentiam, quæ
desunt addas, itaq; fiat plena impiæ hæresis confutatio. Non est quidem & hoc inuentum
alienum ab Arianorū moribus; Postea quā enim semel negarunt dei uerbū, cōgruenter &
has blasphemias proferunt in eius spiritum. Quapropter non est necesse ut quicquā am-
plius aduersus eos loquamur, Sufficiunt quæ antehac in illos dicta sunt, Cæterū aduersus
eos, qui de spiritu seducti quodā modo, ut ipsi dicturi sunt, conuenit scrutinio facto uerba
facere. Nam istorū & amentia demiretur aliquis, qui quū dei filiū nolint esse creaturā, in
hoc sanē recte sentientes, quomodo filij spiritum creaturam esse uel audire sustineant. Et
nim propter unitatem uerbi cum patre, nolunt filiū esse de numero *γεννητῶν*, id est, condi-
torum, sed quod est uerum, ipsum esse creaturā conditorē sentiunt. Quū igitur spiritum
sanctum, habentem eandem unitatem cum filio, quam filius habet cum patre, dicunt crea-
turā, nec animaduertūt, quod quæadmodum qui nō diuidunt à patre filiū, uentur unum
esse deū, sic qui diuidunt à uerbo spiritū non tam unam in trinitate deitatem seruant, scin-
dentes eam, & admiscētes illi alienam alteriusq; speciei naturam, & creaturis illam exæ-
quantes. Hoc autem declarat non idem esse trinitatem, sed ex duabus pluribusue naturis
compositam esse, propter diuersam spiritus substantiam, ut ipsi sibi confinxerunt. Qualis
igitur

igitur est hæc Theologia, id est, diuinæ naturæ ratio, ex creatore & creatura cōposita. Aut
enim non est trinitas, sed dualitas, aut restat ut creatura sit in trinitate, id quod non est. Et
quomodo creaturis, quæ trinitate sunt posteriores, copulant trinitatis spiritū? Nam hoc
iam est trinitatem soluere dirimereq;. Itaq; quum male sentiāt de spiritu sancto, ne de filio
quidem recte sentiunt, qui à patre procedit, filioq; proprius est, à quo datur discipulis, &
omnibus in ipsum credētibus. Ad hunc autē errātes modū, nec de patre sanā habet fidem.
Nam qui spiritū resistunt, quæadmodum ait magnus ille martyr Stephanus, iidem & fili-
um negāt. Porro qui filiū negāt, nec patrē habent. Vnde igitur o uos qui talia sentitis, isti
us audaciæ occasio, ut nō metueritis id quod dictū est à domino. Quicūq; blasphemiam
dixerit in spiritum sanctū, nō habet remissionē, neq; in hoc præsentī seculo, neq; in futuro.
Nam Ariani quidem aduentum uerbi in carne, quæq; per hunc dicta sunt non intelligen-
tes, ex his suæ hæreseos occasione sumpta conuicti sunt, ut deo rebellantes & ut uere è ter-
ra loquentes inania. Vos autem unde seducti estis? A quibus audistis, aut quis modus est
istiusmodi uestri erroris? Legimus, inquit, in propheta Amos, dicente domino: Ecce ego
firmans tonitruū, & creans spiritū, & annuncians hominibus Christum suum, faciens *cap. 4*
mane & nebulā, & ascendens super excelsa terræ, dominus deus omnipotens nomen ei.
Itane quod est apud Amos legistis, quod autē in Prouerbijis dicitur: Dominus creauit me
initū uiarum suarum, in opera sua, nō legistis? an legistis quidem, sed quod in Prouerbijis
dicitur, sic ut habet ueritas interpretamini, ne dicamus uerbum esse creaturā, uerū quod
est in propheta non interpretamini, sed simpliciter intellectis uerbis, putatis spiritum san-
ctum dici creaturam? At qui in Prouerbijis plane loquitur sapiens, dicēs, creauit, & tamen
interpretamini quod dictum est, recte quidem facientes, ne sapientiam conditricē, rebus
conditis annumeretis: uerum quod in propheta dictū est, non declarat sanctum spiritum,
sed simpliciter de spiritu dictum est. Quomodo igitur quum hæc uox spiritus uarijs mo-
dis usurpetur in scripturis, possit quod dictum est suam ac rectam habere sententiam,
uos ueluti contentiosi aut uelut Ariani serpentis morfu læsi, putatis apud Amos de spiri-
tu sancto dictum esse, tantum ne uos sentire creaturā simuletis. Dicite igitur, sicubi in scri-
ptura diuina, reperitur spiritus sanctus simpliciter dici spiritus, ut nō addatur uel dei, uel
patris, aut aliud quidlibet, aut ipsius Christi, aut filij, aut à me, quod est à deo, aut cū articu-
lo, ut non simpliciter dicatur spiritus, sed *ὁ πνεῦμα*, id est, ille spiritus, aut hoc ipsum spiri-
tus sanctus, aut paraclētus, aut ueritatis, id est filij qui dicit: Ego sum ueritas. Ut quum au-
dieritis spiritū, intelligatis esse spiritū sanctum: Excepti sunt autē ab hoc præsentī sermone,
qui iam usurpato spiritus uocabulo, rursum eum nominant, & quotquot ante docti sermo-
nem esse de spiritu sancto, post si uelut repetēdo & admonendo solus nominatur spiritus,
non ignorant quod audiunt, maximeq; si sic quoq; cum articulo profertur. In summa, sine
articulo aut sine prædicta adiectione, nequaquam significabit spiritum sanctum, cuius
generis sunt quæ scribit Paulus ad Galatas. Hoc solum uolo discere à uobis, ex operibus
legis spiritum accepistis, aut ex auditu fidei? Qualem autem spiritum acceperant, nisi spi-
ritum sanctum, qui datur credentibus, ac denuo generatis per lauacrum quo renascimur,
Et Thessalonicensibus scribēs, Spiritū, inquit, nolite extinguere. Nā & illis, quia nouerāt
quem spiritum accepissent, præcipiebāt, ne extinguerent accensam in ipsis spiritus sancti
gratiam. In euangelio uero humano more iuxta carnem quam assumpserat, Quamquā sic
loquuntur Euangelistæ, Iesus autē plenus spiritu, reuersus est à Iordane: Item illud, Tunc
Iesus subductus à spiritu in desertum, eandem habet sententiam, eo quod à Luca prius e-
rat dictum, Accidit autem dum baptizaretur totus populus, & Iesu baptizato & oran-
te, apertum est cœlum, & descendit spiritus sanctus corporali specie, quasi columba super
illum. Sic igitur quum uerba sunt ijs apud quos est spiritus sanctus, si quando dicitur sine
additamento, ijs dubium non est, quin spiritus sanctus significetur, maxime si accesserit ar-
ticulus. Vos autem dicite, quū additis sanctum, nuncubi in scripturis diuinis reperitis spi-
ritum sanctū simpliciter dici spiritum, sine additamento de quo diximus, & absq; hac quā
cōmemorauimus obseruatione. Verum haud quaquā dicetis, non inuenietis scriptum. *ὁ πνεῦμα*
Verum in Genesi scriptum est, Spiritus domini ferebatur supra aquas. Ac paulo post, *Num. cap. 11.*
Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, eo quod carnes sunt. In numeris uero *Iuxta Græco*
dicit Moses ad Nauē Ne tu zelum habeas in me, & quis dederit populum domini pro-
phetas,

id est, spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius. In psalmo uero 148. Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, πνεῦμα, id est, spiritus procellæ, quæ faciunt uerbum eius. Et in Ezechiele, In throno tuo, in corde maris, in aquis multis duxerunt te remiges tui, πνεῦμα, id est, spiritus austris cominuet te. Caterum quum & uos uersemini in diuinis scripturis inuenietis dici spiritum etiam sensum qui est in diuinis sermionibus, scribente Paulo, Qui & idoneos nos fecit ministris noui testamenti, non literæ sed πνεῦματος, id est, spiritus. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Quod dicit, litera deformatum est, sensus autem qui est in eo, spiritus dicitur. Hoc pacto & lex spiritualis est, quemadmodum rursus dicit: Ne seruiamus uetustati literæ, sed in nouitate πνεῦματος, id est, spiritus. Et ipse quidem gratias agens dicebat: Nimirum igitur ipse ego mente quidem seruo legi dei, caterum carne legi peccati. Nihil igitur nunc condemnationis est his qui sunt in Christo Iesu, Næ lex πνεῦματος, id est, spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati. Caterum Philippus eunuchum à litera ad spiritum uolens conuertere dicebat. Num intelligis quæ legis? Tale quid dā habuisse & Caleb testatur scriptura, factus est inquit πνεῦμα, id est, spiritus alius in ipso, & sequutus est me. Inducā eum in terrā, in quam uocatus est. Nam alia mente, diuersa à mente illorum loquutus, ipse gratias deo factus est. Tale habere cor deus hortatus est populum per Ezechiel. dicens: Facite uobis ipsis cor nouum & πνεῦμα, id est, spiritum nouum. Hæc itaque quum ad hunc se modum habeant, tantaque spirituum uarietas demonstratur, meliores fueritis, si de spiritu qui creatur audientes, de uno quopiam eorum de quibus ante diximus sentiat, quale erat, quod in Elisha scriptum est, Concordauit Aram cum Ephraim, & excidit anima eius & anima populi ipsius, quemadmodum in nemore lignum à πνεῦματος, id est, spiritu mouetur. Tale erat & quod dominus excitauit spiritum in mari propter Ionam, sequuntur enim tonitruum & uentorum spiritus, quemadmodum de pluuia super Achab scriptum est: & factum est huc usque, & coelum obtenebratum est in nubibus & spiritu. Sed quoniam ut aiunt, sermo mentionem facit Christi, consequenter quum dicitur spiritus, nihil aliud quam sanctum spiritum consideratis. Caterum spiritum dirimere natura, & alienare à filio ubi animaduertistis: Quandoquidem Christum negatis esse creaturam, spiritum uero sanctum dicitis esse creaturam: absurdum est, quæ natura dissimilia sunt, simul nominare. Quæ enim communio aut quæ similitudo creaturæ ad creatorem? Quandoquidem tempus est, ut filio annumeretis coniectatisque ab ipso conditas creaturas. Satis igitur erat de spiritu uentorum quod scriptum est intelligere, ut ante dictum est, Caterum quoniam cauamini in eo sermone fieri mentionem Christi, operæ precium est exactius considerare quod dicitur, si forte ex eo quod spiritus creati dicitur, inueniamus sensum aptiorem. Quid igitur est annunciare in hominibus Christum eius, quam eum fieri hominem, ut idem dictum polleat huic. Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emanuel. Itemque cætera quæcumque de illius aduentu scripta sunt. Quum autem aduentus in carne annunciatur de uerbo, qualem oportet intelligere creati spiritum nisi spiritum hominum, qui denuo creatur ac renouatur: Nam id et per Ezechiel pollicebatur deus dicens: Dabo uobis cor nouum, & spiritum meum dabo in uobis. Quando tandem hoc impletum est, nisi quum adueniens dominus renouauit omnia per gratiam. Ecce enim in hoc dicto spirituū differentia demonstratur, ac spiritus quidem qui renouatur, noster est, spiritum uero sanctum, non simpliciter spiritum, sed ipsius spiritum ait esse, per quem noster renouatur, quemadmodum habet psaltes psalmo 103. Auferes spiritum eorum & deficiet & in puluerem suum reuertentur. Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Quod si spiritu dei renouamur, uidelicet non est spiritus sanctus qui nunc creati dicitur, sed noster. Quod si recte sentitis, filium non esse creaturam, eo quod per uerbum facta sunt omnia, an non est blasphemum, uos dicere creaturam esse spiritum, in quo pater omnia per uerbum suum perficit ac renouat: Et si ob id quod scriptum est, simpliciter creati spiritum, fingunt sibi hunc esse spiritum sanctum, sciāt spiritum sanctum non iam creati, sed nostrum esse qui in illo renouatur. De quo & Dauid precabatur canens. Cor mundum crea in me, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Hic quidem dicitur creati, prius autem formauerat, sicut ait Zacharias, extendens coelum, & fundans terram, & formans spiritum eius in eo. Quod enim prius formarat, hoc collapsum recreat ipse assumpta creatura. Quoniam uerbum caro factum est. Ut quemadmodum apostolus ait, duos conderet in unum nouum hominem, qui secundum deum

creatus

creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Non enim uelut ab alio condito diuerso ab eo qui initio secundum imaginem dei factus est homine, sed eum qui in Christo conditus erat, admonuit nos recipere. Quod & per Ezechiel declaratur dicentem. Facite uobis ipsis cor nouum, & spiritum nouum, & quare moriemini domus Israel? Quoniam nolo mortem morientis dicit Adonai dominus. Ergo quum hunc habeat sensum, quod spiritus creati dicitur, congruenter ad eundem modum intelligeretur formari tonitruum. Fidelis sermo & immobilis spiritus lex. Huius enim ministros quum Dominus uellet esse Iacobum & Ioannem, uocauit eos Boanerges, id est, filios tonitruum. Itaque Ioannes quidem uere clamat e caelo. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Prius enim lex umbram habebat futurorum bonorum, cæterum ubi dominus annunciatum est hominibus, & aduenit dicens: Ipse qui loquebar adsum, tunc ut ait Paulus huius uox terram concussit, qui prius denunciauerat. Adhuc semel, ego mouebo, non solum terram, uerum etiam coelum. Quod autem dicit adhuc semel, declarat eorum quæ mouentur transmutationem, ut maneant ea quæ non mouentur. Quapropter regnum inconcussum assumptum, habemus gratiam, per quam seruiamus accepti deo. Quod autem hic dicit regnum inconcussum, idem alibi canit Dauid, Dominus regnauit, decorum indutus est, indutus est dominus uirtutem & præcinxit se. Fundauit enim orbem terrarum, qui non commouebitur. Nimirum quod apud prophetam dicitur aduentum seruatoris indicat, in quo nos quoque renouati sumus, & lex patris permanet immobilis. Sed qui uere tropici, id est uertibiles sunt, confederati Ariani, & inter se partiti blasphemiam in deitatem, sic ut illi quidem filium, hi uero spiritum sanctum dicant esse creaturam, ausi sunt tropos, ut ipsi aiunt, denuo ex semetipsis cogitare, ac perperam exponere illud apostoli dictum, quod recte scripsit Timotheo dicens. Testificor coram deo & Iesu Christo & electis angelis, ut hæc serues absque præiudicio, nihil faciens secundum affectum. Illi uero dicunt. Quoniam deum & Christum nominauit, ac mox angelos, oportet angelis annumerari spiritum, ut ipse quoque sit in eadem serie qua illi, sitque angelis cæteris excellentior. Primum quidem istum commentum est impietatis Valentinianæ, nec ipsi nesciunt se, quæ sunt illius, loqui. Nam ille dicebat, misso paraclito simul cum illo fuisse missos ipsius æquales angelos. Deinde quum spiritum detraheret ad angelos, non intelligebant se angelos copulare trinitati. Nam si quod isti sentiunt, post patrem & filium sunt angeli, clarum est, ad trinitatem pertinere angelos, nec iam esse spiritus ministratorios, qui in ministerium mittuntur, Neque enim fuerint de numero eorum qui sanctificantur, sed ipsi potius aliorum erunt sanctificatores. Quæ nam est hæc istorum amentia? Vbi præterea in scripturis inueniunt spiritum dici creaturam? Sed mihi necesse est eadem dicere quæ dicta sunt superius. Paraclitus, id est consolator dicitur est & spiritus adoptionis, & spiritus sanctificationis, & spiritus Christi dicitur est, ac angelus nequaquam, neque archangelus, neque spiritus ministerij, quales sunt angeli sed ipsi potius ministratur, Gabriele loquente Mariæ, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Caterum quum scripturæ non dicant spiritum angelum, quo pacto poterunt isti excusare tantam audaciam alienam à ratione? Vbi sanè & Valentinus, qui eis huius peruersæ mentis semen iniecit, hunc quidem paraclitum, illos uero nominauit angelos, parique tempore, spiritum æqualem copulat angelis insanissimus. Sed ecce inquit in Zacharia propheta scriptum est. Hæc dicit angelus loquens in me, nec obscurum est, quin spiritum significet angelum esse, qui in ipso loquebatur. Verum hoc nequaquam dicerent, si quod legunt attenderent. Siquidem ipse Zacharias quum uisionem de candelabro uidisset, ait, & occultatus est angelus qui loquebatur in me & dixit. Non intelligis quæ sunt ista? Et dixi, non domine. Ac respondit loquutusque est ad me dicens. Hic est sermo domini ad Zorobabel dicens. Non in uirtute magna, neque in robore, sed in spiritu meo dicit dominus omnipotens. Unde perspicuum est, quod angelus qui loquebatur prophetæ, nequaquam fuerit spiritus sanctus, sed ipse quidem angelus dei nuncius erat, spiritus uero sanctus est spiritus omnipotentis, cui minister est angelus, est autem inseparabilis à diuinitate, atque uerbi potentia. Sed quoniam causantur ex dicto apostolico, quod post Christum dixerit electos angelos, dicant quis ex omnibus hic est, qui trinitati copulatur. (Neque enim sanè omnes, unus sunt numero,) aut quis est istorum qui descendit in Iordanem specie columbe? Millies mille sunt, ac decies milles

Tom. 8

G 2 decem

decem milia, qui ministrant. Aut quamobrem non dicitur est, a patris coelis descendit unus ex electis angelis, sed descendit spiritus sanctus: Aut quamobrem ipse dominus de consumatione mundi loquens discipulis, quum eos mitteret dicebat, Mittet filius hominis angelos suos, & ante haec dictum erat, Angeli ministrabant ei. Et iterum ipse dicit: Exibunt angeli. Caeterum quum discipulis daret spiritum aiebat, Accipite spiritum sanctum. Quum autem emitteret illos dicebat, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Non enim adiungit angelum deitati, neque per creaturam adglutinavit nos & sibi & patri, sed per spiritum sanctum. Quod quidem ipse pollicens, non dixit se missurum angelum, sed spiritum ueritatis qui ex patre procedit, & ex ipso accipit datque. Ac Moses quidem quum sciret angelos esse creaturas, spiritum uero sanctum unitum filio & patri, quum loqueretur illi deus, Vade ascende hinc tu & populus tuus quem eduxisti ex terra Aegypti, quam iuravi Abraham & Isaac & Iacob dicens: Semini uestro dabo terram hanc. simul mittam ante faciem tuam angelum meum: & eijciet Chananeum, recusauit dicens, nisi ipse simul eas nobiscum ne me abducas hinc. Non enim uolebat creaturam esse ducem populi, ne discerent seruire creaturae, praeter omnium conditorem deum, nimirum angelo recusato obsecrat ipsum deum, ut dux sit ipsorum. Porro quum deus pollicitus esset, dixissetque ad eum, Et istum sermonem quem locutus es faciam, Inuenisti enim gratiam in conspectu meo, & noui te supra omnes, Scriptum est in Esaia, Qui educit e terra pastorem ouium, hoc est, qui ponit in eis spiritum sanctum, Qui reduxit dextra Moysen. Ac paulo post ait, Descendit spiritus a domino, ac deduxit eos, sic duxit populum suum faciens sibi ipsi nomen gloriae. Quis ex his non perspicit ueritatem? Quum enim deus promississet se fore ductorem, ecce non iam angelum promittit se missurum sed spiritum suum qui est supra angelos, atque ipse est is qui ducit populum, ostenditurque quod spiritus non est de numero creaturarum neque angelus, sed supra creaturam unitus deitati patris. Siquidem ipse deus per uerbum in spiritu deduxit populum. Unde & per uniuersam scripturam, Ego eduxi uos e terra Aegypti, testes uos estis, an deus fuerit alienus in uobis praeter me. Quin & sancti deo acclamant, deduxisti sicut oues populum tuum, & deduxit eos in spe & non est grauatus. Hinc & hymnum consecrant dicentes, Qui eduxit populum suum in deserto, Quoniam in seculum misericordia eius. Magnus autem ille Moyses assidue dicit: Dominus deus qui praecedit ante faciem uestram, Nimirum dei spiritus, nequaquam esse potest angelus neque creatura, sed potius eiusdem deitatis. Quum enim spiritus esset in populo, deus per filium in spiritu erat in eis. Verum aiunt isti, esto ista sic se habeant, quamobrem ergo apostolus post Christum non nominauit spiritum sanctum, sed electos angelos? Sed idem aliquis ab ipsis percunctetur, quare non archangelos neque Cherubin, neque Seraphin, neque dominationes, neque thronos neque aliquid quippiam, sed electos angelos nominauit Paulus? An quoniam non hoc modo nominauit, angeli sunt archangeli, aut soli angeli sunt, & neque Seraphin, aut Cherubin, non archangeli, neque dominationes, neque throni, neque principatus, neque aliquid quippiam sunt? Verum istuc est necessitatem imponere Apostolo, quare non sic sed sic scripserit, & ignorare diuinas scripturas, & ob id circa ueritatem errare. Ecce enim apud Esaia scriptum est, uenite ad me & audite haec. Non ab initio in occulto locutus sum, quam fierent illic eram, & nunc dominus misit me & spiritum suum: Apud Aggeum uero: & nunc corroborare Zerobabel dicit dominus, & corroborare Iesu filii Iosedec sacerdos magne dicit dominus, & corroboretur totus populus terrae dicit dominus, & facite quoniam ego uobiscum sum dicit Dominus omnipotens, & spiritus meus astitit in medio uestrum: & apud utrumque prophetam ab uno domino & uno spiritu mentio facta est. Quid igitur de hoc quoque dicent? Nam si quoniam Christi mentionem faciens Paulus de patre tacuisset, sed electorum angelorum fecisset mentionem, ideo spiritum coniungerent angelis, tempus est ut in his prophetis uersantes audacius disputent etiam de eo quod silentio praeteritum est. Siue enim dominum dicent esse filium, quid tandem dicent de patre? Siue spiritum sanctum dixerint, quid dicent de filio? Nam blasphemiam aduersus illum ex his consequentem absit ut quisquam cogitet. Necessesse enim eos dicere, aut omnino non esse, aut rebus conditis annumerare id quod tacetur. Quid autem dicere poterunt qui cum istis sentiunt? Iudex quidam erat in quadam ciuitate, deum nominans & hominem non reuerens, Nimirum post deum nominauit hominem: filius est iste homo

homo, quem non reueritus est iniquus iudex, an quoniam post deum nominauit hominem, tertius est filius post hominem? Quid autem si apostolum in eadem hac epistola rursus dicentem audiant. Praecipio tibi in conspectu dei qui uiuificat omnia, & Iesu Christi qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues praecipuum immaculatum irreprehensibile. An igitur quoniam nunc tacuit de angelis & spiritu, ambigunt etiam de spiritu deque angelis an sint? Certe ambigunt. Tales enim blasphemias de spiritu proferre conuerti sunt. Quod si audierint scripturam dicentem in Exodo, Timuit populus dominum & crederunt deo ac Moysi famulo eius, an annumerabunt deo Moysen, ac post deum subaudient filium, an solum Moysen? Quid autem si audierint & patriarcham Iacob benedicentem Ioseph dicentemque, Deus qui enutrit me a iuuentute mea usque ad diem hunc, angelus qui eripuit me ex omnibus malis benedicat pueris. An quoniam post pueros nominauit angelum, prior est angelus filio, aut angelis annumeratur filius? Certe rursus ita sentient, corruptum habentes cor. Sed apostolica fides talis non est, neque omnino Christianus istos tulerit. Siquidem sancta ac beata trinitas, indiuisibilis & unita sibi ipsi est, & quum dicitur pater, adest & huius uerbum, & qui in hoc est spiritus. Et si filius nominetur, in filio est & pater, & spiritus non est extra uerbum, Vna siquidem est quae a patre proficitur gratia per filium, quae in spiritu sancto copletur, & una deitas est & unus deus, qui est super omnia & per omnia & in omnibus. Ad hunc enim modum & Paulus locutus est, Testificor coram deo & Iesu Christo. Sciebat quod non diuisus sit a spiritu filius, sed in Christo & ipsum esse, quemadmodum filius est in patre. Caeterum electos angelos congruenter subiunxit, ut quoniam testificatio dicebatur discipulo, sciens quod ea quae dicta sunt a deo per Christum quidem in spiritu dicta sunt, angeli uero ministrant res nostras inspicientes uniuscuiusque actiones, ut serualet praceptoris obseruationes, tanquam habens inspectores eorum quae dicebantur testes. Aut forsitan etiam eos qui per omne tempus inspicunt faciem patris qui in coelis est, testificatur nunc angelos propter pusillos qui sunt in Ecclesia, ut discipulus sciens eos curatores populorum non negligeret apostoli monita. Haec igitur diuinorum eloquiorum mens mihi uidetur esse, confutans eorum blasphemiam qui praeter rationem aduersus spiritum loquuntur: ipsi uero pertinaciam constantem habentes aduersus ueritatem sicuti scribit, non iam quidem e scripturis, non inueniunt enim, uerum e spiritu cordis proprii ructantes iterum dicunt, Si non est creatura neque unus e numero angelorum, sed ex patre procedit, ergo filius est & ipse, & duo fratres sunt ipse & uerbum, & si frater est, quomodo unigenitum uerbum, aut qui sit, ut non sint aequales, sed hic quidem post patrem natus est, ille uero post filium nominatur? Aut quomodo si ex patre est, non dicitur & ipse natus aut filius esse, sed simpliciter spiritus sanctus? Quod si filius est spiritus, ergo pater est auus spiritus. Huiusmodi ludunt infames curiositate exercetes, uolentesque scrutari profunda dei, quae nemo nouit, nisi spiritus dei, quem isti blasphemiam afficiunt. Oportebat quidem igitur non amplius istis respondere, sed iuxta praecipuum apostolicum, post admonitionem ex his quae prius dicta sunt, factam, eos uelut haereticos reijcere, aut ipsos interrogare digna ijs quae illi interrogant, poscereque ab eis responsum quale ipsi a nobis poscunt. Dicant igitur an pater ex patre sit, & an alius cum ipso genitus sit, & an sint fratres ex uno, & quod istis nomen sit, & quis est huius pater atque auus & illorum progenitores? Sed dicent non esse. Ergo dicant, quomodo sit pater, quum non gignatur ex patre, aut quomodo poterit filium habere qui prius ipse filius natus non sit? Scio impiam esse interrogationem, sed aduersus eos qui talia ludunt, par est uicissim ludere, ut uel ex huiusmodi absurda impiaque interrogatione amentiam suam sentire possint. Non sunt enim haec, absit, nec decet ad hunc modum de deitate percunctari. Non est enim sicut homo deus, ut humana de eo quis audeat interrogare. Proinde sicut antea dicebam ad haec conueniebat obticescere, nec cum talibus habere commercium, uerum ne nostrum silentium istis impudentiae gignat occasionem, audiant, Sicut non licet patri tribuere nomen filij, sic non licet filium dicere fratrem. De patre quidem scriptum est antea, alius deus non fuit, filius uero non est alius deus, est enim unigenitus. Unde & solus & unus est pater, solius & unius filij pater est, & in sola deitate patris & filij consistit estque semper. Si quis hominum dicitur pater, tamen alterius fuit filius: & si filius dicitur tamen alterius fuit pater, ut in hominibus non proprie seruetur patris ac filij nomen. Abraham quum filius esset Nachor, pater factus est Isaac, & Isaac quum

esset filius Abrahæ, pater factus est Iacob, & ad hunc modum se habet hominum natura, Partes enim sunt alij aliorum, & unusquisque nascens habet patris portionem, ut & ipse alterius fiat pater, ceterum de deitate non est eodem modo, neque enim deus est ut homo, neque naturam habet quæ diuidatur. Ideoque neque gignit filium diuisus, ut & ipse fiat pater alterius. Quandoquidem nec ipse est ex patre. Ceterum nec filius pars est patris, unde nec generat, quemadmodum ipse generatus est, sed totus est totius imago splendore. Et in sola deitate pater proprie est pater, ac filius proprie est filius, & in his semper constitit appellatio, ut pater semper sit pater, & filius semper filius. Et quemadmodum nequaquam unquam pater fieri posset filius, sic nequaquam unquam filius fiet pater: & quemadmodum non desinet unquam pater solus esse pater, sic non desinet unquam filius solus esse filius. Insaniam profecto est uel omnino cogitare nedum dicere, de filio quidem nomen fratris, de patre uero nomen aui. Neque enim in scripturis spiritus sanctus dicitur esse filius, ne frater crederetur, neque filius filij, ne pater existimaretur auus, sed filius patris est filius, spiritus sanctus patris filijque spiritus dicitur, atque ita sanctæ trinitatis una deitas, ac fides est, ergo secundum hanc rationem insaniam est dicere spiritum esse creaturam. Nam si creatura esset, non adiungeretur trinitati. Tota enim unus deus est, sufficitque scire quod spiritus creatura non est, neque rebus conditis annumeratur. Non enim alienus admiscetur trinitati, sed inseparabilis est sibi que similis. Sufficiunt hæc his qui non credunt: huc usque cognitio in omnibus pertingit, huc usque Cherubin regunt alis. Qui uero plura his quaerit, uultque seruari, non obedit dicenti. Noli esse multum sapiens ne obstupescas. Etenim quæ fidei tradita sunt, hæc non per humanam sapientiam, sed per obedientiam fidei decet intelligere. Quis enim sermo digne possit enarrare quæ sunt supra naturam condita, aut quæ omnino auris potest intelligere, quæ non licet hominibus nec audire nec loqui? De his igitur quæ audierat Paulus ad hunc modum locutus est. De ipso uero deo, quam imperscrutabiles uia eius. Quis enim cognouit mentem domini, aut quis consiliarius eius fuit? Abraham itaque non erat curiosus, neque percunctatus est loquentem, sed credidit & imputatum est illi ad iustitiam. Sic Moses dicitur esse fidelis famulus. Ceterum qui cum Ario sentiunt, quoniam in fraudulentam ipsorum animam non introibit sapientia, non possunt intelligere neque credere de inseparabili sanctæque trinitate, ne propter hoc etiam ueritatem perperam enarrant, quæque ipsi non possunt intelligere, hæc dicant esse non posse. Accidit etiam eis quiddam absurdissimum, quod quum non possint intelligere, quomodo inseparabilis sit sancta trinitas, faciunt hi quidem nempe Ariani, filium idem cum creatura. Illi uero nempe Tropici spiritum creaturis annumerant. Oportuit autem eos aut omnino, quia non intelligunt, tacere, & non coniungere, neque illos filium neque hos spiritum creaturis: aut id quod scriptum est agnoscere, & patri adiungere filium, & spiritum sanctum non separare a filio, ut inseparabilis eademque uere sanctæ trinitatis essentia permaneat. Hæc oportebat illos discere, nec audaciam sumere, neque dubitanter percunctari, quomodo hæc fiant, ut si quis interrogatur non habeat quod dicat, ne ipsi excogitent sibi ipsi malas opiniones. Nam est, quum omnibus conditis, tum maxime nobis hominibus, impossibile digna loqui de non enarrandis. Maioris autem rursus audacia est, quum non possint de his loqui, excogitare de his nouas uoces præter eas quæ sunt in scripturis: quanquam & alioqui furiosus est hic conatus uel percunctantius uel omnino cogitantis respondere, propterea quod si uel de rebus conditis quis ad illum interroget modum, existimabitur parum sanæ mentis. Alioquin audeant respondere, qui talia temere loquuntur: Quomodo subsistit cœlum, aut ex qua materia, aut quæ est huius mixtura, aut quomodo conditus sol, cum singulis stellis. Sed quid mirum ex superioribus redargui istorum amentiam, quando sane ne arborum quidem hic humi nascentium, quæ sit natura, quæ uel aquarum substantia, aut quomodo se habeat animantium creatio & constitutio, scitur, sed nequaquam dicere poterunt. Nam & Solomon qui sapientiam copiosius ceteris omnibus sortitus est, uidentem fieri non posse ut hæc homines inueniant, aiebat. Et quidem uniuersam ætatem dedit in corde eorum, ne inueniret homo creaturam, quam fecit deus ab initio usque ad finem. An igitur quoniam inuenire non possunt, profitentur non esse? Certe profitentur, sed corruptam habentes mentem. Proinde iure quis eis dixerit. O stulti & nihil non audentes. Quin potius desinitis esse curiosi de sancta trinitate, tantumque creditis eam esse, quum habeatis

Fidei obedientia

habeatis huius rei doctorum apostolorum dicentem. Credere enim oportet primum deo, quod est, quodque exquirentibus ipsum remunerator est. Non enim dixit, quomodo sit, sed tantum esse dixit. Quod si ne sic quidem abdunt sese, dicant quomodo est pater, ut hoc pacto discant quomodo est & huius filius. Verum absurdum est inquit, de patre tales quaestiones proponere. Audiant aequè absurdum esse, de uerbo eius huiusmodi quaestiones proponere. Itaque quum iste conatus superuacaneus sit ac plusquam insanus, ne quis post hæc istiusmodi percunctetur, aut ea tantum quæ in sacris literis sunt discat. In his enim satis idonea ac sufficientia posita sunt hæc de rebus exemplum. Fons igitur ac lux dicitur pater. Nam me, inquit, reliquit fontem aquæ uitæ. Ac rursus in Baruch. Quid est Israel, quod in terra inimicorum reliquisti fontem sapientiae? Ac iuxta Ioannem, Deus noster lux est. Dicitur autem & filius, uelut ad fontem, fluuius. Fluuius enim dei impletus est aquis. Ad lucem autem splendor, dicente Paulo, Qui quum sit splendor gloriae, & figura substantiæ. Ergo quum pater lux sit, filius autem splendor eius, nam non oportet pigere, eadem de his præsertim, iterum dicere, frequenter uidere est, in filio spiritum per quem illustramur. Ut det, inquit, uobis spiritum sapientiae ac reuelationis in agnitione ipsius illuminatos oculos cordis. Quum autem illuminamur spiritu, Christus est in eo illuminans. Erat enim, inquit, lux uera quæ illuminat omnem hominem uenturum in hunc mundum. Rursus quum pater sit fons, ac filius dicatur fluuius, spiritum dicitur potare. Scriptum est enim. Nos omnes eodem spiritu potati sumus. Quum autem potamur spiritu, Christum bibimus. Biberunt enim de spirituali, consequente ipsos petra, Petra autem Christus. Ac rursus quum Christus sit uerus filius, nos accipientes spiritum reddimus filij. Non enim accepistis, inquit, spiritum seruitutis iterum ad terrores, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Quum autem efficiamur filij per spiritum, nimirum in Christo uocamur filij dei. Quotquot enim receperunt eum, dedit illis potestatem filios dei fieri. Deinde patris, qui ut ait Paulus, solus sapiens est, filius est ipsius sapientia. Christus enim dei uirtus ac dei sapientia. Quum autem filius sit sapientia, nos dum sapientiae spiritum accipimus, filium habemus, ac per eum sapientes reddimur. Sic enim scriptum est psalmo cxlv. Dominus soluit compeditos, dominus sapientes reddit cecos. Quumque spiritus sanctus datur in nos, Nam saluator ait, Accipite spiritum sanctum, deus est in nobis. Sic enim scripsit Ioannes: Si dilexerimus nos inuicem, deus in nobis manet. Per hoc cognoscimus quod in eo manemus & ipse in nobis, quod de spiritu suo dedit nobis. Quum uero deus est in nobis, & filius est in nobis, dicente ipso filio, Veniemus ego & pater, & mansione apud eum faciemus. Ad hæc, quum uita sit filius, Ego enim, inquit, sum uita, uiuificari dicimur per spiritum. Qui enim excitauit, inquit, Iesum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Quum autem uiuificamur per spiritum, Christus ipse dicitur in nobis uiuere. Cum Christo enim, inquit, crucifixi sumus, uiuimus autem non iam ego, sed uiuit in me Christus. Ac rursus, quemadmodum filius opera quæ faciebat ipse dicebat a patre fieri, Ait enim: Pater in me manens ipse facit opera sua. Credite mihi, quod ego in patre & pater in me. Alioqui propter opera illius credite mihi. Consimili modo, quæ uirtute spiritus faciebat Paulus, dicebat Christi esse opera. Non enim audebo quicquam dicere, eorum quæ non est Christus operatus in me, ad obedientiam gentium, sermone & facto, in uirtute signorum ac prodigiorum, in uirtute spiritus sancti. Fluuiusmodi naturæ societas atque unitas quum sit in sancta trinitate, quis dirimet filium a patre, aut spiritum sanctum a filio, aut ab ipso patre? Aut quis est a deo confidens, ut ausit dicere trinitatem sibi dissimilem diuisamque naturæ esse, aut filium alterius essentia esse quam sit pater, aut spiritum sanctum alienum esse a filio? Quomodo uero sint hæc, si quis uicissim percunctetur quaerens, quo pacto quum pater est in nobis dicitur filius in nobis esse. Rursus quum filius est in nobis dicitur in nobis esse pater, aut quomodo quum omnino tota trinitas sit, per unum significatur trinitas, aut quum unus est in nobis, trinitas esse dicitur? Dicat ipse primum splendorem lucis, aut sapientiam sapientis, aut dicat quomodo sint hæc. Quod si hoc non potest, multo magis huiusmodi de deo quaerere insipientium est temeritas. Deitas enim ut ante dictum est, non datur per demonstrationem rationum, sed per fidem primamque cogitationem cum religione. Etenim si salutiferam crucem, non in sapientia uerborum, sed in ostensione spiritus ac uirtutis prædicabat Paulus, quum tamen audisset uerba non referenda in paradiso, quæ non est fas homini loqui, de hac trinitate quis poterit enarrare

rit enarrare. Hinc tamen difficultati inexplicabili, poterit aliquis mederi, primū quidem per fidem, deinde ex ijs, quæ iam dicta sunt, uidelicet de imagine, de splendore, de fonte & fluuio, de hypostasi & figura. Quæadmodum per propriam imaginē est filius in spiritu, ita & pater in filio. Siquidem quoniā fieri non potest ut per rationes hæc interpretemur, aut comprehendamus, diuina scriptura consolans imbecillitatem nostram, huiusmodi nobis dedit exempla, ut sic propter incredulitatem audacium hominum, dicamus simplicius & dicamus absq; periculo, cūq; uenia posthac sentiamus & credamus, unā esse sanctificationem ex patre per filiū, quæ sit in spiritu sancto. Quæadmodum enim unica progenies est filius, sic & spiritus qui à filio datur ac mittitur & ipse est unus, nō multi, nec est de numero multorū, sed ipse solus spiritus. Etenim quū unus sit filius, qui est uerbum uiuum, oportet eius unam esse uim uiuam consummatā, plenam, ac sanctificatricem & illuminatricē quæ gratis à patre procedere dicitur, quoniam à uerbo quod citra cōtrouersiam est à patre, respundet, mittitur ac datur. Nimirū filius à patre mittitur. Sic em̄ inquit, deus dilexit mundum, ut filiū suum unigenitū emiserit; rursum filius emittit spiritum, Ait enim, Si ego abiero, mittam paraclerum. Ac filius quidem glorificat patrē dicens, Pater ego te glorificauī. Spiritus autē glorificat filium, Ille enim, inquit, me glorificabit. Et filius quidem ait, Quæ audiui à patre, hæc loquor in mundum. Spiritus autē accipit à filio: Ait enim, De meo accipiet, & annūciabit uobis. Ac filius quidem uenit in nomine patris. Spiritus uero sanctus, ait filius, quem mittet pater in nomine meo. Hunc ordinem ac naturam quum spiritus habeat erga filium, quid obstat quo minus qui hunc dicit creaturam, idem necessario sentiat de filio. Quod si filij spiritus est creatura, consequens erit, ut & uerbum patris dicant creaturam. Nam hæc imaginantes Ariani, in Caiphæ iudaismum prolapsi sunt. Quod si simulant se non sentire cū Ario, qui de spiritu talia prædicat, fugiant etiā illius uerba, neque cōmittant impietate aduersus spiritū. Quæadmodum em̄ filius qui est in patre, in quo & pater est, nō est creatura, sed proprius substantiæ patris. Hoc enim & uos præ uobis feris dicere: sic & spiritum qui est in filio & in quo est filius, non fas est creaturis adiungere, neq; separare eum à uerbo, ac trinitatem imperfectam reddere. Itaq; quod attinet ad dictū prophetiū atq; apostolicum, quorū gratia subuertentes intellectū deceperūt seipfos, satis est per hæc confutasse tropicorū blasphemiam ex inscitia profectā. Iam uero uideamus ipsa per se quæ in diuinis scripturis de spiritu sancto dicuntur, ac uelut probati trapezetæ discernamus num quid proprium habeat spiritus cum creaturis, aut propriū cum dei uerbo, ut aut creaturā dicamus spiritū, aut creatorē, aut diuersum quidem à creaturis, propriū uero & unū increata trinitati, quæ est deitas: forsitan uel sic erubescēt ubi didicerint quantum à diuinis eloquijs abhorreāt uerba blasphemiam ab ipsis inueta. Creaturæ itaq; ex nihilo factæ sunt, atq; esse cœperūt. In principio siquidē fecit deus cælū & terrā, & omnia quæ in ea sunt. Spiritus autē sanctus dicitur ex deo, Nullus em̄ inquit nouit ea quæ sunt hominis, nisi spūs hominis qui est in ipso, sic & quæ sunt dei nemo nouit, nisi spūs dei. Nos autē non spiritū mundi accepimus, sed spiritū qui est ex deo. Ex his itaq; dictis quæ cognatio spiritui cum creaturis: Siquidem creature non erant, deus autem est qui est, ex quo etiā spiritus. Quod autem est ex deo non potest esse ex nihilo, nec creatura, ne iuxta istos etiā spiritus, qui ex illo est creatura credatur esse. Quis igitur istiusmodi uelanos sustineat dicentes & ipsos in corde, non esse deum? Etenim quemadmodum nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus qui est in ipso, ita quæ sunt dei nemo nouit nisi spiritus qui in ipso est. An nō blasphemum fuerit dicere creaturā esse spiritū qui est in deo, qui etiā profunda dei scrutatur? Docetur enim ex his dicere qui talis est, hominis quidē spiritus extra ipsum hominē esse, uerbū uero quod est in patre & spiritū esse creaturā. Ac rursum spiritus sanctificationis ac renouationis & est & dicitur spiritus. Scribit enim Paulus, qui præfinitus est filius dei in uirtute per spiritū sanctificationis ex resurrectione mortuorū Iesu Christi domini nostri. Ac rursum ait, Sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi & in spiritu dei nostri. Quin & ad Titū scribens dicebat, Quū uero bonitas & humanitas apparuit seruatoris nostri dei, nō ex operibus quæ sunt in iustificatione, quæ fecimus nos, sed iuxta suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrū regenerationis ac renouationis spūs sancti, quæ effudit in nos abūde per Iesum Christū seruatorē nostrū, ut iustificati illius gratia hæredes efficiamur secundū spiritū uitæ æternæ. Creature uero sunt hæc quæ significant ac renouant.

Emittit

Emittit em̄ spiritū suū & creabunt, & renouabis faciē terræ. Quin & Paulus ait, Impossibile em̄ eos qui semel illuminati sunt, gustauerūtq; donū cœlestē ac participes facti sunt spiritus sancti. Quod igitur non sanctificatur ab alio neq; particeps est sanctificationis, sed ipsum est quod uim habet sanctificandi, per quod & creaturæ omnes sanctificantur, quomodo fuerit unū de numero omnium, aut propriū ijs quæ ipsius participatione sanctificantur? Necessē est enim ijs qui hoc dicunt dicere filiū quoq; per quem omnia facta sunt unū esse de numero omnium, Spiritus uiuificans dicitur, ait enim, Qui excitauit Iesum à mortuis, uiuificabit & mortua corpora uestra per inhabitantē spiritū eius in uobis. Et dominus qui dem est ipsa uita ac lux uitæ quæadmodum dixit Petrus, Dixit autē ipse dominus, Aqua quæ ego dabo ei, fiet in ipso fons aquæ salientis in uitam æternā. Hoc autē dicebat de spiritu, quæ accepturi erāt credētes in ipsum. Creaturæ uero sicut antea dictū est, sunt quæ uiuificantur per ipsum, Ceterū quod non est particeps uitæ, sed quod ipsum impartit uiuificatq; creaturas, quā habet cognitionē ad res cōditas, aut quomodo omnino posset esse de numero creaturarū, quæ per illū à uerbo uiuificantur? Unctio dicitur spiritus & est signaculū. Ioannes enim ait, Et uos unctio quā accepistis ab eo manet in uobis, nec opus habetis ut quis uos doceat, sed ipsius unctio, spiritus illius docet uos de omnibus. In propheta uero Esaiā scriptū est, Spiritus domini super me, eo q; unxit me. Ac Paulus ait, In quo & credētes signati estis in diē redemptionis. Creaturæ uero per hūc signantur & unctur deq; omnibus docētur. Quod si spiritus est unctio ac signaculū quo ungit & obsignat omnia uerbū, quæ similitudo aut proprietates unctiois ac signaculi ad ea quæ unctur & signantur? Itaq; iuxta hanc rationē nequaquā fuerit ipse unus de numero omnium. Neq; enim esse potest signaculū de numero eorū quæ signantur, neq; unctio de numero eorū quæ unctur, sed proprium hoc est ungentis & signantis uerbi. Nam unctio quidem fragrantia ac redolentia ungentis habet, atq; ij qui unctur, huius participes dicunt, Christi bonus odor sumus. Signaculū autē formā Christi signantis habet, & huius qui signantur participes sunt, dum iuxta hoc formatur dicente Apostolo, Filiolimeī quos iterū parturio donec formetur Christus in uobis. Sic & dum signamur merito participes diuinæ naturæ reddimur, quæadmodum dixit Petrus. Atq; hoc modo participes est omnis creatura uerbi per spiritum, ac per spiritū reddimur omnes participes dei, Ait enim, Nescitis quod tēplum dei estis & spiritus dei habitat in uobis? Si quis tēplum dei uiolauerit, perdet illū deus. Templū enim dei sanctū est, quod estis uos. Ceterū si spiritus est creatura, haud quaquā ulla per eum cōmunitio naturæ filij facta fuisset in nobis: at creaturæ quidē fuisset copulati, sed alieni à natura diuina fuisset, tanq; ullius rei ex illo participes, Nunc autē quū dicimur participes Christi & participes dei, ostēditur quæ est in nobis unctio ac signaculū nō esse naturæ rerū conditarū, sed fidei, per eum qui in illa nos sociauit patri. Nam hoc Ioānes in superioribus docēs scripsit, Per hoc cognoscimus quod in deo manemus ac deus in nobis, quod de spiritu eius dedit nobis. Quod si spiritus participatiōe reddimur cōsortes diuinæ naturæ, insaniat si quis dicat spiritū habere naturā rerū conditarū, ac nō potius dei. Propter hoc em̄ in quibus esse incipit, ij sūt dii. Quod si deos facit, dubiū nō est quin huius natura dei natura sit. Insuper est quiddā etiā euidentius ad hanc hæresim aduertendā. In psalmo centesimo tertio canitur quæadmodū diximus, Auferes spiritū eorū, & deficiēt & in puluere suū reuertentur, Emitte spiritū tuū & creabuntur & renouabis faciē terræ. Paulus autē scripsit Titō, per lauacrū renouationis spiritus sancti, quæ effudit in nos abūde per Iesum Christū, Quod si pater per uerbū in spiritu creat omnia ac renouat, quæ similitudo aut cognatio est creatori ad creaturā? Aut omnino quōd erit is per quem creantur omnia, creaturæ? Nam hanc huiusmodi blasphemiam sequitur & in filij blasphemiam, ut qui dicunt, spiritū esse creaturā, ij dē dicant quod & uerbū per quod omnia cōdita sunt, creatura sit. Imago filij dei & est, spūs, quos enim præcognouit & prædestinauit conformes imaginis filij sui. Itaq; quū ipsi quoq; cōfiteantur filiū nō esse creaturā, nequaquā huius imago poterit esse creatura. Qualis scunq; em̄ fuerit imago, talē oportet & eum esse, cuius est imago. Vnde cōgruenter deceterq; profiteamur uerbū nō esse creaturam, quū sit imago patris. Itaq; qui spiritū creaturis annumerat, omnino filij quoq; inter has numerabit, blasphemiam proferens per hoc etiā in patrem, propter huius imaginē in quam dicit blasphemiam. Videlicet diuersus à creaturis est spiritus, ac demonstratū est eum potius esse proprium filij & nō alienū à deo. Quando

quidem

quidem & illa est præclara istorum interrogatio, Si ex deo est spiritus, quare non dicitur & ipse filius: Demonstrata est etiam in his quæ prius dicta sunt, istorum præceptis confidentia, demonstratur autem & nunc nihilominus. Nam non filius dicitur est in scripturis, sed spiritus dei in ipso deo, & ex ipso deo dicitur est, sicuti scripsit Apostolus. Quod si filius, quoniam ex patre est, proprius est illius substantiæ, necesse est, ut & spiritus qui ex deo dicitur, proprius sit iuxta substantiâ filij uidelicet quæ dominus sit filius, ipse spiritus dicitur est spiritus adoptionis filiorum. Ac rursus quæ dñs sit sapiëntia & ueritas, spiritus scriptus est spiritus sapientiæ & ueritatis: ac rursus, filius quidem est uirtus dei ac dñs gloriæ, spiritus autem dicitur spiritus uirtutis & spūs gloriæ. Ad hunc modum de unoquoque loquente scriptura, Paulo quidem dicente Corinthijs, Si enim cognouissent, nequaquam dominum gloriæ crucifixissent: & in alijs, Non enim tam accepistis spiritum seruitutis iterum ad terrorem, sed spiritum adoptionis filij. Et iterum, Emisit deus spiritum filij sui in cordibus nostris clamantem abba pater. Petrus autem scripsit, Quod si probris afficiimini in nomine Christi, beati quoniam gloriæ ac uirtutis spūs super uos requiescit. Dominus uero dixit spiritum ueritatis & consolatoris esse spiritum, ex quo demonstratur perfectam esse in hoc trinitate. Per hunc itaque glorificat creaturam uerbum, deos nos reddens, ac filios offert patri. Id autem quod creaturam uerbo coniungit, nequaquam fuerit ipsum de numero creaturarum. Et quod creaturam facit filios nequaquam fuerit alienum à filio, alioqui necesse esset alium querere spiritum, ut & hic per illum copuletur uerbo. Verum hoc absurdum. Non sane de numero rerum conditarum est spiritus, sed proprius patris ueritatis, per quem etiam ea quæ condita sunt uerbum facit deos. Caterum is per quem creatura fit deus, nequaquam ipse fuerit extra patris deitatem. Quod uero supra creaturam est spūs ac diuersus à rerum conditarum natura, sed proprius deitatis, licet & hinc intelligere. Inuertibilis & immutabilis est spūs sanctus. Sanctus enim, inquit, spūs disciplinæ, fugiet dolorem & recedet à cogitationibus imprudentibus. Ac Petrus quidem ait, In incorruptibilitate mansueti & quieti spiritus. Rursus in sapiëntia, Spūs enim tuus immortalis est in omnibus, Nemo nouit quæ sunt dei, nisi spūs dei qui est in ipso. Non est autem apud deum sicut ait Iacobus, ira, mutatio aut uicissitudinis obumbratio. Spiritus igitur qui in deo est sanctus, merito fuerit inuertibilis & immutabilis, & incorruptibilis. Atqui rerum conditarum creaturarumque natura est uertibilis, tanquam sane quæ sit extra dei substantiâ, & ex nihilo subsistens, Ait enim, Omnis homo mendax, & omnes peccauerunt & egent gloria dei. Angelos uero qui non seruari suam originem, sed deseruerunt proprium domiciliū, in iudicium magno die, uinculis sub caligine reseruari. In Iob uero, si aduersus sanctos suos angelos non credit, sed aduersus angelos suos prauum quiddam excogitauit: astra uero non sunt pura in conspectu eius. Paulus scribit, An nescitis quod angelos iudicabimus, nedum temporaria: Quin etiam audiimus quod diabolus quum esset in medio Cherubin & signaculum similitudinis factus decidit à cælo tanquam fulgur. Quod si creaturæ mutabilem habent naturam, taliaque de angelis scripta sunt, Spiritus autem idem est & immutabilis, habetque eandem cum filio immutabilitatem, semper cum ipso manet immutabilis: quæ similitudo immutabili ad ea quæ mutantur. Manifestum fuerit quod neque creatura est, nec omnino substantiæ angelicæ, propterea quod illi sunt mutabiles, sed imago uerbi patris est propria: Rursus, Spūs quidem impleuit orbem terrarum: sic enim psallit Dauid. Quo ibo à spiritu uero. Atque iterum in Sapiëntia scriptum est, Immortalis enim spiritus tuus est in omnibus. Ceterum omnia creata in locis diuisa sunt, sol, luna & stellæ in firmamento, nubes uero in aere, ac mortalibus statuit terminos gentium, angelique mittuntur in ministerium. Et uenerunt angeli ut assisterent coram domino, quæadmodum in Iob scriptum est. Et obdormiuit Iacob patriarcha, & ecce scalæ fixæ in terra, quarum caput perueniebat usque ad cælum. Et angeli dei ascendebant ac descendebant in ipsis. Quod si spiritus implet omnia, & adest in medio omnium, angeli uero sunt hoc inferiores, & quo mittuntur illic adfunt, dubium non est, quin neque sit de numero rerum conditarum, neque prorsus angelus, quæadmodum uos dicitis, spiritus, sed supra naturam angelorum. Rursus enim ex his perspexerit aliquis de spiritu sancto, quod illius alij participes sunt, non ipse particeps aliorum. Non enim grauamur eadem dicere, Impossibile est enim eos qui semel illuminati sunt, gustaueruntque donum celeste, ac participes spiritus sancti fuere, & gustauerunt bonum dei uerbum: angeli uero reliquaque creaturæ participes sunt ipsius spiritus. Propter hoc enim eam quidem etiam excidere poterat ab eo cuius erant participes, Spiritus autem semper idem est, ac participabilis, creaturæ uero participes sunt

pes sunt illius: nequaquam erit spiritus sanctus, neque angelus, neque omnino creatura, sed proprius uerbi à quo datus participatur à creaturis. Alioqui tempus est ut iidem etiam filium dicant creaturam, cuius omnes in spiritu participes facti sumus. Ac rursus, unus est spiritus sanctus, creaturæ uero plures. Siquidem angeli milies mille, & decies milies mille, luminaria uero multa ac throni & dominationes & cæli & Cherubin & Seraphin & archangelii multi, in summa, creaturæ non sunt unum, sed omnes plures ac diuersæ. Quod si spiritus sanctus est unus, creaturæ uero plures, & angeli plures, quæ similitudo spiritui ad res conditas: Nec obscurum est, quod spiritus sanctus non est de numero multorum, neque est angelus sed unus est, quin potius uerbi quod est unum proprius est ac dei unius proprius & consubstantialis est. Hæc quidem igitur uel sola per se quum dicuntur de sancto spiritu, declarant eum nihil habere commune neque proprium, neque naturam, neque substantiam cum creaturis, sed diuersum esse à rebus conditis, proprium autem & non alienum à filij substantia deitateque: per quam quum sit & ipse sanctæ trinitatis, pudescent istorum amentiam: Sed consideremus tam præter hæc & ipsam à principio traditionem & fidem catholicæ ecclesiæ, quæ dominus quidem ipse dedit, apostoli uero prædicauerunt, ac patres obseruauerunt. Super hanc fidem & ecclesiæ fundata est, & qui ab hac exciderit, neque fuerit, neque dici poterit Christianus. Trinitas itaque sancta in patre, & filio, & spiritu sancto theologice consideratur, nihil alienum neque extrinsecus admixtum habens, neque ex creatore & re condita consistens, sed tota est creatrix & conditrix. Similis autem sibi ipsi & inseparabilis est natura, eademque huius uis est. Pater enim per filium in spiritu sancto omnia facit. Ad hunc modum unitas sanctæ trinitatis seruatur. Itaque unus deus in una ecclesiâ prædicatur, qui super omnia & per omnia & in omnibus. Super omnia quidem ut pater, principium ac fons, per omnia uero per uerbum, in omnibus autem in spiritu sancto. Est autem trinitas non tantum nomine & imaginatione sermonis, sed uera ac re ipsa trinitas. Quemadmodum enim pater est qui est, sic & huius uerbum est qui est, & super omnia deus, & spiritus sanctus non caret substantia sed est ac subsistit uere, neque ijs inferiorum sentit catholica ecclesiâ, ne in horum temporum incidat Iudæos, imitantes Caipham, & in Sabellium: neque multitudinem excogitat, ne in paganorum errorem multos deos fingentium deuoluatur: quodque hæc fides sit ecclesiæ, discat quomodo dominus mittens apostolos præcepit hoc fundamentum ecclesiæ ponere dicens, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Apostoli uero profecti sic docuerunt, & hoc est præconium per omnem ecclesiâ quæ sub sole est propagatum. Itaque quum hoc fundamentum filij dei habeat ecclesiâ, dicat nobis rursus illi respondeatque, utrum trinitas sit an dualitas, Quod si dualitas: annumeretur, iuxta uos, creaturis spiritus. Non est quidem hæc uestra sententia de uno deo qui est super omnia & per omnia & in omnibus. Nam illud in omnibus, non habetis, separantes à alienantes à trinitate spiritum, quin & initiatio uestra quæ creditis uos facere ad istum modum sentientes, non est integra, quæ sit in nomine deitatis, Admiscetis enim huic creaturam: ac uos quoque de deo disputatis quemadmodum Ariani ac pagani, creaturam cum eo, qui creauit eam, deo per proprium uerbum copulantes. Ad istum uero modum quum sitis affecti, cuius estis spei, aut quis coniunger deo, quum non habeatis spiritum eiusdem dei, sed spiritum creaturæ: Qualis autem uestra audacia aut incogitantia, quod spiritum & huius uerbum ad creaturas detrahitis, ac rursus creaturam æquiparatis deo: hoc enim facitis imaginantes de spiritu copulantesque eum trinitati. Quis uero furor est uester, ut cogitetis iniquitatem aduersus deum: Quia non omnes quidem angeli aut omnes creaturæ, sed unus ex his annumeratur deo & uerbo eius. Oportebat enim iuxta uos semel, quum angelus sit & creatura spiritus, copuleturque trinitati, non unum sed omnes creatos angelos coniungere deitati, nec iam trinitatem sed multitudinem quandam deitatis innumerabilem esse, ut & in hoc rursus perfectio quæ uobis uidetur, fiat huc & illuc diuisa, instabilisque uarietate reddatur. Tales sunt enim fines uestri, & Ariarum disputantium aduersus deitatem, & creaturæ seruentium supra creatorem omnium deum. Talia itaque uobis absurda contingunt ex eo quod dicitis dualitatem. Quod si trinitas est, quemadmodum re uera est, declaratum est autem inseparabilem esse, nec sui dissimilem: necesse est unam esse huius sanctitatem unamque huius æternitatem ac naturam inuertibilem, Quemadmodum fides in hanc traditam coniungit deo. Ceterum qui subducit aliquid à trinitate, & in solo patris nomine, aut in solo filij nomine baptizatur, aut absque spiritu in patre & filio, nihil accipit, sed inanis & imperfe-

ctus, tum ipse, tum is qui dare uideatur, permanet. In trinitate enim perfectio est. Itaque qui separat filium à patre, aut spiritum deducit ad creaturas, neque filium habet neque patrem, sed est absque deo, ac infideli deterior, & quiduis potius quam Christianus, idque iure. Quemadmodum enim unum est baptisma in patre & filio & spiritu sancto dari solitum, & una fides est in illam, quemadmodum dixit Apostolus, sic sancta trinitas quum sit in sese unita, & unita erga sese nihil habet in se rerum conditarum, & hæc est inseparabilis trinitatis unitas, unaque in illam fides est. Quod si iuxta uestram qui tropici estis adinventionem, non ita est, sed somnians creaturam dici spiritum sanctum, non est una fides uestra, neque unum baptisma, sed duo, unum quidem in patrem & filium, alterum autem in angelum, qui est creatura, neque quicquam uobis restat certi neque ueri. Qualis enim communio rerum conditarum & creaturarum, aut qualis unitas terrestribus creaturis, cum eo qui has condidit per uerbum? Hoc sciens beatus Paulus non separat trinitatem quemadmodum uos, sed unitatem hanc docens scribit Corinthiis, de spiritualibus, & omnia in unum deum ac patrem summam colligit dicens: Diuisiones autem gratiarum sunt, sed idem spiritus, & diuisiones administrationum sunt, sed idem dominus, & diuisiones operationum sunt, sed idem deus qui operatur omnia in omnibus. Quæ enim spiritus unicuique diuidit, hæc à patre per uerbum suppeditantur. Eadem sunt enim quæ patris sunt & quæ filij, eoque & omnia quæ filio in spiritu dantur, patris sunt dona, quumque spiritus est in uobis, & in hoc ipso est pater, & ad hunc modum est id quod dicitur, uenimus ego & pater, & mansionem apud eum faciemus, quemadmodum prius dictum est. Vbi enim lumen illic splendor, & ubi splendor illic & huius actus, & eiusdem formæ gratia: atque id rursus Apostolus docens scribit iterum Corinthiis in secunda epistola dicens, Gratia domini Iesu Christi & charitas dei, & communicatio spiritus cum omnibus uobis. Nam gratia quæ datur donumque in trinitate, datur à patre per filium in spiritu sancto. Sicut enim ex patre est per filium quæ datur gratia, sic nequaquam esse potest communio donationis quæ fit in nobis, nisi in spiritu sancto. Huius enim participes habemus patris charitatem ac filij gratiam, atque eiusdem spiritus communionem. Ex his itaque una trinitatis operatio demonstratur. Non enim quasi cuique diuersa, distinctaque dantur significat apostolus, sed quod quæ dantur in trinitate dantur, & omnia ex uno deo sunt. Itaque qui non est creatura sed unitus filio, sicut filius unitus est patri, qui simul cum patre & filio glorificatur, deique nomine celebratur cum uerbo, operansque quemadmodum pater per filium operatur, an non qui dicit eum esse creaturam, nonne manifeste in illum committit impietatem? neque enim est quicquam quod non per uerbum in spiritu sit & operatur. Hoc & in psalmis canitur, Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Quin & iustificati sumus ut dicit apostolus in nomine domini nostri, & in spiritu dei nostri. Inseparabilis est à uerbo spiritus, nimirum dicente domino, Venimus ego & pater, simul ueniet & spiritus, non aliter quam si filius in nobis habitaret, scribente ad Ephesios Paulo, Ut det uobis secundum diuitias benignitatis suæ, uirtute corroborari per spiritum eius interiorem hominem habitare Christum, Carterum quum Christus in nobis est, est & pater, dicente filio, Ego in patre & pater in me. Itaque quum sermo fieret in prophetis, in eodem spiritu sancto prophetabant, scriptura dicente, Et factus est sermo domini ad hunc aut illum prophetam, demonstratur propheta re in spiritu sancto. In Zacharia quidem scriptum est. Nisi sermones meos & legalia mea suscipitis quæcumque ego præcipio in spiritu meo in seruis meis prophetis. Vbi & paulo post accusans populum dicit, Et cor illorum statui incredulum ne exaudiant leges meas & sermones, quos emisit dominus omnipotens in spiritu suo per manus retro prophetarum. Petrus autem in Actis dicebat. Viri fratres oportet impleri scripturam, quam prædixit spiritus sanctus. Et communiter apostoli clamabant in hunc modum, Domine qui fecisti cœlum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, qui per os pueri tui David patris nostri per spiritum sanctum locutus es. Et Paulus quidem quum esset Romæ libere loquebatur Iudæis ad ipsum accedentibus, Recte spiritus sanctus locutus per Esaiam prophetam ad patres nostros. Timotheo uero scribens, Spiritus autem præcise dicit, quod in posterioribus deficient quidam à sana fide, attendentes spiritui deceptionis. Quapropter quomocumque dicitur spiritus in aliquo esse intelligitur in eo esse uerbum dans spiritum. Itaque quum propheta impletur ait, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Ac Paulus dicebat, Secun-

bat, Secundum submirationem spiritus Iesu Christi in me. Corinthiis autem scribit, An probationem quæritis in me loquentis Christi? Quod si Christus erat qui loquebatur in eo, nimirum Christi erat spiritus qui loquebatur in eo. Quum enim spiritus in eo loqueretur rursus in Actis ait. Et nunc ecce uinctus spiritu proficiscor Hierosolymam, quæ in ea mihi sunt euentura ignorans, nisi quod spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur mihi dicens, quod uincula & afflictiones me manent. Quoties sancti dicunt, Hæc dicit dominus, non aliter quam in spiritu sancto loquuntur, & in spiritu loquentes in Christo hæc dicunt. Quod si & Agabus in Actis dicit, hæc dicit spiritus sanctus, non aliam ob causam, nisi quod uerbum factum esset ad ipsum, ac spiritus subministraret & loqueretur ipsi ac testificaretur quæ manerent Paulum Hierosolymis, Nimirum spiritu rursus testificante Paulo, ipse Christus loquitur in eo, ut uerbi sit testificatio facta ex spiritu. Sic quum ad sanctam uirginem Mariam accederet uerbum, simul ueniebat spiritus, & uerbum in spiritu formauit ad prauitque sibi ipsi corpus, uolens connectere & offerre per seipsum creaturam patri, ac reconciliare omnia in ipso, pacificans ea quæ in cœlis & quæ in terra: concorditer & à scripturis diuinis demonstratur spiritum sanctum non esse creaturam, sed proprium uerbi & deitatis paternæ. Sic enim sanctorum doctrina in sanctam & inseparabilem trinitatem conciliatur, & una fides eademque catholica ecclesiæ. Carterum Trophimorum aliena à fide fabulosa confictio, dissonat quidem à scripturis, consonat autem cum Arianorum insanientium dementia. Ac merito sanè tales ad hunc modum istis respondent quo fallant animos simpliciter. Sed gratia deo quod sicuti scribis, intelligunt sese excusos à simulatione, qua se fingebant Arianis contradicere. Nam & ab illis habentur oratio, ut qui uere belligerantur à ueris spiritum: moxque redditi mortui, deserti, uacuique spiritu, eo quod iuxta sententiam Apostoli, quum sint homines animales, non ualuerunt capere ea quæ sunt spiritus dei, quod spiritualiter iudicantur. Carterum qui sapiunt ea quæ sunt spiritus, iudicant quidem omnia, ipsi uero à nemine iudicantur, quippe quum habeant in sese dominum, qui per spiritum ipsis patefacit, & seipsum, & per seipsum, patrem. Ego quidem igitur quanquam in deserto uersans, tamen ob impudentiam eorum, qui de fluxerunt à ueritate, contemptis his qui ridere uolent, per imbecillitatem & humilitatem sermonis quo probationes adferimus scripti paucis misique tuæ pietati, multum oblectras, ut in his uersans, alia quidem corrigas, ueniam autem de his quæ parè firmiter dicta sunt. Nam iuxta fidem apostolicam, à patribus nobis traditam, tradidit, nihil aliunde commentus addidit, sed quod didici exaravi, iuxta consonantiam sacrarum scripturarum. Nam & hoc consonat cum his quæ prius sunt pronuntiata, ad confirmationem sanctarum scripturarum, nec aliunde est excogitatum, Sed ipse dominus Iesus Christus per seipsum docuit Samaritanas, & per hanc nos, sanctæ trinitatis integritate inseparabilem esse, unamque deitatem. Ipsa ueritas testatur, sicut ait Samaritana, Crede mihi mulier, quod uenit hora & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Nam pater tales querit adoratores qui adorant ipsum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Hinc igitur declaratum est, quod ueritas quidem est filius quemadmodum ait ipse, Ego sum ueritas. Veri adoratores adorant quidem patrem, sed in spiritu & ueritate, consistentes filium, & in hoc spiritum sanctum. Inseparabilis enim est spiritus sanctus à filio, quemadmodum filius inseparabilis est à patre. Testis est ipsa ueritas dicens: Mittam uobis paracletum, spiritum ueritatis qui ex patre procedit, quem mundus non potest accipere, Mundus autem sunt qui negant eum esse ex patre in filio. Oportet igitur imitari ueraces, profiterique & succurrere ueritati. Quod si post hæc neque discere uelint, neque intelligere ualeant, saltem desinant effundere blasphemias, neque separent trinitatem, ne separentur à uita, neque spiritum sanctum annumerent creaturis, ne quemadmodum olim fecerunt Pharisei, quæ sancti spiritus sunt, ea tribuant Beelzebub. Sic & isti similia audentes, in posterum cum illis similiter indeprecabile supplicium accipiant.

Επιτομή.

Sequebatur hic alius libellus eiusdem phrasos, quæ piguit uertere, & priorè uertisse pœnitet. Tanti tamen erat ostendisse quanta fuerit impostura scribarum quondam in supponendis & cotaminandis celeberrimorum uirorum scriptis etiam apud Græcos, & interim ulciscor dolorè meum, quæ ex temporis iactura cœceperam. Adijciam fragmentum libelli, quæ dicas esse hominis deliri. Et interim in me clamant, qui pro uiribus ab hac tanta cōtumelia uindictam sacrosanctos ecclesiæ doctores, in illos iustus uociferaretur, qui tale facinus uel ausi sunt, uel dissimularunt.

QUOD propositum est ex Euangelio Ioannis, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Omnes sancti prophetae atque euangelistae, quum sint perspicaces, & sancti spiritus impulsu mouentur, exponunt omnem sanctam ac magnam salutem, quae uentura est humano generi. Sed dicit aliquis, quomodo, edisserere nobis. Audi dilecte mi. Fortissimi magnique prophetae, quemadmodum dicebam, quum essent perspicaces, significant quae ante tot generationes erant futura, demonstrantes euidenter ea quasi praesentia, quum essent futura. Similiter fecerunt & magni euangelistae eorum, quae de aduentu uerbi per magnos prophetas fuerant praedicta, praesignationem confirmant singuli in euangelij. Exempli causa. Magnus ille Propheta Esaias dicit, Tanquam ovis ad occisionem ductus est, & tanquam agnus coram tondente mutus, sic non aperuit os suum: & In humilitate iudicium illius sublatum est, generationem eius quis enarrabit? Liore illius omnes nos sanati sumus. Quum autem is de quo fuerant haec praedicta, uerfaretur in terris apud nos, eumque accedentem uidisset Ioannes baptista, consummat quod a propheta fuerat dictum dicens: Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi. Ecce confirmat prophetica uocem magnus ille baptista Ioannes. Similiter & sacerum antistes Moses, de liore hoc quo salutem esset consequuturum genus hominum, nonnihil loquutus est. Maledictus omnis homo qui pendet in ligno. Ac rursus ait, Videbitis uitam uestram pendentem in ligno. Non prius dixit uitam, deinde maledictionem, sed prius dixit maledictionem, postea uitam uere. Nam docebat primum praesignari chirographum in cruce, pungitque latus uerbi lancea, ut cicatrix ex punctione fieret purgatio totius mundi, uidelicet aqua & sanguis humano generi. Miseri & ingrati Iudaei quum tanta prodigia simul & beneficia fieret apud ipsos, quum debuerint uersantem apud se glorificare super his quae faciebat, e contrario dicebant: Si filius es dei, desce teipsum de cruce.

Hoc satis ad gustum esse arbitror.

PRODES ERASMI ROTERODAMI DE

VITA, PHRASI, DOCENDI RATIONE, ET OPERIBUS

Origenis, cum singulorum librorum censuris.

VITAE ORIGENIS ADAMANTII EPITOME.



RIGENES binominis fuit, idem dicitur Adamantius, quod cognomen non ita tribuitur illi a scriptoribus, quasi fuerit ex moribus additum, ueluti Basilii ob ingenij constantiam dicitur est Magnus, Ioannes Constantinopolitanus ob suauiloquentiam dicitur est Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus ob sublimes de rebus diuinis disputationes, Theologi cognomen meruit, sed quasi fuerit iam ab ipso uitae exortu inditum. Est autem hoc non infrequens in sacris literis, eundem hominem pluribus nominibus appellari. Quod si magnis uiris nomina non fortuito tribuuntur, sed per diuinam providentiam habent futurorum praesagia, utrunque nomen mire quadrat in hunc eximium ecclesiae doctorem. Si quidem Origenes Graecis montigenam sonat, prima uocali producta, quemadmodum fit in *origenibus*, quae sine contouersia hinc dicta est, quod mafica in montibus perageret sua sacra. Ab ipsa statim pueritia Origenes nihil humile cogitauit, sed ad euangelicam perfectionem, quam dominus in monte sedens docuit, & ad sublimia scripturarum mysteria animum intendit: nec enarrans sacros libros repit humi, de fide uerba in sensu literae terreno, sed per allegorias ad excelsa caelorum uicinia subuehit auditorem. Adamas autem indomiti nomen obtinuit, quod quum sit lucidissimum, ne chalybis quidem duriciae, nec malleorum ictibus cedit. At Origenis animus plusquam adamantinus fuit, quem nec uitae austeritas, nec perpetui labores, nec dura paupertas, nec aemulorum improbitas, nec suppliciorum terror, nec ulla mortis facies a sancto instituto uel tantillum dimouere potuit. De patria nihil habeo commemorari, nisi quod probabile est fuisse Alexandrinum, quod illic pater fuerit in carcere, & ibidem martyrio

dem martyrio peracto liberos & uxorem reliquerit. Refert enim nonnihil ubi nascaris, sed magis refert e quibus nascaris, plurimum uero a quibus a teneris instituaris. Origenes igitur usque ab auis & atauis parentes habuit Christianos, licet impius Porphyrius tradat illum ex ethnicis prognatum, patrem habuit Leonidam, uirum pium iuxta & eruditum, qui sub Seuero principe crudeliter in Christiani nominis professores saeuiente post carceres & tormenta capite plexus martyrij lauream adeptus est, relicto Origene cum sex fratribus adolescente, in summa nimirum egestate. Nam patris facultates altoqui satis optimas filius occupauit. Quidam tradunt, hunc Leonidam fuisse episcopum, nec addunt cuius loci fuerit episcopus. Extant apud Suidam duo anonymi, qui Origenicam uitae compendium scripserunt, quorum prior fere consentit cum his quae refert Eusebius Ecclesiasticae historiae libro sexto, ac Hieronymus in Catalogo scriptorum illustrium: posterior quaedam admiscet nugata uelut e rumoribus hausta, parum aequus, ut uidetur, Origeni, Is tradit Leonidam fuisse episcopum, quod uerum an fictum sit, in medio relinquimus. Caeterum uir prudens ac perspicax in puero diuinam quandam indolem, & absolutam uirtutis semina deprehendit, eoque solet interdum dormientis peccus nudatum exosculari, ceu thecam & officinam adorandi spiritus. Quod autem in uiris aetate prouectis, ac pietatis philosophia exercitatis miramur, id adolescentulus ultro nullis que stimulatus hortamentis praestitit. Tanto enim martyrij desiderio flagrauit, ut uehementer ambiret in ea laudis parte patri uel comes esse uel praecursor: & prorsus anteuertisset, ni mater praesentis illi summo disiculo ad agones ubi multi trucidabantur uelle procurrere, noctu clam omnia illius indumenta sustulisset. Ita martyrij candidatum, quae terror mortis non potuit, pudor domi reuoluit. An ea pro cursio probanda fuerit interim non discutio. Nunc enim indolem tantum laudamus. Quum & patrem quum adhuc in uinculis esset, per epistolam cohortatus est, ut in pulcherrimo instituto persisteret, illud addens: Vide pater ne quid mea causa secus facias. Atqui solent liberi parentes, lacrimis, precibus, blanditijs & complexibus a simili proposito reuocare: sed in hoc puero pietas uicit pietatem, & naturae affectum superauit religionis ardor, carnis infirmitatem exculsit fidei robur. Vnde & alij quibuscumque potuit in agone certantibus, aut apud iudices periclitantibus, nequaquam ociosus spectator, oculis ac uerbis animos addere solet. Nonnullos etiam a squalore carceris eripuit, nihil sibi metuens, illic gloriae fauor, hic misericors. Denique sic se gessit senilis ille puer, ut mortem pro Christo uideretur ambire atque accersere. Nec sui dissimilis fuit in progressu aetatis, ac frequenter impiorum insidijs appetitus est, sed supremi numinis prouidentia electum illud organum seruatum uoluit in summam ecclesiae catholicae utilitatem. Iam & in libris illius quoties incidit occasio loquendi de martyrio, sentias enthusiasmum quendam. Puer itaque iam annum agens decimum septimum, patre ut dicitur est orbatus, cum matre uidua & quinque fratribus paruulis relicto, non se uertit ad mendicitatem, quam nonnulli magnam sanctimoniam partem esse ducunt: sed iuxta beati Pauli consilium atque etiam exemplum, labore sibi parabat uictum, ne cui grauis esset, profitebatur grammaticam. Hoc si quis dixerit esse sordidum, sordidius erat quod magnus ille Paulus caprarum pelles cosuebat apud Corinthios in usum tentorium. Rursus si quis dicat grammatices professionem nihil habere memorabile, quum hodie scholasticorum collegia pueris abundant grammaticam profitentibus: sciat olim senile & arduum fuisse negotium. Nec enim a doctore tantum expectabatur, declinationum, coniugationum, & constructionum ratio, sed praeter sermonis elegantiam, praeter plurimorum autorum lectionem, praeter antiquitatis, & omnium historiarum peritiam requirebatur, poetics, rhetoricas, dialecticas, arithmeticas, & cosmographias, musicesque cognitio, quas disciplinas omnes puerulus adhuc mira ingenij celeritate perdidicerat. Minore negotio tres iuris doctores absolueris quum unum grammaticum, qualis fuit Aristarchus apud Graecos, apud Latinos Seruius ac Donatus. Profitebatur autem non priuatim in angulo, sed in celeberrima ciuitate Alexandria, idque publice, iam tum ad episcopalem functionem praesudens. Si quidem olim ad episcoporum curam pertinebat, prouidere ut tenera aetas literis ac disciplinis imbueretur. Atque interim generosus adolescens sub persona literatoris Catechistam agebat, obiter Christianae religionis semina quaedam aspergens auditorum animis. Caeteris enim Catechistis omnibus metu persecutionum dispersis, aliquot ex Gentibus ad Origenem se conseriebant, cupientes Christianae philosophiae rudimentis imbui, quibus ille non solum Euan-

gelicæ doctrinæ tradidit elementa, uerum etiã multos ad perfectæ pietatis fastigiũ euexit. Quorum de numero Plutarchus martyrii lauream est consequutus: Heraclas Plutarchi germanus ob admirandam uitæ sanctimoniam post Demetrium ad Alexandrinæ ecclesiæ gubernationẽ ascitus est: Serenus etiã nũ catechumenus pro Christi nomine cæsus est: Heraclides item martyrii gloriã promeruit, quã & Heros adhuc neophytus adeptus est: Serenus alter post diros cruciatus fortiter pro Christo toleratos capite plexus est: ut breuitatis studio taceam cæteros, in quibus fuit Ambrosius, quẽ ab hæresi Valentiniana ad catholicæ doctrinæ lucem reduxit: atq; interim fœminas sileã, quæ pro religione Christiana inuictos animos præstiterunt, in quibus præ cæteris eluxit Potamiæna. Ita adamantius ille Adamantius, multos adamantes ecclesiæ genuit, castigans interim corpus suum, & in seruitutem redigens, ne forte quũ alijs prædicaret ipse reprobos efficeretur. Vigilijs enim, ieiunijs, chameunijs, nuditate ac laboribus carnem durabat ad omnem patientiam. Hac admirabili uitæ integritate, ac fugibus officijs, quũ erga oēs, tum præcipue qui persequutionũ sæuitia periclitabantur, quamuis ipse nihilominus cõtemneret gloriam q̃ pecuniam, tamen & clarum & gratiosum nomen sibi peperit, non tantũ apud Christianos, uerum etiã apud Ethnicos. Nam eximia uirtus etiã impios rapit in admirationẽ & amorem sui, unde factum est ut cõplures ad Origenis imitationẽ accingerentur. Id perpendens Demetrius eius urbis episcopus, adolescentiam octo decim annos nato munus arduum ac planè senile delegauit, uidelicet Catechistæ, quod Alexandriæ primus post Apostolos Pantanus, secundus Clemens, tertius Origenes administrauit. In hac functione floruit Origenes cõpluribus annis. Catechistæ dicti sunt, quod baptismũ ambientibus uia uoce tradere dogmata Christianæ religionis: horũ discipuli dicti sunt catechumeni, quos auditores possis appellare. Nomina in hodiernũ usq; diem manent in ecclesia, res non item, eo quod infantes tingimur. Superest tamen nonnullum prisicæ consuetudinis uestigium, quum adhibentur susceptores ac susceptrices, quos cõpatres & cõmatres uocãt quidam. Origenes igitur quod prius furtim ac priuato studio gesserat, iam publice ex delegatione cõcepit agere. Ad id usq; temporis humanas disciplinas non omnino cõtempserat, sed Mathematicam etiã scire curauit. Verũ ubi iam totus ad diuini uerbi tractationẽ inflammaretur, Grammaticã scholã negligebat, prophanos libros amico cuidã uendidit, hac quidem cautione, ut ille quotidiè quatuor obolos annumeraret. Hac ratione prouisum est, ut esset unde aleretur, nõ esset tamen, unde in suspicionẽ uenire posset, quasi cõgerendæ pecuniæ studio teneretur. Vel hinc æstimare licet q̃ ille nõ indulsit delicijs, cui quatuor oboli uicium & amicũ suppeditabãt. Atqui Paulus docet ius esse catechistis, ut catechumenorũ liberalitate subleuetur: nec id fugiebat Origenẽ, sed in hoc Paulinã, ut ita loquar, superbiam est imitatus, q̃d noluit uti suo iure, sed ultro etiã oblata ab amicis munera cõstanter recusat, ut *ἀλάττωπος* poneret Euangelium suum. Atq; adeo, si fas est dicere, Apostoli generositatem quodammodo superauit: ille siquidẽ licet à Corinthijs auaris & opulentiã tumentibus nihil acceperit, ne suã apud illos autoritatẽ eleuaret, aliorũ tamen spontanea benignitate nonnunq; est usus. Porro quemadmodũ Origenes in ministerio uerbi cæterisq; pietatis officijs seipsum quotidie superabat, ita fragrantia boni nominis indies latius diffundebatur, adeo ut per Alexandrũ Hierosolymorũ, & Theoclistũ Cesareã episcopũ, quorum id temporis apud Palestinã erat præcipua autoritas, ad presbyteri honorẽ sit pertractus (erat enim id temporis magna presbyterorũ dignitas, qui post turba euulsuerũt) & in Clementis locũ surrogatus, hac quidẽ occasione. Achaicæ ecclesiæ uarijs hæresibus uexabantur, ad eas sedandas missus est Origenes iam mediæ ætatis, idq; sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ. At dum per Palestinã Athenas tenderet, à modo dictis episcopis apprehensus presbyter ordinatus est, ut Christi negotiũ maiore cum autoritate gereret. Hoc igitur honoris susceptum mo omnium applausu, prædicantiũ hoc honoris longe infra uiri meritũ esse, cuius uirtutibus uel summũ sacerdotiũ deberetur. Hæc populi uox haud leuiter momordit animũ Demetrii, qui humanũ quiddam passus (soler enim hæc tinea, etiã perfectorũ animos perterere) cõcepit in Origenẽ crimina spargere, & epistolis per orbem disseminatis nominis illius claritatẽ offuscare. Et quoniã in purissima hominis uita nihil habebat quod reprehenderet, obiecit illi puerilem errorem, quod admodũ adolescens feruidõ quodam zelo, sed non secundum scientiã, seipsum excecisset, quo libere citraq; pœnitentiæ

uita periculum doceret Euangelicã philosophiã. Fertur & alia quædam Euangelij præcepta iuxta sensum historicũ obseruasse, ueluti de non habendo duas tunicas, de abijcienda solitudine crastini. Quidam tradunt illum sibi medicamentis genitura stimulos admisisse, quod ego falsum arbitror, ferro res gesta est. Suspicio hoc esse quod diuus Augustinus in catalogo hæreticorũ refert ex Epiphaniõ. Origeniani, inquit, à quodã Origene dicti sunt, non ab illo qui ferẽ omnibus notus est, sed ab alio nescio quo, de quo uel sectatoribus eius Epiphanius loquens: Origeniani, inquit, cuiusdã Origenis, turpis aut sunt operationis. Isti sunt nefanda facientes, sua corpora corruptioni tradentes. Hæc tamen Augustinus, qui haud scio an Epiphaniij græca recte intellexerit, Nam *φθέρω* & *φθορὰ* græcis tam de uolatoribus dicuntur q̃ de obscentis. Epiphanius autem homo uirginẽ pudoris, non ausus est genitalia membra nominare. Et Augustinus de Origenis castratione nondũ acceperat. Sed huius rei penes lectorem esto iudicium. Ut ad historiae seriem redeam, hoc factum Origenes cõcelatũ cupiebat, ad Demetrii tamẽ noticiã nescio quo pacto peruenerat, qui tum quidem admiratus in adolescente tam insignem animi uirtutẽ, spiritusq; robur, & collaudauit, & ecclesiæ gratulatus est. Siquidẽ interdum, sicut in equis ferocioribus, ita ex adolescentiũ uitijs, præclara uirtutũ indoles deprehenditur. Error erat, sed in puero ab ardentissimo pietatis studio profectus. Cæterum Demetrius quod prius collaudarat, post obiecit pro crimine. Hæc mutilatio corporis obstitit, quo minus Origenes ad sacerdotij fastigium eueheretur, ne ad presbyteri quidem gradum admittẽdus, nisi uitiũ hoc latuisset. Atq; hodie quidem gnauer aduigilatur ne quis presbyter ordinetur qui corporis aliquid parte sit mutilus, ne dehonestetur ecclesia: utinam pari studio aduigiletur ne quis ad hoc honoris recipiatur, nisi cui mens sit integra. Mentẽ turpiter mutilam habet, cui deest sacrarum literarũ cognitio, turpius qui nullo pietatis amore ducitur. Dehonestat ecclesiã qui corpore luscus est, & non dehonestat qui in cognitione Euangelicæ philosophiæ cæcus est: Dedecorat ecclesiã qui corpore claudus est, & non dedecorat, qui iuxta prophetam sermonem intus utroq; pede claudicat, imò totus inclinat in mundum, à Christo præter titulum alienus. Sed redeo ad spadonem nostrũ. Ingrauescente inuidia celsit quidẽ æmulorũ importunitati, & Alexandriã reliquit, nusquã tamẽ fuit sui dissimilis Adamantius, ubiq; lucens, studioq; indefatigabili prædicans Euangelium. Non se adunxit damnatẽ sectẽ, quod fecit, Tertullianus ex orthodoxo factus Montani blasphemii satelles, cõtra mentis suæ sententiã appellas eum omnis ueritatis deductorẽ: Neq; enim mihi persuaderi potest, hominẽ tam acris iudicij, sic in diuinis literis exercitũ credidisse illũ fuisse spiritum sanctũ quẽ Christus promisit apostolis: nec orbem uniuersum horrendo schismate perturbauit, quod fecit Arius, ac ne scripto quidẽ amariore cõtendens cum obtrahatoribus: sed quod est longè pulcherrimũ uictoriæ genus, iuxta beati Petri consiliũ, maledicis benefaciendo obturauit os. Docuit aut potissimũ in Casarea Palestina. Illic permultos egregios uiros in sacris literis erudit, in primis Firmilianũ Casareæ Cappadociæ episcopum, à quo fuerat cum omni Cappadocia inuitatus, qui eum diu apud se tenuit. Is post sub obtentu sacrorũ locorum ad Palestinã profectus, iterũ se Origeni discipulũ præbuit multo tempore. Instituit & Theodorum, qui post ad episcopi munus ascitus est, præterea Gregoriũ, quem *βαμβαρυρὸν* appellant, opinor, quod miraculis claret. Item huius fratrem Atheodorũ, quem a mundana philosophia ad euangelicã adduxit, qui & ipse adhuc iuuenis ad ecclesiã gubernationẽ euectus est. A Mammea Alexandri Seueri matre Antiochiã accitus est, & ab ea honorifice dimissus est. Hanc Hieronymus appellat religiosam fœminã, Christianã non dixit. Quancũ filius illius Syrus erat, ac permulta fecit in uita non indigna homine Christiano. Certè Heliogabalo patri huius probro datum est, quod Moses & Christũ quendam haberet in larario suo. Ad Philippũ autem imperatorem scripsit epistolã, qui primus regũ Romanorũ fuit Christianus: scripsit & ad matrem eius. Romam uidit tantũ, quam ecclesiã magnam appellat in quadam epistola. Id factũ est sub Zephyrino pontifice priusquã Casaream proficisceretur: moxq; Alexandriã reuersus, Heraclam presbyterũ iterum sibi in societatem Catecheseos adiunxit. Hoc diligenter expressit Hieronymus, quod quidam sparserant illum eiecũm ab ecclesia sua primũ Romanã, deinde Casaream profugisse, quũ nunquã fuerit eiecũs. Sed posteaquã Demetrius in absentem declarauit hostilem animũ, maluit in Palestinã docere Christum, q̃ Alexandriã

dris cum furioso episcopo contendere. Ambrosium, quem ut dixi à Marcionis errore uocauit ad fidei catholice sinceritate, habuit *ἐπιδοκίμων*, hoc est, operis pensum exigentem: de quo queritur in epistola quadam, quod ab illo supra modum urgeretur, adeo ut nec legendi, nec à notarijs excepta recognoscendi spacium daretur. Notariorum ars erat, ut quæ dicebantur notulis quibusdam exciperent, tanta celeritate, ut non disclantis tantum, sed loquentis uocem assequeretur. Vnde græcis *παραγράφαι* dicuntur. Nam erant & *καλλιγράφαι*, qui notulis excepta plenius describerent. Ambrosius igitur notarios ac membranas suppeditabat, Origenes linguam. Huic à multis hoc uitio datum est, quod moriis amici senis & egeni non sit recordatus. Ex quo liquet Origenem ad extremam usq; senectutem in paupertate perseuerasse, quæ tali uiro non fuerit difficile ditescere si uoluisset. Tanta erat modestia, ut sero passus sit excipi quæ diserebat: tanti studij, ut nunquam cibum caperet absq; lectione, indignum ratus deteriore hominis partem reficere, meliorem neglecta. Vixit in sanctissimis laboribus usq; ad annu ætatis suæ sexagesimum nonum. Tyri mortuus est, atq; ibi sepultus.

DE DOCTRINA ET LIBRIS EIVS.



VNT qui tradant Origenem fuisse *ἀνοδοκίμων*, id haecenus esse uerū arbitror, quod maximam eruditionis partem sibi tradidit. Alioqui legimus illum in philosophia audisse Ammoniu quendam annis septē, & puer adhuc patrem solet quaestiuiculis quibusdam lacerare. Quæ autem esset adeo discendi audis, non est dubitandum, quin undecunq; potuit studuerit aliquid discere, & habebat Alexandria uiros egregie doctos. Quod si Augustinus citra operam præceptoris tantam eruditionem cōsequutus est, quid sentiendum de Origenis ingenio, quæle uix unquā habuit docta Græcia, felicissimorū ingeniorum parens. Ut autem facilius, ita & felicius discuntur, quæ iam inde à teneris annis percipiuntur. Origeni nulla pars ætatis perijt à studijs. Beatus Augustinus usq; ad annu trigessimu sextum à religione fuit alienus, & catechumenus ac baptizatus non nihil ætatis in prophanis disciplinis contriuit. Ambrosius iam adultus à munere ciuili simul & ad baptismum & ad sacerdotium arreptus est. Vterq; docendo discere coactus est. Origenis ingenium sufficiebat ad omnia perdiscenda, adeo ut qui nihil aliud in uita sectabantur quam dialecticam, & huius generis reliquas disciplinas, ad hunc deferrent si quid esset perplexæ quaestionis. Quin & clarissimi nominis philosophi, licet à Christo alieni, frequenter in libris suis honorificam Origenis fecere mentionem, præceptorē ac magistrū reuerenter agnoscetes. Caterū quantum uoluminum in sacras literas uel dictarit, uel scripserit, siquid sciremus si extaret epistola quam Hieronymus, ut ipse testatur, scripsit ad Paulā Eustochij matrē, in qua recensuit omnia Origenici ingenij monumenta, cōferens eum cū M. Varrone, qui & ipse ut undecunq; doctissimus, ita *παραγράφος* fuit. Tantū autē fuit studiū Origenē penitus abolendi, ut ipsos etiā uoluminū extare passim nō sint. Nunc tantum ea nosse licet quæ latine uersa sunt, aut quæ citantur à ueteribus. Et haud scio an nobis expediat, posteaquam ipsi libri interciderunt, titulos quoq; sublato esse, uidelicet quo moderatius doleamus. Quæcunq; uero reliquit, triplici discrimine distinguuntur. Si quidem alia dicuntur scholia, alia homilia, alia tomī. Scholia latine possis dicere ociosa. Quoties ad iustā cōmentationem deerat ocia, breues quasdam annotatiunculas locis obscurioribus dicere solet. Homilia recte dixeris colloquia, uir singularis modestiæ, rem magnificam familiari nomine signauit. Ardua planeq; regia res est, publice docere populum. At ille sic orationē tēperat, ut cum populo conferre uideatur. Eas conciones non ipse scripsit, sed à notarijs excipi passus est, quod tamen negant illum esse passum ante annum, ut ante dictum est, sexagesimum. Tertiuū genus ipse uocabat *πύρις*, quos tractatus, siue uolumina uertere possis. Eos ipse descripsit: & quoniam scripsit eruditiss, abstrusiora quædam mysteria patefecit, tota (ut ait Hieronymus) ingenij sui uela pandens. Primi generis nihil extat, secundū per multa supersunt, tertij sunt libri *παραγράφαι*, & commentarij in euangelium Matthæi, licet imperiti hoc opus in homilia secuerint. Iam sunt quædam quæ nullum trium generum comprehendunt, ueluti epistolæ, quas multas scripsit ad diuersos. Nam quinq; libros Stromateon nescio an scholijs ascribere liceat. In his enim uarias res commiscuisse uidetur, unde à picturatis stragulis nomen assumptum est. Eum titulum à Clemente fuit mutatus. Sed quo

quo in ordine ponemus exapla & tetrapla? Quum enim animum appulisset ad scribendum cōmentarios in scripturas diuinas, ipsa re comperit sed ut oportet præstari non posse, nisi accederet sermonis Hebraici peritia: quod ab his fontibus libri sacri, præsertim ueteris testamenti, primum ad nos emanarunt: ad quos recurrere sæpenumero compellit, uel interpretum dissonantia, uel codicum deprauatio, uel sermonis obscuritas. hac parte ne inutilis esset noster Adamantius, aliena grate, contraq; gentis naturam, barbaram peregrinæq; linguæ tædium deuorauit: cuius notitiam assequutus, non Septuaginta modo, sed & aliorum editiones in unum contulit, pura Aquile Pontici, Theodotionis & Symmachi Ebionitarum, unde Hieronymus eos appellat hæreticos Iudaizantes. ea secta contendit Christum fuisse purum hominem. Quorum Symmachus scripsit cōmentarios in euangelium Matthæi, conatus illinc suam confirmare impietatem. Præter hos etiam Origenes nihil non perscrutās, quintam, sextam & septimam æditionem adiunxit, quas omnes ita digessit per columnas, ut singula uel inter sese uel cum Hebraicis conferri possent. Cui operi titulum fecit *ἑξαπλά*. Rursus separatim digessit uersiones Theodotionis, Aquile & Symmachi cum Septuaginta, unde hoc opus appellat *τετραπλά* à quadruplici ordine, unde *ἑξαπλά* legendū uidetur prima uocali aspirata. Atqui constanter habent codices *ἑξαπλά* prima exili, quod mihi magis probatur. Nam Theodotion, Aquila & Symmachus, si accedat uersio Septuaginta cum quinta, sexta & septima æditione, erūt septē ordines. *ἑξαπλά* Græcis sonat ex plano. Itaq; *ἑξαπλά* dicta sunt à numero columnarum, sed quod res simpliciter absq; inuolucris exponatur oculis. Sed horum mentione quæ non extant paulisper dilata, de ijs quæ nobis supersunt iudicium nostrum proponemus: ubi mihi rogandus est lector, ne protinus mihi tragœdiā extitet, si quid adferetur quod discrepet à salua & persuasione quam imbibit. Opinionem meam in medium adferam, quam oportet expendi priusquam damnari. Si excussa displicebit, sinat ualere meam, & fruatur sua, ac iuxta beati Pauli consiliū, in columi amicitia in suo sensu acquiescat.

CENSURA DE HOMILIIS IN GENESIM.



OMILIAS in Genesim uertit Ruffinus, non Hieronymus: præfatio relecta est, quæ nec Ruffinus nec Hieronymus soleant quicquā edere sine prologo. Ruffinus autē grauissima suspitione premebatur, quod esset Origenista: sub hoc enim titulo Arianorum hæresis conata est repullulascere: itaq; pro inuidioso nomine Ruffini, suppositum est gratiosum nomē Hieronymi. Hæc nimirum sunt artes librariorum, submouentiū quæ prima statim fronte deterrent emptorem, & affingentium quæ possent allicere. Non mediocrem orexim habet autoris celebritas. Simili furo uulgus imponit incautis, pannum ex Anglia allatū menties, qui nunquā uidit Angliam, & pro Belnensi uendētes uinum quod iuxta Louanij mœnia natū est. Stultus multum habet perspicuitatis, satiq; commode fluit, licet non usquequaq; purus: cui uirtuti utinam fidem adiunxisset, quam ab interprete requiritur. At hæc libertas, uel licentia potius, addendi, adimendi, mutandi, Ruffinum clamant interpretem. Hanc licentiam fatetur usurpasse se in Leuiticum, in epistolam ad Romanos, in historiam Ecclesiasticam. Quod porro opus ille tractauit unquā, quod non ad istum modū cōtaminarit: Genadius testatur quicquid Origenis uersum est, à Ruffino uersum esse, exceptis ijs quæ uertit Hieronymus. At is in Catalogo scriptorū nominatim recensens quæ uerterit ex Origenis, nullam huius operis facit mentionem, quum ut ipse testatur, iuuenis uerterit quædam Origenica, opus de scriptoribus ecclesiasticis ediderit iam prouector. Verum quid opus his argumētis, quum ipse Ruffinus in peroratione, quam adiecit commentarijs in epistolam ad Romanos, profiteatur se uertisse Origenis in Genesim, Exodum, Leuiticum, item in Iesu Naue, & in libro Iudicum: quamuis non nesciam & illic pro Ruffino suppositum Hieronymum, sed nimis impudentem, ut mox docebimus.

DE HOMILIIS IN LEUITICVM

In ea peroratione quæ mox citauit, fatetur se has homilias uertisse liberius, hoc est multa quæ dicit defuisse, de suo attextuisse. Ea temeritas tolerabilior est, quæ nominatim indicat quid sustulerit, quid adiecerit, quæadmodū fecit in historia ecclesiastica, cui detraxit librū IX. & in eius loco suas narrationes infulsit. At qui legit hoc opus, & enarrationē epistolæ ad Romanos, incertus est utri legat Origenē an Ruffinū. Hac arte uir gloriæ cupidus, pū

tauit se reperisse uiam, qua uel inuitis omnibus tereretur manibus hominum.

DE IESU NAUE.

Hic creuit bibliopolarum audacia. In totius operis frontispicio sat habebant pro Ruffino Hieronymum supponere, reuulsa præfatione. Hic affinxerunt præfationem, sed adeo frigidam adeoque ineptam, ut nullo certiore argumento possit persuaderi, hæc ab Hieronymo non esse uersa. Homines suaues existimarunt neminem addubitaturum, posteaquam ad Chromatium inscripta esset præfatio, ad quem interdum scripsit Hieronymus. Vide uero mihi candide lector, quam Hieronymiane compeller suum Chromatium: & tu, inquit, o mi semper uenerabilis Chromati. Quanquam tota præfationis sententia talis est, ut cuius operi possit aptari, quod procerum genus rhetores appellant uulgare. Ne commemorarem quod hanc ipsam sententiam impostor ex Hieronymi scriptis sublectam in uulsa garulitate dilatauit. Atque interim Hieronymum pariter & Chromatium facit stultum: Chromatium, qui quæ inuincat ac præcipiat, non tam designat, quid, ex quo autore, quas ob causas uerti cupiat, tantum iubet, ut aliquid ex Græcorum opibus donet latinis auribus, quasi id nunquam fecisset Hieronymus: Hieronymum, qui nullam adferat causam, quæ hoc opus Origenis uertendum susceperit. An non hoc uideretur esse simile loco Terentiano: apud quem Pamphilus cupiens quocumque prætextu ablegare seruum curiosum & garrulum, iubet abire in portum & conuenire hospitem Myconium, Seruus autem respondit, nunquid uelit illi dici, an tantum, inquit, conueniam: Ita Hieronymus respondere poterat Chromatio, Nihil ne refert quid unde uertam, doctum an indoctum, pium an impium, tantum uertam: Nec in tam longa præfatione uerbum ullum admiscet quod ad operis commendationem intelligentiamue pertineat. Omitto nunc solæcisimos ac sermonis ineptias. Ait Origenem eas orationes ex tempore declamasse, quasi uir ille, quem Athanasius non semel appellat omnium diligentissimum, non attentam cogitatione præparatus ad dicendum accesserit, aut quasi quicquid apud populum dicitur ut a notarijs excipiat, ex tempore dicatur. Quam uero dure & obtorto, ut aiunt, collo Beselehelis illic infulsit mentem, quam frigidis allegorijs interpretatur ea quæ offerebantur ad templi structuram. Quam helle & illud dicitur est, uim sensum oratio sermonis inculti exasperat, pro eo quod erat, oratio incultior facit ut minus placeat sensus. Tibi, inquit, reputa, pro imputa tibi ipsi. Quam apte quod apud hunc Hieronymus, se facit indoctum ad uertendum Græca latine. Non usque adeo sibi displicuit Hieronymus, quin potius in hac parte studiose aliquoties sibi uindicat autoritatem. His adijciam quod ut Hieronymus in Catalogo scriptorum nullam huius operis facit mentionem, ita Rufinus in peroratione quam paulo ante citauimus, proficitur se huius libri sequentis iudicium interpretari: & quod mireris, negat se hic quicquam addidisse, aut detraxisse, sed bona fide quod in Græcis codicibus inuenit latinis auribus tradidisse. Hæc pluribus inculcare uisum est, ob morosa quorundam crassaque iudicia, qui nimium tribuunt quibuslibet titulis ac præfationibus. Huiusmodi nanque ab impostoribus obruduntur studiosis, & falluntur parum attentis, & nobis indignantur qui monendo lectoris oculos expergefimus.

DE COMMENTARIIS IN IOB

De tribus in Iob libris mox aperiam quid sentiam, illud ipsa res loquitur, præfationem esse cuiusdam locutulei, nec docti, nec uerecundi, nisi pudoris argumentum interpretemur, quod nec suum nomen apposuit, nec alienum supposuit, suppresso & illius ad quem scribit nomine, tantum ait, lecta hac præfatione perspicuum fore quis fuerit operis interpret. Et tamè omnino uult hanc præfationem legi, priusquam aggrediaris commentarios, quum ea nihil habeat quod ad operis intelligentiam uiam muniat. Addit ab alijs ante uersum fuisse latine, seu ut ille loquitur, in latinum, sed non sermone latino. Hic igitur secundus interpret addidit elegantia flosculos. Atqui nec huius præfationis artifex nouit latine, quæ tota nihil aliud est, quam mera miseraque balbuties: & qui commentarios scripsit, tametsi in suo dicendi genere facundus est, tamen perspicuum est, quod eloquentiam suam non didicerit ex libris M. Tullij, sed ex scriptoribus ecclesiasticis. Iam quid absurdus illa comparatione medici & interpretis, qua sibi tamè mire uidetur placere. Obsecro te lector quæ fuit illius seculi, uel ruditas, uel oscitantia, quæ huiusmodi deliramenta literatis pariter & illiteratis obruderetur. De prologo hæcenus, ex cuius ineptia primùm illud palam est, librarios nobis uoluisset facere fucum, Nunc de opere loquar. Sunt quædam leues coniecturæ, quibus adductus

ductus, suspicari possit aliquis, hos commentarios ex Origenis uersos, licet non ab hoc prologista. Prima est, quod ex epistola Hieronymi ad Pammachium & Marcellinum, constat Origenem scripsisse in Iob, quanquam & apud Latinos aliquot scripserunt in Iob. Altera est, quod hic testatur se scripsisse in Genesim, in qua scripsit & Origenes, at is quidem non solus. Habet in differendo nonnihil Origenicum, quod libenter submouet literam, quo locum faciat allegoriæ: Veluti Iob dicitur *ὄψωνος*, quod Hieronymus uertit magnus, hic legit, fuit de genere optimo: negatque illum ex bonis prognatum, & inducit nobis multas uirtutum species unde prognatus sit Iob, ex maioribus nimirum optimis. Atqui optimi uocabulum non refertur ad mores, sed ad fortunam: unde & optimates dicuntur, non qui moribus sunt laudatissimi, sed qui nobilitate generis, opibus, ac dignitate præminent, quanquam nihil ueritatem etiam illic fuisse bonos aliquot. Dixit quæ uideri possent illi cum Origenem conuenire, e quibus quam friuolæ sint coniecturæ nemo non uidet. Nunc accipe in quibus Origeni dissimilis est. Omnia plena sunt battologijs, hoc est, eiusdem sententiæ repetitionibus, quarum pleraque frigida sunt & ociosæ. Quo dicendi genere delectatus est Fulgentius, uir altoqui disertus. Hoc certe non est Origenicum. Præterea toties repetit locum quæ exponit, ueluti gradum faciens ad reliqua adijcienda: uerbi causa, fuit homo, frequenter iterat, aliquid dicitur de homine. Hoc docendi genus non improbo: quo si quando utitur Origenes, moderatius ac dexterius utitur, in quo nihil ineptum aut redundans. Hic quantum temporis absumit, dum personis affingit sermonem, dumque ad diabolum facit apostrophas. Verum ne longius sermonem traham, per me quidem suo quisque iudicio indulgeat, ego sentio autorem fuisse latinum, & latine scripsisse, uirum in diuinis scripturis pulchre exercitatum, & ad docendum oratione fusa non uulgariter appositum, sed Arianum. Id non obscure deprehenditur in quo hæc scribit: Tria, inquit, cornua facit diabolus in typum atque figuram trionymæ illius sectæ, triumque deorum hæresis, quæ uniuersum orbem terræ in modum tenebrarum repleuit, quæ patrem & filium & spiritum sanctum aliquando ut tres colit, nonnunquam unum adorat, quemadmodum Græcorum lingua memorent, Tria da uel homouision. Istam ergo trinitatis sectam & hæresim atque infidelitatem iam olim designans uersutissimus ille diabolus, tria cornua misit ad Iob &c. Quod ait Trionymæ sectæ, referri poterat ad Noetianos & Sabellianos, qui tradunt in diuinis unicum esse personam, sed quæ tribus nominibus appelleretur. Pater est, dum condit ac genuit omnia. Idem mutato nomine carnem assumpsit, & passus est pro redemptione humani generis, uidelicet iam filius. Rursus idem uenit in Apostolos, iam spiritus sanctus. Verum hæc secta nunquam repleuit totum orbem terrarum. Ad hæc, quæ sequuntur, non pertinet ista de Sabellianis intelligi: nec enim illi profitebatur tres deos, quod nulla unquam docuit: sed hoc Ariani falso obijciebant orthodoxis, eo quod tres personas adorarent, quarum unamquamque profitebantur esse deum. Iam quod addit Græcorum lingua dici Tria da & homouision, in nullos alios dicitur uideri potest, quam in orthodoxos ab Arianis, qui in deitate negabant trinitatem, & homouisionem execrabantur: ne homouisionem quidem uocabulum ferebant, quod negabant simplicissimam dei naturam esse communicabilem, & in rebus creatis nihil esse deo simile. Idem facit & alibi mentionem patris, filij, & spiritus sancti, sed ut hinc quoque possis Arianum agnoscere. Solum enim patri tribuit cognomen dei: Fidei summam proponens hunc in modum loquitur: Omnia, inquit, gratis faciunt, si non in fide fecerint: sine causa agunt, nisi in agnitione unius ingeniti dei, patris, & in confessione unius unigeniti filij eius domini nostri Iesu Christi, & in illuminatione spiritus sancti gloriosi ac uenerabilis paracleti &c. Vides ut soli patri addat nomen dei, & hunc solum dicat ingenitum, quod solus non habuerit initium: nam hoc uerbo ambiguo conabantur simpliciter imponere: filium dominum appellat, spiritum sanctum uenerabilem, gloriosum & paracletum. Ex his opinor satis liquet fuisse Arianum, ex quo consequitur autorem non fuisse Origenem, post cuius ætatem exorta est Arianorum secta. Stylus conuenit cum commentarijs in Mathæum, quod opus appellant imperfectum, & Chrysostomi titulo ferebatur, quum ex ipso opere declarauerimus eum fuisse Arianum: in quo quum multa mutassent qui lectori uolebant obrudere, quædam illos sefellant unde proderetur Arianus. Ego suspicor autorem fuisse Maximinum episcopum, cuius extant cum beato Augustino episcopo disputationes. Nam & ille quæ Augustinus urgeret argutijs dialecticis, per-

cis perpetua dictione qua ualebat, tempus eximere maluit. Fuisse latinum imprimis ipse operis gustus indicat. Vix enim quisquam ita commode uertit Græca, ut oratio latina non sapiat alicui suam originem. Interpretatur interdum Græcas uoces, sed ita ut latinum agnoscat, ueluti quum docet nos quid & qualis sit adamantus. Opus est imperfectum, tantum enarrat limen operis, quod à Mose putat additum, & initium sermonum Iob, sed non uidetur longius profectus. Id arguit tertij libri clausula. Nec uideo quis fuisset finis, si ad consimilem modum singula uoluisset excutere, opus est lectu dignum, atque utinam haberet ecclesia multos tales episcopos, excepta impia opinione.

DE COMMENTARIIS IN TRES PSALMOS

De hoc opere sum ancipiti sententia, uix refert Origenis ingenium ac phrasim, propius accedens ad phrasim Chrysostomi. Suspicio enim qui scripsit fuisse latinum, aut si uertit Ruffinus, more suo quod alienum erat fecit suum tractando, hoc est, contaminando. Nec ipse qui præfatur profitetur se has homilias ex Origene uertisse. In peroratione quam adiecit commentarijs in epistolam ad Romanos, testatur se has homilias simpliciter uertisse, ut habebantur apud Græcos, nec illic exprimit nomen auctoris. Sunt autem quædam dure, quædam frigide interpretata, quædam aliena & asciticia. Durum est, quod interpretatur, Noli amulari in malignantibus, noli malis præbere mali occasionem; quum iuxta scripturæ consuetudinem, potius uideatur eadem sententia repetita. Nam præpositio, in, addita est ex proprietate sermonis hebraici, sic in proximo uersu duplicatur sententia: Quoniam sicut foenum cito arefcet, & sicut holera herbarum cito decident. Ex consequenti aliena quæ sunt multa cogerit ex Deuteronomio, & Paulo, de παράκλησις. Hic enim uerbo passiuo est usus μή παρακλησις. Quod aptius reddi poterat, noli ad inuidiam siue ad æmulationem prouocari, & noli mirari malos. Nam & hoc Græcis sonat ἑλπίδι. Quæ uero miramur, ea nitimur imitari. Noli inuidere, noli mirari malorum felicitatem, quoniam inanis est, & mox euanesceat, sed uere felices sunt, qui spem suam fixerunt in domino, ab hoc uera sunt diuitiæ, uere delicia. Diuus Hieronymus μή παρακλησις uertit, noli contendere, uehemens æmulandi studium contentionem appellans. Frigidum est quod interpretatur, non gentem, non unam nationem ad fidem uocatum, quemadmodum Iudaicæ genti data est lex, sed ex omnibus aliquos uocatos: quum scriptura non gentem appellet gentem contemptissimam, ac uera religionis expertem, quemadmodum Paulus appellat non gentem, qui iuxta mundum pro nihilo habebantur, ignobiles, egenos, humiles, illiteratos. Sunt alia consimilis farina, quæ non perfequor ne sim prolixior. Hæc exempli causa fat est indicasse. Iam præfatio uidetur inanibus & male coherentibus sensibus consarcinata. Primum cuius obsecro frontis est, profiteri se uertisse de Græco, nec indicare auctorem unde uerterit. Tum ita narrat has homilias à se uelut in unum corpus digestas, quasi ipse digessisset, non auctorem. At qui id non est interpretis. Mox totum hoc opus dictionem appellat, ne quis suspicaretur non fuisse homilias. Suspicio enim Ruffinum, aut si quis fuit alius, hæc uertisse liberius & commentario perpetuo, atque hunc in homilias disseuississe. Id ne quis deprehenderet, suppressit auctoris nomen. Tandem metuit ne Apronianus irascatur ipsius operi, si id semper laboriosum intellectui suo pro asperitate sentiat questionum, asperitatem dixit pro difficultate: & ita loquitur, quasi ipse nihil soleat scribere non insigniter subtile. Interim non excusio, quam latine dixerit, præstabit quod, pro præstabit ut: nec quod opus suum appellat, cuius se profitetur interpretem, ac perinde loquitur, quasi ipsi debeatur expositionis perspicuitas, ac non potius auctori. Anne dicit perbellam sententiam: quia nec corpus, inquit, humanum ex solis potuisset neruis ossibusque constare, nisi eis diuina providentia uel molliciem carnis intexuisset, uel blandimentum pinguedinis. Sentit opinor hanc expositionis facilitatem esse carnem & pinguedinem operis, questionum difficultatem esse neruos & ossa. Quanta balbuties uerborum, quanta sensus ineptiarum. Vix arbitrò Ruffinum esse tam infantem, qui si minus arte, certe natura fuit facundus. Quod si quis contendat, Ruffinum non esse alienum ab ineptiando, huic non admodum repugnabo, modo fateamur operis ingenium non referre Origenicam felicitatem.

DE QUATVOR HOMILIIS IN CANTICUM CANTICORUM.

Diuus Hieronymus fatetur se uertisse duas Origenis homilias in Canticum canticorum, à commen-

à commentario uero, quem Origenes scripsit in idem Canticum, sublimitate mysteriorum, ac profunditate rerum, atque etiam sumptuum & laborum magnitudine, fuisse deterritum quo minus aggredereetur. Inter opera uero Hieronymi ferebatur & hic commentarius, quum nec Origenis sit, nec Hieronymi, sed hominis Latini, pulchre docti, ac bene discreti. Græcum non fuisse uel hinc colligas licebit, quod in prologo citat Græcos uelut alienos: quum apud Græcos, inquit, qui eruditi ac sapientes uidentur. Idem liquet ex interpretatione amoris, charitatis, dilectionis, & cupidinis. Suspicio esse cuius extant libri De uocatione gentium, & commentarij in aliquot psalmos. Quoniam autem is ob modestiam suum nomen apponere noluit, librarij præfixerunt nomen Ambrosij. Nec sunt homiliae, quemadmodum distinxerunt librarij, sed perpetuus commentarius imperfectus. Non enim excessit duo canticorum capita.

DE VISIONE ESAIAE.

Beatus Hieronymus in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum, fatetur se hoc fragmentum uertisse ex commentarijs Origenis in Esaiam: demiror autem nullam esse præfixam præfationem, quum uir ille sapenúmero præfatur ubi præfatione non est opus: hoc fatebitur esse uerum, qui legerit præfationes, quas singulis libris apposuit, quibus enarrat Esaiam. Ne in Hieremiam quidem præfatur, tamen prologus in Ezechielem meminit superioris uersus. Ego suspicio prologos fuisse sublato ab his ad quos scripserat, posteaque Origenis nomen factum est Romanis uehementer inuidiosum: & uerisimile est in his prologis magnifice prædicasse Origenis ingenium, quod idem facit in prologo quem præfixit commentarijs Origenis à se uertis in Ezechielem, appellans illum, secundum post Apostolos magistrum ecclesiarum. Illic & nomen eius ad quem scribit sublato est, ne Hieronymi quidem nomen appositum est. Dubium tamen non est hanc præfationem esse Hieronymi, quod ex hac Ruffinus obiicit Hieronymo, quod Didymum appellauit suum uidentem. Videntes Hebraei uocant prophetas, & Didymus oculis captus erat.

DE COMMENTARIIS IN MATTHAEVM

De commentarijs in Matthæum nihil hic dicam, quod his adiecerim propriam præfationem.

DE HOMILIIS IN LUCAM.

Dubium non est quin XXXI. homilias in Lucam uerterit Hieronymus, quod ipse palam in præfatione profitetur. In Catalogo tamē ita facit huius operis mentionem, ut magis uideatur ex Didymo uertisse. Quum enim Origenis mentionem iam dudum reliquisset, post hunc in modum loquitur, De spiritu sancto Didymi, quem in Latinum transtulsi, librum unum, in Lucam homilias triginta nouem, in Psalmos à decimo usque ad decimum sextum tractatus septem. Captiui monachi uitam &c. Quibus ex uerbis nihil aliud intelligi potest, quod aut esse Hieronymi hoc opus, aut ab eo uersum ex Didymo. Hoc utrum casu an studio factum sit nescio. Nusquam in homilijs Origenes tam concisus est, quam in his. Dein quum in cæteris nihil habeatur erroris, hic multa sunt uel suspensa uel damnata. Subindicat autem, hoc opus parum fuisse elaboratum, ut ab Origene iuene profectum: se uero in uertendo nihil immutasse, sed ut apud Græcos habebatur transtulisse: simul & Origenem excusans, & à se culpam amolians. Aetati debetur uenia, interpreti nihil potest impurari, qui non profert sua, sed bona fide reddit aliena. Iam non difficilis est coniectura, quo consilio nomina eorum, ad quos scripsit Hieronymus, sublata sint.

DE HOMILIIS IN DIVERSOS.

In his constat quædam esse non Origenis, sed hominis latini, reliquas à Ruffino impudenter contaminatas.

DE COMMENTARIIS IN EPISTOLAM

Pauli ad Romanos.

Hic librarij magnifice perfricuere frontem, & in præfatione, & in peroratione pro Ruffino Hieronymum supponentes, hoc est, uirum pro gemma lectori obtrudere conantes, & haestenus sanè sefellere incautos. Nā præfatio poterat utique uideri Hieronymi, sed in peroratione quasi forices suo se produnt indicio. Post hoc, inquit, sanè uocat nos opus quod olim quidem iniunctum est, sed nunc à beato Gaudenzio episcopo uehementius perurgitur. Clementis scilicet Romani episcopi apostolorum comitis: quorum ut successoribus darem cognitionem, libri à nobis in latinum uertuntur &c. Hic locus erat eradendus, si uoluisset

sent nobis persuadere huius operis interpretem esse Hieronymum. Constat enim tum ex Gennadio, tum ex ipsius Ruffini præfatione, quod Ruffinus uerterit Clementis recognitionum libros, non Hieronymus, & ad hunc Gaudentiū aliis quoque scribit Ruffinus. Nihil igitur agunt librarij toties inculcantes nomen Hieronymi, imò hæc inculcandi sedulitas auget suspicionem fuci. Sic enim superius legitur. Aiunt enim mihi in his que scribis quoniam plurima tui operis habentur, da titulum nominis, & scribe, Hieronymi, uerbi gratia, in epistolam ad Romanos explanationum libri. Sub finem perorationis ita loquitur. Nam Hieronymi ne putetur Clemens scribetur &c. Est & illud non nihil argumenti quod in gratiam Vrsatii cuius iussu suscepit hunc laborem, uertit regulam Basilij: & in gratiam Gaudentiij cuius hic meminit, uertit Clementē. Iam ut de phrasi nihil dicam, quis unquam obiecit Hieronymo, quod ea quæ uertit, truncaret, auxerit, immutarit, & ex alieno opere suum fecerit. Ruffino peculiaris est ista temeritas, cuius unicum studium fuisse uidetur omnes illustrium autorum libros atrectando contaminare. Non pudet illum in hac peroratione fateri se homilias Origenis in Genesim, Exodum & maxime in Leuiticum sic immutasse, ut quæ ille ædificandi studio populariter dixit, ipse explanandi specie trāstulerit. Argute uero distinxit ædificationem ab explanatione, quasi non & explanatio spectet ædificationem auditorum. Quæ porro deerant in Homilijs ab ipso supplenda: Quæstiones inquit pulsatae & relictae. Atqui tales adhuc extant in homilijs quas uertit. Sed fac suppleuisse, unde suppleuit ex suo ingenio? Non est uerisimile, sed ut arbitror ex tomis Origenis, in quibus tractat exactius, quæ apud populum loquens differebat, uel quia uolebat auditores perolixiore sermone onerare, uel quia rudibus ac parum attentis uolebat illa retrusiora ingerere. Quod dico ipse fatetur præfans in libros *περὶ ἐρημῶν*. An proinus ibi defectus est, ubi aliquid potest addi? Quis igitur non suppleuit Origenis scholia, quæ ex homilijs, quibus Origenes loca quedam delecta exponit, fecit perpetuos commentarios? In suo quodque genere plenum est, in quo præstitit autor quod proposuit ac promisit. Hactenus ad perorationem. In præfatione uero sic loquitur: Desunt enim ferè apud omnium bibliothecas, incertum sane quo casu aliquanta ex ipso corpore uolumina &c. Quidam ille lustrat omnes omnium bibliothecas: Sed caute addidit ferè. Quod si in aliquot bibliothecis non deerant uolumina, quæ de suo supplere maluit, quam ex illis adijcere: saltem indicasset ea uolumina, ut sciremus quid esset Origenis, quid Ruffini. Addit quod est omnium impudentissimum, se totum hoc opus ad dimidium propè contraxisse. Quis ferat hunc, tantorum uirorum monumenta, ac preciosas ecclesie diuitias pro sua libidine detruncantem, augentem, immutantem. In Ecclesiastica historia nonum librum contaminauit, in hunc ex decimo quæ uidebantur transferens: quia minimum, inquit, habuit de rebus gestis, in panegyricis episcoporum tractatibus occupatus. Atqui quod Eusebius uir eruditissimus operæ precium iudicauit scribere, nobis operæ precium fuisse legere. Quod si Ruffinus habebat aliquid de rebus ætatis suæ, poterat separatim nulla Eusebij iniuria uel uiginti condere uolumina. Sed metuit sibi, eoque Coccyis in morem pullos suos supponit in nidos alienos. Nec sui dissimilis fuit in uertendis libris *περὶ ἐρημῶν*. Quædam submouit ac pro his alia supposuit: quædam obscurius dicta, ex alijs Origenis libris reddidit explanatiora: nec indicat quæ sint illa quæ submouit, aut quæ sint quibus lucem addidit. Olim theatri clamabant, contaminari non decere fabulas, multo minus decet illustrium ecclesie doctorum contaminari libros. Frequenter nobis inculcat, quod ista omnia dicarit, in hoc Origenem referens. Meo iudicio etiam si caput subinde scabens, pluteum cædens & arrodens unguis ad laborasset, uix potuisset aliquid dignum eruditibus auribus excudere. Et hic Gennadio laudatur absque exceptione, & non minima pars doctorum ecclesie prædicatur, quum Hieronymum & Augustinum tantas ecclesie columnas non sine sugillatione commemoret. Atque utinam extarent græca Origenis monumenta, quo Ruffinicas artes possemus deprehendere. Debemus tamen illi, quod aliqua nobis Origenis fragmenta supersunt, sed longe plus debituri, si qua decuit fiderem gessisset. Ex his satis arbitror liquere his commentarijs per fucum à librarijs Hieronymi nomen, pro Ruffini præfixum esse, tituli lenocinio allicientibus emptorem. Quod idem factum est in Symbolo. Eum enim librum in Cypriani nomen transtulerunt, sed ita multis commutatis, ut ipsa res clamitet non casu sed de industria factum esse.

De his

DE HIS QUAE DESIDERANTUR

Porro iam perquirere quam multa Origenis opera nobis interierint, quid aliud sit, quam studiosis refricare dolore nihil profuturū. Nullam enim scripturæ partem ille prætermisit in quâ non scripserit uel scholia, uel homilias, uel tomos, uel utrumque. Præter homilias scripsit tomos duodecim in Genesim: præfatio citatur à Pamphilo in apologia. Nec enim consueuit præfari in homilias. Item in Iob teste Hieronymo in epistola ad Pammachium & Marcellinum: præterea in psalmos usque ad uigintimum, è quibus Hieronymus profertur se uertisse à tomo decimo usque ad decimum sextum. A Pamphilo citatur in prouerbia Salomonis. Hieronymus perfans in xxxix homilias quas addidit in Lucam, refert illum triginta sex tomis exposuisse Matthæum, quinque Lucam, triginta nouem Ioannis Euangelium. In hunc putat eum scripsisse adhuc Alexandria uersantem. A Pamphilo citatur Origenes in epistolam Pauli ad Titum, item in epistolam ad Hebræos: citatur tertius liber in epistolam ad Colossenses. In tertiam Esaiæ partem usque ad descriptionem quadrupedum in deserto, sunt tomi triginta. In Ezechielem tomi uiginti quinque. Hæc addidit anno sexagesimo. Reliqui libros decem *συνατάριον*, quorum tertium citat Pamphilus, & horum frequenter meminit Hieronymus.

DE RATIONE DOCENDI ET PHRASI ORIGENIS

Quod Horatius scripsit de Græcis, id optimo iure potest ad Adamantium accōmodari. Origeni ingenium, Origeni dedit ore rotundo *τυδία* loqui, præter Christum nullius auaro. Adfuit illi mira facultas ex tempore dicendi, & in obscuris etiam rebus magna dictionis perspicuitas, nec deest breuitas quoties id res postulat, certe ubique currit sententia, nec se impedit uerbis lassas onerantibus aures. Nusquam cothurno attollitur, quod Hilario tribuit Hieronymus, quem ait ea de causa à simplicium fratrum lectione procul esse: nec asceticis & è longinquo petitis ornamentis extendit uolumen, quod interdum facit Hieronymus: nec salibus ac dictionis risum mouere studet auditoribus, quod sæpenumero facit Tertullianus, & hinc plus satis imitans Hieronymus: sed perpetua quadam dictionis hilaritate non sinit auditoribus obrepere somnum. Nec affectat rhetorum flosculos, argutas sententias atque epiphonemata, quæ plerumque è declamatoria schola in qua à puero uersatus fuerat refert Ambrosius ac Hieronymus. Nec gaudet uerbis inusitatis remorari lectorem, ut Tertullianus. Nec crebris digressionibus tempus eximit, ut in tractatibus apud populum sæpe facit Augustinus. Nec superstitiosus est in orationis stragura, membris incisis & periosis sententiam absolvens, à quo non abhorret noster Gregorius, non quod affectarit opinor, sed quod his puer assueuisset, nusquam hic occurrent *ὁμοιοπρωτα* & *ὁμοιοτελεωτα* quibus delectatus est Augustinus. Gentium testimonia nusquam adhibet nisi quoties id res ipsa flagitat, quum nullum autorum genus non exacte tenuerit, quemadmodum disciplinas humanas omnes, nusquam tamen molesta est ostentatio, quæ nobis obstrepit in quorundam scholasticorum libris, in quibus tertio quoque uersu inculcatur philosophus, è diuinis uoluminibus raro adducuntur testimonia eaque parum feliciter: sed totus huius sermo sacrorum uoluminum sententijs undique ceu gemmatis emblematis distinctus est, sed adeo cōmode & in loco insertis, ut nihil fecius currat oratio: dicas esse non ascita, sed ibi nata, nec aliunde quesita, sed sua sponte præsto esse. Nec interfecat orationis fluxum ambitiosa citandi locos diligentia. Ad quædam enim gratior est allusio quam citatio. Adde, quod populus eo seculo magis agnoscebat scripturæ uerba, quippe diuinorum uoluminum lectione exercitatus. Tum enim & textores & textrices domi sacros codices habebant, quos festis diebus aut quoties erat ocium habebant in manibus. Nec opus erat alia lingua ad horum intelligentiam præter eam qua uulgus illiteratum utebatur. Ea lectio certe hoc adferebat cōmodi, quod in templis dociliores sedebant exponenti scripturæ mysteria. Res ipsa clamitat Origenem uniuersam scripturam canonicam sic memoria tenuisse, ut uix nostrum quispiam expeditus teneat unguis digitosque suos. Tantum ualet labor improbus, tantumque habet momenti à teneris unguiculis aliquid imbibisse. Horatius putat dandam ueniam, si operi longo somnus obrepat. Verum Origenes præter quotidianas ad populum homilias, tot dedit uolumina, nec usquam sentias illum dormitasse, aut delassatum fuisse. Ubique alacer est, ac uiuidus, ubique feruet. Amabat quæ loquebatur, & de rebus amatis etiam cum uoluptate loquimur. Hinc est illa perpetua uiri alacritas uiresque semper integra.

Tom. 3

I Apparet

Apparet ex homiliarū modo apud populum nunquā ultra horae spacium produxisse sermonem, saepe intra semihoram absoluisse. Non ignorabat quantum esset laicorū fastidium, quorum pleriq; uix adduci poterant, ut mallet in templis audire sacerdotem de rebus caelestibus differentem, quam mimum aut histrionem in theatro obscena & animae pestifera nugantem. Consultius itaq; iudicabat, crebro docere, q̄ diu. In reprehendis moribus ubiq; meminit Christianae moderationis, nusquam exandescēs intragicas exclamations, memor se homilias profiteri, quod est familiaritatis uocabulum, non censoriae seueritatis. Habet tamen interdum aculeorum & acrimoniae fatis, amarulentia nihil. Crebro quū durior est obiurgatio, suā personam annumerat his quos reprehendit. Nec traducit domesticas hominū sordes, & arcana crimina, quod facere solent quidam indocti, qui ex secretis confessionibus contexunt suas conciones, nō sine suggillatione sexus, status, aut ordinis, uix a personis ipsis temperantes. Origenes nulla obiurgatione crebris utitur, quā quod populus rarus accederet ad audiendum uerbum dei, & illi ipsi qui adessent oscitantes audirent, quod summa cum auditate accipere oportuit, recte iudicās hinc esse praecipuum pietatis profectum aut defectum.

Vbi lectio prolixior est & inuolutior, ueluti quae Moses tradit de generibus ac ritibus sacrificiorum, de exploranda lepra, de consecratione sacerdotum ac leuitarum, non profectur singula, ne sit auditoribus tædio, sed incredibili dexteritate quaedam ita proponit, ut ex his totius argumenti summam auditor intelligat.

Aggressurus argumentum perplexum, inuolutum, & ob hoc inamoenum, miris exordijs sternit uisū auditori, ac lucem quandam ostendit, quae persuadeat facile percipi posse, quae uidentur impedita, ac plurimum habere tum utilitatis, tum uoluptatis, quae uidebantur inamœna & ociosa. Ipsam historiam frequenter sic distinguit & explanat, atq; in compendium redigit, ut auditor res apud Mosen inuolutas, facillime & intelligere & meminisse ualeat. Plerunq; est inquiringenti ac laboranti similis, interdum propē desperanti, ut auditoris animum ad idem inquirendi studium excitet, ac secum quodammodo circumducatur suspensum & attentum. Interdum orat ipse petiq; auditorū precibus adiuuari, eisq; spem praebet ab ipsis sublimiora posse reperiri, si intendant animum.

Nullis utitur exordijs alienis, sed aptis ac necessarijs, festinans & in medias res auditorē rapiens.

Ordinem ferē hunc sequitur, historiam explanat dilucide, breuiterq; quoties res postulat, mox excitat auditorē ad sensus reconditoris allegoriae, proxime tractat locos morales. Paulum hac in parte sequutus, qui in primis epistolarum suarū partibus differit sublimiora, quibus expeditis, descendit ad morum uitaeq; institutionem. Allegorias autē non petit a philosophis aut hebraeorum Talmud, aut Cabala, aut ex proprii capitis somnijs, sed ex ipsis scripturis, loca cum locis conferens. Quod si qua allegoria uideatur auditoribus prima fronte durior, praemollit eam exordio. Nusquam diutius immoratur, quā opus est, ubiq; uitans tædium. Nam in locis moralibus Chrysothomus penē immodicus est. Ac praeterquam quod ipsa phrasid uiuida, distincta ac dilucida non sinit obrepere tædium, ipsa etiam breuitate uitat fastidium.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVVS PIO LECTORI S. D.

Neptum fortassis alicui uidebitur, in tam uasto tot uoluminū Origenicorum naufragio, unius fragmenti iacturā deplorare. Hoc enim perinde sit, ac si quis cui nauis preciosis mercibus onusta perisset, unius pallij damnū defleat; quam ego sic affectus sum ut quum de tam graui iactura non queam nō discruciarī, ea tamen maiore cum dolore desiderem, quae scripsit in Nouum testamentū, in quo literarum Hebraicarum praesidio non perinde egebat, nec toties in rebus obscuris ad durbias allegorias fuit confugiendum. Nusquam Origenes non ardet, sed nusquā est ardentior, quā ubi Christi sermones actusq; tractat. Inter Euangelistas autem, nemo mea quidem sententia plenius omnem redemptoris uitam ac doctrinam cōplexus est quā Matthaeus, qui ut primus scripsit, ita primam laudem promeruit. Caeterum hoc opus esse de genere Tomorum non solum tituli qui extant apud Græcos, uerum etiam ipsa res declarat, quocunq; consilio dissecuit illud nescio quis in Homilias. Neq; enim hīc usquam uides clau-

des clausulam homilias familiarem, quae semper exeunt in *ὁμολογίαν*, admixta nonnunquam precatiuncula. Tum ab his cōmentarijs quos habemus mutilos, decem abesse Tomos indicant Græci codicis tituli, ex quo nos adiecimus undecimum ac duodecimi partem. Vtinam licuisset ex pleno exemplari totum hoc opus instaurare studiosis, lectu profecto dignissimum. Vnam alteram uē pagellam procurrimus in eam partē quam habemus uersam, idq; duplici de causa: primum ut hoc argumento constaret hanc quā adiecimus partem illius operis esse portionem, quod habebamus truncū; dein ut ex hac quaelicunq; degustatiuncula lector possit aestimare, quantum sibi permiserit ille quisquis fuit interpres: quem ut fateor incertum esse, quod absit praefatio, ita probabili coniectura colligi potest, fuisse Ruffinum. Neq; enim Hieronymus agnoscit hoc opus, & uertendi licentia Ruffinum indicat, in quo fidem desideramus potius quā eruditionē aut facundiam, quum interpretis magis etiā quā historici praecipua laus sit fides. Vale.

COMMENTARI ORIGENIS ADA-

MANTII IN EVANGELIUM MATTHAEI, CVM ACCESSIONE duorū ac dimidiati tomī, Des. Erasmo Roterod. interprete.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.



MUNC dimissis turbis uenit in domum suam, & accesserunt ad eum discipuli ipsius dicentes: Ediffere nobis parabolam zizaniorum agri. Quando cum turbis est Iesus, non est in domo sua. Nam extra domū sunt turbae; facitq; hoc illius erga homines charitas & beneuolentia, ut domum relinquat, & abeat ad eos, qui ad ipsū uenire non possunt. Posteaquam autem satis discesserit turbis per parabolas, dimittit illas, ac uenit in domum suam. Vbi accesserit ad eum discipuli ipsius, qui non remanserant cum his quos ille dimiserat: Et quicunq; sanē syncerius audiunt Iesum, primum sequuntur illum, mox percontati ubi domū habeat, inuitantur ut uideant illum: Venientes uident, & manent apud illum; omnes quidem diem illum, quidam autē illorū fortasse diutius. Atq; huiusmodi quiddam arbitror significatum in Euangelio Ioannis, his uerbis: Postero die rursus stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Insuper ad demonstrandū quod ex his quibus fuerat cōcessum, ut irent cum Iesu, uiderentq; domum illius, is qui praesentior erat, fieret etiam apostolus, his quae dicta subnectuntur haec: Erat Andreas frater Simonis Petri, unus e duobus qui audierant à Ioanne, & sequuti fuerant Iesum. Proinde nos quoque, si uolumus audire Iesum, non more turbarum, sed eorum more, quibus permittit & in domum uenire, eximium quiddam ultra turbas suscipientes, familiares ac domestici reddamur Iesu, ut uelut illius discipuli, ad eum tam domum ingressum accedamus, & accedentes doceri postulemus enarrationem parabolae, siue zizaniorum agri, siue cuiusuis alterius. Ut autem plenius intelligatur quid nobis commendet domus Iesu, colliget aliquis ex euangelijs quaecunq; de Iesu domo dicta sunt, tum quaecunq; in illa uel dixerit, uel fecerit. Haec enim in unum coaceruata, persuadebunt huic attento lectioni, quae sunt in euangelijs, non simpliciter tantum, ut quidam existimant, esse scripta, sed simplicibus ob dispensationem ueluti simplicia prodita sunt. Caeterum qui acutius uolunt & possunt aures intendere, his illic reconditae sunt res magnae sapientiae, deiq; uerbo dignae. Post haec respondens dixit: ab eo loco: Qui seminat bonum semen, est filius hominis: de quibus tamen pro uiribus in superioribus nobis disertum est, nihilo minus dicentur & hic, quae possunt illis adaptari. Quāquam & secundum alteram enarrationem absurda non sunt. Ac mentem adhibe si possis, & aliter praeter ea quae disserta sunt prius, bonum semen pro filijs regni accipere. Quoniam quaecunq; nascuntur in hominis animo bona, haec à uerbo quod in principio erat apud deum, condita sunt, quum sint germina regni dei, ut sani de re quaque sermones, sint filij regni. Dormientibus autem his, qui non agunt iuxta Christi praecipuum dicentis, Vigilate & orate ne intretis in tentationem; diabolus obseruans, superseminat quae uocantur zizania, praua dogmata: superseminat autem naturalibus, ut quidam ap-

pellant, cogitationibus, bonisq; seminibus, quæ profecta sunt à uerbo. Porro iuxta hanc interpretationem, ager accipi possit totus mundus, non tantum ecclesia dei. Siquidem in toto mundo filius hominis seminavit bonū semen, malus autem ille zizania quæ sunt sermones prauī, qui sunt ex malitia nati, mali filij. Oportebit autem in fine rerum fieri messem, quam appellat consummationem seculi, ut angeli dei, quibus hoc datum est negotium, colligant quæ prius animæ fuerāt agnata peruersa dogmata, & tradent ea in consumptionem igni qui dicitur exurere, nimirum subuertentes ea. Et hoc pacto colligent angeli uerbi & iidem ministri, ex uniuerso Christi regno omnia, quæ inerant animabus offendicula, cogitationesq; quæ pariunt iniquitatem. Quas collectas conicient in caminum ignis ardentem. Vbi simul & qui ad se reuersi senserint, eo quod dormitum est, in ipsis illius mali femina locum occupasse, flebunt, ac sibi quodammodo indignabuntur. Nam hic est stridor dentium, unde & in Psalmo dictum est: stridebāt in me dentibus suis. Tunc maxime iusti fulgebunt, non iam uarie, quemadmodum initio, sed oēs uelut unus sol in regno patris sui. Itaq; uelut mysterium aperiens seruator, fortasse quum per omnia quæ dicta sunt in explicanda parabola, tum uero potissimum per hoc quod dictum est, Tunc iusti fulgebunt ut sol in regno patris sui, subiungit: Qui habet aures ad audiendum audiat: docens eos qui putabant ipsum in enarranda parabola dilucidissime rem explicuisse, ut uel à quibuslibet possit intelligi, & ipsam parabolæ enarrationem opus habere explicatione. Verum quoniam superius diximus in hæc uerba, tunc iusti fulgebunt ut sol, quod non ut prius uarie fulgebunt iusti, sed erunt omnes uelut unus sol, necessario exponemus de hoc loco, quid nobis uideatur. Videtur Daniel scite lumen mundi dixisse, intelligentes, uulgusq; iustorum gloria præcellentes, quum ait: Et intelligentes refulgebunt ut splendor firmamenti. Ac de uulgo iustorum, ut stellæ in æternitates. Insuper & Apostolus, quum ait: Alta gloria solis, & alta gloria lunæ, & alta gloria stellarū, Stella enim à stella differt in gloria, Sic & resurrectio mortuorum: eadem dicit quæ Daniel, sensum hunc ab huius prophetia mutuatus. Quæret igitur aliquis quomodo hi de differentia luminis quod est in iustis loquuntur, quum contra seruator ita dicat, ut unus sol fulgebunt. Opinor equidem, quod in exordijs beatitudinum quæ sunt in his qui salui fiunt, quoniam nondum purificati sunt, qui tales non sunt, differentia sit luminis, eorum qui salui fiunt. Cæterum ubi, quemadmodum diximus, collecta fuerint à toto Christi regno, omnia scandala, & cogitationes quæ gignunt iniquitatem, coniecta fuerint in caminum ignis, consumptaq; fuerint deteriora, & dum hæc geruntur, ad se redierint qui ceperant sermones, mali illius filios, tunc iusti unicum solare lumen facti, fulgebunt in regno patris sui. Sed cui fulgebunt, nisi his quibus deest, qui fruuntur illorum lumine, non aliter quam nunc sol lucet super terram. Non enim profecto lucebunt sibi ipsis. Vide num forte & illud quod dicitur, Luceat lux uestra coram hominibus, describi possit super latitudinem cordis, iuxta id quod dictum est à Solomone, trifariam: ut & nunc luceat lux discipulorū Iesu coram cæteris hominibus, & post obitum ante resurrectionem pariter ac post resurrectionem, donec occurrant omnes in uirum perfectum, ac fiant omnes unus sol, tunc fulgebunt ut sol in regno patris sui.

De parabola thesauri in agro abscondi.

Rursum simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem repertum homo abscondit. Reliquas quidem parabolas dixerat turbis, hanc uero cum duabus hanc sequentibus non parabolas, sed similitudines ad regnū cælorum pertinentes, uidetur iam ingressus domum dixisse discipulis: cuius lectioni attentus, examinet & reliquas duas sequentes num forte non sint parabola, quādoquidē in illis scriptura non grauata est parabola, cuiq; titulum præponere, in his uero non fecit idem. Idq; fecit congruenter. Nam si turbis loquebatur in parabolis, & hæc omnia loquutus est in parabolis, & sine parabolis non loquebatur eis: cæterū ubi uenerat in domū non loquitur turbis, sed accedentibus ad ipsam in ea discipulis, perspicuum est, non esse parabolas quæ in domo loquutus est. His enim qui foris sunt loquitur per parabolas, & quibus non est datum scire mysterium regni cælorum. Dixerit igitur aliquis: Si non sunt hæc parabola, quid igitur sunt? An igitur scripturæ uocem sequuti, dicemus esse similitudines, differre autem similitudinem à parabola? Scriptum est enim in Marco. Cui assimilabimus regnum dei, aut cui illud conferemus? Ex hoc

Ex hoc siquidem demonstratum est discrimen esse inter similitudinem & parabolam, id est collationem. Videtur igitur similitudo esse generalis, parabola uero specialis. Fortassis & similitudo quum uox sit maxime generalis ad parabolam, ut complectitur in se speciem parabolam, sic & similitudinem speciem cognominem uoci generali. Quod quidem & in alijs accidit, quemadmodum obseruatum est ab ijs, qui callent multorum nominum usurpationem. Qui dicunt etiam maxime generalem esse *opulū*, id est, motum, multas complectentem species, uelut *æpopulū*, id est, occasionem, quæ aliunde oblata mouet, & *épulū*, id est, impetum animi ultro natum, dicentes *épulū*, id est, impetum, in specie cōmuni cum generali nomine usurpari, ad distinctionem *épulū*, id est, occasionis. Atqui hic seorsum quaerendum est quis sit ager, seorsum quis sit thesaurus in eo abscondus, & quomodo homo qui inuenit hunc absconditum thesaurum, præ gaudio abit, uenditq; omnia quæ habet, ut emat agrum illum. Quin & illud quaerendum, quæ sint illa quæ uendit. Mihi quidem iuxta hæc, uidetur ager esse scriptura, consita manifestis historiarum uerbis, & legis, & prophetarum, ac cæterarum sententiarum. Copiosa siquidem uariarum plantarum ratio est, & eorum quæ tota scriptura dicuntur. Porro thesaurus in agro abscondus, sunt reconditi & sub manifestis uerbis latentes sapientiæ, in mysterio recondita, sensus: hoc est, in Christo, in quo sunt thesauri sapientiæ & intelligentiæ occulti. Alius autem dicit, agrum esse illum uere plenum cui benedixit Dominus, uidelicet Christum dei. Thesaurum autem in eo abscondum, esse ea quæ dicuntur apud Paulum esse recondita in Christo, sic de Christo loquentem, In quo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ occulti. Res itaq; cælestes, ac regnum cælorū uelut in imagine depicta sunt in scripturis, quæ sunt regnum cælorum: aut ipse Christus rex seculorum est regnum cælorum, assimilatum thesauro in agro abscondo. Quum autem ueneris in locum, quæres an regnum cælorum soli thesauro sit assimilatum, qui abscondus est in agro, ut regnum cælorum per similitudinem complectatur & agrum & abscondum in agro thesaurum. Veniens autem homo quidam in agrum, siue scripturas, siue Christum, qui ex manifestis & occultis constat, inuenit absconditum sapientiæ thesaurum: siue in Christo, siue in scripturis. Obambulans enim agrum, scrutansq; scripturas, & quaerens intelligere Christum, inuenit in eo thesaurum, & inuentum abscondit, non existimans esse tutum, occultos scripturarum sensus, aut qui sunt in Christo sapientiæ & scientiæ thesauros prodere quibuslibet. Et postquam abscondit, abit, secum agens quomodo emat agrum aut scripturas, ut eas faciat sibi propriam possessionem. Postquam ex dei scripturis acceperit oracula dei, quæ primum lucida concredita sunt, & posteaquam à Christo doctus emerit agrum, aufertur ab illis regnum dei, quæ est uitis iuxta aliam parabolam, datur quæ genti facienti fructus eius: quæ per fidem mercata est agrum, ex eo quod uenundedit omnia quæ habebat, neque quicquam eorum quæ prius habebat apud se retinuerit: nihil autem illi suppetebat, præter malitiam. Hoc ipsum uero accomodabis, etiam si ager habens thesaurum abscondum Christum intelligatur. Nam qui relictis omnibus sequebatur eum, ueluti secundum aliam considerationem uendiderunt quæ habebant, ut ob diuendita illa traditaq; & acceptam auxilio dei in illorum locum bonā uoluntatem, à deo insignem ingentiq; precio dignum mercarentur agrum, habentem in se thesaurum. Rursum simile est regnum cælorum homini negotiatori, quaerenti pulchras margaritas. Quoniam regnum cælorum simile est nulli quidem cæterorum negotiatorum, quum multi sint multa commercantes, sed ei tantum qui quaerit pulchras margaritas, quiq; posteaquam inuenit, unum multis alijs equiparandum preciosum margaritum, pro omnibus emit, locus postulat, ut de natura margariti disquiramus: Obserua uero diligenter, quod non dixit, uendidit omnes quas habebat. Non enim solas eas, quas is qui querebat pulchras margaritas emerat, uendidit, uerum etiam uniuersas facultates suas distraxit, ut emeret margaritum illud. Inuenimus igitur apud eos qui de gemmis tractarunt, de margaritæ natura hæc. Margaritarum alias esse terrestres, alias maritimas: ac terrestres quidem apud solos Indos nasci, quæ congruunt sigillis, anulis, ac monilibus: maritimas autem si quæ sunt insignes, apud eosdem Indos inueniri, quæ etiam optimæ in mari rubro nascuntur. Proximum autem in margaritis locum habent, quæ ex oceano Britannico capiuntur. Tertij autem ordinis inferiores sunt, non solum primis illis, uerum etiam secundis, quæ in Bosporo iuxta Scythiam inue-

Hoc dicit, non nunquam speciei deesse peculiare uocabulum, ac tum ea generis nomine designari. Velut apij multe sunt species, & tamen quæ apij dicimus, unā apij specie ab alijs diuersam significamus.

Mysterium celandum

niuntur. Insuper & haec dicuntur de Indico margarito, quod conchis innascitur, quae si-
mitem habent naturam cum praegrandibus cochleis, quae narrantur ueluti turmatim in
mari pasci, uelut armenti duce quopiam exploratore, qui referat, qualis aut quanta sit re-
gio: atque hanc aiunt praeminere caeteris sub ipsa degentibus, ut res similitudinem habeat
cum examine quod dicitur apum. Narrant autem & de ratione capiendi praestantiores,
hoc est, eas quae in India reperiuntur, quod incolae postea quam magnum littoris ambitum
retibus cinxerunt adnatant urinantes, studentes ducem agminis, unum ex omnibus ap-
prehendere: Siquidem hoc capto, ferunt nullo negotio capi huic subditum agmen, quippe
nulla iam subsistente ex toto grege, sed unaquaeque seu loro uincta sequente gregis ducem.
Dicitur autem & generatio margaritarum Indicarum temporum spatijs confici, animali
multas uersiones ac mutationes capiente, donec perficiatur. Quin & illud narrant, con-
cham animantis ferentem margaritum diduci in morem oscitantis, ac diductam, coelestem
in se rorem recipere: quo si puro limpidoque fuerit expletum, lucidum fit margaritum, con-
cipitque concha grandem & cocinnam gemmam. Quod si quando turbidum, inaequalem
& hybernum rorem acceperit, nubilum concipit margaritum, & uarijs obnoxium macu-
lis. Quin & illud cooperimus, si concha procedens, ut impleatur gemma qua solet esse gra-
uida, interim corripitur a fulmine, contrahitur, ac ueluti metu constriungitur, foetum eis-
ciens in ea quae dicuntur *quasi uera*, hoc est, inflationes: nonnunquam uelut abortiuae
generantur breues ac nebulae nonnihil habentes, tamen concinnae. Iam & illud habet In-
dicum margaritum praeter alia, colore candidum est, argento pellucet ad simile, sic ut splen-
dor subuiridis paulum subluceat, caeterum undique figuram habens rotundam, siue turbi-
datam, Est autem colore blando, & omnino tenerius quam pro lapidis natura. Insuper
est adeo iucundum aspectu, ut quemadmodum tradit is qui scripsit de natura gemmarum
ad motum illustrioribus laudem auferat. Praeterea est & illud optimi margariti signum,
ambitum habere sculptum, praeterea colorem habere candidissimum, maximeque pelluci-
dum: postremo granditate maximum esse. Haecenus igitur de margarito Indico. Caeterum
quod apud Britanniam aiunt inueniri, summo quidem colore, accedit ad auri speciem,
caeterum nebulosum ac turbidum, luceque obtusiore. Iam quod inuenitur in portu iuxta
Bosporum, obscurius est ac liuidum, & omnino luce carens, tenerumque, & ingenti magni-
tudine. Nascitur autem in sinu iuxta Bosporum, non in conchis, quod est testae genus fe-
rens margaritas, sed in his qui uocantur mures: de his loquor, qui iuxta Bosporum in pa-
lustribus pascuntur. Fertur autem & quartum esse margaritarum genus circa Acarnaniam,
in ostreorum conchis. Verum haec non admodum probantur, sed & incompositae sunt,
tum figura, tum colore: denique turbidae undique ac fordidae. Sunt autem & aliae iuxta
eandem Acarnaniam, omnibus nominibus reijciendae. His itaque collectis ex eorum li-
bris qui de gemmis tractarunt, dico seruatorem scientem differentiam margaritarum,
quarum in genere sunt & bonae, & rursus aliae uiles, haec dixisse: Simile est regnum caelo-
rum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas. Nisi enim essent in margaritarum
generibus etiam malae, nequaquam dictum esset, quaerenti bonas margaritas. In omni-
genis autem sermonibus, qui ueritatem profitentur, & gemmas ferunt, quaerit margari-
tas. Ac sint, ut ita uocem, quae ex rore caelesti concipiunt conchae, uerboque ueritatis graui-
dae sunt coelitus, prophetae, qui iidem sunt illae pulchrae margaritae, quas iuxta id quod pro-
posuimus dicere, quaerit homo negotiator. Quod uero ducit agmen margaritarum, quo
inuento, simul & reliquae inueniuntur, uidelicet illud preciosum margaritum est Christus
dei uerbum, quod superat preciosas literas sensusque legis ac prophetarum, quo inuento
simul & omnia caetera facile capiuntur. Loquitur autem seruator discipulis omnibus ut
hominibus negotiatoribus, qui non solum quaerunt pulchras margaritas, uerum etiam &
inueniunt eas & possident, dum ita dicit: Ne proficite margaritas uestras ante porcos.
Quod autem haec discipulis dicta sunt, liquet ex eo, quod hos sermones praecedat illud,
Videns autem turbas, ascendit in montem, & quum consedisset, accesserunt ad eum disci-
puli ipsius. Conuenit enim hic sermo cum eo, Nolite dare sanctum canibus, neque proficia-
tis margaritas ante porcos. Proinde uide ne qui non habet margaritas, aut qui non habet
preciosum illud margaritum, nec discipulus sit seruatoris. At margaritas in qua bonas, non
nubilas, non fordidas ac turbidas, quales sunt sermones ab ecclesiae decretis dissentientium,
quae

quae nascuntur non ad orientem, sed ad occiduum ac Boream, si tamen & has oportet ad-
iungere, ob eam quam inuenimus differentiam margaritarum diuersis in locis nascenti-
um. Fortassis autem turbidi sermones & in operibus carnis uolutatae haereses, nubilas
sunt & in limo palustris nascentes margaritae non bonae. Adaptabis autem quaerenti bo-
nas margaritas & illud, Quaerite & inuenietis. Item illud: Omnis qui quaerit inuenit.
Quid enim quaeritis, aut quid omnis qui quaerit, inuenit? Dicam audacter, Margaritas,
& illud margaritum, quod diuenditis omnibus, ac omnium iactura facta, possidet. Ob
hanc dicit Paulus, Omnium iacturam feci, ut Christum lucrificarem. Quum omnia di-
cit, sentit bonas margaritas: quumque dicit, ut Christum lucrificarem, sentit unicum illud
preciosum margaritum. Itaque praeciosa res est lucerna ijs qui sunt in tenebris, & opus ha-
bet lucerna, donec oriatur sol. Preciosa uero & gloria, quae fuit in facie Moysi. Ego uero
puto & prophetarum preciosam esse gloriam, ac pulchrum esse conspectum, per quem
inducimur ad hoc ut possimus uidere gloriam Christi, cui testificatus pater dicit: Hic est
filius meus dilectus, in quem mihi complacui. Verum ne glorificatum quidem fuit quod
glorificatum erat in hac parte, propter eminentem gloriam. Et prius opus est nobis ea
gloria, quae recipit abolitionem pro eminente gloria: quemadmodum opus est cognitio-
ne, quae est ex parte, quae aboletur, quum uenerit quod perfectum est. Omnis igitur ani-
ma quae uenit ad adolescentiam, pergens ad perfectionem, opus habet donec accesserit
ipsi plenitudo temporis, paedagogo, dispensatoribus & actoribus: ut post haec omnia,
qui prius nihil differebat a seruo, quum esset dominus omnium, liber factus, recipiat a
paedagogo, oeconomicis & actoribus bona paterna, quae respondent precioso margarito,
& ei quod perfectum est uenturo, per quod aboletur id quod ex parte est, quum eminen-
tiam cognitionis Christi capere quis potuerit, prius exercitatus in cognitionibus, suc-
cumbentibus, ut ita loquar, cognitioni Christi. Sed plerique non intelligentes pulchritu-
dinem plurium margaritarum legalium, & quae adhuc ex parte est scientiam omnem pro-
phetarum, credunt se sine illis hausit ac comprehensit omnino inuenturos unicum illud
preciosum margaritum, contemplarique eminentiam scientiae Christi Iesu, cuius compa-
ratione cuncta quae ante talem ac tantam scientiam fuerunt, quum non sint suapte natura
stercora, tamen apparent esse stercora, quae quidem fortasse sunt illa quae a cultore ui-
nae sicut admouentur rudera, efficiunt ut ea fructum adferat. Omnia igitur tempus ha-
bent, & oportunitas est omni rei quae est sub caelo. Est aliquod tempus colligendi pul-
chras gemmas, & tempus est post harum collectionem, inueniendi unum preciosum mar-
garitum: quo reposito conuenit abire quempiam, ac uendere cuncta quae possidet, ut e-
mat margaritum illud. Quemadmodum enim eum qui futurus sit sapiens in sermonibus
ueritatis, prius oportet elementis institutum esse, & hinc ad maiorem pergere institutio-
nem, magnique facere elementariam institutionem, non tamen in hac oportebit permane-
re, ueluti qui iam eam in precio habuerit inuitio, sed progressum ad perfectionem habere gra-
tiam haecenus utiliter facit institutioni: Sic ad plenum intellecta quae sunt legis ac propheta-
rum, institutio quaedam elementaris est ad intelligendum euangelium, atque omnem sen-
sum de Christi Iesu factis ac dictis. Rursus simile est regnum caelorum sagenae missae in
mare.) Quemadmodum in imaginibus ac statuis similitudines non omni ex parte
respondent ijs ad quae conferuntur, sed in plano quidem ligno, ut exempli causa loqua-
mur, cera depicta imago, superficie tantum cum colore similitudinem habet, uerum non
seruat depressiones atque eminentias, sed harum rerum significationem tantum. In fingen-
dis uero statuis, similitudinem quae est secundum eminentiam ac depressionem seruare co-
natur ars, in colore uero nequaquam. Quod si cerea fiat effigies, conatur quidem utranque
seruare similitudinem, nimirum & iuxta colorem, & iuxta depressiones ac prominentias,
caeterum in profunditate non est imago: Similiter mihi cogita & de similitudinibus quae
sunt in euangelio: regnum caelorum dum simile dicitur rei cuiuspiam, simile dicit non secun-
dum omnia quae ad sunt illi, ad quod confertur similitudo, sed ad quaedam duntaxat, quae
conducunt ad assumptam rationem. Et hic igitur regnum caelorum simile est sagenae missae
in mare, non quemadmodum quidam opinantur, qui docent, uerbo naturas subiectas
esse diuersas, malorum scilicet ac iustorum qui sub rete uenerunt, ut ex eo quod scriptum est,
ex omni genere congreganti, credamus iustorum diuersas ac uarias esse naturas, similiter
autem

Liberum arbitrium autem & malorum. Nam hic intellectui repugnant omnes scripturae, declarantes esse liberum arbitrium, dum & accusant eos qui delinquant, & probant eos qui recte faciunt, haudquaquam merito in eos competente uel reprehensione, qui ex mali generis naturales sunt; uel laude in eos, qui tales sunt ex genere meliore. Siquidem ut pisces boni sint ac mali, causa non est in animabus piscium, sed secundum illud, quod uerbum omnia sciens dixit, producant aquae reptilia animarum uiuentium. Quo tempore & fecit deus cetera grandia, omnemque animam animalium reptilium, quae produxerunt aquae iuxta genus suum. Illic igitur aquae produxerunt omnem animam animantium, reptilium, iuxta suum quaque genus, quum causa non esset penes illam. Hic uero nos sumus in causa, ut sint bona genera, dignaque uasis quae uocantur, aut mala dignaque quae proficiantur. Non enim in nobis natura causa est maliciae, sed uoluntas quum sit libera, propensa est ad malefaciendum. Sic nec iusticiae causa est natura, tanquam quae non recipiat iniusticiam, sed uerbum quod accepimus est quod reddit nos iustos. Nam inter genera degentium in aquis, non uidebis quae transmutentur a malis, ut in piscium generibus, in bona, aut a melioribus ad deteriora: in hominibus contra bonos ac malos semper uidere licet, qui uel ex malicia peruenierint ad uirtutem, uel a profectu uirtutis ad maliciae dissolutionem reciderint. In hoc autem quod scriptum est, Si iustus auersus fuerit a iusticia sua, feceritque iniusticiam, ac cetera quae sequuntur, usque ad illud, & in peccatis suis quae peccauit in his morietur: aut dicant nobis qui ex sagenae parabola naturas inducunt, Iniustus qui post auertit se ab iniquitatibus suis quas fecit, ac seruat praecipua domini, facitque iusticiam ac misericordiam, cuius erat naturae quum esset iniustus? non sane laudanda, ergo uituperanda. Et cuius naturae merito dicetur, quum auertit se ab omnibus iniquitatibus suis quas fecit? Nam si propterea quae prius fecit erat malae naturae, quomodo bonae naturae quum esset, erat iniustus? In simili re praeterea dubitabis & de iusto qui se auertit a iusticia sua, fecitque iniusticiam & omnes iniquitates. Priusquam enim se auerteret a iusticia, in iustis operibus uersans, non erat malae naturae. Mala siquidem natura nequaquam possit esse in iusticia, quoniam non potest mala arbor, uidelicet malicia fructus bonos facere, qui a uirtute proficiuntur. Rursus e diuerso, qui bonae naturae sit & immutabilis, nequaquam auertere se possit a bono, posteaquam semel habitus est iustus, a iusticia sua ad faciendam iniusticiam, iuxta omnes iniquitates suas quas fecit. His autem dicitis, existimandum est, regnum caelorum esse simile sagenae missae in mare, & ex omni genere congreganti, ad probandam ueritatem uoluntatum in hominibus, quam plurimum inter se discernere habentium, ut quod dicit, congreganti ex omni genere, significet laudabiles ac uituperabiles, in applicationibus animorum ad uirtutum aut uitiorum species. Sagenae uero uario contextu similis est regno caelorum, ob ueterem ac nouam scripturam ex omnigenis uariisque sensibus plexam, dum ex his qui ueluti pisces incidunt in rete, alij quidem in his sagenae partibus reperiuntur, alij rursus in alijs, & unusquisque qua parte captus est: sic inuenias etiam ex his qui in scripturarum sagenam uenerunt, quosdam esse captos sub inuolucro prophetico, ut exempli causa loquar, Esaiam, iuxta hanc expositionem, aut Hieremiam, aut Danielis: alios rursus sub texto legali, insuper alios iuxta partem Euangelicam, nonnullos iuxta apostolicam. Primum enim qui capitur a uerbo, aut capi uidetur, ex aliqua totius sagenae parte apprehenditur. Nihil autem absurdi, si nonnulli pisces ex his qui salunt, undique continentur toto sagenae contextu, qui est in scripturis, & undiqueque constringuntur tenenturque, sic ut auferre non possint, sed uelut omni ex parte seruitute coerciti, facultatem non habeant elabendi. Missa est autem haec sagenae in mare, uidelicet in uitam hominum, ubique per orbem terrarum fluctibus irrequietam, & in amarum uitae negotijs natantem. Haec autem sagenae ante Christi Iesu seruatoris nostri aduentum nondum tota erat impleta, deerat legali propheticoque texto, is qui dixit, Nolite putare quod ueniam ad soluendam legem aut prophetas, non ueni ad dissoluendum, sed ad implendum. Et impleta est sagenae textura per Euangelia, perque ea quae Christus per apostolos loquutus est. Ob id igitur simile est regnum caelorum sagenae missae in mare, & ex omni genere congreganti. Potest autem praeter haec quae diffusa sunt, illud quod dicit, ex omni genere congreganti, significare uocationem gentium ex omni natione. Qui uero subministrabat sagenae missae in mare, Iesus Christus est, sagenae dominus, & angeli qui accesserunt & mi-

runt & ministraverunt ei: qui non ducunt e mari sagenam, neque deferunt in littus extra mare, hoc est, extra uitae negotia, nisi fuerit impleta sagenae, hoc est, nisi plenitudo gentium in eam intrauerit. Tunc educunt eam a rebus huius seculi, & ab humilibus negocijs perdurantque in littus, sic tropo uocatum. Ibi partes erunt eorum, qui hanc eduxerunt, & sedere iuxta littus atque illic sese collocare: ut quotquot boni sunt in sagenae, in suum ordinem digerant, iuxta sua quae hic nominantur uasa: rursus his diuersos qui hic uocantur mali, foras eiciant. Quod autem uocat foras, caminus est ignis, quemadmodum ipse seruator interpretatus est, dicens: Sic enim erit in consummatione seculi, exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent illos in caminum ignis. Veruntamen hic obseruandum est, quod iam per zizaniorum parabolam, perque propositam similitudinem docemur, angelis hoc negocij dandum esse, ut discernant separantque malos a iustis. Superius enim dicitur, Mittet filius hominis angelos suos, & colligent ex regno eius omnia scandala, qui que faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Hic autem dicit, Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ceterum his illud non congruit ut opinantur quidam, quod homines qui in Christo salui fiunt, sint etiam sanctis angelis superiores. Quo nanque modo possunt, qui a sanctis angelis in uasa mittuntur, cum his qui mittunt in uasa, conferri, quum sint illorum potestate subditi? Haec autem dicimus non ignorantes, quibusdam angelis quibus haec dispensatio non est tradita, imò ne his quidem omnibus homines qui per Christum salui fiunt, esse praestantiores. Nam legimus & illud, in quem desiderant angeli prospicere: quo loco non dictum est, omnes angeli. Nouimus & illud, Angelos iudicabimus, ubi non dictum est, omnes angelos. Haec autem quum scripta sint de sagenae, deque his qui in sagenae continentur, qui uult ante consummationem seculi, & ante egressos angelos separare malos de medio iustorum, ut sagenae non contineat etiam malos ex omni genere, uidetur neque scripturam intellexisse, & concupiscere, quod fieri non potest. Quapropter ne miremur, si priusquam separati fuerint mali de medio iustorum ad angelis ad hoc mittendis, uideamus nostras congregationes etiam malis esse refertas. Sed utinam hi qui consiendunt in caminum ignis, non plures essent quam iusti. Ceterum quoniam dicebamus initio parabolas ac similitudines non per omnia oportere accommodari ijs ad quae confertur parabola aut similitudo, sed in quibusdam duntaxat. Hoc amplius probandum est ex his quae dicuntur. In piscibus quod ad uitam illorum attinet, mali quiddam accidunt, quum intra sagenamprehenduntur. Priusquam enim naturali sua uita, & neque qui in uasa mittuntur, neque qui foras proficiuntur, quicquam patiuntur amplius, nisi quod amittunt uitam, quae quidem est in piscibus. In his autem quorum gratia sumitur parabola, malum est esse in mari, nec uenire in sagenam, ut in uasa cum bonis mittantur. Sic autem mali quidem pisces foras mittuntur & abijciuntur. Porro qui mali sunt, iuxta propositam similitudinem mittuntur in caminum ignis, ut quae in Ezechiele de camino scripta sunt, ad hos quoque pertineant. Et factus est sermo domini ad me dicens, Fili hominis, ecce facti sunt mihi domus Israhel, mixti omnes aere & ferro, & quae sequuntur, usque ad illa, & agnosceitis, eo quod ego dominus effudi iram meam in uos. Intellexistis haec omnia? Dicunt, Etiam. Qui nouit quae sunt in cordibus hominum Christus Iesus, sicuti de hoc docuit in Euangelio Ioannis, non ignarus interrogat, sed quoniam semel assumpserat hominem, utitur omnibus quae sunt hominis. Quorum unum illud est interrogare. Nec mirandum, si id facit seruator, quum ipse etiam omnium deus moribus hominum sese accommodans, perinde ac si quis homo morem gerat filio suo, percontetur, uelut in hoc, Adam ubi es? & ubi est Abel frater tuus? Ceterum qui uiolentior fuerit, hic dicit, illud Intellexistis, haud dictum esse percontatorie, sed pronunciatue, dicitque & discipulos assentientes eius affirmationi respondisse Etiam. Verum siue interrogat, siue pronunciat, necessario dicitur, non solum haec, quod est demonstrationis, neque solum Omnia, sed Haec omnia. Videtur autem nunc indicare, discipulos ante caelorum regnum fuisse scribas: sed his repugnat, quod in Actis apostolorum refertur in hunc modum: Quum uidissent autem Petrus ac Ioannis fiduciam, comperissentque quod homines essent illiterati & idiotae, admirabantur: Agnouerunt autem illos quod cum Iesu fuissent. Aduersus haec igitur aliquis mouebit quaestionem, Si scribae fuerant, quomodo illiterati dicuntur in Actis & idiotae? Sin erant illiterati & idiotae.

& idiotæ, quomodo manifestissime scribæ uocantur à seruatoribus. Verum ad ea quæ quæ-
runtur, responsum esto: aut non omnes, sed Petrum & Ioannem in Actis illiteratos es-
se dictos, plures uero fuisse discipulos de quibus omnia scientibus dictum sit, Omnis
scribæ, & quæ sequuntur: aut omnem discipulum, qui iuxta literam legis doctrina fue-
rit institutus, scribæ dici: uidelicet ut qui quanquam sint illiterati & idiotæ, ducuntur
tamen sub legis litera, scribæ dicantur, iuxta significationem aliquam. At sanè maxi-
me competit in idiotas, qui non norunt tropologias & anagogas scripturarum, sed sim-
plici credunt literæ, eamque defendunt, appellari scribas. Ad hunc uero modum quispiam
enarrabit & illud, Væ uobis scribæ & pharisæi & hypocritæ, ut quod cuius dictum est,
qui præter literam nihil sciât. Hic percontaberis, an quemadmodum est scriba legis, ita
sit & Euangelicus, & an quæadmodum est qui legem audit, legit, ac loquitur, quæ per al-
legoriam dicitur, sic sit & qui Euangelium: ut intelligamus seruata iuxta rerum gestarum
fidem historia, anagogen esse certam ducem ad spiritualia, ut spiritualis doctrina non sit
malitia, sed aduersetur potius spiritualibus malitiæ, spiritualia bonitati. Instituitur au-
tem regno cælorum scriba, secundum id quod simplicius est, quoties aliquis à Iudaismo
recipit Iesu Christi doctrinam ecclesiasticam. Verum idem iuxta quod profundius est er-
ruditur, ubi quis à litera scripturarum adeptus institutionem, ascendit ad spiritualia, quæ
uocantur regnum cælorum. Ac iuxta singulos sensus qui occurrunt, & eum qui per sub-
ductionem ad altiora intelligitur, & qui per exempli collationem, & qui per demonstra-
tionem, licet accipere regnum cælorum, ut qui abundat scientia, qui caret mendacia, fiat
in regno unus ex multitudine cælorum, ad eum modum acceptorum. Sic autem per tro-
pologiam exponet & illud, Appropinquat enim regnum cælorum, ut scribæ qui in sim-
plici litera acquiescunt, respicientes ab eiusmodi intellectu, erudiantur spirituali doctri-
na, quæ est per Iesum Christum, uiuum uerbum, quæ uocatur regnum cælorum. Eo-
quatenus Christus Iesus, qui erat in principio apud deum deus uerbum non habitat ani-
mam, in ea non est regnum cælorum. Vbi uero quis prope accesserit ad capiendum uer-
bum, huic appropinquauit regnum cælorum. Quod si in re nullum est discrimen, atque
etiam sensu, quum dicitur regnum cælorum & regnum dei, nimirum ad quos dicitur, re-
gnum dei intra uos est, ad eosdem dici poterit, regnum cælorum intra uos est, maximeque
propter respicientiam à litera ad spiritum. Quum enim aliquis conuersus fuerit ad domi-
num, aufertur ab eo uelamen quod est in litera, Dominus autem spiritus est. At qui uere
paterfamilias est, & liber est, & diues, abundans, eo quod ex tractatione literæ eruditus sit
regno dei, in omni sermone ueteris testamenti, & in omni scientia nouæ Iesu Christi do-
ctrinæ, & has diuitias reconditas habens in suo thesauro, quem reponit tanquam erudi-
tus regno cælorum, in cælo, ubi neque tinea corrumpit, neque fures perferunt. Licet sanè
etiam uere pronuntiare de hoc, ut exposuimus, Qui in cælis recondit thesaurum, quod
nulla tinea cupiditatum spirituales & cælestes eius possessiones potest attingere. Tineam
autem cupiditatum dixi, occasione sumpta ex Proverbis, in quibus scriptum est, Quem-
admodum in ligno uermis, sic dolor uiri lædit cor. Vermis enim ac tinea dolor est lædens
cor, quod thesauros non habet in cælis, nec in spiritualibus reconditos, in quibus si quis
thesaurum reponat, quoniam ubi thesaurus ibi & cor, in cælis habet cor, & propterea di-
cit, Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Similiter neque fures, de qui-
bus dixit seruator, Omnes quotquot uenerunt ante me, fures sunt & latrones, perferdere
ualent thesauros in cælo reconditos, & cor quod illis adest, ita loquens, Simul resuscita-
uit, ac simul sedere nos fecit insuper cælestibus in Christo. Et nostra conuersatio in cælis
est. Quoniam autem omnis scriba doctus regno dei similis est paterfamilias, qui profert
de suo thesauro noua & uetera, haud dubium, quin & iuxta prioris dicti inuersionem, quis
quis non profert de thesauro suo noua & uetera, non sit scriba doctus regno cælorum. O-
mnibus igitur modis conandum est, ut congregemus in corde nostro, attendentes lectio-
ni, exhortationi & doctrinæ, & in lege dei meditando die ac nocte, non solum noua Euan-
geliorum oracula & apostolorum, & horum explanationes, uerum etiam uetera legis, um-
bram habentis futurorum honorum, ac prophetarum qui his consentanea prædixerunt.
Hæc autem colligentur, quum & legerimus & intellexerimus, & memores horum, spiri-
tualia spiritualibus tempestiue comparauerimus, non incomparabilia inter se compa-
rantes.

Allude ad il-
lud Ephes. 6.
Contra spiri-
tualia nequit
tia in cæle-
stibus

rantes, sed comparabilia quandam sermonis similitudinem idem declarantis habentia, Collatio scri-
pturarum tum in sensibus, tum in dogmatibus, ut in ore duorum triumue aut plurium testium è scri-
ptura citatorum, fundemus & confirmemus omne uerbum dei. Ac per hos silentium im-
ponendum est his, qui quod in ipsis est, deitatem diuidunt, & à ueteribus noua dissecant,
quippe qui procul absint à similitudine patrisfamilias proferentis de thesauris suis noua
ac uetera. Quoniam autem qui similis dicitur alicui, alius est ab eo cui dicitur similis, erit
quidem qui doctus est regno cælorum, scriba, qui dicitur similis, sed alius ab hoc paterfa-
milias, qui profert de thesauro suo noua ac uetera. Caterum qui huic similis dicitur, tan-
quam illum imitans, quod ad illius exemplum accedat facere studet. Vide igitur, num for-
te homo paterfamilias sit ipse Iesus, proferens de thesauro suo iuxta doctrinæ opportuni-
tatem noua quadam spiritualia, quæ semper ab ipso renouantur in interno iustorum ho-
mine, qui & ipsi semper indices renouantur. Vetera uero quæ per literas insculpta sunt la-
pidibus & lapideis cordibus ueteris hominis, ut comparatione literæ, & collatione spiri-
tus, diuitem reddat scribam, qui doctus est regno cælorum, faciatque ipsi similem, donec di-
scipulus fuerit ut magister: Primum imitans imitatore illum Iesu Christi. Post hunc
autem & ipsum Christum, iuxta id quod à Paulo dictum est, Imitatores mei estote, sicut
& ego Christi. Potest autem & simplicius Iesus paterfamilias proferre de thesauro suo,
noua quidem, uidelicet Euangelicam doctrinam, uetera uero, comparationem dictorum
quæ à lege ac prophetis assumuntur. quorum exempla licet in euangelis inuenire. Por-
ro de his ueteribus ac nouis audire oportet & spiritualementem legem in Leuitico, dicentem, Et
comedetis uetera & uetera ueterum, & uetera ex facie nouorum educentur, & ponam
tabernaculum meum in uobis. Comedimus enim in benedictione uetera, nimirum pro-
pheticos sermones, & horum ueterum uetera, uidelicet legis uerba: mox ubi noua uene-
runt & Euangelica, uiuentes secundum Euangelium, uetera literæ ex facie nouorum edu-
cimus, & ponit tabernaculum suum in nobis, implens quam dixit repromissionem, inha-
bitabo & inambulabo in illis. Et factum est quum consummasset Iesus parabolas has
transiit illinc, & quum uenisset in patriam suam, &c. Quoniam superius expendi-
mus, an quæ turbis dicta sunt parabola fuerint, quæ uero discipulis similitudines, & in
hanc materiam incidentes obseruationes exposuimus, quas opinor non esse contemnen-
das, Sciendum est, quod illis omnibus obistere uidebitur, quod adiungitur non solum pa-
rabolis, uerum etiam, ut docuimus, similitudinibus: Et factum est, quum consummasset Ie-
sus parabolas has transiit illinc, Quærimus igitur, utrum illa omnia reijcienda sint, an di-
cendum duo parabolarum esse genera, alterum earum quæ turbis dicuntur, alterum earum
quæ discipulis promittuntur: an etiam parabola nomen æquiuocum esse putandum: an
quod dicitur, factum est quum consummasset Iesus parabolas has, referendum sit ad supe-
riores parabolas solas, quæ præcesserunt similitudines. Ob id enim quod dicitur, uobis
datum est nosse mysteria regni cælorum, cæteris autem in parabolis, non possumus dice-
re discipulis, ut qui non erant de numero exterorum, per parabolas illas seruatorem fuisse
loquutum. Huic autem consequens est, ut aut quod dictum est, factum est quum consum-
masset Iesus parabolas has, transiit illinc, referatur ad illas primo loco dictas parabolas,
aut parabola nomen sit æquiuocum, aut duo sint genera parabolarum, aut ut omnino
non sint parabola, quas appellauimus similitudines. Animaduerte uero, quod extra pa-
triam suam dicit parabolas, quas ubi consummasset, transiit illinc, & ubi uenisset in patri-
am suam docebat illos in synagoga ipsorum. Marcus autem ait, Et uenit in patriam su-
am & sequuntur eum discipuli ipsius. Quærendum igitur & de hoc sermone, utrum Na-
zareth dicat patriam ipsius, an Bethleem. Nazareth quidem est, ob quam Nazareus uo-
cabitur, Bethleem autem quod in ea natus sit, Insuper insita num forte quum euangeli-
stæ dicere potuerint, ubi uenisset in Bethleem aut Nazareth, hoc quidem non fecerint,
sed patriam nominarint ob aliquid, quod mystice per locum patriæ ipsius significetur, ui-
delicet totius Iudææ, in qua contemptui habitus est, iuxta illud, Non est propheta con-
temptus, nisi in patria sua. Et si quis sanè cogitarit, Iesum Christum Iudæis quidem scan-
dalum, apud quos in hodiernum usque diem persequutionem patitur, in Gentibus con-
tra prædicatum & creditum: In omnem enim terram cucurrit sermo illius: uidebit quod
Iesus in sua patria caruerit honore, apud peregrinos uero & à testamentis alienas gen-
tes honora-

res honoratur. Quid porro docens dixerit in synagoga eorum, nequaquam scripto tradiderunt Euangelistae, sed illud scripserunt, tanta taliaque fuisse, ut omnes obstupeficerent. Et probabiliter coniectandum est, supra scripturam fuisse quae dicta sunt, nisi quod in synagoga illorum docuit, non se refecans a scriptura, neque abrogans illius auctoritatem. Quod autem dicitur, Unde huic sapientia, palam declarat magnam & eximiam fuisse sapientiam uerborum Iesu, dignam illo testimonio, Et ecce plus quam Solomon hic, Et Virtutes maiores fecit quam fuerant in Helia aut Helizeo: addatur & hoc quam in Mose aut Iesu Naue. Dicebant autem qui mirabantur, ignari eum esse filium uirginis, ne credituri quidem, si dictus fuisset filius uirginis, sed arbitantes illum esse filium Ioseph fabri, nonne hic est ille fabri filius: Et omnem sane quae uidebatur illum proxime attingere cognationem despicientes, Nonne inqueiebant, mater illius dicitur Maria, & fratres illius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas: Et sorores illius nonne omnes apud nos sunt: Existimabant igitur illum esse Ioseph & Mariae filium. Fratres autem Iesu putabant nonnulli esse, ex traditione Hebraeorum sumpta occasione, Ex Euangelio quod titulum habet, iuxta Petrum, aut ex libro Iacobi, filios, Ioseph, ex priore uxore, quae conuixerat ipsi, antequam duceret Mariam. Qui uero talia dicunt, dignitatem Mariae in uirginitate ad finem usque seruare uolunt: ne corpus illud quod designatum erat, ut subseruiret sermone dicenti, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: cognosceret uiri thorum, posteaquam in eam peruenerat spiritus sanctus, ac posteaquam uirtus ex alto obumbrasset illi. Arbitrorque rationi consentaneum esse, uirilis quidem puritatis in castitate, primitias fuisse Iesum, muliebris uero Mariam. Non enim plausibile est, alij praefer hanc uirginitatis primitias ascribere. Iacobus autem hic est, de quo loquitur Paulus, quod eum uiderit, in epistola ad Galatas ita scribens, Alium uero ex Apostolis non uidi quenuquam, praeter quam Iacobum fratrem domini. In tantum autem in populo refullit hic Iacobus ob iustitiam, ut Iosephus qui uiginti libris descripsit antiquitatem Iudaicam, dum uult causam adducere, quare Iudaorum populus tam acerba passus sit, ut etiam templum subuerteretur, dixerit, per dei uindictam haec illis euenisse, ob ea quae in Iacobum fratrem Iesu, qui dicebatur Christus, ausi fuerant. Quodque mirum est, quum non probarit hanc sententiam, Iesum nostrum fuisse Christum, nihilo secius Iacobo tam magnificum iustitiae testimonium praebet. Dicit autem & populum in hac fuisse opinione, propter Iacobum eam calamitatem accidisse. Et Iudas scripsit epistolam, paucorum quidem uersuum, sed plenam efficit uerbis gratiae caelestis. Qui in principio dicit, Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi. Porro de Ioseph ac Simone nos nihil comperimus. Caeterum illud, Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt: mihi uidetur tale quiddam significare, nostra sapient, non quae Iesu Christi, neque quicquam habent peregrinum eximiae cognitionis, quemadmodum habebat Iesus. Fortassis ex his existit ad dubitatio, an ne homo quidem, sed diuinitus quiddam sit Iesus, quum filius quidem esset, ut existimabant Ioseph & Mariae, frater autem quatuor simulque & aliarum foeminarum, neque quicquam habens cuiquam cognatorum simile, quicque non ex institutione aut eruditione ad tantam sapientiam uirtutemque perueniat. Si quidem & dicunt, Quomodo hic nouit literas, quum non didicerit: Quibus affinita sunt quae hic dicuntur. Veruntamen qui haec dicebant, a deo mirantes ac stupentes, non credebant, sed offendebantur in eo, propterea quod oculi mentis illorum tenebantur a potestatis, quas tempore passionis triumphaturus erat in ligno. Iesus autem dixit illis, Non est propheta in honore, nisi in patria sua. Querendum utrum quod dicitur aequae ad uniuersos prophetas referatur, ut accipiamus unumquemque prophetam in sola patria sua contemptum esse: an quoniam singulariter dictum est, de uno haec dicta sint. Itaque si de uno dicuntur, sufficiunt ea quae dicta sunt, nobis referentibus quod scriptum est ad seruatorem. Quod si generaliter est dictum, secundum historiam quidem, non est uerum: Nec enim Helias in Thesbon Galaad contemptus fuit, neque Helizaeus in Ebalmaula, neque Samuel in Armathaim, neque Hieremias in Anathoth, uerum iuxta tropologiam omnino uerum est. Oportet autem illorum patriam existimare Iudaeam, cognatosque Israelum illum, domum autem fortasse corpus. Contempti sunt omnes in Iudaea, ab Israele iuxta carnem, dum adhuc erant in corpore, quemadmodum in apostolorum Actis scriptum est, quod dicitur aduersus populum arguendi gratia. Quem enim prophetarum non persequuti sunt

patres

patres uestri, ex his, qui prius annuntiabant de aduentu iusti illius: In priore uero Pauli ad Thessalonicenses epistola similia dicta sunt. Vos autem imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei, quae sunt in Iudaea in Christo Iesu, quoniam & uos eadem passi estis a proprijs contribulibus, quemadmodum & illi a Iudaeis, qui & dominum Iesum occiderunt, & prophetas & nos persequuti sunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur. Non est igitur propheta contemptus inter gentes: aut enim omnino non nouerunt illum, aut cognitum & receptum prophetam honorant. Tales autem sunt, qui pertinent ad ecclesiam. De honestantur autem prophetae, primum quidem iuxta historiam persequente illos populo: deinde dum illorum prophetiae non habetur fides a populo. Nam si credissent Mose & prophetis, crederent utique & Christo: qui docuit coherere, ut qui credunt Mose ac prophetis, credant & Christo: & qui non credunt Christo, non credant Mose. Ad haec autem quemadmodum per transgressionem legis peccator deum ignominia afficeretur dicitur: ita dum non creditur prophetiae ignominia afficitur propheta ab eo qui non credit prophetis. Operae precium autem fuerit recensere iuxta historiam, quae passus est Hieremias in populo, de quibus dixit, Et dixi, Non loquar, neque nominabo nomen domini. Et rursum alibi, Iugiter subannabar. Quaecumque uero passus est a rege Israelitico, in eiusdem prophetia scripta sunt. Quin & de Mose, quod frequenter ex populo uenerint ad lapidandum eum, & hoc scriptum est: Et erat illi patria, non alicuius loci lapides, sed qui sequutus fuerat illum populus, apud quos & ipse ignominia affectus est. Quin & illud historia narrat, Esaiam a populo dissectum fuisse. Quod si quis non recipit hanc historiam, eo quod inter apocrypha Esaię fertur, credit ijs, quae in epistola ad Hebraeos hunc in modum scripta sunt, lapidati sunt, secuti sunt, tentati sunt. Nam illud, secuti sunt, ad Esaiam refertur, quemadmodum illud, Occisione gladij mortui sunt, ad Zachariam occisum inter templum & altare, quemadmodum seruator docuit, astipulans, ut opinor, suo testimonio scripturae, quae quamquam non fertur in communibus ac publicatis libris, probabile tamen est, eam extare in apocryphis, hoc est, in his qui secreto leguntur. Sunt autem affecti ignominia in patria apud Iudaeos, Et circumeuntes in pellibus ouillis & caprinis, destituti, afflicti, & caetera quae sequuntur. Omnes enim qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Est autem probabiliter coniectandum, quod Paulus sciens prophetam expertem honoris esse in propria patria, quum ubique sermonem Euangelicum praedicauerit, non praedicauerit Tarsu: & hanc ob causam apostoli reliquerunt Israel, faciētes quod praecipuum erat a seruatore, Docete omnes gentes. Et illud, Eritis mihi testes Hierosolymis, & in tota Iudaea, Samariaeque, & usque ad extremum terrae. Fecerunt igitur quod erant iusti, in Iudaea & Hierosolymis. Sed quoniam propheta in sua patria caret honore, quum non recipissent Iudaei uerbum, abierunt ad gentes. Adhibe uero mentem, num possis propter hoc quod dictum est, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt, dicere post seruatoris aduentum hoc impletum esse in ex gentibus collectis ecclesijs: quoniam qui prius fuerant de mundo, quia crediderunt, factum est, ut non amplius sint de mundo: in propria patria, uidelicet mundo, accepto spiritu sancto, ac prophetantes honorem non habent, sed ignominia afficiuntur. Quapropter beati dicuntur, qui omnia passi sunt quae prophetae, iuxta id quod a seruatore dicitur, Iuxta haec enim faciebant prophetis patres illorum. His qui diligenter adhibuerit mentem, si quoniam admodum seuerum uiuit, ac redarguit delinquentes, haberetur odio, & insidijs peteretur, ut persecutio gaudebit & exultabit, certus se ob haec mercedem habiturum copiosam in caelis, ab eo qui ipsum prophetis aequauit, eo quod eadem passus est. Proinde oportet affici ignominia in hoc mundo & apud peccatores, quibus grauis est uita iusti, eum qui aemulatur uitam propheticam, & qui spiritum qui fuit in illis, accepit. Deinceps illud considerare licet quod dicitur, Non fecit illic uirtutes multas propter incredulitatem illorum. Per haec enim docemur, quod uirtutes in his factae fuerint qui credebant, Quoniam omni habenti dabitur, & abundabit. In incredulis autem non solum non operabantur uirtutes, uerum, ut Marcus scribit, ne poterant quidem operari. Attende enim illud quod dicitur, Non potuit illi ullam uirtutem facere. Non enim dixit, Noluit, sed non potuit, quasi auxiliium quidem ueniret ad uirtutem operantem, a fide illius in quem operatur uirtus, sed

Tom. 8

K

uetaretur

metacur operari ab incredulitate. Vide igitur quod discipulis interrogantibus, quare non potuit eis eieci demonium? respondit, propter exiguitatem uestrae fiduciae. Et per principium mergi dictum est, exiguum habens fiduciam, quare dubitasti? Quin & san- guinis profluo obnoxia, quum non postulasset sanari; sed tantum in animo reputans, si membrum uestimenti illius contigisset, fore sanam, confestim sanata est, & assentitur mo- do sanationis seruator dicens, Quis me tetigit? Nam ego noui uirtutem exisse ex me. Ac fortassis quemadmodum in corporibus naturalis quidam attractus quibusdam ad qua- dam inest, ueluti magneti lapidi ad ferrum, & bitumini, quod dicitur naphtha, ad ignem, sic huiusmodi fidei ad diuinam uirtutem. Iuxta quod & illud dictum est, Si habueritis fi- dem ut granum sinapis, dicetis monti huic, Transfer te hinc illuc, & transferet sese. Accu- ante uero Matthaeus & Marcus declarare uolentes diuinam uirtutis eminentiam, quae & in incredulitate ualet, sed amplius potest quicquid potest per fidem illorum, qui benefi- cius afficiuntur; mihi dixisse uidentur, non eum non fecisse uirtutes propter incredulita- tem illorum, sed ibi non fecisse uirtutes multas. Ac Marcus non dixit, non potuit illic ul- lam etiam uirtutem facere, ibique substitit, sed adiecit, nisi quod paucos male habentes im- positis manibus sanauit, sic quoque uirtute quae erat in illo superante incredulitatem. Mihi uero uidetur, quod quemadmodum in rebus corporalibus, nec agricolatio per se sufficit ad conuendos fructus, nisi coelum quod terrae circumfunditur, optuletur, imò potius, nisi optuletur is qui coelum gubernat, faciens illud qualecunque uult, neque coelum uel po- tius ille penes quem est rerum prouidentia fecerit, ut exoriantur e terra, ea quae solent e ter- ra exoriri, sine agricultura. Semel enim hoc fecit in hoc quod dixit: Producat terra herbam gramini, seminans semen iuxta genus ac similitudinem: sic neque uirtutum operationes absque fide illorum qui sanantur, perfectum opus praestant ad sanitatem conferendam, neque fides qualiscunque fuerit, absque diuina uirtute. Atque id quod scriptum est de sapientia, accom- modabis & ad fidem, & ad uirtutes singulas, ut eam hinc in modum alloqui possis. Etenim si quis fuerit perfectus in fide inter filios hominum, si tua uirtus absit, pro nihilo aestimabi- tur; aut si quis perfectus pudicitia inter filios hominum, si quae abs te proficiscitur abfue- rit pudicitia, pro nihilo aestimabitur; aut si quis perfectus in iustitia, reliquisque uirtutibus, si absit quae abs te proficiscitur iustitia, reliquaque uirtutes, quae abs te proficiscuntur, pro nihilo aestimabitur. Vnde ne gloriatur sapiens in sapientia sua, neque robustus in robore suo. Quod enim gloriatio dignum est, id nostrum non est, sed donum est dei, ab eo pro- ficiscitur sapientia, ab ipso proficiscitur robur, atque item caetera.

C A P V T X I I I I

In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, ac dixit pueris suis, Hic est Ioannes Baptista. Apud Marcum ita loquitur, itidem & apud Lucam. Iudaei uarias habebant hae de rebus opiniones, nonnulli quidem falsas sen- tentias habebant, uidelicet Sadducei de resurrectione mortuorum, quasi non re- surgerent. Item de angelis, quasi non essent, sed quasi quae de illis erant scripta, tantummodo per tropologiam essent accipienda, neque quicquam haberent ueri secundum hi- storiam. Alias rursus habebant ueras, ueluti de resurrectione mortuorum, quod resurgerent docebant pharisaei. Quod igitur hoc loco quaeritur illud est, an talis quae praesens fuerit de ani- ma opinio, qua falso habebat Herodes, & ex plebe nonnulli, quod Ioannes qui paulo ante ab ipso fuerat interfectus, resurrexisset a mortuis post amputatum caput, quodque esset idem alio utens nomine nunc dicitur Iesus, capax illius uirtutum quae prius operabantur in Ioanne. Quam igitur habet probabilitatem, quod eum qui tantopere notus erat omni populo, & in omni celebratus Iudaea, quem dicebant esse fabri Mariae filium, & fratres ac sorores habere tales, existimarent non alium ab Ioanne fuisse, cui pater fuerit Zacharias, mater Elizabeth, nec ipsi obscuri in populo? Verisimile est autem, quod populus existimans Io- annem esse uerum prophetam, cuius tanta fuit multitudo, ut pharisaei metuerint, & quo- niam uidebatur id placere populo, flagitauerunt a Ioanne responsum, baptismus ipsius utrum e caelo esset an ex hominibus, non ignorauerit eum esse filium Zachariae. Fortassis & ad quosdam illorum peruenerat uisionis historia, quae uisa fuit in templo, quum appareret Za- chariae Gabriel. Proinde qui probabile est, uel Herodem, uel quem pia e plebe sic errasse, ut arbitraretur non duos fuisse Ioannem & Iesum, sed unum & eundem Ioannem postea resurrexerat.

Liberum
arbitrium

resurrexerat ex mortuis post decollationem, uocatum fuisse Iesum. Dixerit autem quispiam, mi- ratorum corporum falsam opinionem fuisse in Herode, ac in nonnullis ex plebe, qua puta- bant eum qui natus fuerat Ioannes, ex mortuis redisse in uitam, tanquam Iesum. Sed quo mi- nus probabile sit hanc falsam opinionem illos habuisse, obstat tempus, quod intercessit inter natiuitatem Ioannis & natiuitatem Iesu, quod non erat longius quam sex mensium. For- tasse talis potius quaedam suspitio fuit in Herode, quod uirtutes quae operabantur in Io- anne, translatae fuerint in Iesum, ob quas Ioannes baptista Messias esse creditus fuerat in populo: & uti poterit quispiam tali argumento: quemadmodum propter spiritum ac uirtu- tem Heliae, & non propter animam eius de Ioanne dicitur, Ipse est Helias, qui uenturus est; nimirum spiritu qui fuerat in Helia, ac uirtute quae in illo fuerat, translatis in Ioannem: sic existimabat Herodes uirtutes quae fuerant in Ioanne, in Ioanne quidem operatas fuisse ba- ptismum ac doctrinam, Ioannes enim nullum addidit miraculum; in Iesu uero prodigiosas uirtutes. Simile quiddam dicit aliquis & illos opinatos, qui dixerunt Heliam apparuisse in Iesu, aut unum e ueteribus prophetis resurrexisse. Nihil autem ad hanc quaestionem per- tinet eorum opinio, qui dicebant, Iesum prophetam fuisse, uelut unum e numero propheta- rum. Mendax igitur est sermo, siue is qui scriptus est esse Herodis de Iesu, siue ab alio quo- piam dicitur. Veruntamen mihi uidetur probabilius per similitudinem esse dictum, ut sicut in spiritu & uirtute Heliae Ioannes praecesserat, sic isti nunc suspicentur de Ioanne & Iesu. Quoniam autem primum didicimus, quod post tentationem seruator, quum audisset Ioan- nem esse traditum, secesserat in Galilaeam: Deinde didicimus, quod quum Ioannes esset in carcere, quum audisset quae ferebantur de Iesu, missis duobus discipulis suis, dixerit illis: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Tertio plane simpliciter didicimus, Hero- dem dixisse de Iesu, ipse est Ioannes baptista, ipse suscitatus est a mortuis: nec alicunde ta- men prius cognouimus, quomodo sublatus est baptista. Quapropter & hoc nunc descri- bit Matthaeus, ac item Marcus similiter. Caeterum Lucas plerumque quae ad hanc pertinent historiae, silentio praeteriit. Itaque Matthaei narratio ad hunc habet modum: Herodes enim captum Ioannem uinxit in carcere. De his igitur mihi uidetur, quod quemadmodum lex & prophetae durauerunt usque ad Ioannem, post quem cessauit in Iudaeis prophetica gratia: sic eorum potestas qui regnarant in populo, quae hactenus ualebat, ut eos qui digni mor- te uiderentur, posset interficere, usque ad Ioannem fuit: & interfecto inique ab Herode pro- phetarum nouissimo, priuatus est Iudaeorum rex occidendi potestate. Nisi enim hac po- testate fuisset spoliatus Herodes, nequaquam Pilatus pronunciaisset in Iesum mortis senten- tiam, sed ad id satis fuisset Herodes, pontificum ac seniorum populi consilio in hoc adhi- bito. Ac tunc opinor impletum est illud, quod a Iacob ad Iudam hunc in modum dictum est: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux ex Israel, donec uenerit cui repositum est, & ipse expectatio gentium. Fortassis etiam hac potestate priuati sunt Iudaei, diuina prouidentia Chri- sti doctrinae locum praeparante in populo, ut etiam si haec prohiberetur a Iudaeis, non tamen procederet usque ad interemptionem credentium, quae uideretur iuxta legem fieri. Hero- des autem captum Ioannem uinxit in carcere ac reposuit, signum quoddam hoc facto pra- bens, quod quantum erat in ipso situm, & in malicia populi, concluderet & alligaret ser- monem propheticum, uetaretque ne post hac maneret in libertate ueritatis praeco, quemad- modum prius. Hoc autem faciebat Herodes propter Herodiam uxorem Philippo fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. Hic autem Philippus erat tetrarcha Itureae & Trachonitidis regionis. Itaque nonnulli arbitrantur, quod mortuo Philippo reli- cta filia, Herodiam uxorem fratris Herodes duxerit, quum lex concedat hoc matrimonium, si absint liberi. Nos uero quoniam nusquam reperimus mortuum fuisse Philippum, ar- bitramur maiorem etiam iniquitatem fuisse in Herode, qui uiuenti etiamnum fratri coniu- gem abduxerit, eoque prophetica libertate praeditus Ioannes, neque ueritus regem Herodis di- gnitatem, neque ob mortis metu silentio dissimulans tantam iniquitatem, dicebat Herodi, diu- no repletus spiritu, Non licet tibi habere eam. Non enim licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodes quidem cepit Ioannem, ac uinctum reposuit in custodia, non audens omnino occide- re, hoc est propheticum sermonem tollere a populo. Regis autem Trachonitidis uxor, quae est peruersa quae pia opinio, malaque doctrina, filiam peperit eiusdem nominis, cuius motus quo- niam uidebatur decori, placuissentque Herodi genethliacas res amanti, in causa fuerit quo-

inus deinceps esset in populo caput prophetarum. Quin & in hodiernum usque diem
 inus populi Iudaici, qui uidentur secundum legem esse, nihil aliud esse puto, quam He-
 rodiadis filiae saltationes. Sed Herodiadis saltatio contraria erat sanctae saltationi, quam
 qui non saltauerint, his exprobrabitur audientibus, Tibijs cecimus uobis, & non saltastis;
 sed in nataliis iniqui sermonis qui regnabat in illis, saltant, sic ut placeret illi sermone mo-
 tus illorum. Obseruauit quidem quidam eorum qui uixerunt ante nos, Pharaonis nata-
 lem in Genesi descriptum, exposuitque quod malus ille gaudens negocijs generationis, se-
 rum celebrat natalicium. Nos uero ab illo hanc nacti occasionem, in nulla scriptura com-
 perimus a iusto celebratum diem natalem. Nam Herodes illo Pharaonis fuit iniquior: Si-
 quidem ab illo in nataliis pistorum princeps occiditur, ab hoc autem Ioannes, quo ma-
 ior inter natos mulierum non surrexit, de quo seruator dicit: Sed quare existis? ad uiden-
 dum prophetam; etiam dico uobis, & plusquam prophetam. Verum oportet gratias age-
 re deo, quod prophetae quoque gratia populo adempta est, quae tota illa maior est uita est in
 gentes, per seruatore nostrum Iesum, qui fuit inter mortuos liber. Quanquam enim cru-
 cifixus est ex infirmitate, uiuit tamen ex uirtute dei. Insuper autem uide rationem, iuxta
 quam purorum & impurorum ciborum discrimen expenditur. Despicitur autem propheta,
 quum in disco obsonij loco infertur; caput uero prophetae Iudaei non habent, Chri-
 stum Iesum totius prophetae caput negantes; & amputatur caput prophetae propter ius-
 iurandum, quod peierandum erat potius quam seruandum. Non enim tantum erat crimen
 praecipitasse iusiurandum, quantum erat crimen ob praecipitatum iusiurandum occidere
 prophetam. Ac non ob id tantum decollatur, uerum etiam ob eos qui simul accumbent,
 malentes prophetam occidi quam uiuere. Simul autem accumbent, simulque conuiuaban-
 tur cum sermone malo Iudaeorum rege, qui de illius natiuitate gaudebant. Hoc autem di-
 cto nonnunquam eleganter uteris aduersus eos, qui praecipites sunt ad iurandum, uoluntque
 ratum esse iusiurandum, quod in rem impiam susceperunt, dicens non quoduis iusiuran-
 dum oportere seruari, ueluti nec Herodis. Ad haec autem & illud animaduerte, quod non
 palam, sed clam, & in carcere Ioannem occidit Herodes, neque enim palam nunc abnegat Iu-
 daeorum sermo prophetas. At qui re ipsa, & clanculum eas negat, ac deprehenditur illis non
 credere. Quemadmodum enim si credidissent Mosi, credidissent & Iesu; ita si credidissent
 prophetis, recepissent utique qui fuerat a prophetis nunciatus. Quoniam autem huic non cre-
 dunt, nec illis credunt, ac truncant in carcere conclusum sermonem prophetarum, habentque
 illum mortuum ac diuisum minimeque integrum, quia non intelligunt eum, sed nos inte-
 grum habemus Iesum, expleta quae de illo fuerat prophetae dicentes, os non conuincietis. Di-
 scipuli uero Ioannis sepeliunt illius reliquias, & abeuntes renunciarunt Iesu. At ille seces-
 sit in locum desertum, nimirum ad gentes: ac post prophetarum interemptionem, turbes se-
 quebantur illum ex omnibus undique ciuitatibus: quas eum uidisset esse numerosas, mise-
 raturus est illos, ac sanauit aegrotos illorum, ac post haec, alit benedictis ac multiplicatis pau-
 cis panibus eos qui sequuti fuerant ipsum. Quum audisset autem Iesus, secessit illinc nauig-
 io in locum desertum seorsum. Hic quidem sermo docet nos, quantum ualeat, a perse-
 quentibus & ab expectatione eorum qui per sermones insidiantur, secedere. Hoc enim bo-
 na ratione fieri potest. Caeterum eum qui possit ab imminentibus abesse, omni ex parte eos
 recipere temeritatis est & confidentiae. Quis autem post haec dubitet, an a talibus liceat de-
 clinare, quum non solum post ea quae Ioanni acciderant Iesus secesserit, uerum etiam hoc
 docuerit dicentes: Si persequuti uos fuerint in ciuitate hac, fugite in aliam. Quoties igitur in-
 ciderit tentatio, quam uitare non licet, necesse est fortiter magnoque animo sustinere. Quod
 si liceat effugere, audacia fuerit hoc non facere. Quoniam autem post id quod dictum est,
 etiam iuxta anagogen oportet locum examinare, dicendum est quod postea quam apud
 Iudaeos insidijs petita est propheta, occisique propterea quod apud illos in pretio essent na-
 talitia festa, uanisque motus qui fiebant in conuiuio, iudicio ueritatis incompoliti & incon-
 diti, caeterum opinione principis malorum, & eorum qui cum ipso conuiuium agitant, com-
 positi & concinni, ipsique grati, secedit Iesus a loco, in quo prophetae structis insidijs con-
 demnata est: secedit autem in locum a deo desertum, qui est apud gentes, ubi dei uerbum,
 sublato regno ab illis, datoque genti facienti fructus ipsius, nascatur in ter gentes, per quod hoc
 uerbum nascantur filij desertae, quae neque legem, neque prophetas dederat, multo plures
 quam

quam eius quae habet uirum, uidelicet legem. Quum igitur olim apud Iudaeos esset uer-
 bum, non sic erat apud illos quemadmodum apud gentes. Ideo dicitur est in nauis, hoc est,
 in corpore, in locum desertum seorsum uenisse, quum audisset de sublatione prophetae.
 Quum autem uenisset in eremum, seorsum erat in ea: quod uerbum illius ac doctrina esset
 singularis, ultra consuetudines & opiniones apud gentes receptas. Turbae uero quae erant
 in gentibus, quum audissent uerbum adesse in deserto suo, idque seorsum esse, ut ante expo-
 suimus, sequuta sunt illud relicti proprijs ciuitatibus, dum illorum quisque relinquit pa-
 tria superstitionis consuetudines, & Christi legi accedit. Sed pedestri itinere, non nauigio
 illum sequuti sunt, ut puta non corpore, sed nuda anima, ac uoluntate per uerbum persua-
 sa sequuti imaginem dei. Er ad hos sane Iesus exit, quum non possent ad illum accedere, ut
 ueniens ad eos qui foris erant, introduceret eos qui erant foris. Multa autem turba foris
 erat, ad quam egreditur dei uerbum, & effuso lumine suae uisitationis in illam, uidit eam.
 Er quum uidisset illos ob hoc esse magis dignos miseratione, quod in talibus malis essent,
 uelut hominum amator, qui alienus erat ab affectibus, in hoc affectus sentit, quod com-
 motis uisceribus miseratus est. Nec miseratus solum, uerum etiam aegrotos illorum sana-
 uit, habentes uarios & omnijuges ex malitia morbos. Quod si uidere uis, quales sint ani-
 mi morbi, cogita mihi, avaros, gloriae cupidos, & pueros amatores, & si quis est mu-
 lteribus deditus. Nam & hos in turbis uisos, eosque miseratus sanauit. Non tamen pu-
 randum est, quod uis peccatum esse morbum, sed id quod in tota computruit anima. Ta-
 les enim uidere est pecuniarum amatores, totos incumbentes argento, & in huius tum-
 custodiam, tum coaceruationem; uidos laudum, gloriolis inhiantes. Inhiant enim capi-
 tandis a uulgo uilibusque hominibus laudibus. Ac iuxta consimilem rationem cogitabis
 de reliquis morbis quos nominauimus, & si quis alius est horum consimilis. Quoniam
 igitur inter enarrandum, quod dictum est, sanauit aegrotos eorum, diximus non quod
 uis peccatum esse morbum, opera peccatum est & e scripturis de horum differentia disce-
 rere. At sane Apostolus Corinthiis, qui uarijs peccatis laborabant, scribens, Propterea
 inter uos infirmi multi, & ualetudinarij, & dormiunt multi. Audi siquidem apostolum in
 his etiam uinculum necessitatis, contextumque facientem ex diuersis peccatis, iuxta quod
 alij quidem sunt infirmi, alij uero aegroti, uidelicet plus quam infirmi: rursus alij utriusque
 peius habentes, qui dormiunt. Nam qui propter imbecilles animi uires, procliuus sunt,
 ad labendum in quoduis peccatum, etiam si non toto animo fuerint obnoxij alicui pecca-
 to peculiari, quemadmodum sunt aegroti, tantum infirmi sunt. Porro qui pro deo quem
 diligere debebant, tota anima, toto corde, & tota mente, diligunt pecuniam, aut gloriam,
 aut mulieres, aut pueros, hi peius affecti sunt quam infirmi, suntque aegroti. Dormiunt au-
 tem, qui quum debeant attendere & aduigilare animae suae, non faciunt id, sed ex nimia
 negligentia dormitant uoluntate, & somnolosi sunt cogitationibus, qui quidem somni-
 antes, carnem quidem possunt, autoritatem uero spernunt, glorijs autem maledicunt. Isti
 sane quia dormiunt, in uis inanis uentantur, & infomniorum simillimis, ea quae su-
 perne ueniunt, quaeque uera sunt non recipientes, sed infirmi per inania simulacra falluntur.
 De quibus & in Esai dicitur illud, Quemadmodum somniat sitiens quasi bibat, & exper-
 reus adhuc sitit, anima uero illorum inaniter sperauit; Sic erunt diuitiae omnium genti-
 um, quaecumque militarunt in Hierusalem. Itaque quanquam uidemur digressionem fecisse,
 dum exposuimus differentiam infirmorum, aegrotorum, & dormientium, propterea quod
 apostolus in ad Corinthios epistola dixit, quae enarrauimus fecimus digressionem, stu-
 dentes ostendere, quid intelligendum significetur his uerbis, & sanauit aegrotos illorum.
 Post haec habet sermo Euangelicus: Quum autem esset facta uespera, accesserunt ad eum
 discipuli ipsius dicentes: Desertus locus est, & hora iam praeterijt, dimitte itaque turbas, ut
 abeuntes in uicos emant sibi cibaria. Ac primum obserua, quod quum daturus esset be-
 nedictionis panes discipulis, ut apponerent turbis, sanauit aegrotos, ut sani participes fie-
 rent panum benedictionis. Non enim possunt qui adhuc aegrotant, capere panes bene-
 dictionis Iesu: uerum etiam si quum aliquis audire debuerit illud, Probet autem unusquisque
 seipsum, & sic comedat ex illo pane: reliquaque quae sequuntur, haec non audierit, sed te-
 mere sumpserit panem domini & poculum eius, infirmus fit aut aegrotus, aut etiam, ut ita
 loquar, ex grauedine quae nascitur ex huius panis ui, dormiens. Vespere autem facta adie-

runt eum discipuli ipsius, hoc est, in consummatione seculi, de quo tempestate dixeris illud, quod positum est in epistola Ioannis, Nouissima hora est. Qui quum nondum intellexerent, quid faceretur deus filius, dicunt illi: Desertus est locus: uidentes dei, & legis, & uerbi solitudinem in plerisque. Dicunt autem illi, & hora praeteriit, quasi praeteriisset oportunitum tempus legis & prophetarum. Fortassis autem hoc dicebant, huc spectantes, quod decollatus esset Ioannes, & legem & prophetas, quae erant usque ad Ioannem, cessasse. Praeteriit igitur, inquit, hora. Nec adest cibus, eo quod tempus illius iam non amplius sit praesens, ut qui in deserto sequuti sunt te, legi ac prophetis seruiant. Insuper dicunt discipuli: Dimitte illos, ut si minus queant a ciuitatibus, certe a uicis, locis uisioribus emanant cibaria. Haec quidem dicebant discipuli, desperantes turbas inuenturas, eo quod dimissa est littera legis, ac prophetiae cessassent, insignes ac nouos cibos. Sed uide quid Iesus responderit discipulis, tantum non clamans ac manifeste dicens: Vos quidem opinamini turbas si a me discesserint egentes cibarijs, ea in uicis inuenturas potius quam apud me, & in conuentibus hominum, non ciuium, sed uicinarum potius quam si apud me permanerint. Ceterum ego patefaciam uobis, quod eo quo creditis illos egere non egent, neque enim opus habent ut discedant. Eo uero quo creditis eos non habere opus, hoc est, me, quasi non possim eos alere, hoc iuxta uestram expectationem opus habet. Quoniam igitur uos docui, reddiditque sufficientes ad dandum egentibus animi cibum, uos date turbis quae me sequuntur sunt quod edant. Habetis potestatem a me traditam, ut detis turbis cibum, cui si fuissetis intenti, nimirum intelligeretis, me multo magis illos alere posse: nec diceretis, dimitte turbas, ut abeat, emantque sibi cibaria. Iesus igitur per potestatem quam dederat discipulis alios etiam alendi, dixit: Date eis uos, quod edant. Illi uero non negantes se posse dare panes, sed arbitrati pauciores esse, nec sufficere pascendis qui sequuti fuerant Iesum, neque considerantes, quod Iesus acceptum unum quonque panem, id est, uerbum, in quantum uult dilatat, efficiens ut omnibus sufficiat, quoscumque uelit pascere, aiunt: Non habemus hic nisi quinque panes ac duos pisces: per quinque panes fortassis inuenientes sensibilia scripturarum uerba, & ob hoc numero respondentia quinque sensibus: per duos uero pisces, uel propheticum & in affectibus situm sermonem, quasi obsonia rerum sensibilibus, quae in scripturis reposita sunt: aut fortassis sermonem qui iam ad illos peruenerat de patre & filio. Quam ob causam & ipse comedeat de pisce posteaquam resurrexisset, parte sumpta a discipulis, ubi iam recepisset ab illis, quam ex parte poterant ipsi de patre profiteri Theologiam. Nos quidem sermones de quinque panibus ac duobus piscibus hunc in modum explicare ualuimus. Probabile est autem, quod qui magis quam nos colligere possunt, quinque panes ac duos pisces apud sese, copiosiore ac meliore de his reddere ualeant intelligentiam. Illud tamen obiter annotandum, quod quinque panes ac duos pisces habere se discipuli profitentur apud Matthaeum, Marcum, & Lucam, nullam dantes significationem, an triticei sint, an hordeacei, solus Ioannes hordeaceos fuisse dicit, unde fortassis nec discipuli in Euangelio Ioannis eos panes apud se esse fatentur, sed apud hunc ita loquuntur, Est puer hic, qui habet quinque panes hordeaceos, ac duos pisces. Et donec hi quinque panes cum duobus piscibus non adferebantur a discipulis Iesu, non creuerunt, neque multiplicati sunt, neque poterant multos alere. Quum autem illos accepisset feruator, primum suspexit in caelum, nimirum oculorum suorum radijs ueluti deducens illinc potentiam, robur addituram quinque panibus ac duobus piscibus, ad nutriendum quinque hominum milia. Post haec benedixit quinque panibus & duobus piscibus uerbo & benedictione augens illos ac multiplicans, mox diuidens ac frangens dedit discipulis, ut illi turbis apponerent. Tunc suscipiebant illi panes ac pisces ad hoc, ut ederent ac saturarentur omnes, a deo ut quosdam ex benedictis panibus non potuerit comedere, Tam multa turbis supererant, quae apud turbas quidem non erant, sed apud discipulos, uolentes tollere quod supererat fragmentorum, reponereque in cophinos, plenos fragmentorum totidem numero, quot erant tribus Israel. De Ioseph quidem scriptum est in psal. Manus eius in cophino seruauerunt. De Iesu uero discipulis, quod quum essent nimirum duodecim, sustulerunt ex eo quod superauerat, duodecim cophinos non dimidiatos, sed plenos. Et sunt, nisi fallor, ad hunc usque diem & erunt usque ad consummationem seculi, duodecim cophini pleni fragmentorum panis uiui, apud Iesu discipulos turbis praestantiores, quae turbae non possunt comedere.

Erant

Erant autem qui comederant de quinque panibus, qui erant antequam superfuissent duodecim cophini, cognati numero pemptadis. Usque ad quinque sensibilia peruenerant ij qui comederant. Quando quidem & hi ab eo qui suspexerat in caelum, quique benedixerat ac regerat illos aliti sunt, ijque non pueri, neque foeminae, sed uiri. Sunt enim, ni fallor, & in sensibilibus edulsijs discrimina, ut quaedam sint eorum, qui euacuauerunt ea quae sunt paruuli: quaedam rursus eorum qui paruuli sunt adhuc & carnales in Christo. Ac nobis haec dicta sint propter haec uerba: Qui comederant erant uiri quinquies mille praeter pueros ac mulieres. Quod quidem ambigue dictum est, utrum qui comederant fuerint uiri quinquies mille, nec inter hos edentes ullus fuerit puer aut foemina: an uiri tantum fuerint numero quinquies mille, non annueratis neque pueris neque mulieribus. Nonnulli quidem, ut ante diximus, ad hunc modum explicauerunt, quod neque pueri, neque mulieres adfuerint ijs quae ex quinque panibus ac duobus piscibus aucta multiplicataque sunt. Dixerit autem aliquis, quod quum multi comederint, iuxtaque dignitatem ac uires, participes facti fuerint panum benedictionis, alij quidem numero digni erant, iuxta similitudinem eorum, qui in libro Numerorum nominati sunt, annos uiginti nati, Israelitae uiri erant: alij uero qui digni non erant tali ratione numeroque, pueri erant, ac mulieres. Iam mihi theologiam de pueris tracta, iuxta illud, Non potui uobis loqui ut spiritualibus, sed ut carnalibus, ut paruulis in Christo. De mulieribus autem, iuxta illud, Volo autem uos omnes uirginem castam exhibere Christo. De uiris uero iuxta illud, Posteaquam factus sum uir, euacuauit ea quae erant paruuli. Ne praetereamus inenarratum & illud, quum iussisset turbas discumbere super gramen, acceptis quinque panibus & duobus piscibus, sublatis in caelum oculis, benedixit, quumque fregisset, dedit discipulis panes, discipuli uero turbis, & comederunt omnes. Quid enim significat illud, quod iussit omnes turbas discumbere super gramen, & quid intelligere possumus dignum iussione Iesu, de loco? Opinor autem, quod turbas iussit discumbere in caeno, propter id quod dicitur in Esaias, Omnis caro foenum, hoc est, subijcere carnem, ac subditum reddere carnis affectum, ut sic aliquis possit esse participes panum quibus benedixit Iesus. Deinde quoniam uarij sunt ordines eorum qui egent alimonia Iesu, nec iisdem sermonibus aluntur omnes, propterea, ni fallor, Marcus dixit dominum hoc fecisse: & praecipit eis omnibus, ut discumberent, per conuiuia, super uiride caenum: & accubuerunt per singula uiridaria centeni & quinquageni. Lucas autem sic: Dixit autem ad discipulos suos, Facite ut discumbant, per singulos ordines ferme quinquageni. Oportebat enim eos qui requieturi erant in Iesu cibarijs, aut esse in ordine centum, qui numerus sacer est, ac deo propter unionem consecratus: aut in ordine quinquaginta, qui numerus continet remissionem, iuxta mysterium iubilaei, qui solitus quinquagesimo quoque anno innouari, iuxta mysterium festi Pentecostes, quod est die quinquagesimo. Arbitror autem duodecim cophinos fuisse apud discipulos, quibus dictum est, Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Et quemadmodum dicere posset aliquis, mysterium esse in throno iudicantis tribum Ruben, & in throno iudicantis tribum Simeon, & in alio throno iudicantis tribum Iuda, atque item de ceteris: ita fuerit & cophinus cibariorum Ruben, & alius Simeon, alius Leui: sed non est praesentis tractationis nunc tantum a proposito digredi, ut coaceruemus quae dici possent de duodecim tribubus, ac peculiariter de harum singulis, & quae sit quaeque tribus Israel explicare. Et protinus copulit discipulos ingredi nauim, & praecedere ipsum in ulteriorem ripam, donec dimitteret turbas. Obseruandum est obiter, quoties iisdem locis repetuntur hoc modo, turbas. Item aliud nomen, discipuli, ut ex hac obseruatione, & ex huius nominis coacervatione, perspicuum fiat, Euangelistis fuisse propositum, per euangelicam narrationem ostendere uoluisse differentias accedentium ad Iesum, quorum alij sunt turbas, nec uocantur discipuli: alij uero discipuli qui sunt turbis praestantiores. Sed satis est in praesentia nos pauca uerba adducere, quo uidelicet ex his incitatus aliquis, idem faciat in omnibus Euangelijs. Scriptum est itaque, quum turbas essent loco humiliori, de discipulis ad Iesum, qui montem conscenderat, uolentibus accedere, quod turbas peruenire non poterat, hunc in modum. Quum uidiisset turbas, conscendit in montem, quumque consedisset, accesserunt ad eum discipuli ipsius, & quum aperuisset os suum docebat eos, dicens, Beati pauperes spiritu: & caetera quae sequuntur. Et rursus alio loco,

K 4 loco, usque

loco turbis desiderantibus sanationem dictum est, Sequitur sunt eum turbæ multæ, & sanauit eos. Non reperimus de discipulis scriptum, quod eos sanauerit; propterea quod si quis iam est discipulus Iesu, ille sanus est, & quum bene habeat, opus habet Iesu, non quatenus est medicus, sed secundum alias illius vires. Rursus alibi, quum Iesus loqueretur turbis, mater ipsius ac fratres stabant foris, quærentes ei loqui, quod quidem illi significatum est. Renuncianti respondit extensa manu non ad turbas, sed ad discipulos, dicitque, Ecce mater mea & fratres mei: ac testimonium ferens discipulis quod facerent uoluntatem patris qui in caelis est, ipse, inquit, meus & frater & soror & mater est. Rursus alio loco scriptum est, quod omnis turba steterit iuxta littus, & loquutus sit eis per parabolas multa. Deinde post parabolam sementis, accedentes non iam turbæ, sed discipuli dicebant ei, non, quare loqueris nobis per parabolas, sed quare per parabolas loqueris illis? Quo tempore respondit non turbis, sed discipulis, Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, cæteris autem per parabolas. Proinde inter hos qui accedunt ad nomen Iesu, ij qui nouerunt mysteria regni cœlorum, discipuli uocari possunt, ij uero quibus hoc datum non est, turbæ, quæ discipulis inferiores dicuntur. Attende uero diligenter, eum discipulis dixisse, Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum: de turbis uero dictum est, Illis uero non datum est. Item alibi dimittit turbas & ingreditur in domum, non autem dimittit discipulos. Et in domum eius accedunt ad eum, non turbæ, sed discipuli eius dicentes: Edificare nobis parabolam zizaniorum agri. Quin & in alio loco, quum audisset de Ioanne, Iesus secessit nauigio in desertum locum seorsum, turbæ sequuntur eum: quum egressus uidit multam turbam, & misericordia motus super illos, sanauit ægros illorum, uidelicet turbarum, non discipulorum. Vespere autem factio, accesserunt ad eum non turbæ, sed discipuli dicentes, uelut alij à turbis: Dimitte turbas, ut digressi in uicos, emant sibi cibaria. Insuper quum acceptis quinque panibus & duobus piscibus, & sublatis in cœlum oculis benedixit, ac frangens dedit discipulis, ut discipuli darent turbis, quæ non poterant ab eo capere, sed ut per discipulos accipiunt panes benedictionis Iesu, ac ne quidem omnes comedunt: nam saturata turbæ reliquerunt quod superfluit in cophinis duodecim plenis. Cæterum cuius gratia has annotationes obiter adiunxerimus, est illud quod in manibus est, uidelicet quod Iesus separatis à turbis discipulos, compulit eos ingredi nauim, ac præcedere ipsum in ulteriorem ripam, donec ipse dimitteret turbas. Non enim possunt turbæ in ulteriorem ripam transire, uelut hebraei mystice, quæ uox sonat nobis, transmissorij: uerum hoc erat opus discipulorum Iesu, uidelicet in ulteriorem abire ripam, ac transcendere ea quæ uidentur, quæque corporalia sunt ac temporaria: peruenire autem ad ea quæ non uidentur, æternaque sunt. Satis igitur beneficentiæ collatum erat in turbas à Iesu, quæ non poterant, eo quod essent turbæ, abire in ulteriorem ripam, si dimitterentur à Iesu. Qua dimissione nullus habet autoritatē dimittendi, nisi Christus solus, neque fieri potest, ut dimittatur aliquis, nisi prius comederit de panibus, quibus benedixit Iesus. Non potest autem edere de panibus benedictionis Iesu, nisi fecerit quemadmodum præcepit Iesus, ac discubuerit in gramine, quemadmodum disseruimus. At ne id quidē possunt facere turbæ, nisi relicti suis ciuitatibus, sequuntur fuerint Iesum secedentem in desertum locum seorsum. Ac prius quidē rogatus à discipulis, ut dimitteret turbas, non dimisit, donec aluisset eas panibus benedictionis. Nunc uero dimittit discipulis prius compulsi in, gredi nauim, & relinquit eos in loco quopiam humiliore, Nam desertum inferius est: Ipse autem ascendit in montem, ut oraret. Quin & illud obseruandum, quod ilico posteaquam pauerat quinque milia hominum Iesus, compulit discipulos ingredi nauim, & præcedere ipsum ultra lacum. Verum non possunt discipuli præcedere Iesum trans lacum, sed ubi peruenissent usque ad medium maris, ac nauis iactaretur fluctibus, eo quod uentus esset aduersus, timuerunt, circiter quartam noctis custodiam, quum uenisset ad illos Iesus. Et nisi ascendisset in nauim Iesus, neque nauigantibus discipulis uentus desisset esse contrarius, neque traicientes uenissent in alterum littus qui nauigabant. Ac foras se uolens illos experimēto docere, quod non possent absque ipso abire trans lacum, compulit illos ingredi nauim, ac præcedere trans lacum. Cæterum illis non ualentibus ultra medium maris pertingere, apparens ac faciens quæ scripta sunt, declarauit, quod qui ad ulteriorem ripam tendit, Iesu simul cum ipso nauigante perueniet illuc. Quid autem est nauigium, in quod Iesus compulit ingredi discipulos

discipulos, nisi fortassis tentationum ac periculorum imminentium certamen, in quod compulsi aliquis à uerbo, ueluti que nolens, uenit, sed ita saluatore uolente exercere discipulos in hac nauis fluctibus iactata ob uentum aduersum. Quoniam autem confestim compulit discipulos suos ingredi nauim, & præcedere ipsum trans lacum. Marcus paulum immutatis uerbis sic posuit, Et confestim compulit discipulos suos ingredi eis *ἐν τῇ ναυῖ*, id est, in nauim, ac præcedere ipsum trans lacum, in Bethsphaidam: operæ precium est intendere huic uerbo, compulit, si prius considerauerimus exiguam Marci uariationem, certam nauim significantis per additum articulum. Non enim idem significatur ab eo loco, confestim compulit discipulos, sed amplius habet illud, discipulos suos, quod apud Marcum scriptum est, præ illo quod simpliciter dictum est, discipulos, fortassis ut etiam dictionis modo immoraremur. Discipuli quum sic essent affecti, ut aegre distraherentur à Iesu, non quauis de causa possunt ab eo separari, cupientes illi adesse. At illi quum decreuisset, ut illi facerent experimentum fluctuum ac uenti resstantis, quod nequaquam accidisset, si fuissent cum Iesu, necessitatem illis iniicit, ut ab ipso se iuncti nauim ingrederentur. Compulit quidem igitur discipulos seruator, ingredi nauim tentationum, ac præcedere ipsum trans lacum, utque ultra malorum insultus uincendo peruenirent. At illi quum essent in medio maris, inque tentationum fluctibus, uentis aduersis uerantibus, quo minus peruenirent in ulteriorem ripam, luciantes non potuerunt absque Iesu fluctus uincere uentumque resstantem, ac pertingere ad ripam ulteriorem. Quapropter miseretur illorum dei filius, omnia quæ quidem in ipsis erant facientibus, ut in ulteriorem ripam peruenirent, uenit ad illos ambulans super mare, quod illi non habebat undas neque uentum, qui posset aduersari, etiam si uoluisset. Non enim dictum est, uenit ad eos ambulans super undas, sed super aquas. Quin Petrus prius dicente ipsi Iesu, ueni, descendens è nauim, ambulabat non super fluctus, sed super aquas, ut ueniret ad Iesum. Simul atque uero dubitauit, uidit ualidum uentum, haud quaquam ualidum ei, qui deposuerat exiguam fiduciam & hastitationem. Et quum ascendisset Petrus post Iesum in nauim, cessauit uentus, nihil amplius potens in nauim agere, posteaquam Iesus eam ingressus erat. Ac tum discipuli transmissio lacu perueniunt in terram Genesareth, cuius interpretationem si cognosceremus, & hinc non nihil iuuaremur ad huius enarrationem loci. Obserua uero, quoniam fidelis deus, qui non sinit tentari turbas supra quam possunt, quomodo filius dei discipulos quidem compulit ingredi nauim, ut ualentiores, quique possent ad medium usque maris peruenire, ac sustinere fluctuum iactationem, donec diuino digni reddantur auxilio, donec uideant Iesum, audiantque illum ingressum, traiciant ac perueniant in terram Genesareth. Cæterum dimissis turbis, quæ non ceperant experimentum nauis, fluctuum, & resstantis uenti, uelut imbecilliores, ascendit in montem seorsum ad orandum. Pro quo uero orandum, nisi forte pro turbis quidem, ut dimissæ post gestatos benedictionis panes, nihil committerent, quod repugnaret dimissioni à Iesu factæ. Pro discipulis autem, ut ab ipso compulsi nauim ingredi, & ipsum præire trans lacum, nihil paterentur in mari, nec à uento contrario. Nec uerear dicere, ob preces Iesu ad patrem pro discipulis suas, nihil illis accidisse mali, quum & mare, & fluctus, & uentus aduersus, illos oppugnarent. Ergo qui simplicior est, contentus sit historia: nos autem si quando in tentationum necessitatem inciderimus, meminerimus quod Iesus nos compulit ingredi nauim illam, uolens nos præcedere trans lacum. Fieri namque non potest, qui tentationes fluctuum aduersantesque uentos non sustinuerunt eos in ulteriorem peruenire ripam. Deinde ubi conspexerimus multis nos circūuallari negocijs ac periculis, ac medio criter laborantes ea aliquo usque tranauerimus, cogitemus nauim nostram in medio maris esse quæ tunc iactatur fluctibus, hoc agentibus, ut naufragium faciamus circa fidem, aut circa uirtutem aliquam. Cæterum ubi uiderimus spiritum illius mali obistere nostris actionibus, cogitemus tum nobis esse uentum contrarium. Ergo quum hæc patientes tres noctis uigilias, hoc est, tenebrarum quæ sunt in fluctibus peregerimus, pro uiribus bene certantes, cauentesque nobis, ne naufragium faciamus circa fidem, aut circa uirtutem aliquam. Primam uigiliam aduersus patrem tenebrarum ac malicie: secundam aduersus filium eius, qui aduersatur & extollitur supra omnem quid dicitur deus, aut religio: tertiam aduersus spiritum, sancto spiritui contrarium. Tunc credimus quod instante quarta uigilia nox processit, dies autem appropinquauit. Veniet ad nos filius dei, ut nobis componat mare, ambulans super illud, Quumque uiderimus nobis apparere uerbum

uerbum, turbabimur quidem, priusquam certo cognouerimus seruatorem adesse nobis, exi
stimantes nos adhuc phantasmata uidere, territiq; protinus clamabimus. At ille statim no
bis loquetur dicens: Confidite, ego sum, nolite timere. Et si quis uehementius commotus
eo uerbo, cōfidite, repertus fuerit in nobis Petrus, tendens quidem ad perfectionem, non
dum tamē eam assequutus, descendens ē nauis, quasi iam positus extra tentationem illius
nauis in qua iactabatur, initio quidem ambulabit, cupiens uenire ad Iesum super aquas.
Caterum ut pusillam adhuc habens fiduciam, ut adhuc dubitans, uidebit ualidum uen
tum, ac timebit: & incipiet quidem mergi, non tamen hoc eueniet, eo quod Iesum magna
uoce in clamabit, dicens ei, Domine serua me. Post hæc protinus adhuc loquēte Petro ta
lia, ac dicente, Domine serua me, extendet Iesus manum, porrigens eiusmodi hominī au
xilium, & apprehendet eum iam incipientem mergi, exprobrabitq; illi, quod parum ha
buerit fiduciæ, quodq; dubitarit. Verum obserua, quod non dixit, diffidens, sed pusillæ
fiduciæ, quodq; dictum est, quare dubitasti? quod haberet quidem non nihil fiduciæ, sed
inflectens etiam in partem diuersam, hoc est, ad diffidentiam. Et post hæc sanē tum Iesu
tum Petrus ascendet in nauim, & cessabit uentus. Atq; ij qui in nauis sunt, cogitantes à
qualibus periculis sint seruati, adorabunt dicentes, non tantum filius dei es, quemadmo
dum dicebant & illi duo, qui dæmonijs fuerāt obnoxij: sed uere filius dei es, quod dicunt
in nauis discipuli. Neq; enim alios à discipulis arbitror hoc dixisse. Vbi uero uersati fue
rimus in his omnibus, transmissio lacu, ueniens in terram quō iusserat nos præire Iesus.
Fortassis autem significatur aliquod arcanum ac reconditum mysterium de his qui serua
ti sunt à Iesu, ex eo quod scriptum est, Et agnoscentes eum uiri loci illius, nimirum in ulte
riore ripa, emiseraunt in totam finitimam regionem illam, uidelicet finitimam ulteriori ri
pæ, nō in ipsa ripa, sed in locis circumiacentibus. Et obtulerūt illi omnes male habentes.
Hic autem obserua, quod obtulerunt illi non solum multos male habentes, uerum etiam
omnes qui erant in eius regionis uicinia. Hi uero adducti ad Iesum, qui male habebant, ro
gabunt illum, ut uel fimbriam uestis eius cōtingerent, hoc ab illo beneficium postulantes.
Quoniam nō erant tales qualis illa mulier quæ laborarat profluuiio sanguinis annos duo
decim, & accessit à tergo, tetigitq; fimbriam uestimenti illius, quum apud se dixisset, si tan
tum tetigero uestimentū illius, ero salua. Obserua etiam de fimbrijs uestimenti eius, unde
confestim sistebatur profluuium sanguinis eius. Caterum ij qui uenerant ex finitima re
gione Genesareth, in quam transmissio lacu uenerat Iesus cum discipulis suis, non ex sese
adeunt Iesum, sed adducti sunt ab ijs qui emiseraunt, ut qui per se non possent ad Iesum ac
cedere, eo quod uehementer male haberent; neq; ipsi furtim tetigerūt fimbriam, sicut illa
profluuiio sanguinis laborans, sed orantibus illis. Quanquā & ex his quicunq; tetigerunt,
salui facti sunt. Porro nūm qua differentia sit huius uerbi, salui facti sunt, quod de his di
ctum est, quantum ad salutem datam: Nam profluuiio sanguinis laboranti sceminā di
ctum est, Fides tua te saluam fecit, ipse etiam per te dispiciēs.

CAPVT XV.



nc accedunt ad eum ē Hierosolymis pharisæi & scribæ dicētes, Quare di
scipuli tui transgrediuntur traditiones seniorū? Non enim lauāt manus, quū
panem comedunt. Si obseruaueris quo tempore adierint Iesum ab Hiero
solymis pharisæi & scribæ dicentes, Quare discipuli tui transgrediuntur tra
ditionem seniorū? & quæ sequuntur: scietur necessario Matthæū nō sim
pliciter scripsisse, q; pharisæi & scribæ ab Hierosolymis accesserint ad seruatorē, per cōtan
tes eum quæ dicta sunt, sed ita loquutus est: Tunc ueniūt ad eum ab Hierosolymis. Quan
do igitur illud rūc intelligendū est? Quū transmissio lacu uenissent in terrā Genesareth na
uigio Iesus & discipuli eius, iam sedato uento, ex quo nauim cōscenderat Iesus. Et quū a
gnouissent eum uiri loci illius, emiseraunt in totā illā finitimā regionē, & adduxerūt ad eum
omnes male habentes, & obsecrabāt eū, ut uel tantū fimbriā contingerent uestis illius, &
quotquot tetigerūt, salui facti sunt. Tunc accesserūt ad eū ab Hierosolymis pharisæi & scri
bæ, nō admirati potentia quæ erat in Iesu, sanās etiā illos qui tantū fimbriā uestis ipsius at
tigerant, sed accusandi studio criminātes discipulos apud præceptorē, nō de transgressione
præcepti dei, sed unius ex traditionib. seniorū Iudaicis. Et probabile est, quod hoc ipsum
crimē quod intendunt calumniandi auidi, cōmendat pietatē discipulorū Iesu, qui nullam repre
hensionis ansam dederint in alijs, ueluti de transgressione præceptorum dei. Phari
sæi ac scribæ: qui nequaquam adduxissent hanc criminationem aduersus discipulos de
transgressione, quod uiolassent præceptum seniorum, si potuissent deprehendere quos
incusabant, & ostendere eos transgressores præceptum dei. Ne putes autem his probari. Mo
si legem seruandam esse iuxta literam, quod discipuli ad id usq; temporis eam seruabant.
Non enim priusquam pateretur, redemit nos à maledictione legis, qui patiendo pro no
bis factus est maledictio. Sed quemadmodum Paulus cōgruenter Iudæis Iudæus factus
est, ut Iudæos lucrifaceret: quid absurdi est, si apostoli quum inter Iudæos uersarentur,
quamuis intelligerent spiritualia, legis uulgata utebantur consuetudine? Sicut & Paulus,
qui Timotheum circumcidit, & sacrificium iuxta uotum quoddam Iudaicum obtulit,
quemadmodum in Apostolorum Actis scriptum est. Veruntamen rursus apparent aui
di criminandi, qui de præcepto dei nihil criminis intendere poterant in discipulos Iesu, sed
tantum de una seniorum traditione. Atq; hinc potissimum dilucet criminandi studium,
quod apud eos ipsos, qui à morbis sanati fuerant crimen intendunt, speciem quidem ad
uersus discipulos, reuera tamē ipsum præceptorem infamare uolentes, quasi quod etiam
à senioribus erat institutum de lauandis manibus, necessarium foret ad pietatē. Existima
bant enim immundas & impuras esse manus eorum qui non lauissent, antequā sumerent
cibum; contra puras ac sanctas esse factas eorum, qui eas ablussent aqua, quum id non re
spondeat Moisaica iuxta literam legi. Nos uero non secundum seniorum Iudæorum tra
ditionem, sed iuxta rectam rationem, purgare conuenit nostras actiones, & hoc pacto la
uare manus animarum nostrarum, quoties commesturi sumus tres panes, quos à Iesu pe
timus, qui nobis amicus esse cupit. Siquidem immundis, illotis & impuris manibus non
oportet horum panum esse participes. Iesus autem nō incusat eos de traditione seniorum
Iudæorum, sed de duobus dei præceptis maxime necessarijs, quorum alterum quintum
est in decalogo, sic habens: Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene sit tibi, & fias
longauius super terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi. Alterum uero in Leui
tico hunc in modum scriptum est: Si homo maledixerit patri suo aut matri suæ, morte mo
riatur, Patri suo aut matri suæ qui maledixit, reus erit. Ceterū quoniam ipsa uerba uolumus
intueri, quæ prodidit Matthæus, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur: atten
de nūm forte sumptū sit e loco ubi scriptum est, Qui uerberat patrē suum, aut matrem su
am, morte moriatur. Et qui maledixerit patri suo aut matri suæ, morte moriatur. Sic igitur
habent uerba legis de duobus illis præceptis, sed Matthæus illa nō tota, sed cōcise retulit,
neq; iisdem uerbis. Quare autem incuset pharisæos & scribas, qui uenerant Hierosolymis,
seruator, dicens eos transgredi præceptum dei propter ipsorum traditionem, considera
dum est. Et deus quidem dixit, Honora patrem tuum, & matrem tuam; docens filium ho
norem debitum persoluere suis parētibus. Huius erga parentes honoris pars erat, illis im
partiri de rebus externis, quæ ad uictus & tegumentorum usum pertinent: & si qua alia in
re gratificari posset parentibus. Pharisæi uero & scribæ traditionem huiusmodi legi con
trariam prodiderant, quam obscurius refert Euangelistū, quam ne nos quidem quicquam
eramus explicaturi, nisi quidam Hebræus exposuisset nobis, quæ ad hunc locum perti
nent, ea sic habent: Interdū, in quibusdam, sit, ut creditores incidant in debitores difficiles, qui
quum possint, nolint quod debetur reddere, eorū creditores referebant debitum in ratio
nem pauperum, quibus pecunia conijciebatur in gazophylacium, ab unoquoq; pro cu
iusq; uiribus eis communicare uolentium. Interdum itaq; dicebant debitoribus iuxta suæ
linguæ proprietatem, corban est quod mihi debes, hoc est donum, consecraui enim illud
in rationem pietatis erga deum, pauperibus. Deinde debitor, ut qui iam non hominibus
sed deo deberet, & in hunc religionis quodammodo constringebatur, ut uel nolens redde
ret debitum, non quidem creditori, sed deo in rationem pauperum, creditoris nomine.
Quod igitur creditor faciebat debitori, hoc interdū quidam filij faciebant parentibus, ac
dicebant illis, Donum quodcunq; ex me est, eo tu suaberis pater aut mater: hoc scito te
ex corban accipere, nimirum ex ratione pauperum, de his quæ deo consecrata sunt. Itaq;
quum audirent parentes quod ipsis dandum erat, esse corban, hoc est, deo consecratum,
iam nolebant accipere à filijs, etiam si ualde necessarios inopia premebantur. Seniores
igitur talem traditionem apud plebeios proferebant, quod quisquis patri aut matri dixis
set, quod

reprehensionis ansam dederint in alijs, ueluti de transgressione præceptorum dei. Phari
sæi ac scribæ: qui nequaquam adduxissent hanc criminationem aduersus discipulos de
transgressione, quod uiolassent præceptum seniorum, si potuissent deprehendere quos
incusabant, & ostendere eos transgressores præceptum dei. Ne putes autem his probari. Mo
si legem seruandam esse iuxta literam, quod discipuli ad id usq; temporis eam seruabant.
Non enim priusquam pateretur, redemit nos à maledictione legis, qui patiendo pro no
bis factus est maledictio. Sed quemadmodum Paulus cōgruenter Iudæis Iudæus factus
est, ut Iudæos lucrifaceret: quid absurdi est, si apostoli quum inter Iudæos uersarentur,
quamuis intelligerent spiritualia, legis uulgata utebantur consuetudine? Sicut & Paulus,
qui Timotheum circumcidit, & sacrificium iuxta uotum quoddam Iudaicum obtulit,
quemadmodum in Apostolorum Actis scriptum est. Veruntamen rursus apparent aui
di criminandi, qui de præcepto dei nihil criminis intendere poterant in discipulos Iesu, sed
tantum de una seniorum traditione. Atq; hinc potissimum dilucet criminandi studium,
quod apud eos ipsos, qui à morbis sanati fuerant crimen intendunt, speciem quidem ad
uersus discipulos, reuera tamē ipsum præceptorem infamare uolentes, quasi quod etiam
à senioribus erat institutum de lauandis manibus, necessarium foret ad pietatē. Existima
bant enim immundas & impuras esse manus eorum qui non lauissent, antequā sumerent
cibum; contra puras ac sanctas esse factas eorum, qui eas ablussent aqua, quum id non re
spondeat Moisaica iuxta literam legi. Nos uero non secundum seniorum Iudæorum tra
ditionem, sed iuxta rectam rationem, purgare conuenit nostras actiones, & hoc pacto la
uare manus animarum nostrarum, quoties commesturi sumus tres panes, quos à Iesu pe
timus, qui nobis amicus esse cupit. Siquidem immundis, illotis & impuris manibus non
oportet horum panum esse participes. Iesus autem nō incusat eos de traditione seniorum
Iudæorum, sed de duobus dei præceptis maxime necessarijs, quorum alterum quintum
est in decalogo, sic habens: Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene sit tibi, & fias
longauius super terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi. Alterum uero in Leui
tico hunc in modum scriptum est: Si homo maledixerit patri suo aut matri suæ, morte mo
riatur, Patri suo aut matri suæ qui maledixit, reus erit. Ceterū quoniam ipsa uerba uolumus
intueri, quæ prodidit Matthæus, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur: atten
de nūm forte sumptū sit e loco ubi scriptum est, Qui uerberat patrē suum, aut matrem su
am, morte moriatur. Et qui maledixerit patri suo aut matri suæ, morte moriatur. Sic igitur
habent uerba legis de duobus illis præceptis, sed Matthæus illa nō tota, sed cōcise retulit,
neq; iisdem uerbis. Quare autem incuset pharisæos & scribas, qui uenerant Hierosolymis,
seruator, dicens eos transgredi præceptum dei propter ipsorum traditionem, considera
dum est. Et deus quidem dixit, Honora patrem tuum, & matrem tuam; docens filium ho
norem debitum persoluere suis parētibus. Huius erga parentes honoris pars erat, illis im
partiri de rebus externis, quæ ad uictus & tegumentorum usum pertinent: & si qua alia in
re gratificari posset parentibus. Pharisæi uero & scribæ traditionem huiusmodi legi con
trariam prodiderant, quam obscurius refert Euangelistū, quam ne nos quidem quicquam
eramus explicaturi, nisi quidam Hebræus exposuisset nobis, quæ ad hunc locum perti
nent, ea sic habent: Interdū, in quibusdam, sit, ut creditores incidant in debitores difficiles, qui
quum possint, nolint quod debetur reddere, eorū creditores referebant debitum in ratio
nem pauperum, quibus pecunia conijciebatur in gazophylacium, ab unoquoq; pro cu
iusq; uiribus eis communicare uolentium. Interdum itaq; dicebant debitoribus iuxta suæ
linguæ proprietatem, corban est quod mihi debes, hoc est donum, consecraui enim illud
in rationem pietatis erga deum, pauperibus. Deinde debitor, ut qui iam non hominibus
sed deo deberet, & in hunc religionis quodammodo constringebatur, ut uel nolens redde
ret debitum, non quidem creditori, sed deo in rationem pauperum, creditoris nomine.
Quod igitur creditor faciebat debitori, hoc interdū quidam filij faciebant parentibus, ac
dicebant illis, Donum quodcunq; ex me est, eo tu suaberis pater aut mater: hoc scito te
ex corban accipere, nimirum ex ratione pauperum, de his quæ deo consecrata sunt. Itaq;
quum audirent parentes quod ipsis dandum erat, esse corban, hoc est, deo consecratum,
iam nolebant accipere à filijs, etiam si ualde necessarios inopia premebantur. Seniores
igitur talem traditionem apud plebeios proferebant, quod quisquis patri aut matri dixis
set, quod

set, quod datur ex ijs cuiusdam, corban esse ac donum, hic non amplius obligatus esset patri aut matri, ad suppeditanda uitae necessaria. Hanc igitur traditionem reprehendit seruator, quippe non probam, sed aduersantem praecepto dei. Etenim si deus dicit, honora patrem & matrem, ex aduerso traditio dicebat, eum non debere honorare patrem & matrem dono, qui quod daturus erat parentibus, consecrauit deo, quippe corban: palam est dei praeceptum de honore parentibus exhibendo per traditionem pharisaeorum & scribarum abrogari, quae dicit non amplius oportere honorare patrem ac matrem eum, qui semel deo consecrauit, quod accipere solent parentes. Ac pharisaei quum essent auari, quod sub praetextu pauperum acciperent & illa quae danda forent alicuius parentibus, docebant huiusmodi. Testatur autem illorum auariciam & euangelium ita dicens: Audiebant autem haec omnia pharisaei, qui erant auari, & deridebant eum. Si quis igitur & ex his qui apud nos presbyteri, hoc est seniores uocantur, aut ex eorum numero qui quocumque modo principatum gerunt in populo, malunt sub praetextu reipublicae dare pauperibus, quam domesticis eorum qui dederunt, si forte necessarium penuria grauentur, nec possent ij qui dederant utrumque facere, ut & domesticis & publicis subueniant pauperibus: hic iure merito frater dicitur eorum qui irritam fecerunt legem dei propter suam traditionem, uide licet pharisaeorum & hypocritarum, quos seruator redarguit. Et sane uehementer abominandum est, quempiam ex ratione pauperum libenter accipere, simulque pro quaestu ducere pietatem aliorum: sed non haec tantum, uerum etiam illa quae de Iuda proditore scripta sunt: qui in speciem quidem causam agebat pauperum, atque indignans dicebat, Poterat hoc unguentum uenundari denarijs triginta, & dari pauperibus. Caterum reuera fur erat, & loculos habebat, quaeque mittebantur portabat. Ita que si quis nunc quoque loculos ecclesiae gestans, loquitur quidem ut Iudas loquebatur pro pauperibus, caterum quae mittuntur portat, partem sibi ipsi ponat cum Iuda, qui talia fecit: ob quae ueluti gangrenam habenti in anima diabolus immisit in cor eius, ut seruatorem proderet, & quum hoc telum ignitum accepisset ab ipso, rursus idem diabolus ingressus in animam illius impleuit illum. Ac fortassis quum ait apostolus, Radix omnium malorum est auaricia, propter Iudae dixit auariciam, quae radix omnium malorum in Iesum commissorum fuit. Sed nunc redeamus ad ea quae sunt in manibus, in quibus seruator duo ex lege praecepta conuicte proposuit, alterum quidem ex decalogo Exodi, alterum ex Leuitico, aut alterum ex alio quo locorum qui sunt in Pentateucho. Deinde quoniam exposuimus quomodo irritum fecerint uerbum dei dicens, honora patrem tuum & matrem tuam, hi qui dicebant, non honorabit patrem & matrem suam, quicumque dixerit patri aut matri suae, donum quocumque ex me est, tibi proderit: quaerere poterit aliquis, quomodo cohaereat, quod additur, qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Esto siquidem non honorat patrem ac matrem, qui quae daturus erat in subsidium patris ac matris, consecrat ei quod uocatur corban: quomodo pharisaeorum traditio irritam facit legem etiam illam, quae dicit, qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Sed uide num forte quisquis dixerit patri aut matri, donum quocumque ex me fuerit, tibi proderit, quodammodo conuicium ingerat patri ac matri, perinde quasi parentes appellet sacrilegos, qui capiant ea quae sunt consecrata corban, ab eo qui illa consecrauit. Iudaei igitur filios quasi patri matrique maledicentes, qui dicunt, donum quocumque ex me fuerit, tibi proderit, puniunt iuxta legem. Vos autem unica uestra traditione, duo dei praecepta facitis irrita. Et post haec non pudet uos criminari meos discipulos, qui nullum omnino dei praeceptum transgrediuntur. Ambulant enim in omnibus eius praeceptis ac iusticijs, sine reprehensione, transgrediuntur autem traditionem seniorum religionis gratia, ne transgrediantur praeceptum dei. Quod idem si uobis propositum esset, utique praeceptum de honorando patre matre seruassetis, cum eo quod dicit, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Traditionem autem seniorum his praeceptis aduersam non seruaretis. Post has omnes Iudaicas seniorum traditiones, uolens eos accusare ex prophetarum dictis, citauit illud quod est apud Esaiam, quod quidem ad uerbum sic habet, Et dixit dominus, Appropinquat mihi populus iste ore suo, & cetera quae sequuntur. Ac praediximus, Matthaeum non iisdem uerbis retulisse prophetae testimonium. Quod si uobis pro uiribus exponendum est, eo quod euangelium illud usurpauit assumens quod superius dictum est, utiliter, ni fallor, nobis seruatum ad enarrationem prophetici

prophetici sermonis ab euangelio usurpatis: Habet autem sic ab initio quod dictum est in Esaiam, Dissoluamini, & obstupefacitis, & attoniti reddamini, non à licera neque à uino, quoniam niam potauit uos dominus spiritu compunctionis, & laborare faciet oculos eorum contra prophetas suos ac principes ipsorum, qui uident occulta. Et erunt uobis uerba haec omnia, ut sermones libri ob signati, quem quisquis dederit homini scienti literas dicens, lege haec: & dicet, non possum legere, ob signatus est enim. Et dabitur liber hic in manus hominis nescientis literas, & dicet illi, lege hunc: & dicet, nescio literas, & dixit Dominus: Appropinquat mihi populus, & cetera quae sequuntur, usque ad eum locum, Vae qui in occulto facitis consilium, & erunt in tenebris opera eorum. Assumpto igitur hoc dicto, quod in Euangelio propositum est, posui quaedam quae praecedunt illud, & quaedam quae sequuntur, ut ostenderem quomodo dei uerbum minetur se effecturum, ut deficiat oculi populi, stupefacti & attoniti, ac potati spiritu compunctionis. Minatur autem effecturum se, ut & prophetae illorum deficiant, & qui profitentur se uidere occulta, uidelicet principes eorum. Quae quidem opinor esse facta post seruatoris aduentum in populo illo. Facta sunt enim eis omnia uerba, quum omnium scripturarum, tum ipsius Esaiam, quasi sermones libri ob signati. Dictum est autem ob signati, quasi dicas, propter obscuritatem clausi, nec aperti perspicuitate: qui pariter obscurus est tum his, qui quod omnino literas nesciant, ne legere quidem possunt: tum his qui se profitentur scire literas, quum nesciant, quis sensus in eo scriptus sit. His igitur quae dicta sunt, uidelicet posteaquam populus peccatis dissolutus, & in furorem uersus insanierit aduersus ipsum, quibus factis etiam debacchabitur aduersus ipsum spiritu compunctionis, quo potabitur à domino, qui deficere faciet eorum oculos, ut indignos qui uideant, & oculos prophetarum eorum, ac principes eorum, qui profitentur se uidere secreta mysteriorum, quae sunt in sacris literis: Et quum defecerint oculi eorum, tunc erunt illis prophetica uerba ob signata & abscondita, id quod accidit populo non credentium in Iesum ueluti Christum. Posteaquam autem uerba prophetica facta fuerint illis, ut sermones libri ob signati, non solum nescientibus, sed ijs etiam qui se profitentur scire literas: his inquam pulchre subnectit illud, tunc dixit dominus, solo ore populum Iudaeorum appropinquare deo, seque labijs ab illo honorari, propterea quod cor illorum ob incredulitatem erga Iesum procul esset à domino. Et nunc maxime abest, posteaquam abnegarunt seruatorem nostrum, dici potest à deo, de illis, frustra colunt me, non enim amplius docent praecepta dei, sed hominum ac doctrinas, quae iam non sunt à sapientia spiritus, sed ab humana. Unde quoniam haec illis acciderant, transtulit deus populum Iudaeorum, & perdidit sapientiam eorum qui apud ipsos erant sapientes. Non enim est amplius apud illos sapientia, neque prophetia. Quin etiam prudentiam populi defodit deus & occultauit, nec est amplius splendida & illustris, eoque etiam si uideantur aliquod profundum consilium facere, quoniam non faciunt hoc propter dominum, sunt miseri: & si qua recondita profiteantur diuini consilij, mentiuntur, eo quod ipsorum opera non lucis sunt, sed tenebrarum ac noctis. Visum est nobis paucis exponere prophetiam, & aliqua ex parte illius enarrationem proferre: quoniam illius meminuit Matthaeus, meminuit & Marcus. Ex quo utiliter accommodabimus de transgressione seniorum, qui decretum fecerant, lauandas esse manus, quoties Iudaei comederent panem, eaque eo loco sic habent. Nam pharisaei & omnes Iudaei, nisi crebro lauerint manus non comedunt, seruantes traditionem seniorum, & à foro redeunt non nisi lauerint, non sumunt cibum. Et alia nonnulla sunt, quae seruanda acceperant, lotiones poculorum, & urceorum, & aramentorum, & lectorum. Et quum aduocasset turbas, dixit illis: Audite & intelligite: reliqua quae sequuntur. Palam per haec à seruatore docemur, quum legimus in Leuitico & in Deuteronomio, quae de mundis & immundis dicuntur, de quibus nos ut transgressores accusant corporales Iudaei, & minimum ab his differentes Ebionaei, ne putemus scripturae scopum esse, sensum huius de rebus obuium. Nam si non quod ingreditur in os, coinquinat hominem, sed quod egreditur ex ore, maximeque posteaquam haec seruator apud Marcum locutus est, purificans omne ciborum genus, perspicuum est nos non inquinari uescentes ijs, quae Iudaei literae legis seruire uolentes, aiunt esse immunda. Tunc autem inquinamur, quoties quum oporteat labia ratione uincta esse, quumque oporteat nos ijs quae loquimur iugum ac frateram adhibere, loquimur quidem quae nihil ad rem faciunt, cogi-

unt, cogitamus autem quae non oportet, quibus ex rebus nobis fons oritur peccatorum. Ac decet sane dei legem, ut uetet ea quae pertinent ad malitiam, eaque praecipiat, quae faciunt ad uirtutem; ceterum quae suapte natura sunt indifferenter, haec suo loco relinquere, quum possint ex animi nostri proposito, rationeque, si per delictum agantur, mala fieri, si cum officio gerantur, recte fieri. Haec autem quisquis attente considerauerit, uidebit etiam illa quae uidentur esse bona, posse si quis ea male & ex prauo animi affectu suscipere, cum peccato fieri; & quae dicuntur impura, si his iustas ob causas fuerimus usi, posse pro puris haberi. Quemadmodum enim Iudaei peccantis circumcisio pro praepotio habebitur, contra gentilis recte agentis praepotium pro circumcisione: Sic & quae pura creduntur, pro impuris imputabuntur ei, qui non ut oportet, neque quando oportet, neque quantum oportet, neque unde oportet, illis utitur: sed quae dicuntur immunda, omnia sunt munda, mundis: Nam inquinatis & incredulis nihil mundum, quoniam inquinata est illorum & mens & conscientia, & haec inquinata reddunt impura omnia quaecumque tetigerint. Quemadmodum & diuerso pura mens & pura conscientia, omnia pura reddit, etiam si uideantur esse impura. Non enim ob lasciuiam, nec ob uoluptatis amorem, neque cum haesitatione in utranque partem trahente, iusti utuntur cibis aut potu, memores dicti Paulini, Siue editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, in gloria dei facite. Quod si designanda sunt, quae sint iuxta Euangelium impura cibaria, dicemus haec esse, quae per auaritiam ac fraudem comparata sunt, turpisque lucristudio accumulata: item quae uoluptatis gratia sumuntur, ac uentris causa, quem honorando deum facimus, quoties ipse uenter & huius appetitus, potius quam ratio dominatur animae nostrae. Quis etiam si sciamus aliquem daemonum usum commercio, aut si nesciamus quidem, suspicemur tamen, de hoc haesitamus, si talibus fuerimus usi, non in gloriam fuerimus usi, neque in nomine Christi, nimirum non modo opinione, quae creduntur esse simulacris immolata condemnante uercentem, uerum etiam haesitatione super hac re. Etenim, quisquis haesitat, iuxta Apostolum, si comederit, condemnatus est, quoniam non uescitur ex fide. Quicquid autem ex fide non est, peccatum est. Ex fide igitur uescitur, qui quod editur credit non fuisse immolatum in sacrificiis idolorum, neque suffocatum esse, aut sanguinem. Ceterum non ex fide uescitur, qui de horum aliquo dubitat, & tamen sit particeps demoniorum, qui quum sciat haec demoniis immolata, nihil secius utitur, idque cum polluta imaginatione, de demoniis eius sacrificij confortibus. Quamquam Apostolus quum sciret non ciborum naturam esse in causa, ut laedatur utens, aut iuuetur abstiniens, sed opiniones, quaeque in his subest ratio dixit: Cibus autem nos non commendat deo. Neque enim si comederimus abundabimus, neque si non comederimus, aliquid deerit nobis. Et quoniam nouerat eos, qui sublimius intelligebant, secundum legem quaedam esse pura, quaedam impura, neglexisse discrimen in utrisque cibis, ut mundis aut immundis, contempta superstitione in rebus, ut opinor, in differentibus, ne discrimen faceret in uisibilibus, & hanc ob causam a Iudaeis, ueluti legis transgressores iudicatos; ideo dixit alicubi, Ne quis igitur iudicet nos in cibo & potu, & quae sequuntur: docens nos ea quae iuxta scriptum legis sunt, umbram esse: ceterum ueros legis sensus in his reconditos, futura esse bona, in quibus reperire licet quae sint escae munda animae; uidelicet spirituales; & rursus quae immunda in uerbis mendacibus, & ueritati contrariis, laedentes eum qui his alitur. Umbram enim habebat lex futurorum bonorum. Quemadmodum autem in multis animaduertendum est, id quod admirabantur Iudaei, quum in seruatoris dictis dicebant inesse potestatem, sic & in his quae tractantur hoc loco. Turbam itaque quum ad se uocasset, dixit illis: Audite & intelligite, & reliqua quae sequuntur. Et hoc dicebat, quum Pharisei hoc sermone offenderentur, quippe qui ob prauas opiniones, humilemque legis intellectum, non essent plantatio, quam plantauerat pater, ipsius coelestis, & ob id eradicabantur. Eradicati sunt enim, eo quod non receperunt a patre agricolam satam ueram uitem, Iesum Christum. Qui nam poterant esse plantatio patris, qui Iesu uerbis offendebantur, dehortantibus quidem ab illis, ne tetigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris, quae erant omnia in corruptionem ipso abusa, iuxta praepotia ac doctrinas hominum; sed allicientibus intelligentem sui auditorum ad quaerendum super his ea quae sursum sunt, non quae super terram, quemadmodum faciebant Iudaei. Et quoniam ob peruersas opiniones Pharisei non erant plantatio patris, qui in caelis est, ideo

Hoc antiquum

ideo relictis illis uelut insanabilibus, loquitur discipulis, Sinite illos: Sinite, propterea quod quum sint caeci, debeantque sentire caecitatem suam, ac uiae duces quaerere, carentes sensu caecitatis, profitentur etiam se duces esse caecorum, non reputantes futurum, ut in foueam incidere: de qua scriptum est in psalmis, Lacum cauauit & effodit eum & incidit in foueam quam fecit. Alibi quidem igitur scriptum est, quod quum uidisset turbas, ascendit in montem, & quum confedisset, accesserunt ad eum discipuli ipsius. Hic autem extendit manum ad turbam, aduocans illam ad se, & abducens ab intellectu praescripto quaestio-num legis, ubi primum quidem dicebat illis: Audite & intelligite, quum nondum intellexissent quae audierant: post autem in parabolis loquebatur illis, Non quod ingreditur in os, inquinat hominem, sed quod egreditur. Post haec operaprecium est uidere, quae dicuntur ab istis qui calumniantur, non esse eundem deum legis & Euangelij Iesu Christi. Nam hi dicunt non esse Iesu patrem coelestem, plantatorem eorum, qui iuxta Mosi legem uidentur deum pie colere. Ipse Iesus dixit, phariseos qui colebant deum, qui condidit mundum ac legem, non esse plantationem, quam plantasset pater ipsius coelestis, atque ob eam causam eradicari. Dixerit autem aliquis & haec, etiam si esset pater Iesu, is qui induxit ac plantauit ab Aegypto egressum populum, in montem haereditatis suae, in patrum habitaculum ipsius, tamen dicere poterat Iesus de Phariseis, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus coelestis, eradicabitur. Ad haec autem respondebimus, quicumque ob peruersum legalium scriptorum intellectum non fuerunt plantatio patris coelestis; hi mente erant excacati, quippe non credentes ueritati, sed consentientes iniusticiae, excacati inquam ab eo quem ipsi deum fecerant; filiorum huius seculi. Eo quae quum dicitur apud Paulum, dei seculi huius, ne putes Paulum illum uere deum dicere. Quemadmodum enim uenter quum non sit deus, tamen uoluptatibus deditorum, qui plures faciunt uoluptatem quam amorem dei, a Paulo dicitur deus: sic & qui non est deus princeps huius seculi, de quo dicit seruator, Princeps mundi huius iudicatus est, deus esse dicitur eorum, qui recusant accipere spiritum adoptionis filiorum dei, ut fierent filij seculi illius, ac resurrectionis ex mortuis, & propter hoc perseuerarunt in conditione filiorum huius seculi. Haec tamen per digressionem dicta sunt, tamen mihi uidentur utiliter assumpta propter haec uerba. Caeci sunt duces caecorum: Qui tandem? Nimirum pharisei, quorum deus huius seculi sensus excacauit; eo quod sunt increduli, quia noluerunt credere in Iesum Christum, & excacauit illos, ne illis splenderet lux Euangelij gloriae dei in facie Christi. Non solum autem cauendum est, ne ab illis ducamur caecis, qui sentiunt sibi opus esse ducibus, eo quod nondum acceperint uim per se uidendi, uerum etiam ab omnibus, qui profitentur se duces in sana doctrina, diligenter oportet aufcultare, sanumque loquentibus iudicium adhibere, ne forte si secundum ignorantiam caecorum, nec perspicientium ea quae sunt sanae doctrinae ducamur, reddamur & ipsi caeci, non cernentes scripturarum intellectum, ut ambo tum qui ducit, tum qui ducitur, incidant in foueam, de qua diximus. Post haec scriptum est, quomodo Petrus respondeat seruatori, tanquam non intelligens illud, Non quod ingreditur in os inquinat hominem, sed quod egreditur ore, dicens, exponere nobis parabolam. Ad quod seruator ita respondit: Adhuc & uos, intelligentia caretis. Quasi diceret, quum tantum temporis mecum uixeritis, nondum intelligitis quid sibi uelint ea quae dicuntur, & nondum intelligitis, ideo non polluere hominem, quod ingreditur in os eius, quoniam in uentrem abit, & hinc pergens in secessum projicitur. Non iuxta legem cui credere uidebantur, non erant plantatio patris Iesu pharisei, sed iuxta peruersam de lege, de qua in ea scriptis intelligentiam. Quum enim duo intelligantur in lege, ministratio mortis impressa literis, neque quicquam habens affinitatis cum spiritu, & ministratio uitae, quae intelligitur in spirituali lege, qui poterant affectu ueraci dicere illud Pauli, Nouimus enim quod lex spiritualis est, & ideo lex sancta, & praepotum sanctum ac iustum bonumque; hi erant plantatio, quam plantauerat coelestis pater. Contra qui tales non erant, sed occidentem tantum literam amplectebantur, non erant plantatio dei, sed eius qui excacauerat illorum cor, qui uelamen imposuerat illi, quod ualuit in illis, donec non conuerterentur ad dominum. Nam si quis conuersus fuerit ad dominum ab hoc tollitur uelamen. Dominus autem spiritus est. Dixerit autem quispiam in hunc incidens locum, quod sicut quod ingreditur in os, non polluere hominem; etiam, si

Panis domini

putetur à Iudæis pollutum: ita quod ingreditur in os, non sanctificat hominem, etiam si à simplicioribus credatur sanctificare, nimirum is, qui uocatur panis domini. Et est, ni fallor, oratio non contemnenda, eo quod desiderans dilucidam expositionem, quæ mihi quidem talis esse uideatur. Quemadmodum non cibus, sed conscientia cum hæsitatione uescens pollutus edentem, eo quod qui hæsitat, si uescatur, iudicatus est, quia non ex fide. Et quemadmodum nihil est impurum per se, pollutum, & incredulo, sed propter ipsius imundiciem & incredulitatem: ita quod sanctificatur per uerbum dei, & per obsecrationem, non suapte natura sanctificat utentem. Nam id si esset, sanctificaret etiam illum, qui comedit indigne domino, neque quisquam ob hunc esum infirmus aut ægrotus fuisset, aut obdormisset. Nam tale quiddam Paulus demonstrat, quum ait: Propter hoc inter uos infirmi, & male habentes, & dormiunt multi. Proinde etiam in pane domini tum utilitas est uescenti, quum impolluta mente puraque conscientia, particeps est panis illius. Sic quod ad esum per se attinet, nec ex hoc quia non edimus de pane, uerbo dei & per obsecrationem sanctificato, fraudamur aliquo bono, nec ex edendo abundamus aliquo bono. Si quidem causa defectus, est malicia peccatorum, & abundantia causa est iustitia ac recte facta, ut tale sit quod dicitur apud Paulum, his uerbis, Neque si comederimus, abundabimus, neque si non comederimus, minus habebimus. Quod si quicquid ingreditur in os, in uentrem abit, & in secessum eijcitur: ille cibus qui sanctificatur per uerbum dei, perque obsecrationem, iuxta id quod habet materiale, in uentrem abit, & in secessum eijcitur: cæterum iuxta precationem quæ illi accessit pro portione fidei sit utilis, efficiens ut perspicax fiat animus, spectans ad id quod utile est. Nec materia panis, sed super illum dictus sermo est, qui prodest non indigne domino comedenti illum. Et hæc quidem de typo symbolicoque corpore. Multa porro & de ipso uerbo dici possent, quod factum est caro, uerusque cibus, quem qui comedit, omnino uiuet in æternum, quem nullus malus potest edere. Etenim si fieri possit, ut qui malus adhuc perseveret, edat uerbum factum carnem, quum sit uerbum & panis uiuus, nequaquam scriptum fuisset, Quisquis ederit panem hunc, uiuet in æternum. Deinceps illud uideamus, quomodo quæ egrediuntur & polluunt hominem, non ob id quod ex ore progrediuntur, polluunt hominem, sed causam polluendi habent in corde, quum egrediantur ex corde, ante illa quæ egrediuntur per os, cogitationes malæ, quarum species sunt, cædes, adulteria, scortationes, furta, falsa testimonia, blasphemia. Nam hæc sunt, quæ polluunt hominem, quum egrediuntur ex corde, & hinc egressa proficiuntur per os: ut si non prodissent foras à corde, sed inibi circa cor fuissent cohibita, nec permissum esset illis per os loqui, celerrime fuissent abolita, nec amplius pollueretur homo. Fons igitur & origo omnis peccati sunt prauæ cogitationes. Nam hæc si non uicerint, nec homicidia, nec adulteria, nec aliud quicquam talium malorum erit. Quapropter omni custodia seruandum cuique suum cor. Etenim in die iudicii, dominus ubi uenerit, illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: interim omnibus cogitationibus homines accusantibus aut excusantibus, quum illos circumsteterint consilia ipsorum. Tales autem sunt malæ cogitationes, ut interdum quæ uidentur bona, & iuxta uulgi iudicium probanda, reddant improbanda. Itaque si facimus elemosynam coram hominibus, aliud in cogitationibus nostris spectantes, ut hominibus uideamur humani, & humanitatis nomine gloriam aucupemur, recepimus ab hominibus mercedem. Atque in uniuersum, quicquid ita sit, ut facientis conscientia expectet gloriam ab hominibus, non habet fructum ab eo qui uidet in occulto, redditque mercedem ipsi, qui in occulto puri sunt. Sic igitur & quæ uidentur esse puritas, si cogitationes habeat spectantes inanem gloriam, aut lucri studium: quin & doctrina quæ putatur ecclesiastica, si in uerbo per illiberalem adulationem, aut causa lucri fiat, aut quærat aliquam ab hominibus doctrinæ nomine gloriam, non est probata ab his quos deus posuit in ecclesia: primum quidem Apostolos, deinde prophetas, tertio doctores. Similia uero dices de eo, qui desiderat Episcopi munus, ob parandam apud homines gloriam, aut ab hominibus adulationem, aut ob questum capiendum ex his, qui accedunt uerbo, danti que causa pietatis. Talis igitur episcopus non desiderat bonum opus, neque potest esse sine crimine, neque uigilans, neque sobrius, quum sit ebrius gloria, qua se intemperanter ingurgitauit. Idem uero & de presbyteris & de diaconis dices. Hæc autem tamen uidemur per digressionem dixisse, uide

uide tamen, an necessario dicta sint, propterea quod omnium peccatorum fons sunt prauæ cogitationes, quæ polluere possunt & ea, quæ iustificatura fuerant facientem, si sine his fierent. Quæ sint igitur quæ polluunt, pro uiribus nobis expensa sunt. Cæterum illotis manibus edere, non inquinat hominem, sed si libere dicendum est, inquinat illoto corde, quouis cibo, quouis tempore uesci, quem solet edere nostra ratio.

DE CHANANAEA.

Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier Chananaea. Unde inde? nisi quod à Genesareth, de qua prædictum est, & transmissio lacu uenerunt in terram Genesareth. Secessit autem fortassis, quod offenderetur pharisæi, posteaquam audierant, non quod ingreditur sed quod egreditur inquinat hominem. Quod autem ob eos qui clam cogitabant insidias, dixerit, secessit, liquet ex his uerbis, Quum audisset autem, quod traditus esset Ioannes, secessit in Galilæam. Fortasse propter hoc & Marcus, referens hunc locum ait: Surgens uenit in fines Tyri, & ingressus in domum neminem uolebat scire: probabili coniectura, quod pharisæos doctrina ipsius offensos declinaret, expectans magis idoneum pulchreque præfinitum patiendi tempus. Dixerit autem quispiam, Tyrum & Sidonem pro gentibus esse dictas. Secedens igitur ab Israele, ad gentium partes accedit. Tyrus quidem apud Hebræos sonat idem, quod nobis uenantes. Inter gentes autem uenantes etiam sunt improbae potestates, & apud easdem uehemens est constrictio, à malicia & cupiditatibus proficiens. Quum igitur uenisset Iesus in Genesareth, secessit quidem ab Israele, uenit autem non in Tyrum ac Sidonem, sed in partes Tyri ac Sidonis, eo quod nulli ex parte credunt gentes. Quod si in totam Tyrum ac Sidonem peruenisset, nullus in ea relictus fuisset incredulus. Iuxta Marcum uero, Surgens Iesus uenit in fines Tyri & Sidonis, quod est confinium gentium, ut ex illis finibus seruari possent credentes, posteaquam fuissent eos egressi. Obserua enim illud: Ecce mulier Chananaea à finibus illis egressa, clamabat, dicens: Miserere mei fili David, filia mea grauius torquetur à daemonio. Et arbitror, quod si non fuisset egressa à finibus illis, non potuisset clamare ad Iesum, uidelicet ex ingenti fide, quod ipsius Iesu testimonio probatur. Et sanè iuxta portionem fidei egreditur quis à finibus gentium, quos quum diuideret gentes altissimus, statuit iuxta numerum filiorum Israel, uetans ne longius proferrentur. Hic igitur fines quidam dicti sunt Tyri & Sidonis. In Exodo uero fines Pharaonis, in quibus, ut aiunt, fiunt aduersus Aegyptios flagella plagaque. Et quidem existimandum est, quæque nostrum ubi peccat, in finibus esse Tyri ac Sidonis, siue Pharaonis, siue Aegypti, aut alterius cuiuspiam, qui sit extra dei distributionem. Rursus ubi mutatur à malitia ad uirtutem, egreditur à uiciorum finibus, uenit autem in fines partis dei. Quamquam & in his est differentia, quæ perspicua est ipsi qui quæ de partitione ac distributione sortium Israel scripta sunt, possunt per similitudinem ad legem spiritualem accommodare. Animaduerte uero, quomodo Iesus uelut occurrit mulieri Chananaeae. Nam ille qui dem egreditur in fines Tyri & Sidonis, illa uero egressa à finibus illis, clamabat dicens: Miserere mei fili David. Chananaea porro erat mulier, quod translatum sonat, paratam dimissioni. Iusti quidem parati sunt regno caelorum, & exaltationi, quæ est in regno caelorum. Contra peccatores parati sunt deiectioni malitiæ, quæ in illis est, & factis quæ ex malitia proficiuntur præparantibus eos illi, ac peccato, quod regnat in illorum mortali corpore. Veruntamen Chananaea egressa à finibus illis, exierat ab eo quod parata fuerat deiectioni, clamans ac dicens: Miserere mei domine fili David. Collige uero ex euangelio, quidam appellant eum filium David, ueluti cæci, qui erant in Hiericho: quidam uero filium dei, idque bifariam: uel non addito aduerbio, uere, sicut qui à spiritibus agitabantur, Quid nobis tecum est rei fili dei? uel addita hac dictione, uere, uelut in nauis adorantes illum, dicebant ei: Vere dei filius es. Etenim utilis, ni fallor, tibi fuerit horum collectio, ad perspicendum differentiam eorum, qui accedunt ad Iesum. Quidam accedunt uelut ad eum qui natus est ex semine David secundum carnem: quidam rursus uelut ad declaratum filium dei in uirtute iuxta spiritum sanctificationis: & horum alij accedunt cum hac adiectione, uere: alij contra sine hac adiectione. Deinde attende & illud, quod Chananaea non pro filio, quem ne genuisse quidem adhuc uideatur, sed pro filia interpellabat, grauius ter daemonio laborare. Altera uero mater filium, qui efferebatur mortuus, recepit uiuum.

Et rursus archisynagogus pro filia fere duodecim annos nata rogat, ueluti iam mortua, Regulus autē pro filio, uelut adhuc agrotante, & mox morituro. Itaq; filia dāmonio obnoxia, & filius mortuus, duarū erant matrum; & filia mortua, & filius ad mortem usq; laborans, duorum erant patrum, quorū alter erat archisynagogus, hoc est, synagogæ princeps, alter erat regulus. Habent autē hæc, ut arbitror, materiam loquendi de uarijs animarum generibus quas Iesus uiuificans sanat, imò omnia mala quæ sanat in populo, præcipue quæ ab Euangelistis scripta sunt, tum quidem facta sunt, ut qui alioqui non credunt, nisi uiderint signa & prodigia, crederent. Siquidem symbola quædam erant, quæ tunc gerebantur, eorum quæ semper Iesu uirtute perficiuntur. Nunq̄ enim unum quodq; eorum quæ scripta sunt de potentia Iesu, nō fit iuxta cuiusq; dignitatē. Itaq; quod ad genus quidē dem attinet, Chananaea non erat digna, quæ uel responsum impetraret à Iesu, profitemente se non ad aliud esse missum à patre, nisi ad oves perditas domus Israel, genus animarum perspicacit̄, perditū. Verum ob animi propensionē, & adorando Iesum filiū dei, responsum impetrauit, dum ipsa prodit sui generis ignobilitatē, dumq; suā ipsius indignitatem profitetur, quod micis ut catella, nō panibus esset digna. Vbi uero intēdisse instanter animi uoluntatē, & approbato Iesu sermone, se ipsam suo iudicio huc deiecit, ut ueluti catella saltem micis potiatur, fateturq; dominos esse, qui generosiores erant; tūc impetrat responsum alterū, quod testimonio suo cōprobat ingentē esse ipsius fidem, polliceturq; futurum illi quod uult. Arbitror autē per similitudinē relatum ad supernā Hierosolymā liberā, matrem Pauli, Pauloq; similitū, intelligendum, Chananaea esse matrem puellæ grauit̄ à dāmonio uexatæ, quæ symbolū est matris talis animæ. Simul inspicere, an cum ratione cōgruat, esse plures patres ac plures matres, ut respondeant patribus Abraham, ad quos abiit patriarcha, & Hierosolymæ matri, ut Paulus loquitur de seipso, deq; sui similibus. Consentaneum est autem egressam hanc, cuius symbolum est Chananaea, à finibus Tyri & Sidonis, quorum figuræ erant illius terræ loca, uenisse ad seruatorem, rogasseq; eum, & nūc etiā rogare dicentem: Miserere mei domine fili Dauid, filia mea grauit̄ à dāmonio uexatur. Post hæc is qui & illis qui foris sunt, ac discipulis, quū opus est respondet, dicebat: Non sum missus, docens esse quædam animas præcipuas & intelligentes ac perspicaces, sed perditas, quæ per tropū dicuntur oves domus Israel: quæ nisi fallor, simpliciores existimantes de Israel carnali esse dicta, necessario & illud adiungēt, quod seruator noster missus fuerit à patre non ad alios q̄ ad illos Iudæos qui perierant. Nos autē qui gloriamur nos uere dicere, Et si Christum aliquando iuxta carnem cognouimus, nunc tamen nō amplius cognoscimus, scimus uerbi præcipuū opus esse, seruare eos qui sunt intelligentiores. Hi si quidem sunt illi magis familiares q̄ cæcutientes. Sed quoniam oves perditæ domus Israel, præter reliquias, quæ erant secundum electionem gratiæ, non crediderunt uerbo, propterea elegit stulta mundi, uidelicet eum qui non erat Israel, neq; perspicax, ut confundat sapientes Israel: & uocauit ea quæ non sunt, tradens illis gentem intelligentem, quæ potuit capere stultitiam prædicationis: & placuit illi seruare credentes huic, ut cōfuteret ea quæ sunt, ex ore infantium & lactentium perficiens sibi laudem, posteaquam illa facta est inimica ueritati. Veniens autē Chananaea adorauit Iesum ut deum dicens: Domine succurre mihi. At ille respondens ait: Non licet sumere panē filiorū, & proijcere canibus. Quæret autem aliquis, quid & hic sibi uelit sermo. Quoniam quum adesset ea mensura panum, ut non possent simul & filij comedere panes, & catelli familiarē, aut alij præterea panem bene confectum, fieri non poterat iuxta congruentem rationem, ut canibus in cibum darent panem filiorum bene confectum. Nihil autē tale uidetur in Iesu potentia, à qua poterant & filij participes esse, & qui dicuntur catelli. Vide igitur num forte ad hoc quod scriptum est, Non licet sumere panem filiorū, illud referendum sit, quod qui exinanauit semetipsum serui formam accipiendo, mensuram potestatis, iuxta quam capiebat ea quæ sunt in mundo, portarit, à qua uirtute etiā senferat aliquantam portionem à se exisse, quod dilucet ex eo quod ait: Tangit me aliquis, Nam ego noui uirtutē exisse à me. Ex hac igitur mensura uirtutis dispensabat, ijs quidē qui præmebant, uocabanturq; filij, plus addens: rursus ijs qui tales non erant, minus, nimirum canibus. Quanquam autem hæc sic habebant, nihilo minus quum esset magna fides, dedit panem filiorum, ut filio; ei quæ propter generis ignobilitatem in Chananaea fuerat canis. Fortassis autē sunt etiam panes aliqui uerborum

Israel inter
pretatur uir
uidens deum,
quum Hebraei
doceant sona
re, uir fortis
deo

borum Iesu, quos solis ratione præcellentibus, ut filijs, dare fas est. Itē alij sermones sunt, ueluti miculæ, de magno conuiuio, deq; mensa nobilit̄ ac dāmoniorū, quibus anime non nullæ utitur ut canes: etiā iuxta Moisi legē de quibusdam scriptū est, ut ea canibus proijcerentur. Et cura fuit spiritui sancto, præcipere de nonnullis escis, ut canibus relinquerentur. Alij quidem igitur peregrini ab ecclesiastico sermone alieni, opinantur animas à corporibus hominum migrare in corpora canum, iuxta differentia uitiorū. Nos uero nequaquam hoc comperientes in scriptura diuina, dicimus quod affectus rationalis mutatur in brutum, tale quiddam patiens ex multa socordia negligentiaq;. Similiter autem & bruta uoluntas ob neglectam rationem nonnunquā conuertitur in hoc, ut fiat rationalis: ut qui prius erat canis, amans comedere de micis cadentibus de mensa dominorū suorū, ueniat in statum filij; uehementer enim conducit uirtus quidem ad hoc, ut fias filius dei, malitia cōtra, multaq; graueolentia in uerbis contumeliosis, & impudentia ualet ad efficiendum ut quis iuxta scripturæ sermonem uocetur canis. Porro similia cogitabis de cæteris item nominibus reliquorū brutorum animantium. Verum enim uero, qui reprehensus ut canis non indigne fert, quod dicitur indignus pane filiorum, omniq; cum tolerantia loquitur uerbis Chananaea illius, ac dicit, Eriam domine, Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorū suorum, impetrabit mansuetum responsum, Iesu ipsi dicente, Magna est fides tua. Posteaquam approbata tali fide, dixerit, fiat tibi sicut uis: ut & ipse sanetur, & si quem fructum genuerit, cui opus sit sanatione, hic quoq; sanetur.

DE TURBIS SANATIS.

Et quum transisset Iesus illinc, haud dubium quin ex his locis quæ dicta sunt, nimirum à partibus Tyri & Sydonis, uenit iuxta mare Galilææ, quod uulgato nomine dicitur stagnum Genesareth. Vbi quum ascendisset montē, confedit. Possit igitur dici, quod in montem eum, ubi sedet Iesus, non solum ascendunt, qui sani sunt, uerum etiā cum sanis hi qui diuersis laborant malis. Et fortassis hic est mons, quæ uulgatiore uocabulo dicitur ecclesia, erecta per uerbum dei, ultra reliquā terrā, supraq; eos qui in terra degunt. Quò ascendunt non discipuli, relicti turbis, quemadmodum factū est, quum doceret beatitudines: sed multæ turbæ, quæ ipse quidē non accusantur, quod surdæ sint, aut aliquo affectu malo, sed habent secum tales. Etenim uidere est cum turbis accedentibus ad hunc montem, ubi sedet filius dei, quosdam surdos ad ea quæ repromittuntur, alios animo cæcos, non cernentes ueram lucem; rursus alios claudos, nec ualentes iuxta rationē ingredi; item alios mutos ac mancos, non ualentes iuxta rationem operari. Isti igitur quorū animus talibus malis tenetur, quiq; cum turbis in montem conscenderant, ubi erat Iesus, quam diu non erant ad pedes Iesu, nō sanabantur ab illo. Cæterum ubi qui talibus morbis erant obnoxij, proiecti fuerint à turbis ad pedes eius, & ad extrema corporis Christi, ne hoc quidem honore digni, quod quidē ad ipsos attinet, tūc demū ab eo sanantur. Et quū uideris in frequentia, quæ uerbo uisitatore dicitur Ecclesia, proiectos post extremos Ecclesiæ, uelut ad pedes Ecclesiæ, quæ est corpus Iesu, catechumenos, qui aduenerāt cū sua surditate, cæcitate, claudicatione ac debilitate, progressu tēporis sanari per uerbū: non aberraris, si dixeris tales ascendisse cum turbis Ecclesiæ in montem ubi erat Iesus: proiectosq; ad pedes illius, & sanatos ab illo, ita ut Ecclesiæ turba miretur, conspiciens illos à tantis malis ad meliora mutatos, ut dicere possit, qui prius erant muti, postea loquuntur uerbum dei, qui claudambulant. Interim completur & Esaiæ propheta, non tantum in corporalibus, uerum etiam in spiritualibus, ita dicētis: Tunc saliet ut ceruus qui claudus erat. Fatebimur haud frustra, ceruo animanti puro ac serpentium hosti, quodq; nihil ab illorum ueneno lædi potest, comparatos esse qui prius fuerant claudi, & propter Iesum saliant ut ceruus. In hoc autē quod loqui uidentur, qui prius fuerant muti, completur propheta quæ dicit: Et expe dita erit lingua balborū; aut illa potius quæ dicit, Surdi audite. Cæci uero recipiunt uisum, iuxta prophetiam, quæ mox sequitur, Surdi audite, & cæci recipite uisum, ut cernatis. Vident autē cæci, quū cernentes hunc mundū immensa pulchritudine rerum conditarū, colatione facta conspiciantur & ipsum mundi opificē: quūq; inuisibilia ipsius dei ex creatione mundi, quæ ex operibus intelliguntur, contēplantur, hoc est diligenter & euidenter cernunt & intelligunt. Hæc autē uidentes turbæ, glorificabant deū Israel, & hodie glorificāt, persuasi quod ipse est pater eius qui sanauit eos, de quibus ante dictum est, ac deus Israel.

Non enim Iudaeorum tantum deus est, sed & gentium. Subuehamus igitur nobiscum in montem ubi constituit ecclesiam suam Iesus, eos qui nobiscum uolunt ascendere, nimirum mutos, caecos, claudos, mancos, aliosque multos, proijciamus illos ad pedes Iesu, ut sanet eos, ut super horum sanatione mirentur turbae. Non enim scriptum est, discipulos talia mirari, quanquam etiam tunc praesentes, quod claret ex eo quod scriptum est, Iesus autem ad se uocatis discipulis suis dixit, Misereor super turbam, & caetera quae sequuntur. Fortassis autem si diligenter attenderis huic dicto, Accesserunt ad eum turbae multae, comperies quod discipuli tum non accesserunt ad eum, sed ut olim coeperant illum sequi, ita & in montem sequuti sunt eum. Sed accesserunt ad eum qui erant discipulis inferiores, quique tum primum ad illum uenerant, non ipsidem obnoxij malis, quibus tenebantur, qui cum ipsis ascenderant. Obserua uero & illud, in euangelio de quibusdam esse scriptum, quod sequuti fuerint Iesum, de quibusdam rursus quod accesserint ad eum, de quibusdam autem quod adducti fuerint, postremo de quibusdam, quod diuisi sint in praecedentes, & sequentes. Ad haec ex his qui accesserunt ad eum, quidam accesserunt in domo, quidam accesserunt ad eum alibi uersantem. Multa namque comperies ex obseruatione, spiritalia spiritalibus comparans, digna exacta sapientia quae latet in euangelij.

DE SEPTEM PANIBUS

Iesus autem uocatis ad se discipulis suis dixit. Superius quidem in simili de panibus historia, ante nominatos panes, egressus Iesus uidit turbam multam, & affectu misericordiae commotus est erga illam, & sanauit egrotos illorum. Vespere autem factio accesserunt ad eum discipuli ipsius dicentes. Desertus locus, & hora iam praeteriit, dimitte eos & caetera quae sequuntur. Nunc uero post sanationem mutorum ac reliquorum, affectu misericordiae mouetur erga turbam, quae triduo iam adhaererat ipsi, nec habebat quod ederet. Et illic quidem discipuli, pro quinque milibus interpellabant dominum, hic autem ultra de quatuor milibus loquitur. Et illic quidem uespere pascuntur, diem apud illum commorati, hic uero de quibus testatum est quod triduum apud ipsum manserint, participes fiunt panum, ne deficiant in uia. Et illic quidem discipuli non percontanti, fatentur se tantum habere quinque panes & duos pisces, hic uero percotati respondent, de septem panibus & septem piscibus. Atque illic quidem iubet turbas accumbere, siue considerare in gramine. Nam Lucas scripsit, facite illos discumbere, Marcus item, praecipit, inquit, illis ut facerent discumbere: Hic uero non praecipit discipulis, sed turbae dicit, ut discumbant. Rursus illic ipsidem uerbis tres euangelistae dicunt, quod acceptis quinque panibus & duobus piscibus, sublatis in caelum oculis benedixit: hic sicuti scribunt Mattheus & Marcus, quum gratias egisset Iesus, fregit. Et illic quidem in gramine discumbunt, hic uero discumbunt in terra. Sed quae res quod apud Ioannem de locis uariatum est, qui in facti illius narratione scripsit, dixisse se sum: Facite homines discumbere, quod quum benedixisset, dederit discumbentibus de panibus, huius autem facti omnino non meminit. Considerans itaque differentiam secundum loca, eorum quae scripta sunt de panibus, hos puto excellentioris ordinis esse quam illos: eo quod hi quidem in monte aluntur, illi uero in loco deserto. Et hi quidem postea quam triduum permanerant apud Iesum, illi uero unicum commorati diem, in cuius uespera pasti sunt. Insuper autem si non idem est, & si quid interest, uerbum ex sese faciat Iesus, an faciat a discipulis admonitus, uide num antecellant, qui ab ipso Iesu beneficium accipiunt, qui protinus bene faciendo pauit eos. Sin iuxta Ioannem hordeacei erant panes, unde superauerunt duodecim cophini, quanquam nihil de his dicitur, an non hi prioribus illis sunt potiores? & illorum quidem egrotos sanauit: hic uero eos qui cum turba uenerant sanat, non egrotos sed caecos & claudos, mutos ac debiles. Eoque & super his admirantur quatuor milia, quum de egrotis illis tale nihil dictum sit. Praestantiores autem sunt ni fallor, qui comederunt de septem panibus, pro quibus sunt actae gratiae, ipsi qui comederunt de quinque super quos facta est benedictio: & qui comederunt de paucis pisciculis potiores sunt illis, qui comederunt ex duobus. Fortassis & hi qui discubuerunt super terram. Et illi quidem de paucioribus panibus duodecim cophinos relinquunt, hi uero de pluribus septem sportulas, eo quod plurimum essent capaces. Ac fortassis hi superiores sunt omnibus terrenis, & discumbunt super illa. Illi uero super gramen, hoc est super solam carnem ipsorum, omnis enim caro foenum. Ultra haec animaduerte & illud, quod hos Iesus non uult dimittere ieiunos, ne deficiant, quippe

quippe uacui panum Iesu, noxamque capiant, quum adhuc essent in uia quae tendit ad res domesticas. Caterum illud annota, sicuti Iesus scribitur dimisisse, quo perspicias discrimen eorum, qui post pastum ab illo dimissi fuerunt, & eorum quos aliter dimisit. Exemplum autem aliter dimissi fuerit illud, Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Ad haec autem discipuli perpetuo cum illo uiuentes non dimittuntur ab eo, sed turbae cibo sumpto dimittuntur. Sicuti rursus discipuli nihil magni sentientes de Chananaea dicunt, Dimitte illam, quia clamat post nos. At seruator uidetur nequaquam illam dimittere. Quum enim dixisset illi. O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis: sanata quidem est illius filia ex illa hora, non tamen scriptum est, quod dimiserit illam. Haec sunt quae in praesentia circa locum hunc peruestigare perspicereque ualuimus.

COMMENTARIORVM IN MATTHAEVM. ORIGENIS TO

MVS XII. CAPVT XVI.

NT accedentes Sadducaei & Pharisei tentantes postulabant ab eo ut signum de caelo ostenderet ipsis. Qui inter sese de dogmatibus maximi momenti dissentiebant, Sadducaei erant & Pharisei. Definiunt enim Pharisei, mortuorum resurrectionem, sperantes aliquod futurorum seculum; Sadducaei contra censent, post hanc uitam nihil homini repositum praemij, siue ad uirtutem profecerit, siue nunquam uel studuerit a uitiorum terminis excedere. Hi ut tentent Iesum, concordēs sunt. Simile quiddam usu uenit, ut scribit Lucas, inter Herodem & Pilatum, qui inter se facti sunt amici, ut Iesum occiderent. Fortassis mutua inter ipsos similitas effectisset, ut Herodes in gratiam populi dicentis, crucifige, crucifige, postularet ut occideretur. Pilatus autem propensus non nihil ad hoc, ne condemnaret illum, si inimicitia aduersus Herodem accessisset ad propensionem dimittendi illum, quae prius illi aderat, fortasse non condemnasset Iesum. Caterum amicitia, quae uidebatur inter illos orta, ualentiore reddidit Herodem ad interpellandum aduersus Iesum apud Pilatum, fortasse cupientem etiam propter recentem amicitiam gratum aliquid, tum Herodi, tum toti Iudaeorum populo facere. Frequenter autem & nunc uidere licet in uita, eos qui maxime discrepant opinionibus, siue in Graecorum philosophia, siue in alijs disciplinis, apparere concordēs, ut irrideant oppugnantes Iesum Christum, qui est in suis discipulis. Ab his autem opinor digredi licet ad considerandum, an aduersarij operationibus discordiam inuicem habentibus, ueluti Pharaone aduersus Nabuchodonosor, & Balthasare rege Aethiopiae aduersus Senacherim regem Assyriorum, aliquando fiat concordia aduersus Iesum & populum eius. Sic fortassis etiam astiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in unum, prius minime concordēs, ut intentatis insidijs aduersus dominum & aduersus Christum eius, dominum gloriae interficerent. Ad hunc autem sermonem deuenimus propter simul accedentes ad Iesum Phariseos & Sadducaeos, quum essent de resurrectione dissentientes, ueluti in hoc inita concordia, ut tetaret seruatore nostrum, & postulareret ab eo ut signum ostenderet ipsis de caelo. Non enim contenti ipsi, quae sanandis morbis omnibusque languoribus in populis adiderat, prodigijs, alijsque miraculis, quae spectantibus plerisque fecerat seruator noster, uolebant ut etiam signum ostenderet ipsis de caelo: coniecturaque ducor, illos opinatos signa quae fiebant super terram, posse ex deo non esse. Itaque non ueriti sunt dicere, Iesum in Beelzebub principum daemoniorum eicere demonia. Existimabant autem signum de caelo non posse a Beelzebub, aut ab aliqua praua uirtute fieri. Sed errabant in utrisque signis, tum in his quae fiebant in terra, tum in his quae ueniebant de caelo, haud quaquam probati trapezitae, neque gnari discernere spiritus operantes, qui sint a deo, qui desertores illius. Atqui conueniebat illos scire, multa quae per Moysen aduersus Aegyptios prodigia facta sunt, quum non uenirent de caelo, tamen certo dei fuisse. Et ignis de caelo delapsus super oues Iob, non erat a deo. Siquidem eiusdem erat ignis ille, cuius erant & illi qui in captiuitatem duxerunt, quique fecerunt tres turmas equitum & iumentorum Iob. Arbitror autem & in Esaia demonstrari posse signa, partim de caelo, partim de terra, quae uera fuerint ex deo. Carterum inter omnem uirtutem, signa, & prodigia quae ueniunt ab illo malo, dictum est Achaz, Postula tibi signum a domino deo tuo, in profundum & in excelsum. Nam si non essent signa non uenientia a domino, quaedam in profundum, quaedam in excelsum, nequaquam dixisset, Postula tibi signum a domino deo tuo in profundum, aut in excelsum. Nec me fugit, fore ut aliqui coacti

cui coactior uideatur hic intellectus horum uerborum, postulato tibi signum à domino deo tuo. Sed attende quod dictum est apud Apostolum de homine peccati, filio perditionis, quod in omni uirtute, & signis & prodigijs mendacij, cum omni fallacia iniustitiæ ijs qui pereunt apparebit, imitans omnia prodigia, quæ sunt ueritatis, quemadmodum incantatores Aegyptij, ac malefici, tanquam inferiores illo homine peccati & filio perditionis, uirtutes quasdam imitati sunt, signa & prodigia ueritatis, facientes signa mendacij, ne ueris haberetur fides: sic arbitrator hominem illum peccati signa amulaturum ac uirtutes. Fortassis hæc suspicantes ob prophetias hæc de re proditas, Pharisei, quæro autem an & Sadducei, tentantes postulant, ut signum de caelo ostenderet ipsis. Quod si non dicemus hoc illos fuisse suspicatos, quo tandem affectu dicemus illos fuisse erga miracula, quæ fiebant à Iesu, quum manerent inflexibiles, nec reuererentur incredibilia quæ fiebant. Quod si quis existimat nos defendendi sui dedisse occasione Phariseis & Sadduceis, uel illic ubi dicunt præsidio Beelzebub à Iesu proffigari dæmonia, uel illic ubi tentantes postulant à Iesu signum cælesti: sciat quod dicimus illos à probabilitate quasdam inuitari ad credendum Iesu miraculis, non tamen ut etiam ueniam mererentur, qui non inspicerent uerba prophetarum impleta in factis Iesu, quæ praua uis nequaquam facere potuisset. Si quidem animam egressam reuocare, ut iam foetens & quadrumanus e monumentis prodiret, nullius erat, nisi illius qui audierat à patre, Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram. Quin & imperare uentis, & impetum maris sedare, nullius alterius est nisi illius, per quem omnia, & ipsum mare & uenti facti sunt. Est autem etiam doctrina ad amorem conditoris prouocans, legi ac prophetis cōcinens, atq; animi motus cohibens, moresq; ad pietatem formans. Quid aliud declarabat ijs, qui uidere poterant, quam quod uere deus esset, qui talia operaretur. De quibus & Ioannis discipulis dicebat, Euntis renunciate Ioanni quæcunq; uidistis, & audistis, cæci uisum recipiunt, & cætera quæ sequuntur. Post hæc consideremus, quomodo ut unum signum è caelo ostenderet postulantibus Phariseis & Sadduceis responderit dicens, Generatio praua & adultera, signum insuper quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, quo tempore & illis relicis abiit. Signum autem profecto Ionæ, secundum illorum postulationem, non solum erat signum, uerum etiam signum è caelo, ut tentantibus etiam, signumq; de caelo quærentibus, nihilominus pro sua immensa bonitate signum dederit. Quemadmodum enim Ionas egit in uentre ceti tres dies ac tres noctes, ita filius hominis in corde terræ, & post hoc ex ea surrexit. Unde autem dicemus resurrectionis Iesu, signum fuisse, nisi è caelo: & maxime sanè, quando in ipso passionis tempore signum fuit latroni, Christi beneficio subuecto in paradysum dei. Ultra quoque etiam, quum descendere ad inferos ad mortuos tanquam inter mortuos liber. Ac mihi quidem uidetur seruator signum quod ex sese promittit, applicare ad signi rationem quod est Ionæ, dicens, se non tantum illi simile dedisse signum ex sese, uerum etiam illud idem, annota siquidem illud, Et signum non dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetæ. Igitur illud signum hoc erat signum, eo quod illud huius erat significatiuum: ut illius signi explicatio, quod ex se ipso obscuritatem habebat, sit quod seruator passus est, quod in corde tres dies ac tres noctes egerit. Simul autem & generale quiddam discimus, quod si signum significat aliquid, unum quodque signorum quæ scripta sunt, uel in historia rerum gestarum, uel in præcepto, alicuius rerum significatiuum est post implenda: ueluti signum Ionæ post tres dies egressi de uentre ceti, significabat seruatoris nostri resurrectionem, post tres dies ac tres noctes resuscitati à mortuis. Item circuncisio quæ apud Paulum declaratur esse signum in hoc quod scribit, Nos enim sumus circuncisio. Quin tu etiam quære signum omnne quod est in antiquis literis, cuius signum sit in nouo testamento. Rursus quod in nouo dictum est signum, quid significet uel in futuro seculo, uel in sequentibus ætatibus. Porro postea quæ fecerat signum, etiam illos appellat prauam generationem, ob malitiæ qualitatem illis innatam. Est autem malitiæ, ubi quis uolens male facit. Adulteram autem uocat ob id, quoniam eum qui iuxta tropum uir dicitur, uidelicet ueritatis sermonem aut legem deferentes Pharisei & Sadducei, adulterio corrupti sunt à mendacio & lege peccati. Nam si duæ sunt leges, altera quæ est in membris nostris militans aduersus legem mentis: altera mentis, id est lex spiritualis: dicendum est legem mentis esse uirum illum, cui desponsa

desponsa est à deo ut sit uxor anima, uidelicet uiro legi, iuxta quod scriptum est, A deo uero iungitur uiro uxor: Altera uero lex, adulter est, ipsi subiectæ animæ, & propter hunc adulteræ nomē habentis. Cæterum quæ lex est animæ uir, palam docet Paulus in epistola ad Romanos, dicens, Lex dominatur homini quæ diu uiuit. Nam mulier subdita uiro, alligata est illi, nimirum uiro legi, donec uiuit, & reliqua quæ sequuntur. Aduerte autem in his, quod lex dominatur homini, quæ diu uiuit lex, & uir uxori. Nam uiro subdita mulier, est anima subdita legi, ea uiuenti uiro alligata est, puta legi. Quod si mortuus fuerit uir, hoc est lex, liberata est à lege, quæ est uir. Moritur autem lex ei qui ascendit ad beatitudinem, nec amplius uersatur sub lege, sed facit quod fecit Christus: qui quanquā factus est sub lege, propter eos qui erant sub lege, ut eos qui legi erant obnoxij redimeret, neque ipse tamen mansit sub lege, neque passus est eos manere sub lege, quos redemerat. Subuexit enim illos una secum ad diuinam uitæ rationem, supra legem, quæ ueluti data infirmioribus & adhuc peccantibus, continet sacrificia pro remissione peccatorum. Itaque qui iam expertus est peccati, nec amplius habet opus legalibus sacrificijs, is perfectus transcendit fortassis & spiritualem legem, ac coepit esse in uerbo, quod est supra legem: quod ijs qui in carne uiuebant caro factum est: ijs uero qui nequaquam iam secundum carnem militant, quod erat in principio apud deum deus, uerbum, conspicitur, & patefacit, patrem. Tria proinde circa hunc locum sentienda sunt. Mulier subdita uiro sub uiro lege: & mulier adultera, quæ uiuente uiro, puta lege, iuncta fuerit alteri uiro, nimirum anima iuncta legi carnis: & mulier quæ fratri mortui uiri nubis, uidelicet uiuenti, ac non mortuo uerbo, quod excitatum à mortuis, non amplius moritur. Mors enim ei non amplius dominatur. Et hæc quidem diximus propter illud, Si mortuus fuerit uir, liberata est à lege uiri. Itē propter illud: Ergo uiuente uiro, adultera uocabitur, si fuerit cū altero uiro. Rursus propter illud: Quod si mortuus fuerit uir, libera est à lege uiri, ut non sit adultera, si iuncta fuerit alteri uiro: Hoc ipsum autem, ergo uiuente uiro adultera uocabitur, assumpseramus, studentes clarius explicare, quare Iesus tentantibus Phariseis ac Sadduceis, requirentibus signum è caelo sibi ostendi, dixit, non solum generatio praua, uerum etiam adultera. Generaliter itaque lex, quæ est in membris, militans aduersus legem mentis, ueluti uir adulter, adulter est animæ. Iam autē omnis etiam potestas aduersaria, quum deuicerit humanam animam, eiq; fuerit admixta, adulter illius est, quæ sponsum habet ipsi à deo datum, nimirum uerbum. Post hæc scriptum est, Relicis illis abiit. Nam qui fieri potuit, ut uerbum qui sponsus est, non relinqueret adulteram generationem, & diuerneret ab ea: Poteris autem dicere, quod Iudæorum synagogam ut adulteram relinquens dei uerbum, discesserit ab ea, ceperitq; uxorem scortationis, uidelicet eos qui sunt ex gentibus. Quoniam illi quidem qui erant ciuitas fidelis Sion, facti sunt scorta: hi uero ueluti Rhaab meretrix, quæ exceperat exploratores Iesu, cum tota familia seruata est, postea non amplius meretricem agens, sed ueniens ad Iesu pedes, ex osq; rigas poenitentiae lachrymis, unguēsque sanctæ uitæ fragrantibus odoribus, cuius gratia Simoni leproso, nepe priori populo Iesus exprobrās dixit omnia illa quæ scripta sunt.

DE FERMENTO PHARISÆORVM

Et quum uenissent discipuli illius in ripam ulteriorem, oblitū fuerant accipere panes, quandoquidem inutiles erant quos habebant antequam transmitterent, discipulis iam in ulteriorem ripam transuectis. Alijs enim opus erat ante traiectionē, alijs post traiectionē: eorū quoniam neglexerant adferre panes, quum abirent ad traieciendum, oblitū fuerant illos secum recipere. Ultra lacum autem peruenerant discipuli Iesu, qui transierant à corporalibus ad spiritualia, & à sensibilibus ad intelligibilia. Ac fortassis ut detereret eos, qui quoniam peruenerant ultra lacum, spiritum acceperant, ne recurrerent ad carnalia, dixit ihs qui transierat Iesus, Videte & attendite. Erat enim conspersio quædam doctrinæ fermentiq; uere ueteris, quæ est secundum simplicem literam, eorū non libera ab his quæ sunt malitiæ, quam præbebant Pharisei & Sadducei, unde Iesus non uult amplius edere suos discipulos, quos fecerat nouam & spiritualement conspersione, seipsum præbens ihs qui discesserat à fermento Phariseorum ac Sadduceorum, & ad ipsum accesserant, panem uiuum qui de caelo descendit, quiq; uitam dat mundo. Quoniam autem hæc uia est ei qui non amplius usus sit fermento, conspersione, ac doctrina Phariseorum ac Sadduceorum, primum quidem uidere, deinde attendere, ne quando quis eo quod non uideat, neq;

at, neq; attendat, particeps fiat uetiti illorum fermenti: ideo primum dicit discipulis, uide-
re: deinde, attendite. Peripicacium igitur est & attentorum, separare fermentum Sadduceo-
rum ac Phariseorum: breuiter omnem cibum, qui non caret fermento, nec est syncerita-
tis ac ueritatis, à uiuo pane, qui de caelo descendit, sic ut Phariseorum ac Sadduceorum
panes non admittat, sed ut uiuum ac uerum panem comedens aliquis, corroboretur anti-
mo. Ceterum hoc dictum etiam tempestiue accommodabimus ijs, qui simul cū Christia-
nismo uolunt corporaliter iudaisare. Siquidem hi non uident, nec attendunt à fermento
Phariseorum ac Sadduceorum, sed præter uoluntatem Iesu, qui uetuit eo uesci, Phariseo-
rum panem comedunt. Quin & omnes opinor, quicūq; nolunt sapere, quod lex spiritua-
lis est, & umbram habet futurorum bonorum, & umbra est futurorum, neq; inquirunt
cuius boni futuri sit umbra unaquæq; lex, non uident neq; attendunt à fermento Phari-
seorum. Quin illi quoq; qui reijciunt mortuorum resurrectionem, nō cauent à fermento
Sadduceorum: & cōplures profectio inter istos qui diuersum sentiunt ab ecclesia, pro-
pterea quod non credunt resurrectionem mortuorum, sunt qui inficiuntur Sadduceo-
rum fermento. Hæc sanè quum diceret Iesus, cogitabant apud sese, non quidem fatentes
quod acciderat discipuli, sed in cordibus suis, panes non accepimus: ac talia quodammo-
do erāt quæ dicebant, Si panes haberemus, nequaquā de fermento Phariseorum ac Sad-
duceorum accepissemus. Quoniam autem ob inopiam panum periclitamur, ne de illor-
um fermento capiamus, nec uult nos seruator recurrere ad illorum doctrinam, ideo nos
his dixit, Videte, & attendite à fermento Phariseorum ac Sadduceorum. Et hæc quidem
illi cogitabant. Iesus autem uidens quæ erant in cordibus, & audiens sermones qui ibi fie-
bant, utpote uerus cordium inspector, obiurgat illos ueluti non intelligentes, neq; memo-
res panum, quos ab ipso acceperant, per quos quum se crederent egere panibus, non op-
pus habebant Phariseorum ac Sadduceorum fermento: mox explicans & clarius exhi-
bens ambigentibus, propter uariam acceptionem panis ac fermenti, quod non de pa-
ne sensibili loquutus esset, sed de doctrinæ fermento, subiungit, Qui sit, ut non intelligat-
tis, quod non de panibus loquutus sum uobis, sed attendite à fermento Phariseorum ac
Sadduceorum. Quanquam autem non aperuisset dominus explanationē, sed adhuc per-
seuerasset in figurato sermone, tamen intellexisse debebant discipuli, seruatore de do-
ctrina loqui, quæ figurate dicta est fermentum, quam docebant Pharisei & Sadducei.
Proinde quoad habemus nobiscū Iesum, qui præstat quod pollicitus est dicens: Ecce ego
uobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationē seculi, non possumus ieiunare,
nec egere cibo, ut inopia coacti, quæramus uel à Phariseis ac Sadduceis uetitum fermentum
accipere edereq;: & incidat nobis aliquando tempus, illo nobis præfente, ut alimor-
nia careamus, quemadmodum in superioribus dictū est his uerbis, Iam triduum manent
apud me, nec habet quod edant. Imo etiā si id acciderit, ille nolens nos ieiunos dimittere,
ne forte deficiamus in uia, benedicit panibus qui sunt apud discipulos, ac facit e septē pa-
nibus, ut iam exposuimus, septem sportas. Insuper autē & illud obseruandum, ob eos qui
putant ex Euangelio Matthæi, nullo pacto doceri seruatoris diuinitatem, quod discipulis
apud sese cogitantibus dicentibusq;, panes nō habemus, Iesus cognouit cogitationem il-
lorum, ac dixit: Quid cogitatis apud uos exigua præditi fiducia, quod panes nō acceperi-
tis, haud erat humanū. Vnus enim omnium ac solus cognoscit corda hominum dominus,
sicut ait Solomon in quarto Regnorū libro. Vbi uero Iesus dixisset, attendite à fermento,
intellexerūt discipuli, quod non iuberet cauere à panibus, sed à doctrina Phariseorum ac
Sadduceorum. Vestigabis sicubi fermentū figurate nominatur pro doctrina, siue in ipsa
lege, siue in scripturis legem sequutis. Similiter autem, an forte fermentum non offeratur
in sacrificiis: non enim oportet preces habere doctrinæ modum, sed nihil aliud esse, quam
postulationes bonorum à deo. Quæsierit autem aliquis ob hæc quæ dicta sunt de discipu-
lis, qui traiecerāt, num possit aliquis ubi transmiserit, obiurgari quod sit modicæ fiducia:
quodq; nondum intelligat, neq; meminerit eorum quæ facta fuerant à Iesu. Non arbitror
autem difficilem esse ad hoc responsionē, uidelicet quod ad id quod perfectum est, quod
ubi uenerit, cessabit id quod ex parte est, omnis fides quæ hic habetur, exigua fides est: &
quod ad illud attinet, nōdum intelligimus, ex parte cognoscētes, neq; meminimus. Non
enim possumus capere memoriam sufficientem ac parem multitudini naturæ rerum spe-
culandarum.

culandarum. Licet autē & illud hinc discere, quod interdum de solis cogitationibus, quas
intra nos uersamus, reprehendimur, ac uelut exigua habentes fiduciam, obiurgamur.
Ego uero sum in hac opinione, quod sicut qui adulterium committit in solo corde, non-
dum omnino progressus ad opus: ita si quis fecerit in corde cætera quæ prohibita sunt.
Verbi causa, si quis corde tantum sit furatus, aut corde tantum falsum testimonium dixe-
rit, non ut illi qui facti furatus est, aut falsum testimonium re perpetrarit, sed tantū ut qui
corde solo talia fecerit punietur, idq; si per ipsum stetit, quo minus peruenerit ad prauū fa-
cinus. Quod si præterquam quod uoluit aggressus quidem est, sed non successit, punie-
tur, ut qui non solum corde, uerum etiam opere peccauerit. Super hæc quæret aliquis, an
adulterium committat aliquis solo corde, etiam si factum adulterij non peregerit, sed in so-
lo corde fuerit impudicus. Simili uero modo facies de cæteris laudabilibus. Habet autem
hic locus, quo probabiliter falli possumus, quod hac opinor ratione tollendum est. Adul-
terium quidem in corde peccatum, minus est peccatum, quam si quis adiungat etiam fa-
ctum. Non potest autem fieri, ut pudicitia sit in corde, quæ obster impudico facto, nisi quis
hic quoq; in exemplum sumat uirginem, iuxta quod lex dicit, in solitudine uiolatam. Fin-
gamus enim cor alicuius esse purissimum, cæterum uiolentiam peregrisse corruptionem
corporis pudicæ, in eo quod lasciuum est. Hæc sanè mihi uidetur prorsus esse casta in oc-
culto quidem, corpore uero non esse pura, quemadmodum erat ante uim illatam. At non
quæ non pura, statim & impudica. Hæc ob id quod scriptum est, Cogitabant secū dicen-
tes, panes non accepimus. Cui subiicitur illud, Vt autem cognouit Iesus dixit: O parum
fidentes, quare cogitatis intra uos & cætera quæ sequuntur. Oportebat enim uitupera-
tionem eorum quæ in occulto sunt expedire, & ex aduerso laudem eorum quæ in occulto
sunt. Miror autem, si discipuli putabant priusquam Iesus illis explanaret sermonem, quod
dominus ac præceptor præciperet ipsis, ut cauerent à sensibili fermento Phariseorum ac
Sadduceorum, tanquam impuro, & ob id uetito, ut quoniam panes non acceperant, ne-
tum quidem illorum fermento uterentur. Similiter porro & in alijs inquireremus, sed ex
empli gratia satis est quod legimus de Samaritana, cui dicit dominus: Quisquis biberit ex
aqua hac, sitiet iterum. Quisquis autē biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æteri-
num. Siquidem illud quod ad uerba quidem attinet, Samaritana putare uidetur, seruato-
rem aquam sensibilem promittere, quum ait: Quisquis autem biberit ex aqua quam ego
dabo ei, non sitiet in æternum. Et illa igitur ad tropologiam uocanda sunt, simulq; expen-
denda aqua fontis Iacob, unde hauriebat Samaritana, conferendo cum aqua Iesu. Atque
hic idem est faciendum. Fortassis nec panes erant cocti, sed fermentum modo quoddam
doctrina Phariseorum ac Sadduceorum.

DE EO QUOD DOMINVS IN CAESAREA PERCONTATVS

est, quem ipsum dicerent esse homines.

Traçatus I



QVVM autem uenisset Iesus in partes Caesareæ Philippi, interrogauit discipu-
los suos. Sciscitatur à discipulis suis Iesus, quem ipsum dicerent homines esse,
quo nos disceremus ex Apostolorum responso, id temporis apud Iudæos uari-
as fuisse de Christo opiniones. Fortassis & ideo percontatur, ut discipuli Iesu
doceantur, semper esse curiosi sermonum qui dicuntur ab hominibus de illo. Quod facien-
tibus conducit ad hoc, si quid mali dicitur, ut huius occasiones modis omnibus auferant:
sin boni quippiam, huius causas adaugeant. Attamen uide quoniam apud Iudæos uarij
erant affectus de Christo, quomodo ex quibusdam non sanis de illo opinionibus loquuti
sint. Quidam dicebant eum esse Ioannem Baptistam, quemadmodum & Herodes tetrar-
cha dicens pueris suis, Hic est Ioannes. Alij rursus dicebant, Helias est, qui nunc dicitur
Iesus, siue quod denuo natus esset Helias, siue quod iam olim in carne uiuens, eo tempore
apparuisset. Porro qui dicebant Iesum esse Hieremiam ipsum, nō autem Hieremiam Iesu
typum, fortasse cōmoti sunt ijs uerbis, quæ sunt in principijs Hieremiæ de Christo, quæ
tum quidem in propheta non fuerant impleta, sed impleri ceperant in Iesu. Quem con-
stituit deus in gentes & regna, ut eradice, subuertat, ac perdat, ac rursus ædificet, plan-
tētq;, uidelicet constituens eum prophetam uenturum ad gentes, quibus prædicauit uer-
bum. Quin & hi qui dicebant eum unum quempiam esse de numero prophetarum, talia
de illo opinabantur, ob ea quæ in prophetis ad ipsos quidem dicta fuerant, in ipsis tamen

nondum fuerant impleta. Sed Iudaei quidem, ut digni uelamine, quod habent cordi imposito, falsas opiniones habebant de Iesu. Ceterum Petrus tanquam non carnis aut sanguinis discipulus, sed qui patris etiam coelestis reuelationem acceperat, confessus est eum esse Christum. Erat quidem igitur haud ita magnus, quod a Petro seruatori dicebatur, Tu es Christus, quod id incognitum esset Iudaeis: uerum illud maius erat, quod credidit eum non solum esse Christum, uerum etiam filium dei, qui & per prophetas locutus est. Vt uero ego, & Me derelicti querunt fontem aquae uiuae. Erat autem & is uita a fonte uitae patre, qui dixit: Ego sum uita. Et attende diligenter, an quemadmodum sicut idem non sunt, fons fluuij, & fluuius ipse, ita fons uitae, & uita. Et haec quidem adiecit, eo quod pertinerent ad id quod scriptum est, Tu es Christus filius dei uiui. Oportuit enim eximium quiddam proponere, in eo quod dicit de deo & patre uniuersorum, tanquam uiuo, & inter eum qui est ipsa uita, & inter ea quae uita participant. Quoniam autem diximus, eos qui pronuntiabant Iesum esse Ioannem Baptistam, aut quempiam ex ijs qui subiiciuntur, nequaquam ex sanis opinionibus haec dixisse: conabimur & hoc probare dicentes, quod si interfuisent baptismo, quum Iesus uenisset ad Ioannem, ac Ioannes baptizaret Iesum, nequaquam dixissent Iesum esse Ioannem: imo si intellexissent sententiam, quam dixerat Iesus: Si uultis recipere, ipse est Elias, qui uenturus erat. Et si uelut aures habentes audissent id quod dictum est, haud quaquam dixissent quidam illorum, Iesum esse Eliam. Et qui dixerunt illum esse Hieremiam, si perspexissent, quod plerique prophetarum symbola quaedam Iesu in se susceperunt, nequaquam dixissent illum esse Hieremiam. Similiter nec alij dixissent unum quempiam esse de numero prophetarum. Fortassis autem quod Simon Petrus respondens dixit: Tu es Christus filius dei uiui, si dixerimus ita quemadmodum dixit Petrus, non a carne & sanguine nobis reuelatum, sed a luce quae illuxit cordi nostro, a patre qui est in caelis, sumus & ipsi quod fuit Petrus: similiterque ut ille predicamur beati, propterea quod quae illi causae extiterunt beatificationis, eadem ad nos quoque peruenerunt, eo quod caro & sanguis nobis non reuelauit, Iesum esse Christum filium dei uiui: sed ab ipsis caelis pater qui est in caelis, ut in caelis conuersationem habeamus, reuelauit nobis reuelationem subducentem in caelos, eos qui non solum uelamen omne tollunt a corde, uerum etiam acceperunt spiritum sapientiae dei ac reuelationis. Quod si nos quoque loquuti quod dixit Petrus: Tu es Christus filius dei uiui, tanquam non accepta huius reuelatione a carne & sanguine, sed luce cordi nostro illucescente, a patre qui in caelis est, efficitur Petrus: & nobis dicitur, quod hunc sermonem sequitur, Tu es Petrus, & caetera quae sequuntur. Petra est enim, quisquis Christi discipulus est, ex quo biberit de spiritali consequente petra. Et si per talem petram construitur omnis ecclesiastica doctrina, & secundum hanc uita instituitur. In unoquoque enim perfecto habente congregationem eorum qui complent beatitudinem uerborum, factorum, & sensuum, est quae a deo aedificatur Ecclesia. Quod si super unum illum Petrum tantum existimas aedificari totam Ecclesiam, quid dicitur de Ioanne filio tonitru, & apostolorum unoquoque? Quin alioqui num audebimus dicere, quod aduersum Petrum unum non praeualiturae sint portae inferorum, aduersus caeteros autem apostolos ac perfectos praeualiturae sint, ac non potius in omnibus ac singulis eorum, de quibus dictum est, fit illud quod dictum est, Et portae inferorum non praeualebunt aduersus eam: Item illud, Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. An uero soli Petro dantur a Christo clauis regni caelorum, nec alius beatorum quisquam eas accepturus est? Quod si dictum hoc, Tibi dabo clauis regni caelorum: caeteris quoque commune est, quum non simul omnia, & quae prius dicta sunt, & quae sequuntur, uelut ad Petrum dicta, sunt omnium communia? Nam hic & illud uelut ad Petrum uidetur dictum, Quaecumque ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis, & quae sequuntur. Ceterum in Euangelio Ioannis, seruator dans spiritum sanctum discipulis per insufflationem, ait: Accipite spiritum sanctum, & caetera. Proinde multi dicunt seruatori, Tu es Christus filius dei uiui: sed non omnes qui dicunt hoc, dicunt illud, nequaquam a carne & sanguine accepta reuelatione docti, sed ab ipso patre, qui in caelis est, tollente uelamen, quod impositum erat cordi eorum, ut postea reueta facie gloriam domini speculantes, in spiritu dei loquantur, dicentes de eo illud, Dominus Iesus: & ad eum illud, Tu es Christus filius dei uiui. Et si quis hoc ad illum dixerit, non ex carnis aut sanguinis reuelatione, sed patris qui in caelis est, consequetur ea quae dicta sunt, ut Euangelij quidem scriptum habet ad illum Petrum, ut uero docet illius spiritus ad quem uis, qui talis factus fuerit, qualis erat ille Petrus

ille Petrus. Si quidem nomen ducunt a petra, quicumque sunt imitatores Christi, qui est petra spiritalis, comitans eos qui salui sunt, ut ex ea bibant potum spiritualem. Hi uero non solum nomen ducunt a petra, quemadmodum Christus, uerum etiam Christi membra quum sint, ab eo nomen habent, dicti Christiani, a petra uero Petri. Porro ex his occasione sumpta dices iustos nomen habere deductum a Christo, qui est iustitia, & sapientes a Christo, qui est sapientia: & similiter facies de reliquis eius nominibus, nomina deriuans ad sanctos: & ad omnes qui tales sunt dicitur illud seruatoris, Tu es Petrus, & caetera, usque ad illud, non praeualebunt aduersus eam. Quam autem eam? Vtrum aduersus petram, super quam Christus aedificat ecclesiam, an aduersus ipsam ecclesiam? (Nam sermo anceps est) an ad unum & idem quod ipsum sit petra & ecclesia? Hoc autem arbitror esse uerum. Neque enim aduersus petram, super quam Christus aedificat ecclesiam, neque aduersus ecclesiam portae inferi praeualebunt. Quemadmodum nec uia serpentis in petra potest inueniri, iuxta quod scriptum est in Proverbijs, Quod si quis fuerit, aduersus quem praeualiturae sunt portae inferorum, talis neque petra fuerit, super quam Christus aedificat ecclesiam, neque quae a Christo super petram aedificatur ecclesia. Nam & petra serpenti est inaccessa, ualidiorque portis inferorum ipsi reluctans, ut ob robur ipsius inferorum portae nihil ualeant aduersus illam: & ecclesia tanquam Christi structura, qui aedificauit suam domum prudenter super petram, non recipit portas inferorum, praeualentes quidem aduersus omnem hominem, qui est extra petram & ecclesiam, sed nihil ualentes aduersus ipsam. Vbi uero considerauerimus, quod unum quodque peccatorum, ob quae Christus iturus erat ad inferos, portae sunt inferorum, comprehendemus quod anima quae maculam habet, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, ac propter malitiam nec sancta est, nec irreprehensibilis, ea neque petra est, super quam Christus aedificat, neque ecclesia, neque ecclesiae pars, quam super petram Christus aedificat. Quod si quis uos ob ista pud factos silere uult, propter multitudinem ecclesiasticorum, qui credere putantur, dicendum est illi non solum illud, Multi uocati, sed pauci electi: uerum etiam hoc quod a seruatore dicitur ad eos qui accesserant ipsum, sicut in Euangelio Lucae dictum est, hunc in modum: Contendite intrare per angustam portam: quonia dico uobis, multi quaerent ingredi per illam angustam portam, & non ualebunt. Insuper & illud quod in Matthaeo scriptum est, hunc in modum dicendum est, Angusta est porta, & stricta uia quae ducit ad uitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Porro si attenderis illi quod dictum est, Multi, dico uobis, quaerent ingredi, & non ualebunt, intelliges hoc ad illos referri, qui se gloriantur esse de ecclesia, sed infirmiter ac secus quam uerbum praescripsit, uiuunt. Hi proinde non ualentes ingredi, quum sint de numero eorum qui quaerunt ingredi, eo quod inferorum portae praeualent aduersus eos, haudquaquam ualebunt ingredi: aduersus quos autem inferorum portae non praeualent, hi quaerentes ingredi poterunt, omnia ualentes in eo, qui corroborat ipsos, Christus Iesus. Atque ita quisque qui pater est praeuarentiae, architectus factus est alicuius inferorum portae. Caeterum cooperarij huius architecti, sunt homines huiusmodi doctrinae ministri ac dispensatores, seruientes praeuarentiae fabricatori uerbo. Porro quum multae sint simulque recenseri numero possint inferorum portae, nulla porta inferorum ualet aduersus petram, aut ecclesiam quam Christus super illam aedificat. Quaecumque habent nonnullam uim hae portae, qua nonnullos superant, nimirum eos qui non resistunt, nec decertant aduersus illas: sed eadem ab alijs superantur, uidelicet ab his, qui quonia non recesserunt ab eo qui dicit: Ego sum ostium, omnes inferorum portas demoliti sunt ab anima sua. Verum enim uero & illud scire oportet quod si cuti ciuitatum portae proprium quaeque nomen habent, eodem modo portae inferorum nominari possunt, iuxta species peccatorum: ut una quidem inferorum portae uocetur scortatio, per quam ambulant scortatores: altera uero negatio, per quam qui deum abnegant, descendunt ad inferos. Iam autem & unusquisque diuersa sententiarum, quique genuerunt aliquam falsi nominis scientiam, portam aedificant inferorum: aliam quidem Marcion, Basilides aliam, aliam Valentinus. Atque hic quidem portae inferorum dictae sunt. Ceterum in psalmis propheta gratias agit, dicens: Qui exaltauit me a portis mortis, ut enarrem omnes laudes tuas, in portis filiae Sion. Ex hoc illud quoque discimus, fieri non posse, ut quisquam enarret omnes dei laudes, qui non exaltatus sit a portis mortis, & peruenerit ad portas Sion. Sion autem portae, intelligantur contra: ritae portis mortis, ut mortis quidem porta sit intemperantia, porta uero Sion temperantia: atque itidem mortis porta sit iniustitia, Sion uero porta iustitia, quam ostendens propheta,

ait: Hæc porta dñi, iusti intrabunt per eam. Ac rursus, mortis porta sit ignavia, fortitudo contra porta Sion: & imprudẽtia porta mortis, prudentia uero huic cõtraria porta Sion. Omnibus aut portis falso dicte scientie, una porta opponitur, quæ est ueræ scientie. Inspice uero, num ex eo quod dictũ est, non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, & cætera, possis unamquãq; potestatem, ac munditenentẽ huius caliginis ac spiritualia ma-
 litia in cœlestibus dicere portã inferorum & portã mortis. Itaq; portã inferorũ dicentur etiã principatus ac potestates, aduersus quas nobis est colluctatio, Contra portã iustitiæ, ministratorij spiritus. Quemadmodum aut de præstantioribus multæ prius dicuntur por-
 tæ, & post portas, una porta nominatur, quã dicitur, Aperite mihi portas iustitiæ, ingres-
 sus per eas cõfitebor dño. Et hæc porta dñi, iusti intrabunt per eam. Itidem & in cõtrarijs, portæ quidẽ multæ sunt inferorũ ac mortis, singule potestates, super oēs autẽ has, ille ma-
 lus intentus in unũquodq; peccatũ: & attentĩ profecto sumus in unoquoq; peccato, uelut in aliquã inferorũ portã descendẽtes, si peccemus. Quin potius exaltati de portis mortis, enarremus oēs laudes dñi, in portis filia Sion, exempli gratia, in una porta filie Sion, quæ uocatur tẽperantia, enarrabimus ex tẽperantia laudes dei: & in alia quæ uocatur iustitia, enarrabimus ex iustitia laudes dei. In summa, in omnibus laudabilibus in quib. uersamur in his sumus in aliqua porta filia Sion, iuxta illam narrantes aliquã laudem dei. Excursien-
 dum autẽ & illud, quomodo in uno duodecim prophetarũ dictum est: oderũt in portis ar-
 guentẽ, & sermonem iustũ abominati sunt. Vide igitur ne forte in portis arguens sit ex his qui consistunt in portis filia Sion, redarguens eos qui sunt in portis huic portẽ cõtrarijs, nimirũ in portis inferorũ ac mortis. Sin ad hũc modũ non intelligis illud prophete dictũ, oderũt in portis arguentẽ, aut per adiectionẽ erit dicta hæc particula in portis, aut quare quomodo tandem quod dictũ est dignũ esse possit propheticò spiritu. Post hæc uideamus quomodo dictũ est Petro, & quicunq; petra est, dabo tibi clauẽ regni cœlorũ. Ac primũ quidẽ arbitror hoc dictũ, portæ inferi non præualebit aduersus eã, respondere illi, Dabo tibi clauẽ regni cœlorũ. Dignus est qui ab ipso filio dei accipiat clauẽ regni cœlorũ, qui munimentũ opposuit aduersus inferorũ portas, ne præualerẽt aduersus ipsum, ueluti præ-
 mij loco accipiẽs, eo quod nihil ualuerit aduersus ipsum inferorũ portæ, clauẽ regni cœ-
 lorum, ut sibi ipsi aperiat portas, clausas ijs qui uincuntur à portis inferorũ: & ingreditur, ueluti temperans, per quandã temperantiã portã, quæ aperitur clauẽ, quæ aperit tempe-
 rantia. Item per aliã ut iustus, portã iustitiæ, quæ aperitur clauẽ iustitiæ. Et simili modo de cæteris uirtutibus. Arbitror enim quod pro unãquãq; uirtute cognitionis, aliqua sapien-
 tia mysteria respondentia generi uirtutis aperiantur ei qui secundum uirtutẽ uixerit, ser-
 uatore dante ijs, qui superati nõ sunt à portis inferorũ, totidem clauẽ quot sunt uirtutes: quæ clauẽ aperiant totidem numero portas, iuxta mysteriorũ reuerentiam, responden-
 tes unicuiq; uirtuti. Et fortassis unaquãq; uirtus est regnum cœlorum, iuxta hunc sensum iam in regno cœlorũ sit, qui secundum uirtutes uiuit; utq; hoc quod dictum est, pœnitentiam agite, appropinquaui enim regnum cœlorũ, non ad tempus referatur, sed ad actio-
 nes affectusq;. Christus siquidẽ qui est omnis uirtus, inhabitat ac loquitur, & propter hoc intra discipulos illius est regnũ dei, non autem hic & hic. Vide uero quantam habeat uim petra, supra quã à Christo cõstruitur ecclesia, & omnis qui dicit: Tu es Christus filius dei uiui: ut huius iudicia firma maneant, tanquã deo in illo iudicante: ut in hoc ipso quod iudi-
 eat, non præualeant aduersus eum inferorum portæ. Aduersus illum igitur qui iniuste iu-
 dicat, neq; iuxta uerbũ dei ligat super terrã, neq; secundũ uoluntatẽ illius soluit super ter-
 ram, portæ inferi præualent. Is uero aduersus quẽ portæ inferorũ non præualent, iuste iu-
 dicat, eo quod clauẽ habet regni cœlorum, aperiens ijs qui soluuntur super terram, sic ut & in cœlis sint soluti ac liberi: claudensq; ijs, qui iusto ipsius iudicio ligati sunt in terris, ut & in cœlis sint ligati, condemnatiq;. Quoniam autem hi qui episcoporum locum sibi uindicant, utuntur eo dicto sicut Petrus, & clauẽ regni cœlorum à seruatore acceperunt, docentq; ea quæ ab illis ligata fuerint, hoc est, condemnata, eadem & in cœlis ligata: rur-
 sus ea quæ soluta fuerint ab ipsis, eadem & in cœlis esse soluta: dicendum est illos recte lo-
 qui, si pariter & facta habuerint, ob quæ dictum est illi qui erat Petrus, Tu es Petrus: siq; tales fuerint, ut à Christo super eos ædificetur ecclesia, & ad eos illud iure referri possit. Portæ autẽ inferorũ non debent præualere aduersus eum, qui ligare uult ac soluere. Quod si funibus

es. 29. 3.
 am. 5. 5. r.

si funibus suorum peccatorum constringitur, frustra uel ligat uel soluit. Fortassis & illud poteris dicere, in cœlis, id est, in uirtutibus, quæ sunt in sapiẽtia, ligatus est malus. Ac rursum solutus est in illis homo probus, qui percepit obliuionem & abolitionẽ eorum quæ ante uirtutem peccauerat. Quemadmodum autẽ qui non habet funiculos peccatorum, neq; peccata quæ cõparantur funi longo, aut loro iumentis, quod est in iugo, ne deus quidẽ dem ligare possit, neq; quisquis fuerit Petrus. Porro si quis cum nõ sit Petrus, nec habeat quæ hic dicta sunt, sicut habuit Petrus, credit se ligaturum in terra, ut quæ ligauerit ligata sint & in cœlis, ac se soluturum super terram, ut quæ soluerit, soluta sint in cœlis, hic inflatus est non intelligens quid sibi uelint scripturæ, & tumefactus incidit in diaboli ruina.

Fragmenti Originis finis.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO D. IOANNI Episcopo Rossensi Des. Erasmus Roterodamus S. D.

ANTIS & officijs & beneficijs, toties à te prouocatus, præfulum integerrime idemq; doctissime, ne simpliciter ingratus uiderer, cœpi tandem circumspice-
 re, si quod munus literariũ parare possem, tua dignum amplitudine, hoc est, pri-
 um iuxta atq; eruditũ: & cõmodum e Grocini bibliotheca mecu aduexeram diui Basilij cõmentarios in Esaïam, hoc est, eloquentissimi Theologi, in eloquentissimum prophetã. Hunc aggressus, Latini facere institui, sed quo altius descendo in operis pene-
 tralia, hoc minus mihi uisum est, diuinã illam Basilij phrasim sapere. Tamen mox in ipso libri uestibulo, titulus nonnullã animo suspicionẽ iniecerat, ita testans ab ipso quidem Ba-
 silio descriptũ opus, cæterũ ab illius obitu, ab alio quodam presbytero euulgatum. Auxit suspicionẽ, quod ne apud scriptores quidẽ, qui Basilij recensent lucubrations, huius uo-
 luminis ulla fiat mentio. Proinde sum in hac propemodum sententia, libros hos, aut alte-
 rius cuiuspiã esse Basilij, ut sunt eius nominis plures, nõ illius Casariensis episcopi, cui fra-
 ter fuit Gregorius Nafianzenus, aut titulũ studio additũ, quo magis cõmendarentur le-
 ciori. Quod ni tu prorsus à me dissentis, mihi non satis idoneũ uideretur, uel quod tuo dice-
 tur nomini, uel in quo nos tantũ ponamus operæ. Gustum interea damus, tuũ in cæteris iudiciũ, non secus atq; oraculum secuturũ. Bene uale, E Cantabrigia tua. Anno 1510.

**SANCTI PATRIS NO-
 STRI BASILII ARCHIEPISCOPI CAESARIAE CAPPADO-
 CIAE EXPOSITIO IN PROPHETAM ESAIAM, DES. ERASMO ROT. INTERPRETE.**



PTATE ne fiat fuga uestra hyeme uel sabbato. Aduertendum est deũ nõ fecisse hyemem aut sabbatũ reprehensibile, cum scriptũ sit, Aestatẽ & uer, tu finxisti ea. Verũ in hyeme sumus quoties carnis affectũ imperiũ obtinẽt in nobis. Itaq; sic intelligendũ est dictũ illud Euangelicũ, ne nobis tum in-
 cidat fuga, cum deteriora in nobis dominantur, aut cum per inertiam uitam nostrã traducimus. Nam id nobis significat per sabbatũ, ut benedictionẽ illam cõsequamur. Beatus ser-
 uus ille, quẽ cum uenerit dñs, inuenerit uigilantẽ. Estote pru-
 dentes sicut serpẽtes, forsitan ob id, quod prudẽter ac sapien-
 ter abstergat senectutẽ. Etenim ubi iam pellẽ exuere parat, in locũ angustũ, quicq; undiq; corpus obstringat, immittit se ipsam, atq; ad eũ modũ trans-
 mittens sese, senectã exiit. Forsan igitur & nos uult hic sermo per arcã & asperã uia ingre-
 dientes, exuere ueterem hominẽ, ac nouũ induere ut nostra quoq; uelut aquilẽ iuuenta re-
 nouetur. Magna quidem atq; adeo prima dos, quæq; animã summe purgatã requirit, di-
 uini affatus esse capacem ad prophetandum mysteria dei. Proxima uero secundum illam ut ipsa quidẽ mediocrem aut uulgarem curã desiderans audire, quid sibi uelint ea quæ dicuntur à spiritu, uti ne perperam coniectes sententiam uerborum, sed rectã ad illam du-
 caris uia, duce spiritu, quo autore scripta est prophetia. Et gubernatur intellectus eorum, qui cogni-

Fuga hyeme
 & sabbato
 quid sit

qui cognitionis donum acceperunt. Vnde & dominus addidit dicens: Qui habet aures ad audiendum, audiat. Præterea propheta quoque Iohel: Quis sapiens, inquit, & intelliget hæc? Intelligens & cognoscat ea. Et Apostolus eo loco quo de charismatibus loquitur, quodam esse donum ait prophetiam: quoddam discretionem spirituum. Nam qui sese dignum exhibet instrumentum, per quod spiritus operetur, is propheta est. Porro qui uim eorum quæ denunciantur prudenter percipit, is donum habet discernendorum spirituum. Quæ propter & Corinthiis præscribens: Prophetæ, inquit, duo tres uel loquatur, ac reliqui diiudicent. Est autem donum hoc adeo magnum, ut dominus comminetur sese ablaturum e Iudæa prophetam, & coniectorem, & admirandum consultorem, & auditorem intelligentem. Nobis uero precandum ut accipiamus sapientiam ac scientiam, neque non doctrinæ donum, ut omnia simul in principali animi parte concurrentia, imprimant formam omnium ueritatis, quæ prophetia continetur. Est autem huius quidem uti sermone scientiæ, ut contempletur arcana spiritus. Huius autem sermone sapientiæ, ad apparanda, & excolenda, ea quæ inuolute ac paucis sunt prolata. Siquidem sapientiæ proprium est producere sermonem. Ait enim: Produxi sermonem & non attendistis. Præterea doctrinæ donum, ad edificationem audientium. Itaque necesse est ut qui sit prophetaturus, huius animus ante sit idoneus redditus, sedatis affectuum, qui in nobis sunt commotionibus, uti uerbum illud quod est in omnibus, magis compositos deligens animos, in quibus nec exiguus affectuum motus dissonat cum ratione iuxta portionem præcedentis aptitudinis, diuini spiritus inducat efficaciam. Neque uero solum requiritur affectuum sedatio ad digne suscipiendum spiritum, uerumetiam moderatus fidei habitus utilitasque, tum huius quæ gratiam accipit, tum illorum qui in tempore audiunt, aut eorum etiam, ad quos in posterum prophetiæ utilitas sit peruentura. Datur enim, inquit, unicuique manifestatio spiritus ad utilitatem, ac rursus iuxta portionem fidei. Itaque supra naturam humanam uires est, pronuntiare rationem modumque diuersæ operationis, quæ à spiritu diuino accidit in his qui merentur. Iuxta quæ huic prophetiæ committitur, & id quidem ad certum modum, alius accipit dona sanationum, atque ea rursus, ad certam mensuram. Alius operationes uirtutum, maiorum aut minorum. Quando solus ista nouit is, qui cuiusque dignitate penitus inuictur, & inuisibilibus iustitiæ mensuris diuidit unicuique iuxta dignitatem. Quemadmodum prophetarum puræ ac pellucidæ animæ, ueluti specula factæ diuinæ operationis. Imaginem integram & inconfusam, nullaque ex parte turbatam carnalis affectibus, representabatur. Nam omnibus quidem adest sanctus spiritus. Verum in ijs, qui puri sunt, affectibus peculiarem uim ostendit. Cæterum qui gubernatricem anime partem confusam habent peccati sordibus, his non adest. Oportet autem præter puritatem, & recti status æqualitatem exhibere. Neque enim qui inæqualiter est affectus, temperantia, purus est, sed qui carnis prudentiam subiecit spiritui. Quemadmodum enim uultuum imagines non in qualibet materia redduntur, sed in ijs duntaxat quæ leuorem & pellucientiam quandam habent. Ita non in quibuslibet mentibus operatio spiritus, sed ijs quæ nihil habent obliquum, nihil obtortum. Candida quidem nix, uerum imaginem intuentum non reddit, propterea quod inæqualis est, & concreta spuma constans. Lac album, at non exhibet imagines, eo quod huic exiguæ quæpiam sint bullulæ. Contra, aqua, tamen si sit nigra specie, tamen representat ob leuorem. Ita uidelicet, uitæ inæqualitas nequaquam idonea est, ad recipiendam diuinam operationem. Ergo cum anima, omni uirtutis studio dedita uehementi in deum amore, perpetuo dei memoriam sibi impressam seruat, atque hac re primum apparat sese, ut deum habeat uelut inhabitantem, ex uehementissima in deum intentione & arcano amore, numine afflata, digna prophetiæ dono redditur, deo diuinam uirtutem impartiente, animi que oculos aperiente, ad intelligendas, quas uelit, speculationes. Quapropter & Prophetæ, à fronte uidentes uocabantur, propterea quod futura, perinde quasi præsentia fuissent, prospicerent. Sed magis inducimur, ad intelligendum propheticum afflatum ex uisus, quæ in somnis accidunt. Quemadmodum enim uisus, principali animi parti impressis, urbes aut regiones uariæ magnitudinis ac pulchritudinis, aut animalia supra naturam uidere incipimus, aut etiã uerborum aliquorum memoriam, quæ auribus hausta sunt, obtinemus. Cumque tam multa, tamque noua speciemus in nobis & audiamus, haud iam uere corporeo sensu uidemus, neque audimus. Itidē & diuinorum ac beatorum uirorum mēs, aliquando reuera

do reuera, aliquando per somnium impressis imaginibus, diuinis sermonibus ac uisus impletur, cum neque per oculos imagines eorum quæ uidentur reuocant, neque per aures, aeris ictus, a uocis ad eundem instrumentis profectum acceperit. Neque enim sublimis ille thronus, & eleuatus, aliquid erat foris subsistens. Neque rursus in eo sedens, quæ uidebat Esaias, nec humana specie. Is qui apud Ezechielem describitur, electrinus est ab ilibus sursum. Igneus autem ab ilibus deorsum. Sed horum intellectus, maiore quadam uirtute in eorum contemplatione gerebatur, spiritu diuinam naturam per ænigmata representante. Vident autem prophetæ, non futura solum, uerumetiam quæ in rebus præsentibus sunt abdita. Quem admodum ait Paulus: Si uero prophetetis, ingrediatur autem aliquis infidelis, aut indoctus, occulta cordis illius manifesta fiunt. Aut quæ admodum Heliæus: Nonne cor meum ambulabat tecum, cum reueteretur uirum cum curru suo tibi obuiam? Est autem & illud prophetiæ genus, cum aliquid per somnium præcitur, quemadmodum Ioseph in Aegypto, & Daniel in Babylone reuelatio facta est. At quomodo igitur Pharaon, & Nabuchodonosor, futura præciterunt? Nempe de mundanarum rerum statu oportebat dominos præuidere, uti his fides haberetur. At quomodo Balaam prophetatur & Caiphas? Nimirum quæ huius quoque habebant, quibus imperabant, hic quidem tanquam sacerdotum princeps, ille uero tanquam uates. Neque enim hic puritas animi fuit in causa, neque mentis pellucientia, deum contemplantis, atque inde uirtutem haurientis: sed dispensatiue illis contigit sermo, non pro merito, sed pro temporis opportunitate. Quæres autem, an quæ sunt apud Esaiam & Ezechielem uisiones, sint per huiusmodi phantasias conspectæ, an potius mysticus sermo, spiritus per ænigmata diuinitatis proprietates nobis significantis. Porro sunt qui dicant, eos extra se raptos prophetare, humana mente à spiritu absorpta. Verum id abhorret à professione diuinæ præsentiam, ut amentem reddat, qui à numine corripitur, cumque plenus diuinorum decretorum esse coeperit, tum à propria quoque mente excidat, & qui alijs ex se præbeat utilitatem, ipse ex proprijs sermonibus nihil capiat utilitatis. In summa, qui consentaneum est, ut quis ex sapientiæ spiritu, simillimus infano reddatur. Vtque intelligentiæ spiritus coherentiam excludat. Quin potius, neque lumen cæcitatem parit, uerum uidentium uim à natura insistant expergeficit: neque spiritus tenebras inducit animis, sed ad contemplationem rerum intelligibilium, mentem à peccati maculis puram exigit. Non dissimile ueri est, improbam dæmonum uim naturæ humanæ insidiantem, confundere mentem. Verum si quis dicat, spiritus diuini præsentiam idem hoc efficere, is impie dixerit. Ad hæc, si sapientes sunt sancti, qui sit, ut non responderint congruentibus ijs quæ prophetantes adebant: Sapiens enim, inquit, intelligit quæ ab ore proprio proficiscuntur. In labijs autem portat intelligentiam. Porro si, quoniam Isaac in ingressu filij sui extra se raptus fuit, & quoniam Dauid dixit, in excessu suo, ob id fingunt sanctos extra se rapti, intelligent admirationem ac stuporem appellatum esse raptum. Quod genus est illud, Obstupuit cælum, & horruit terra. Porro illud in confesso sit, oportet. Si qua inciderint, quæ cum diuina natura pugnant, quantum ad uerba pertinet, non ea sentire scripturam, semotis communibus hominum cogitationibus ac sensibus. Quemadmodum illud communiter receptum est, ut diuinam naturam, bonam, intractabilem, ac iustam esse confiteamur. Quare si scriptura deum irasci, aut poenitere, aut aliquid præter dignitatem agere dixerit, quid sibi uelint uerba quærendum est, ac solite cogitandum, quomodo in uerum sensum restitui possimus. Non autem oportebit ueras de deo opiniones subuertere. Atque eum ad modum citra offensam in scripturis uersabimur, dum & ex ijs, quæ facile percipi possunt, adiuuamur, & ab ijs quæ sunt intellectu difficiliora, non offendemur. Quod si quis illud diuinæ scripturæ uitio uertat, quod non doceat, neque impartiat, ea quæ prodesse possunt, is perpendat uniuersam rerum mortalium ordinationem, non solum in spiritualibus, uerum etiam in inferioribus, atque in communis uitæ negocijs, consideretque eam uim, quæ gubernat uniuersam, mutis animantibus facile ad uitam tuendam occasionem tribuisse, alimentum ultro præfens, operimentum sponte agnatum, è pilis aut testis indumentat: hominem autem solum, nudum producens, rationem omnium illorum uice dedit, perquam artes repertæ sunt, quibus illa sibi suppeditet, puta, architectura, textoria, agricultura, æraria, fabrica, animo rationis copia supplente, quod deerat corporibus. Quemadmodum igitur in his opifex noster haud quæquam inuidens nobis, uitæ comoditates non passus est eodem modo nasci

quo bruta, sed rerum necessariorum inopiam, data opera, addidit nobis. Velut ingenij exercitamentum, itidem & in scripturis, studio uoluit esse obscuritatem, ad utilitatem mentis humanam, suam ipsius indicans uirtutem atque efficaciam. Primum quidem, ut his occupata, a deterioribus auocetur. Deinde, quod quae labore parata sunt, ea, nescio quo pacto, magis amantur, quaeque longo tempore contingunt, constantius permanent. Porro quae facile parantur, his non perinde auide fruimur. Negligitur enim rerum obuiarum copia, neque ulla custodia dignas ducit, qui possidet. Quapropter & somniorum obscura & inuoluta est ratio, ita ut non mediocre desideret animi intentionem, habentque in somniorum aenigmata plurimum affinitatis cum ijs, quae in scriptura sub inuolucro significantur. Vnde & Ioseph, & Daniel, per prophetiae donum somnia dignoscebant, quandoquidem ipsa per se cogitationis uis, non satis ualet ad ueri uestigium. Denique accedit huc quod uitae quoque puritas requiritur, ut ad moralis uirtutis exercitationem pertineat, quod in scripturis obuolutum est, diiudicare. Requiritur autem praeter uitae puritatem, assidua in scripturis exercitatio, ut maiestas, atque arcanum diuinorum uerborum, perpetua meditatione animo imprimatur. Caeterum ad diuinorum uerborum exercitationem, totam uitam impendi oportere, Moysi uita demonstrat, qui quidem primis quadraginta annis Aegyptijs disciplinis institutus est. Alteris autem annis quadraginta, hoc praetextu, tanquam pasturus oues in solitudines secessit, ibique contemplationi rerum operam dedit. Atque ita deinceps post quadraginta annos dei uisione dignus habitus, inuitus per dei in homines studium, ad hominum curam reuocatus est. Quanquam ne tum quidem assidue in negotiali uita perseuerauit, uerum subinde ad contemplatiuam reuertebatur. Vnde & ad Aegyptiacum idolorum cultum uniuersa inducitur est multitudo, uero illo sancto in monte cum deo colloquente. Huiusmodi fuit & Helias, humanorum negotiorum multum fugiens, & in desertis uersari gaudens. Quare si sancti cum omni principalis animae partis tranquillitate, ad uestigandum ueritatem elaborarunt, an non absurdum est, innumerabiliu laborum fructus, nullo negotio uelle acquirere? Etenim Helias obserua, post quantos secessus, quantam quietem, quantos sudores, promeruit uidere deum. Argumentu huius libri patet, atque ex ipso libro percipitur. Quonia propheta ijs temporibus uiuebat, quibus exuperabant uitia magnitudinem malorum, quae illos manerent, exponit ac diuinae irae causam proponit, ut eos prouocet ad poenitentiam. Exorditur autem primum ab ijs sermonibus, qui ad Iudaeam pertinebant. Quandoquidem iuxta Petri dictum, tempus erat, ut inciperet iudicium a domo dei. Nam natura maxime domesticis maxime succensemus, si quando in nos peccauerint, & in Ezechiele, dominus proponens punire, qui deliquerant: A sanctis, inquit, meis incipite. Eoque ab loco deo delecto coepit, atque ab ea ciuitate, in qua templum erat, denunciatis quae impenderent. Deinde de Babylone, postea de tribu Moabitica, deinde de Damasco. Quinto loco de Aegypto, deinde de deserto, deinde de Idumaea, deinde de ualle Syon, deinde de Tyro, deinde de quadrupedibus. Sub hac sequuntur ea, quae acciderunt anno decimoquarto Ezechiae regis, post quae prophetiae sunt, absque ullo titulo, praenunciantes mala Hierusalem, & Iudaeae. Tum de ijs, quae in dispersione essent euentura, de quibus illorum reditu, postea quam expleta esset uindicta. Praeterea, quae Christo acciderunt, sparsim in uniuersa prophetia interiecta. Atque unum quodque horum, & iuxta historiam dicitur, & mysticum sensum habet annexum.

VISIO PRIMA.

Uisio quam uidit Esaias filius Amos, quam uidit aduersus Iudaeam, & aduersus Hierusalem, in diebus Oziae, & Ioathan, & Achas, & Ezechiae, regum Iuda.

EXPOSITIO.

Inter omnes sensus, euidentissime percipit uisus. Neque enim per auditum licet dignoscere, quae sint formidanda, sicuti per oculos: neque uis alia perinde recipit cognitionem eorum, quae sint expetenda. Quam ob causam, ueri contemplatio, propterea quod & euidentis sit & certa, uisio dicitur. Vnde & propheta uidens uocatur, & a fronte prospiciens. Scimus enim, quid Amos dixerit Amalias, uidens. Vade, atque egredere in terram Iuda, atque illic prophetabis. Porro a fronte uidens, dicitur Samuel in libris Regum. Vocabatur enim, inquit propheta, a fronte uidens. Siquidem quod futura prospicerent, ob id a fronte uidentes, reddebant oracula. Porro quod diuinam perspicerent uoluntatem, idcirco

uidentes appellabantur. Proinde nostri quidem fuerit officij, diligenter eniti, quo mens congruis exercitamentis initiata, perspicax efficiatur: diuini uero muneris, spiritus lucem nobis impartiri, ad mysteriorum suorum intelligentiam. Caeterum uisionem primam appellat, deinde de subdit orationem; ut declaret sese non ex auditu didicisse, uerum animo impressam sententiam enarrare. Nos enim in hoc utimur uoce, ut animi cogitationes significemus. At de eorum qui digni sunt, ipsam principalem animi partem tangit, atque ita suae uoluntatis imprimat cognitionem. Cur addit nomen patris? Ut declararet prophetiae donum sibi haereditarium esse, & a patre traditum. Quam uidit de Iudaea. Quid sibi uult illa repetitio: Nimirum, ut per id quod prius dixerat, communem uisionis rationem significaret, per id quod posterius peculiaria ostenderet, quae sit & qualis, & quatenus ab alijs differat haec uisio. Uisibiles igitur sunt sermones, hoc est animo contemplantibiles, quos uidit propheta, iuxta id quod dictum est in Exodo, Omnis populus uidebat uocem. Exorsus sunt autem caeteri quoque Prophetae consimili modo. Uisio Abdiae. Haec dicit dominus deus Idumaeae. Auditionem audiuit a domino, & munitionem emisit in gentes. Item in Naum. Captio Niniae Liber uisionis Naum Hefesaei. Et in Abbacum. Onus quod uidit Abacuc propheta. Rursum Malachias onus, dixit, omnia uisione. Sic inquit, Onus uerbi domini super Israel, in manu nuncijs sui. Porro per nomen oneris indicare uidentur, quod prophetiae uim non a se ipsis habeant, sed alium de susceperint, ut onus perinde ualeat, quasi dicas, a deo donatum. Hic itaque prophetae, uisionis libros appellant. At reliqui dicunt, sese sermones audisse a deo. Nam sermo, inquit, domini, qui factus est ad Oseae filium Beer, in diebus Oziae, Ioathan & Achas, & Ezechiae regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas, regis Israel. Initiu sermonis domini ad Oseae. In Amos autem, Qui facti sunt in Accarim ex Thebae. Quos uidit in Hierusalem in diebus Oziae regis Iuda, & in diebus Hieroboam regis Israel, duobus annis ante terrae motu. Hic inuersus est ordo praeter eo qui est apud Esaiam. Nam illic uisio primo loco ponitur, deinde sermones subiunguntur. Audi caelum. Hic praemissis sermonibus sequitur uisio. Siquidem, Verba Amos, non uisio Amos. Non quae audiuit, sed quae uidit. Praeterea in Michea, Et factus est sermo domini ad Micheam, filium Moab, in diebus Ioathan & Achas, & Ezechiae regum Iuda, super ijs quae uide de Samaria & Hierusalem. Rursum, Sermo domini, qui factus est ad Iohelem, filium Bathuel. Iterum, Factus est sermo domini ad Ionam. Et sermo domini factus est ad Sophoniam Chusi filium, filij Godoliae, filij Ammorae, filij Ezechiae, in diebus Iosiae filij Amos regis Iuda. Apud Aggeum autem, & tempus peculiariter indicatur, & sermonis susceptio explicata est. Siquidem in secundo libro inquit, Anno Darij regis secundo, mense sexto, factus est sermo domini in manu Aggei prophetae. Quod autem hic dictum est, In manu, id mihi uidetur idem ualere cum eo, quod apud alios scriptum est, onus. Ac rursum in Zacharia, octauo mense anni secundi Darij, factus est sermo domini ad Zachariam Barachiae filium, Adde, prophetam. In diebus Oziae, & Ioathan, & Achas, & Ezechiae. Opera precium est obseruare tempora, quod uidelicet appareat, ante quantum tempus praedicta, post quantum tempus euenerunt.

LECTORI.

Huius lucubrationis tantum supererat. Id quaecumque est, non sum passus interire. Bene uale Lector.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO D. IOANNI

Dantisco Episcopo Culmensi, sereniss. Poloniae regis apud Caesarem orator, Des. Eras. Roterodamus S. D.



AE TV mihi tui cupientissimo, te totum a se ipsis exhibuisti Praesul ornatissime. Nam mentis ingenijque tui simulacrum, hoc est, integritatem, candorem, pietatem, eruditionemque non uulgarem in carminibus epistolisque tuis, haud secus atque in speculo contemplari licet: oris autem habitum, & in hoc quoque magna ex parte relucens animum, mire representat imago gypso singulari artificio expressa: quo certe sum aequior aulicis negotijs, isti fabulae reuera motoriae, quam tot iam annis agere cogoris, quae haecenus obstitit, quo minus liceret propius exoptatissima tua consuetudine frui

ne frui coramq; uiuas audire & reddere uoces. Nondum quidem expletum est, sed tamen bona ex parte mitigatum est meum tui desiderium. Verum ne nulla pensatione uideantur *παλινορομιαι χεριτες*, quemadmodum tu mihi pectus aureum gypso expressum exhibuisti, ita tibi uicissim, scriptorem mitto chartacea expressum materia, uere gemmeum, nisi si quid plastę culpa factus uidebitur deterior. Misisti *την πρην βασιλεια*, inter huius aui monarchas sine controuersia primum, ego remitto *την αληθως μεγα βασιλεια*, omnium suffragijs inter Gręcos scriptores principem, meo quidem penicillo non in gypso, sed in charta deformatum, quam feliciter, tuum erit iudicium, qui literaturam utranque pulchre calles. Argumentum est De spiritu sancto, quem Arii uiperina posteritas, filio, non deo, quemadmodum ille docuit, sed creatę substantię ministrum adiungere conata est, ut in confessu personarum, tertium inuicemq; subfellium cederet spiritui. Ea quęstio per illa tempora feruebat, ut quum maxime: & ut fit, ex una excetra multis subinde capitibus enascentibus, ac diuersis opinionum uentis facto turbine inter se decertantibus, ecclesię nauis non minus sacfabatur sectarum undis, quam hodie summo cum animi dolore sacfari uidemus: nimirum altum dormiente Christo in animis hominum, quum omnium, tum eorum pręcipue in quibus maxime debebat uigilare. Hoc probatissimi doctoris opus, quoniam uidebam a Gregorio Nazianzeno magnopere laudatū in monodia, nec hactenus a quoquam, quod equidem sciam, Latine uersum, eo libentius hoc laboris mihi sumpsi, quod subodorarē hęc temporibus, furtim reuiuiscere conantem iam olim extinctę uiperę progeniem, quę rursus duas personas, uerbum & spiritum, meditatur a uero dei cognomine depellere, ut iam hac in parte nihilo meliores futuri sint Christiani, quam Iudęi aut Turcę: qui quoties sese componunt ad pietatis professionē, sacfale patitur Christum appellari prophetam, aut etiam deum, si urgeas: sed talem, qualis fuit Moses, ceteriq; propheta. Si quis indignetur Mosen æquari Christo, fatentur Christū longē potioribus donis a deo locupletatū. Qui modestiores sunt, fatentur spiritū sanctum excellentem esse creaturā, sed Christo famulantem; quibus minus est frontis, aiunt spiritū sanctum nullam esse substantiā, sed tantum bonę mentis concitationē. Sed ablit, ut huiusmodi uiperarum sibi la quęnquā assent, in nomine patris, filij, & spiritus sancti renatū. Non hic sumam operā in prędicandis Basilij laudibus, ne audiam, *το τις αυτων λεγει*; non silebo tamen quid mihi inter uertendū acciderit. Uisus sum mihi in hoc opere deprehendisse factum, quod in celeberrimis quibusque laudatissimisq; scriptoribus, uelut in Athanasio, Chrysofomo, & Hieronymo factū & uidemus & indignamur. Quid istuc inquis: Postea quā dimidium operis absoluerā citra tedium, uisa est mihi phralis alium referre parentem, aliumq; spirare genium. Interdum ad tragicum cothurnum intumescebat oratio, rursus ad uulgarem sermonē subsidebat, interdum subinane quiddam habere uidebatur, uelut ostentantis se didicisse, quę Aristoteles in libris De enunciatione & prędicamentis, Porphyrius in libello De quinq; uocibus prędicabilibus, tradiderūt. Ad hęc subinde digrediebatur ab instituto, nec satis cōcinne redibat a digressiōe. Postremo, multa uidebātur admisceri, quę non admodum facerent ad id quod agitur: quędam etiā repetuntur obliuione uertius quā iudicio: quum Basilij ubiq; sit sanus, simplex, & candidus, sibi confans, atq; etiā instans, nunquam ab eo, quod agitur excurrere temere, nusquam diuinitis mysterijs admiscens philosophiam mundanam, nisi per aduersarios coactus, idq; contemptim: sed ubiq; placidus ac uirgineo quodam pudore incedit, ab omni ostentatione alienissimus, ne in pugna quidem ab ingenij lenitate recedens. Ex his rebus subijt animum meum suspicio, studiosum quempiam, quo uolumen redderet auctius, multa intertextuisse, uel ex alijs autoribus decerpta emblemata. (Nam hoc argumentum a compluribus Gręcis accuratē tractatum est.) uel ex sese reperta. Sunt enim in his quędam erudita, sed a caractere Basilij discrepantia, quędam rursus eiusmodi, ut indole referant parentem suum, uidelicet eum, qui doctissimis Athanasij libellis De spiritu sancto, suās loquaces, sed elumbes attexuit nēnias, quicq; in epistolam ad Corinthios posteriorem, & in Apostolorum Acta Chrysofomus haberi studuit. Porro, sceleratissimum contaminandū genus est, egregiorum uirorum clarissimis purpuris, suos pannos intertexterte, aut ut melius dicam, generosa illorum uina suis uapis corrumpere: quod in diui Hieronymi commentarijs, quibus enarrat Psalmos, intolerabili sacrilegio factum esse, clarius est, quam

ut nega

ut negari possit. Aduersus tantam ecclesię contumeliā promptum erat remedium, si principes & episcopi librorum, quos lectu dignos censuissent, archetypa in certis bibliothecis reponenda curassent. In his itaq; uertendis fateor mihi non nihil obrepisse tegdij, adeo ut identidem illud Maronis mecum submurmurarem,

Non alias uires, conuersaq; numina sentis:

quum in ceteris nihil esset quod offenderet gustum meum. Sed hanc meam suspiciōnem nihil aliud haberi uolo quā somnium, si tu dissenties. Sub operis calcem ueluti cęleuma canens, excurrit in naualis pugnę descriptionem, uerbis planē tragicis phalera tam, in qua mire ponit ob oculos, ecclesię tum miserabiliter fluctuantis imaginem, sed non ita multum abhorrentem ab horum temporum statu, in quibus tam cęca est opinio num digladiatio, ut interdum amicos pro hostibus feriamus, nec ulla sit charitas aut concordia, si qua est ulla, nisi quā conciliauit erroris conspiratio, hoc est, morbus communis: & in tanta dogmatum uarietate, in tanta morum corruptione, in tam cōfuso uociferantium tumultu, propemodum sublato rerum hominumq; discrimine, merito dubitet aliquis, cui sese globo adiungat. Nulla synceritas, sed prodigiosa quędam calumniandę scabres, ne dicam rabies, habet plerosq; uel alienorum lapsuum scuos expensores, uel recte doctorum malignos interpretes. Sub omni lapide scorpūs dormit. Ex unica syllaba, quātus tumultus incōparabili uiro suscitatus est: Quoniam in solenni clausula precationis, aut cōcionis, pro, in spiritu, semel atq; iterum dixerat, cum spiritu, Basilij, per omnes urbes, per omnes pagos, per omnia fora, per omnia conuenticula calumniantium uocibus lapidabatur: nec illum uel inculpatū morum integritas, uel eruditio rara, cum pari facundia cōiuncta, uel ipsa functionis dignitas, uel admirabilis quędam erga omnes, tum comitas, tum benignitas, a uenenatis obtrectatorū sibilis uindicare potuerūt: ut ego optimo iure nimis delicatus uideri possim, si nullo pacto cū tali uiro conferendus hominico, lingua cium quorundam obtrectationes perpeti nō queā. Simul illud ex hoc argumento liquet, quod scripsit beatus Hieronymus: Ariarorū, Eunomianorū, Origenistarum, aliorq; circa diuinas personas errores, ex humana philosophia duxisse seminarium: nō quod philosophia per se sit impta, sed quod ad huius regulam cęlestis illa philosophia, quę uenit e sinu patris per filiū, nec uelit, nec debeat extigi. Qui nāq; isti, qui nihil aliud erāt q; homines, diuina mysteria possint perspicere, qui sic in plerisq; naturę rebus cęcutierūt: Quāq; illi qui tum diuo Basilio facelebāt negociū, philosophastri uerius erāt, q; philosophi. Apud imperitam multitudinē sese pro consummatissimis philosophis uenditabant, quod ex Aristotele Porphyriocq; degustarāt uerius, q; didicerāt, quid sit enuntiatio, quid genus, quid species, quid substantia, quid accidēs, quid quātitas, quid qualitas, quid ad aliquid, quot modis dicantur opposita, quot modis aliquid uel sit in alio, uel de alio prędicetur. Quę nunc sunt elementa puerorū ad philosophię limen accedentium, ut istorū impietas magis sit impuranda falsę persuasione, q; philosophię. Quas turbas cōcitassent in orbe, si illa quoq; degustassent, quę Aristoteles tradidit de formis syllogisimorum, de demonstrationibus, de topicis & elenchis, de naturalibus, & ijs quę sunt ultra naturalia: Sed euehor longius, ut in prefatione. Itaq; ut finiam, quicquid hic est nostrę opellę, tibi dicatū esse uolui. Pręsul amplissime, non tantum ob id, ut tui nominis lenocinio studiosis reddatur commendatus, uerum multo magis ut acri tuo iudicio, tuacq; lima fiat emendatius. Nam primam manum ad te mitto. Elic si quis mihi temeritatis dicam scribat, nihil aliud adferam ad eius criminis purgationem, quā naturam, & hac ualentiorē diuinitatē consuetudinē. Naturam refingere difficillimū est, sed multo difficilius dediscere quod diuinitus uisus penitus infixit, utraq; alteri iunctam mutare prorsus aduicē arbitror homini, *οι οι δε τε παλαια διωαντα*. At isthuc, inquit, est accusare teipsum, potius quā excusare. Quid facias? Sę penumero tamen apud clementem iudicem ueniam promeruit ingenua culpę confessio. Cuius tamen partem aliquam, si libeat tergiuersatorem agere, in typographos reiscere liceret, qui mihi fere extorquent ouum antequam pepererim, & si quid conceptum est, non sinunt fœtum maturescere, sed inuita Lucina cogunt per abortum eicere. Non ignorabam quid te dignum esset Vir clarissime, sed imitatus Gręculum illum, e paupere pera depromo paucos obolos, *επι εβικον σδ δ σεβασε, ε γω πλεον εχου, πλεον εδιδωμ*. Precor ut ista notoria fabula, quam tot iam annos agis, sortiatur catastrophē tum tibi priuatim,

sum pu

tum pulice regno Poloniae felicem, teq; Sigismundus rex, ut si quis alius, omnibus orna-
mentis egregio principe dignis cumulatus, dulci patria, gregiq; charissimo, cuius sollicitu-
do pietatem tuam per omnes negotiorum undas comitatur, breui restituat. Datum a-
pud Friburgum Brisgoae, pridie calendas Maias, Anno domini M. D. XXXII.

SO D BASILII CAESARIENSIS EPISCO

PI DE SPIRITV SANCTO LIBER AD SANCTVM

Amphilochium Iconij episcopum, Des. Erasmo
Roterodamo interprete.

PROOEMIUM

CAP. I.



QUIDEM collaudo in moribus tuis discendi studium atq; industri-
am, supraq; modum delector ista instantia uigilantiq; mentis tuae,
qui putas nullam uocem ex his quae per uniuersam scripturam de deo
praedicantur, oportere indiscussam relinquere, O charum mihi ca-
put, Amphilochi, quem ego praeter ceteris facio plurimum. Recte siquid-
em, posteaquam audisti dominum adhortantem, Qui petit, accipit
& qui quaerit, inuenit: postulandi instantia uidere mihi quamuis de-
sidiosissimum ad impetendum excitare posse. Quin & illud in super
in te exosculor, quod nequaquam, sicut hisce temporibus pleriq; faciunt, tentandi gra-
tia proponis quaestiones, sed ut quid sit uerum inuestiges. Nam qui curiosis auribus mea
uerba captent, quicq; quaestiones nobis obijciant, horum hoc tempore magna est copia. At
difficillimum est nancisci animum discendi audum, nec in aliud exquirentem quod uerum
est, nisi ut ignorantiae medeatur: propterea quod quemadmodum uenatorum laqueus, ac
bellantium insidiae fraudem habent occulta arte subditam: ita complurium interrogatio-
nes insidiosae sunt, qui percontationes obijcunt, non ut ex his capiant aliquid utilitatis, sed
ut quum repererint responsionem minus facientem ad ipsorum affectum, hanc iustam belli
causam habere uideantur. Quod si stulto de sapientia percontanti, pro sapientia imputa-
bitur: sapientem auscultatorem, quem propheta admirando consultori comparat, quanti aesti-
mabimus? Profecto dignus est, ut non illum tantum toto pectore complectamur, uerum eti-
am ut eos qui illi huius studij confortes, & omnium laborum socij sunt ad perfectionem fe-
stinanti, ad uberiores profectum prouocemus. Nam haud oscitanter audire sermonem de
rebus diuinis differrentem, sed conari, quid in quacq; dictione, quid in quacq; syllaba recon-
diti sensus lateat perscrutari, non est eorum qui segnes sunt ad pietatem, sed qui intelligunt
scopum nostrae uocationis: quando nobis praescriptum est, ut similes efficiamur deo, saltem
quatenus humanae naturae fae est. Porro similitudo non est absq; cognitione: cognitio uero
e doctrina paratur. Doctrinae autem initium est oratio, orationis partes syllabae ac dictio-
nes. Proinde syllabas excutere, non est aberrare a scopo. Nec uero quoniam alicubi uide-
buntur minutae, ob id uideri debent & negligendae: imo quoniam difficilis est inuentu ue-
ritas, undiq; nobis est uestiganda. Etenim si quemadmodum ceterae artes, ita & pietatis ac-
quisitio paulatim minutis accessionibus augetur, nihil est pretermittendum, his qui ad cogni-
tionem instituantur. Veluti si quis prima elementa ut res minutae contemnat, quando ad perfe-
ctam perueniet sapientiam? Na, & Non, syllabae duae sunt. Attamen quae rerum omnium po-
tentissima est ueritas, & quae extremae maliciae linea est, mendacium, frequenter his minutis
uerbis comprehenduntur. Sed quid haec commemoror? quum iam si quis uel capite annuat testis
monij de Christo prolatis, totam pietatem expleuisse iudicetur. Quod si haec ad hunc ha-
bent modum, quid esse possit in his uerbis quae de deo differuntur, a deo pulsantur, ut si uere
dicuntur sit, siue secus, non magnam habeat momentum in utramq; partem? Nam si ex le-
ge, nec unum iota, nec apex unus praeteribit, quomodo nobis tutum fuerit uel minutissi-
ma transiisse? At quae tute nobis exacte diiudicanda proposuisti, sic minima sunt, ut ea-
dem sint magna: prolatis quidem compendio exigua, atq; ob id fortasse contemptui
obnoxia, sed rerum significatarum uel magna: ad similitudinem sinapis, quod quum sit mi-
nuta

nutissimum inter arida legumina, si iusta cura adhibeatur, explicat uim in ipso latentem,
& exurgit in altitudinem, suo se robore sustentans. Quod si quis ridet nostram circa sylla-
bas, ut Psalmi uerbis utar, nugacitatem, ipse quidem infrugiferus risus sui fructum metat:
nos uero haudquaquam cedentes hominum conuictijs, nec illorum uituperatione deieci,
uestigandi studium deseramus. Tantum enim abest, ut me harum minutiarum pudeat, ut si
etiam dignitatis uel minimam partem assequar, tum mihi gratulaturus sim, ueluti res maxi-
mas assequuto, tum fratri, qui nobis huius perscrutationis socius est, arbitrer non medio-
cre lucrum obuenturum. Itaq; quum in minimis uerbis conspiciam certamen maximum, spe
praemij non detrectabo labore, quem arbitror hac disputatione, tum mihi fore utilem, tum
audientibus satis magnam fructum allaturum. Quapropter cum ipso iam, ut ita loquar, spi-
ritu, ad explanationem accedam. Et si uis ut me in disputationis uiam inducam, ad huius quae-
stionis originem me paulisper conuertam. Nuper oranti mihi apud populum, & utroq; modo
glorificationem absoluenti deo ac patri, interdum cum filio ipsius ac spiritu sancto, in-
terdum per filium in spiritu sancto: quum alij quidam ex his qui tum aderant id obseruarent,
dicentes nos non modo peregrinis ac nouis uocibus, uerum etiam inter se pugnantibus:
tum tu praecipue, nimirum consulens illorum utilitati. Quod si prorsus ipsi essent in-
sanabiles, tamen postulasti quamprimum dilucidam doctrinam, de ut harum syllabarum, euul-
gari. Iam igitur nobis q; fieri potest breuissime dicendum est, sermonem ab exordio quo-
dam indubitato confessioq; fumentibus.

VNDE SIT ORTA HAERETICORVM DE SYLLABIS

obseruatio.

Cap. II



VRIOS A istorum hominum circa syllabas ac dictiones obseruatio, haud-
quaquam simplex alicubi uideri possit, neq; ad mediocre tendens malum, sed
profundum habet atq; obiectum aduersus pietatem consilium. Contendunt
enim ostendere dissimilem esse prolationem patris, & filij, & spiritus sancti,
tanquam hinc habituri facilem probationem, eos etiam natura distinctos esse.
Habent enim isti uetus quoddam commentum, ab Aerio huius haereseos principe inuen-
tum, qui in epistolis suis alicubi scripsit affirmans, ea quae secundum naturam dissimilia
sunt, dissimiliter proferri: ac retrorsum, quae dissimiliter proferuntur, esse dissimilia secun-
dum naturam. Ad huius dicti confirmationem citauit Apostolum dicentem: Unus deus &
pater, ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia. Itaq; quemadmo-
dum, inquit, uoces se habent inter sese, eodem modo habebunt & rerum significatarum na-
turae. Sed inter se discrepant, Per quem, & Ex quo, dissimilis est igitur patri filius. Ex hoc
morbo nata est istis & de propositis syllabis curiositas: unde deo quidem & patri tanquam
eximiam quandam portionem attribuunt illud, Ex quo: filio uero, & deo, assignarunt il-
lud, Per quem: spiritui autem sancto, illud, In quo: negantq; hunc syllabarum usum usquam in-
uertit, ut quemadmodum dixi, ex discrepantia prolatis, simul appareat & naturae discre-
pantia. Atqui non obscurum est, eos dum de syllabis subtiliter nugantur, impio sermoni
suam uim referuare. Siquidem his syllabis, Ex quo, mundi conditorem uolunt significari:
rursus his, Per quem, operis ministrum, aut instrumentum: his deniq; In quo, tempus aut
locum declarari: ut filius, qui condidit uniuersa, intelligatur nihilo honorabilior instru-
mento: porro spiritus sanctus, nihilo plus ad res condendas momenti attulisse uideatur,
nisi quod tempus aut locum praebuerit rebus conditis. Ad hunc aut errorem perduxit il-
los, etiam externa philosophiae scriptorum obseruatio, qui has syllabas, Ex quo, & Per quem,
rebus natura separatis attribuerunt. Siquidem illi putant his syllabis, Ex quo, significari
materiam primam: his uero, Per quem, instrumentum accommodari, aut saltem obsequium.
Sed quid uetat, toto illorum sermone repetito, paucis arguere, quam isti homines non tan-
tum dicant a uero dissidentia, uerum etiam quam ipsi non consentent sibi.

E MVNDANA PHILOSOPHIA NATAM ESSE DE SYLLA

bis sophisticam disputationem.

Cap. III



QVI INANI philosophiae dederunt opera, dum multifariam exponunt causa na-
turam, eamq; in propria significata diuidunt, alias aiunt esse causas principales,
alias cooperantes, aut concausales, alias sine quibus ratio non subsistat. Atque
harum cuiq; peculiarem etiam attribuunt appellationem, ut causa uocabulo alias

declaretur ipse conditor, alias instrumentum. Nam conditori congruere existimant illud, a quo. Aiunt enim proprie dici, a fabro factum fuisse fundamentum. Ceterum instrumento conveni re illud Per quem, quando securi ac terebello, ut aiunt, reliquisque similibus utitur faber. Simi liter hanc particulam, Ex quo, illi faciunt propria materiae: siquidem materia fit officium. Porro particulam, iuxta quod, putant significare, animi conceptum, siue exemplar artificii propoliti. Aut enim prius in cogitatione sibi depingit id quod facere destinat, ac deinde quod animo concepit, ad opus perducit: aut ad exemplar tam aedificum, respiciens ad illius similitudinem, operationem dirigit. Ceterum hanc particulam, *Nisi*, id est, propter quod uolunt competere fini: scalas enim factas ad usum hominum. Porro his uerbis, *per quem*, id est, in quo, tempus aut locum commendari. Etenim roganti quando factum est? responder tur. In tali tempore. Item percontanti ubi factum est? responderetur. In tali loco. Nam ista tamen nihil conferunt ad id quod conditur, tamen absque his nihil potest fieri. Operanti bus enim & loco & tempore opus est. Haec quoniam didicerunt isti, & ut praecara miran tur quae didicerunt, observationes ex frustranea philosophia, eoque inani deceptione sum ptas, ad simplicem & artificij ignaram doctrinam transferunt, ut & dei filium diminuunt, & spiritum sanctum rejiciant: qui quidem uocem instrumentis inanimis, atque humili pro fus ministerio tributam, loquor de syllabis, *Nisi*, id est, per quem, a rebus sensibilibus ad om nium rerum conditorem non uerum sunt transferre: nec pudet homines Christianos ser ra malleque uocabulum, uniuersae creaturae conditori attribuere.

HARVM SYLLAB. IN SCRIPTVRIS NVLLVM SERVARI DISCRIMEN. IIII



OS porro frequenter his usum fuisse uocibus etiam ueritatis sermonem con fitemur. Haud tamen dicimus, spiritus libertate ullo modo seruire, iuxta sub missionem & indignitatem rerum sensibilibus, sed iuxta id quod semper ad est, ad exprimendam rerum proprietatem uocabulis non nihil abutimur. Ne que enim *per quem*, id est, ex quo, prorsus declarat materiae, quemadmodum illi putant, sed usitatissimum est scripturae hoc uocabulum ad supremam illam causam accom modare. Quod genus est illud, Vnus deus ex quo omnia. Ac rursum, Omnia autem ex deo. Nam ueridicus scripturae sermo frequenter utitur hac dictione de materia quoque, ue luti quum ait: Facies arcam de lignis imputrescibilibus. Et, Facies candelabrum ex auro pu ro. Et, Primus homo est terra, terrenus. Et, E luto compositus es tu aequae atque ego. At isti, ut quemadmodum diximus, in personis constituunt naturarum diuersitate, definiunt hanc uocem soli patri congruere: & huius observationis seminarium hauserunt a rebus exte rnis, a philosophis huius mundi, tamen si ne his quidem per omnia seruietes: sed filio qui dem iuxta praescriptionem illorum, instrumenti uocabulum imposuerunt: spiritui uero san cto, loci. Aiunt enim, In spiritu: & aiunt, Per filium: at quum deo tribuunt, Ex quo, non hic sequuntur philosophorum praescriptionem, sed ad apostolicam, ut aiunt, consuetudinem transeunt. Quomodo illud dictum est, Ex ipso autem & uos estis in Christo Iesu. Et, Omnia autem haec ex deo. Quid igitur est, quod ex hac argutia conficitur? Aliam esse naturam causa, aliam instrumenti, aliam loci. Filius itaque natura diuersus est a patre, quemadmodum in strumentum diuersae naturae est ab opifice. Diuersus est & spiritus sanctus, quandoqui dem locus ac tempus diuersam habet naturam ab instrumentis, aut illis qui his utuntur.

1. Cor. 8
Gen. 6
Exod. 37
1. Cor. 15

ET DE PATRE DICI PER QUEM, ET DE FILIO

Ex quo, & de spiritu sancto. Cap. v



DHVNC quidem modum se habent, quae ab istis deseruntur. Nos uero de monstrabimus, nec patrem quum sibi sumeret has uoces, Ex quo, ad filium profecisse has Per quem: neque rursus filium non recipere spiritum in confor tium harum uocum Ex quo, aut Per quem, sicut isti praescribunt: quod ta men istorum inanis distributio definit. Vnus deus & pater ex quo omnia, & unus dominus Iesus. Christus per quem omnia. Haec uoces non sunt eius generis ut no bis legem praefigant, per quam aliter loqui sit nefas, sed quae notent personarum discrimen. Neque enim in hoc adhibentur, ut naturae diuersitatem inducant, sed ut impermixtam pa tris ac filij notionem approbaret, sic eas adhibuit Apostolus. Nam quod haec uoces inter se contrariae non sint, neque uelut in bello separatae aduersus hostilem aciem, expugnent na turas ad quas accesserint, inde liquet, quod beatus Paulus ambas de uno & eodem subie cto pronun

Eph. 4

quo pronunciat: quae ait: Quonia ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia. Quod autem haec ad dominum referat, qui uis fatebitur, qui uel tenuiter inspicat mentem orationis. Quum enim prius Apostolus posuisset ex Esaiam testimonium: Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit: subiicit, Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipsum sunt omnia. Quemadmodum de uerbo dei, a quo condita sunt uniuersa, prophetam esse loquentem ex his quae subiiciuntur, discas licebit: Quis mensus est manu aquam, & caelum palmo, & totam terram pugno: Quis statuit montes libra, & rupes statera? Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius illi fuit? Nam haec dicitio Quis, hic non prorsus id quod ab surdum est, significat, sed quod rarum: uelut in hoc, Quis insurget mihi aduersus peruerse agentes? Et, Quis est homo qui uult uitam. Et, Quis ascendet in montem domini? Simili ter & hoc loco dictum, Quis est qui cognouit sensum domini, & consilij illius particeps fuit: Pater enim diligit filium, & omnia ostendit illi. Hic est qui continet terram, eamque pugno complexus est. Hic qui cuncta in ordinem decentem digessit, qui & montes aequaliter li brauit, & mari terminos praescripsit, & omnibus quae in mundo sunt, suum designauit or dinem. Qui totum caelum minima suae potestatis particula comprehendit, quem sermo propheticus figurate palmum appellauit, Vnde congruenter adiecit Apostolus illa, Ex ipso, & per ipsum, & in ipsum sunt omnia. Ex hoc siquidem ipsae quae sunt, causa ut sint ma nat, iuxta uoluntatem dei & patris: per eundem omnibus, ut perseuerent, consistantque, qui condidit uniuersa, quique singulis quae facta sunt ad sui conseruationem necessaria dimititur. Quapropter sane etiam uniuersa sese ad illum conuertunt, inuincibili atque infedabili quo dam desiderio, & arcano affectu, ad principem & gubernatorem uitae respicientia, iuxta illud quod scriptum est, Oculi omnium in te sperant. Et rursum, Omnia a te expectant. Et, Aperis manum tuam, & imple omne animal bonitate. Quod si aduersus hanc nostram exposi tionem instabunt, quae illos ratio liberabit, quo minus euidenter in eandem recidant diffi cultatem. Etenim si dabunt has tres uoces, Ex ipso, per ipsum, & in ipsum omnia, non esse dictas de domino, omnino necessum est, ut proprie deo patri attribuantur. Atque hinc pa lam conciderit illorum observatio. Quandoquidem reperitur non solum, Ex quo, uerum etiam, Per quem, accomodari ad patrem. Quae uox posterior, si nihil declarat humile, quam tandem ob causam eam uelut inferioris dignitatis assignant filio? Quod si omnino decla rat ministerium, respondeat nobis, deus gloriae & pater Christi, cuius principis est minister? Igitur isti quidem ad hunc modum a seipsis undique subuertuntur, nobis autem utrinque quod firmum est seruabitur. Etenim si de filio euerimus dictum esse quod recitauimus, conperietur haec particula Ex quo, in filium competere. Quod si quis contendat prophetiae uerba ad deum patrem esse referenda, rursus concedet hanc uocem Per quem, deo patri congrueret: & uterque sermo parem uim obtinebit, eo quod pari ratione de deo usurpatur: itaque iuxta modum utrumque perspicuum erit has particulas parem inter se declarare dignitatem, quod de una eademque persona usurpatae sint. Sed ad id quod erat propositum reuertamur. Apo stolus scribens Ephesijs ita loquitur, Veritatem autem loquentes in charitate, augeamus in ipsum omnia, siue crescamus in ipsum per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum cor pus dum compingitur & connectitur, per omnem iunctionem subministrationis, secundum operationem in mensura uniuersiusque membri, incrementum corporis facit. Et rursum scribens Colossensibus, ad quos quod non haberent unigeniti notitiam dictum est, Qui tenet caput, hoc est Christum, ex quo totum corpus per iuncturas & connexiones submi nistratum, augeat augmento dei. Quod Christus caput est ecclesiae alio loco didicimus, Apostolo dicente, Et ipsum dedit caput super omnia ecclesiae. Et Ioanes, De cuius plenitu dine accepimus omnes. Et ipse dominus, De meo accipiet, & annunciat uobis. In summa, si quis studioso loca recenscat, perspiciet hanc particulam Ex quo, diuersis usurpari modis. Nam & dominus, Noui, inquit, uirtute ex me exisse. Similiter & de spiritu copluribus locis obserua uimus positum esse Ex quo. Qui enim, inquit, seminat in spiritu, e spiritu metet uitam aeternam. Item Ioannes, Ex hoc cognoscimus, quod in nobis est, e spiritu quem nobis donauit. Et an gelus, Quod enim in ea natum est, e spiritu sancto est. Et dominus, Quod natum est e spiritu, spiritus tuus est. Atque id quidem ad hunc habet modum. Iam uero demonstrandum est hanc uocem Per quem, pariter & de patre, & de filio, & de spiritu sancto in scripturis usurpari. Ac de filio sane superuacaneum fuerit adducere testimonia, uel quia per se notum est, uel quod hoc ipsum

Rom. 11
Esa. 40
Psal. 37
Psal. 23
Ioan. 3

Rom. 11

Psal. 124

Colos. 2

Eph. 1

Io. 1

Io. 16

Luc. 8

Matth. 1

Io. 3

ab aduersarijs probetur. His uero demonstrabimus hanc particulam Per quē, etiam de patre positam esse in scripturis. Fidelis, inquit, deus per quē uocati estis in cōsortium filij ipsius.

1. Cor. 1 Et, Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntate dei. Et rursus, Itaq; nō es iam seruus, sed filius; quod si filius, et hæres per deū. Item illud, Quemadmodum surrexit Christus à mortuis per gloriā patris. Et Esaias, Væ, inquit, qui profunde facitis consiliū, & non per dominum. Quin & de spiritu sancto multis testimonijs doceri potest, hanc uocē predicari. No bis autē, inquit, deus reuelauit per spiritū suū. Et alio loco, Egregiū depositum serua, per spiritum sanctū. Ac rursus, Alij quidem per spiritū datus est sermo sapientiae. Eadem uero & de syllaba In, dicere possumus, quod hanc de deo patre scriptura usurpat, uelut in ueteri testamento. In deo, inquit, faciemus uirtutē. Et, In te laus mea semper. Et rursus, In nomine tuo exultabo. Et apud Paulum, In deo, inquit, qui cōdidit omnia. Et, Paulus ac Syluanus & Timotheus ecclesiae Thessalonicensium in deo patre. Et, iam tandem prosperabor in uoluntate dei, ut ueniā ad uos. Et, Gloriarī, inquit, in deo. Aliaq; tam multa, ut difficile sit uel enumerare. At nobis non est propositū ostentare testimoniōrum multitudinem, sed redargutione docere, istorū obseruationē non recte habere. Siquidem hanc particulam In, de dño ac spiritu sancto usurpatā esse, tanq; per se notū, demonstrare super se debemus. Illud necessario dicendū est, quod prudenti auditori ea quæ prius digesta sunt, satis habent redargutionis ex ipsa pugnantia dictionū quæ adferunt. Nam si prolationis diuersitas arguit naturā diuersam, quemadmodū isti dicunt, nūc uoces eadē de singulis personis prædicatæ, uel pudore, cogent eos fateri essentiā in nullo discrepantē. Neq; enim solum quum de deo sit sermo, harū uocum usus uariat, uerum etiā ea quæ ab his significantur sapienter uero inueniuntur, quoties altera alterius recipit significationē: ueluti, Possedi hominē per deū: inquit Adam. idē dicens, quasi dixisset ex deo. Et alibi, Quæ præcepit Moses Israelī per mandatū domini. Et rursus, Nōne per deū horū manifestatio est? Ita Ioseph loquens de insonnijs quæ uiderat in carcere. Palam est, & hunc pro eo quod erat Ex deo, dixisse per deum. Et contra, hæc particula Ex quo, usurpatur pro Per quē: uelut quū ait Paulus, Factus ex muliere, pro eo quod erat, Per mulierē. Nam id nobis alibi perspicue distinxit, quum ait, foemina conuenire, è uiro natā esse, uiro autē per foeminā, in his quæ sic scribit: Quemadmodū mulier ex uiro, ita uir per mulierem. Quanquā hic Apostolus simul ostendens uariū harum uocum usum, simul obiter corrigens quorundam errorem, existimantium dñi corpus esse spirituale, ut ostenderet carnē in Christo diuinæ naturæ unitā, ex humano liquore concretā fuisse, maluit uti uerbo significatiore. Nam hæc dictiones, Per mulierem, transitoriū generationis intellectu erant significaturæ. At hæc, Ex muliere, sufficienter declarant cōmunionem naturæ genitæ cum ea quæ genuit: nō quod secū pugnet Apostolus, sed ostendit has uoces facile sibi uicissim cedere. Posteaq; igitur de quibuscunq; definitum est proprie dici, Per quē, in hos ipsos transferri, Ex quo, quam habet probabilitatem, ad pietatis calumniam ab hac cōmunionē dictiones inter se separare.

OBSISTIT IIS, QUI CONTENDUNT FILIUM NON ESSE cum patre, sed post patrem, ubi & de gloriæ æqualitate. Cap. VI



AT QUI nec ad ignorantia excusationē confugere possunt, quū tanto artificio tantaq; peruersitate nostra dicta excipiunt, qui nobis indignantur, quod gloriæ plenitudine unigenitū æquamus cum patre, quodq; spiritū sanctum à filio nō separamus, unde nos nouitatis architectos & nouos tractatores, ac uerborū adiuuatores, & quibus non probrosissimis nominibus appellant. Quorum conuitia tantum abest ut indigne ferā, ut ni nos ipsorū calamitas dolore, perpetuoq; cruciatu afficeret, propemodū dicerē me illorū maledictis habere gratiā, ut qui mihi conciliant beatitudinē. Beati enim, inquit, estis, quū probris uos impetierint homines, ac persecuti fuerint, & omne uerbū malum dixerint in uos mentientes, propter me. Porro de quibus nobis indignantur, huiusmodi sunt. Non est, inquit, cum patre filius, sed post patrem: unde cōsequitur, per filium, gloriā patri tribuendam esse, cum filio nequaquam: eo quod hæc uoces Cum filio, æqualitatē declarant honoris: Per filium uero, ministerium significant. Rursus nec spiritū, inquit, sanctū oportet cum patre & filio collocare, sed sub filio & patre, ut intelligatur non eiusdem ordinis cum illis, aut eiusdem numeri, sed subditus. Atq; huiusmodi de uerbis artificiosis argutationibus peruertunt fidei sinceritatē simplicitatem

Matth. 5

1. Cor. 1

PLICITATEMq;. Proinde quam ueniā assequuntur imperitiæ prætextu, qui ne alijs quidē imperitos se uideri patiuntur ob istam curiositatē: Nos uero primum illud ab istis petemus, de filio quid dicant, num sentiant illum tempore recentiorē, an ordine, an dignitate. Sed nullus adeo demens est, ut dicat conditorem seculorū, quoquā esse tempore posteriorem, quum nullū sit interuallū quod naturalem filij cum patre contiguitatē dirimat. At ne cogitatione quidem hominū possit quis filij dicere patre recentiorē, non ob id modo quod simul intelligantur iuxta naturā eorum quæ dicuntur ad aliquid, uerum etiā quod ea dicuntur priora, quæ longius absunt à præsentī tempore: ueluti quæ Noe tēporibus acta sunt, priora sunt ijs quæ narrantur de subuersis Sodomis, quod illa longius distita sint ab hoc tempore: & hæc illis posteriora, q; appareāt huic tēpori uiciniora. At eius uitæ quæ omne tēpus, & oīa secula superat, essentiā metiri distātia quæ intercessit ab initio quo cœpit esse usq; ad præsens tempus, an nō præter impietatē, omnē etiā dementiā superat: si quemadmodū res generatiōi corruptioniq; obnoxie, alijs atq; priores esse dicunt, eundē ad modū deus pater, collatus cū filio deo q; est ante secula, superat. Siquidē ut pater filio sit anterior, nemo queat animo speculari, eo quod dñi generationē nec ulla cogitatio neq; ulla notio antecedit. Ioānes pulchre duabus uocibus cogitationē intra præscriptos terminos recludit, cū ait: In principio erat uerbū. Hæc em̄ uox, Erat, nullū cogitationi præbet exitū: quemadmodū hæc, Principiū, nō dat transitū humanæ mētis imaginationi. Quātūuis em̄ cogitatio curras ad anteriora, nō excedis, erat. Et quātūuis insisteris uidere quæ sint ultra filij, non poteris tamen superare principiū. Itaq; piū iuxta hanc rationē, patre simul cum filio intelligere. Quod si imaginatur, quasi filius uelut in loco, patre sit humilior, ut in sublimi sedeat pater, dein filio humilior locus cōcessus sit: fateantur istud, & nos tacebimus, quod ipsa ex se oratio manifestā habet sui redargutionē. Siquidem nec in ratio cinādo sibi constant, quī nō cōcedunt patrē ad uniuersa pertingere, quū eorū qui sancti sunt, cogitatio credit deū implese uniuersa: neq; recordantur prophetæ dicentis: Si ascendero in cœlū, tu illic es: si descendero ad inferos, ades. hæc in quā non meminerūt, qui has uoces superne & inferne partiuntur inter patrē & filij. At ut nihil dicā ad redarguendā illorum imperitiā, qui rebus incorporeis locū attribuunt, quid erit quod excuset impietatē, qua tam imprudenter repugnant aduersanturq; scripturis: Quod genus est illud, Sede à dextris meis, & Consedit in dextra maiestatis dei. Neq; enim hæc uox Dextrū, significat locū inferiorem, quod isti prædicant, sed statū æqualitatis, eo quod dextrū hic nō accipiatur corporaliter: ad istum enim modum fortassis & sinistrū aliquid in deo possit esse: sed honorificis uerbis ac præsentia declarantibus, filij maiestati sermo nobis cōmendat, ut iam nō possint isti dicere, per hanc uocem inferiorē dignitatis gradū significari. Discāt igitur, quod Christus est dei uirtus, dei sapientia, dei imago inuisibilis, & splendor gloriæ, quodq; hunc pater signauit deus, seq; totū in eo expressit. Hæc igitur & his similia testimonia quæ per uniuersam scripturā reperiuntur, utrum dicemus humilitatis habere significationē, an ceu præconia quædā, unigeniti maiestati, & æqualem cum patre gloriā ebuccinari? Audiāt in super & ipsum dominū palam suā gloriā cum patre æqualem asserentem, quū ait, Qui uidit me, uidit & patrem. Ac rursus, Quū uenerit filius in gloria patris. Et, Ut honorificent filij, quemadmodum honorificant patrē. Item illud, Vidimus gloriā eius, gloriā tanquā unigeniti à patre, plenus gratiæ & ueritatis. Rursus, Unigenitus filius, qui est in sinu patris. Horum dum isti nihil cōsiderant, locū hostibus destinātū, attribuunt filio. Nam sinus patris, sedes est digna filio. Scabelli uero locus, ijs cōuenit, qui sunt inferioris existimatio nis. Nos igitur ad alia properantes obiter & in transcurso attigimus testimonia. Tibi uero per ocium licet, collectis undiq; probationibus, gloriæ sublimitatē, ac uirtutis eminentiā in filio perspicere: quanquā ne hæc quidem contemnenda sint grato dociliq; auditori, nisi quis carnaliter et abiectē intelligat has uoces, Dextrū, & Sinū, ut & loco circūscribat deū, singatq; figurā ac formā situmq; corporalem: quæ ab intelligentia dei, qui simplex est, qui immensus & incorporeus, longe semota sunt. Ut omittā, quod istorū hæc humilis cogitatio, pariter in patrē cadit atq; in filij, ut iam non dericiat filij dignitatē, sed adiungat blasphemiae crimen aduersus deum patrē quisquis talia differit. Quæcunq; enim ausus fuerit euomere in filij, necesse est ut eadem transferat & in patrē. Nam qui patri superiorem locum ad præsidendum tribuit, dicens filium humiliorē sedere loco, is quæcunq; corporeis

Psalm. 113

Psalm. 109

Heb. 1

10. 14

Matth. 13

10. 5

10. 1

Ibidem

accidunt, ea oīa habiturus est suum figmentū consequentia. Quod si ista imaginationes sunt uino delirantū, ac per phrenesim mente cōmotorū, qui potest esse pium, filiū qui natura, gloria, dignitateq; patri cōiunctus est, non simul cum patre adorari & glorificari ab his qui edocū sunt, eum qui non honorificat filiū, non honorificare patrē. Quid porro dicemus, quid iuste excusatiōis afferemus in cōmuni totiusq; creaturę formidabili iudicio, si posteaq; dñs aperte denunciavit se uenturū in gloria patris: & beatus Stephanus Iesum uidit stantē à dextris dei: & Paulus spiritu afflatus, testificatus est de Christo quod est in dextra dei & patris, q̄ dixit Sede à dextris meis: deniq; quū spiritus sanctus testimonium perhibeat, quod cōsederit ad dextrā maiestatis dei, nos throni cōsortē, & honoris eiusdē participē, ab aequalitate status, ad inferiorē deiciamus locū? Siquidē arbitror, stationem & cōfessum, naturā dei solidā & undiquaq; firmā significare: iuxta quem tropum & Baruch indicare uolens deū in mobilē & immutabilem semper esse, ait, Et tu sedes in aeternū & nos perimus in auiū. Dextrū uero locū significare dignitatis aequalitatem. An non igitur audax facinus est, filiū paternę glorię consortio priuare, ueluti qui mereat in loco minus honorato collocari. Sed aiunt hunc sermonē Cum ipso, omnino peregrinū esse, & inusitata: cōtrā, Per ipsum, tum sermoni scripturę familiaris imū esse, tum fratū usu tritū esse.

ADVERSUS EOS QUI DICUNT NON CONGRUENTER,
de filio dici Cum quo, sed Per quem. Cap. VII

QUID igitur nos ad ista, nimirū beatas esse aures quę non audierunt uos, & beata corda quę cōseruata sunt, ne à uestris sermonibus sauciarētur. Vobis porro qui Christū diligitis, dico, ecclesiā utrunq; harū uocum usum agnoscere, ne utrumq; rejicere, quasi alter alterū destruat. Quū enim in unigenito naturā maiestatem, ac dignitatis excellentiā contemplamur, tribuimus illi gloriā cum patre. Rursus quum consideramus, quæ bona in nos contulerit, aut quomodo nos ipsos ad patrē adduxerit, deoq; nos asseruerit, confitemur hoc beneficium per ipsum & in ipso, peractū esse in nobis; ut altera particula Cum quo, propria sit glorificantium; altera Per quē, sit propria gratias agentū. Quin & illud mentiuntur, hanc uocem Cum quo, ab usu priorū alienam esse. Quotquot enim morū constantia, antiquitatis maiestatem, nouis ornamentis prætulerunt, ac maiorū traditionem citra mutationem conseruauerunt, singulis tum regionibus, tum ciuitatibus hac uoce sunt usi. Cæterū qui cōsuetā fastidiunt, ac uetera tanquā obsoleta submouēt, hi sunt qui nouas uocū fictiones recipiunt: quemadmodum qui in cultu studiosi sunt ornatus, semper nouā formam præferunt cōmuni. Itaq; uideas & hodie à rusticantis hanc uocem more ueterū pronunciarī. Cæterū istorum uerba sunt ex noua sapientia inusta, ab ipsis qui in artificio pugnisq; uerborum detriti sunt. Proinde quod à maioribus nostris dictū est, & nos dicimus, gloriā esse cōmunem patri cum filio, quapropter & glorificationis hymnos patri simul cum filio offerimus. Quanquā hoc nobis non est satis, sic à patribus esse traditum, nam & illi scripturę sequuti sunt auctoritatem, ex testimonijs quæ paulo ante uobis è scriptura citauimus, sumpta origine. Siquidem illud uerbū, splendor cum gloriā intelligitur, & imago cum principali exemplari, & filius omnino cum patre, ut nec uerborum consequentia, neq; rerum natura admittat separationem.

QUOT MODIS INTELLIGATUR HAEC PARTICULA PER
quem, & in quo sensu congruentius dicitur. Cum quo: ubi simul exponitur, quo
modo mandatū accipit filius, & quomodo mittitur. Cap. VIII

TAQVE quū apostolus gratias agit deo per Iesum Christū, ac rursus quū ait sese per illum accepisse gratiā & apostolatū ad obedientiā fidei in omnibus gentibus, aut quū dicit nos accessum habere ad gratiā hanc in qua sumus & gloria mur, illius erga nos beneficentiam cōmendat: nunc quidem ut à patre bonorū gratiam in nos transfundentis, nunc rursus ut per seipsum conciliantis nos patri. Siquidem quum ait, Per quē accepimus gratiā & apostolatū: significat bonorū subministratiōnem ab illo proficisci. Rursus quum ait, Per quē accessum habemus, quod recepti sumus, ac familiaritatē cum deo consequuti: id per Christum esse procuratū declarat. Num igitur cōfessio gratiæ per Christum in nobis operantis, diminuit illius gloriā? An potius dictū uerius fuerit, enarrationem beneficiorū, decens esse argumentū glorificandi filium? Hanc ob causam comperimus scripturā non uno tantum uocabulo nobis significare dōminum

minū, nec his tantū quæ diuinitatē ac magnitudinē eius declarant; sed interdum uti uocibus naturā assumptā exprimentibus. Nouit enim nomen filij, quod est super omne nomen, & filium uerum dicere, & unigenitū dei, & uirtutē dei sapientiam, & uerbum. Rursus, ob multiplicē in nos beneficentiā, quam ob diuinitas bonitatis, iuxta uariā suam sapientiam egentibus præstat, alijs innumeris appellationibus eundē designat, dum aliquādo uocat illum pastore, alias regē, interim & medicum, deniq; sponsum, uīā, ostium, fontē, panem, securim, ac petrā. At ista non declarant naturā, sed quæadmodum modo dicebam, gratiæ ueritatē modis omnibus in nobis operātis, quā ex affectu quem gerit erga suū figmentū; ut cuiq; opus est impartit. Eos enim qui ad illius ditionē cōfugerunt, quicq; per malorū tolerantiā cōmunicandi facilitatē præsterunt, oues appellat: seq; talium pastore esse proficitur, qui uocē ipsius audiūt, nec attendunt doctriinis peregrinis. Oues enim meę, inquit, uocem meā audiunt. Rex autē uocatur eorū, qui iam transgressi sunt, legitimaq; castigatiōne opus habēt. Ostium dicitur, eo quod per rectitudinē præceptorū educit ad piās actiōnes, ac rursus tuto perducit in caulas, eos qui per fidē in ipsum ad cognitōnis bonū cōfugerint. Vnde, Per me, inquit, si quis introierit & ingrediet & egrediet ac pascua inueniet. Petra dicitur, eo quod ualidū sit & incōcussū, & quauis arce tutius propugnaculū ipsi fidentib. In his, hæc uox Per ipsum, aptissimū ac significantē usum habet, quoties ita profertur quasi dominus sit ostium, quasi pastor, quasi uīa. Cæterū tanq; deus, ac dei filius, cū patrē cōmunem habet glorificatiōnē. Quoniam in nomine Iesu omne genua flectitur, cœlestium, terrestriū, & infernorū, & omnis lingua cōfitebitur, quod dominus sit Iesus Christus in gloriā dei patris. Quas ob res ambabus uocibus usi sumus, altera propriā illius dignitatem, altera eius erga nos munificentiam prædicantes. Quum enim per illum sit omne præsidium animabus nostris, iuxta quancq; auxiliandi speciem, excogitata est peculiaris quædam appellatio. Veluti quum sibi animam incontaminatā non habentem maculam aut rugam, quasi puram uirginē adiungit, sponsum appellatur. Quum eam male fauctam uulneribus diaboli, grauiterq; laborantē è peccatis, suscipere dignatur, medicus uocatur. Vtrum igitur quod hinc modis nostris curam gerit cogitationes nostras eò deducet, ut humiliter de eo sentiamus, an potius è diuerso efficiet, ut seruatoris & potentiā & humanitatē erga nos admiremur, quod & cōpati nostris in firmitatibus sustinuit, & ad nostrā in firmitatē sese demittere. Neq; enim cœlesti ac terra, in mēlaq; maria, nec animātia, uel in aquis, uel in terris degentia, nec plantę, nec astra, nec aer, nec horæ, nec multiplex uniuersi ornatus, excellentiā potentiæ illius nobis perinde commendat, atq; quod deus incomprehensibilis, sic per carnē cum morte cōflicatus est, ut ipsa diuinitas nihil pateretur, quo nobis sua morte largiretur immortalitatē. Item quod ait Apostolus, In his omnibus superamus, per eum qui dilexit nos: nequaquā hac uoce humile quoddam ministeriū indicat, sed auxiliū potius, quod per imperiū suę potentię operatur in nobis. Siquidē ipsum alligauit fortem, diripuitq; uasa illius, uidelicet nos, quibus ad omnia mala opera fuerat abusus, fecitq; uasa utilia domino, apparatus ad omne opus bonū, ob promptitudinē illius quod erat in nobis. Hoc pacto accessum habemus ad patrē, quem ille nobis parauit, translati de potestate tenebrarum in sortem sanctorū in lumine. Ne igitur ob filij dispensationem, seruilem humilitatem, aut coactum obsequium imaginemur: sed intelligamus uoluntariā sollicitudinem, ex bonitate ac misericordia iuxta uoluntatē dei patris, erga suum figmentum operantem. Sic enim pietatem seruabimus, si & perfectam illi potentiam testimonio nostro tribuemus, & nequaquā in omnibus quæ perfecta sunt, filium à uoluntate paterna se parabimus. Quæadmodum igitur quoties dominus appellatur uīa, ad sublimiorē intelligentiā potius q̄ ad uulgarem, atq; è medio sumptā, animo ferimur. Audientes enim uīam, seriem & ordinem intelligimus per opera iustitię, perq; illuminationem scientiæ ducentem ad legitimū profectū, semper ad anteriora festinātes, & ad ea quæ restāt nosmetipsos extendentes, donec perueniamus ad beatū finem, quæ est dei cognitio, quā dominus per sese in ipsum credentib. largietur. Reuera enim bona est uīa, exorbitationis errorisq; ne scia, dominus noster Iesus ad patrem qui uere bonus est perducens. Nemo, inquit, uenit ad patrem nisi per me. Talis est noster ad deū reditus per filiū. Porro qualis sit patris erga nos per eundem bonorū suppeditatio, deinceps erit differendū. Omnis natura, tū in hac creatura uisibilis, tum in intelligibili, ad hoc ut cōsistat, dei cura egentis, cōditor: est sermo;

uidelicet unigenitus deus, quantum cuique opus est operum distribuens. Varia quidem & omnis generis auxilia, ob uarietatem eorum qui beneficio iuuantur, unicuique tamē congrue iuxta necessitatis modum, auxilia dimittitur. Eos qui in tenebris ignorantiae detinentur, illuminat; propterea lumen uerū dicitur. Iudicat, iuxta operum dignitatem remittens primum, ob id iudex iustus dicitur. Pater enim neminē iudicat, sed omne iudicium dedit filio. Erigit e ruina, qui ē sublimitate uitae ad peccatum delapsi sunt. Ob id uocatur resurrectio. Omnia autē facit, cōtra cui uirtutis, ac uoluntate bonitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quae nō sunt, ea facit ut sint, cōditā cōseruat. Hoc modo bona ex deo per filium ad nos perueniunt, maiore celeritate in singulis operantē, quā ullus sermo proferri ualeat. Neque enim fulgura, neque lucis per aerē tam uelox discursus est, nō oculos celeres ictus, nō ipsius intellectus nostri motus; sed horū quodcumque magis uiuincitur diuinā operationis celeritate, quā animantia quae sunt apud nos maxime segnia, nō dicā uolatiliū, neque uentorū, neque caelestium orbium impetu, sed ipsius mentis nostrae motu superant. Nam quo tandem temporis spatio egeat qui gubernat omnia uerbo ueritatis suae, quicquid nec corporaliter operat, neque manuum opera ad fabricandū opus habet, sed eorum quae fiunt naturā habet inuolabilī potētiae obsequentiē. Sicuti iudith, Cogitasti, inquit, & praesto sunt tibi omnia quae cogitasti. At tamē ne forte ex magnitudine eorum quae fiunt, rapiamur in imaginationē, ut putemus dominū nullā habere originē, quid ait is, qui per se uita est? Ego uiuo propter patrem. Et, dei uirtus, Non potest, inquit, filius a se facere quicquid. Rursus, is qui ex se perfecta est sapientia, Mandatum, inquit, accepi, quid dicā, & quid loquar: per haec omnia ducēs nos ad patris cognitionem, & admirationē, eorum quae gerebat, ad illum referens, ut per ipsum cognoscamus patrem. Neque enim ex operum differentia pater intelligitur propriā ac separatā a filio operationem ostendere; quaecumque enim uiderit patrem facientem, haec & filius similiter facit: sed ex gloria quā unigenitus defert patri, miraculum operum colligitur, dum praeter operum magnitudinem, de ipso etiā autore operum gloriatur, & exaltatur ab ijs qui agnoscūt eum patrem domini nostri Iesu Christi, per quem omnia, & propter quem omnia. Ideo dicit dominus, Omnia mea tua sunt, tanquā ad ipsum origo rerum cōditatur referenda sit; & tua mea, quod ipsi a patre condendi autoritas prouenit, non quod pater ad operandum filij auxilio sit usus, neque quod ipsi particularibus mandatis uniuersalium operis ministerium commissum sit: nam istud quidem seruile est, & a diuina dignitate immēso semotū interuallo; sed quod uerbum plenum paternis bonis a patre resplendens, omnia facit ad similitudinē eius qui ipsum genuit. Nam si iuxta essentia nihil differt a patre, nec potentia a patre differt. Porro quorum aequalis est potentia, horū aequalis est & operatio. Christus siquidem dei uirtus est, & dei sapientia. Et sic omnia per ipsum facta sunt, omniaque per ipsum condita sunt, non quod instrumentali quodam ac seruili ministerio fungatur, sed quod tanquam conditor paternam implet uoluntatem. Itaque quum ait, Ego ex me ipso loquutus non sum. Et rursus, Sicut precepit mihi pater, ita loquor. Et, Sermo quem auditis non est meus, sed eius qui misit me. Et alibi, Et quemadmodum mandauit mihi pater, sic facio, Non quod caruerit libero proposito, ac uoluntatis impetu, neque quod ex signis ab imperante datis occasio nem expectarit, ideo talibus utitur uerbis: sed ut declaret suam mentē per naturae unitatē, & indiuisum consensum, cum patre coniunctā esse. Proinde quod dicitur, mandatum, ne sermonē imperiosum per uocalia organa prolatum intelligamus, filio uelut obediēti prescribentē, quid facere debeat, sed iuxta sensum deo dignum intelligamus, uoluntatis traditionem, instar formae cuiuspiam in speculo relucētis, a patre in filium sine tempore demanantem. Pater enim diligit filium, & omnia ostendit illi. Itaque quaecumque habet pater, filij sunt, nō quod haec illi paulatim accrescant, sed adsint semel uniuersa. Non enim inter homines, qui artem perdidicē, ac diutina exercitatione firmum artis in animo fixumque habitum gerens, ilico potest iuxta scientiae rationes quas in mente tenet per se operari. At dei sapientia, uidelicet architectus uniuersae creaturae, semper perfectus, & citra doctorem sapiens, dei uirtus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae occulti, non eget particulari praescripto, quod ipsi modum ac mensuram operationis praefiniat. Scilicet tu quidem etiam paedagogeum aperies in uanitate cogitationum tuarum, & hunc quidem facies praesidentē loco doctorem, illum uero astantē cum discipulis imperitia: dein paulatim additis praecipionibus discentē sapientiam, donec promoueatur usque ad perfectionē. At ex hoc, si modo non ueris

ueris consequentiam quae est in dictis obseruare, inuenies filium semper discere, nec unquam ad finē peruenire posse, eo quod infinita sit patris sapientia, nec infinita rei finis possit apprehendi. Itaque qui nō cōcesserit, filium ab initio habere omnia, nunquam cōcessurus est illum ad perfectionem perueniturū. Sed pudet istius humilis cogitationis, in quam ē sermonis tenore paulatim deuictus sum. Igitur ad sublimitatē uerbi reuertamur. Qui uidit me, uidit & patrem: nō figuram, nō formam, pura enim est ab omni cōpositione diuina natura: sed uidet bonitatē uoluntatis, quae simul cum essentia currit, similis illi atque aequalis: quō, ut melius dicam, eadem in patre quae in filio intelligitur. Quid igitur sibi uult illud, Factus obediens usque ad mortē: id est illud, Pro nobis omnibus tradidit seipsum? Quoniam hoc a patre habuit, ut iuxta suam bonitatē operaretur pro hominibus. Tu uero & illa audito: Christus nos exemit de maledicto legis. Item, Quum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Diligenter autē obserua uerba domini, quod quum nos de patre erudiret, nouit authenticis & herilibus uti uocibus, Volo, mundare. Et, Tacet, obmutescet. Et, Ego autem dico uobis. Et illud, Mutum & surdum daemoniū ego tibi praecipio: & si qua sunt huius generis alia. Ut ex his quidem dominū & conditorē nostrū cognosceremus, per illa uero patrem domini & cōditoris nostri disceremus. Ita sermo undiquaque uerax demonstrat patrem creatorem filium, ut nec patris imperfecta sit creatio, nec eneruis filij operatio, sed duorum ueritatem eandemque uoluntatē declarat. Itaque haec uox per quem confessionē habet causae principalis, non autem sumitur ad proloquium causae efficientis.

DEFINITIVAE SENTENTIAE DE SPIRITV DOCTRINAE
scripturarū cōgruentes, & quod spūs est dominus. Cap. IX.

AM uero etiā de spiritu sancto cōmunes nostrae sententiae cuiusmodi sunt expeditas, tum eas quae nobis de illo ē scripturis collectae sunt, tum eas quas patrum traditione sine scripto accepimus. Primum igitur qui auduit appellationes spūs, erigit animo, & ad supremā naturā cogitationē attollit. Nā spūs dei dictus est, & spūs ueritatis, qui ex patre procedit. Spūs rectus, principalis. Spūs sanctus, quae postrema propria est illius ac peculiaris appellatio. Quod sane nomē omnium maxime declarat id quod est incorporeū, & ab omni materia purū, atque incompositū declarat. Quapropter & dicitur, ut animū qui putat deum in loco adorandū, doceat, eum incōprehensibilem & incorporeū esse: spūs, inquit, est. Proinde fieri nō potest, ut qui audit spūs naturā loco circumscriptā, aut mutationibus & alterationibus obnoxia, aut omnino creaturam similem imaginatione imprimat mētē suā: sed ad id quod summū est cogitatione proficiscēs, intelligibilem substantiā cogitet necesse est, uirtute infinitā, magnitudine incircumscripā, nec temporū nec seculorū dimensionē recipientē, nemini bona quae habet ipsa inuidētē: ad quā omnia cōuertuntur quae egent sanctificatione, quam omnia appetunt iuxta uirtutē uiuentia, cuius afflatu uelut irrigantur & adiuuātur, ut perueniāt ad propriū suum naturalemque finem: sic perficientē cetera, ut ipse in nullo deficiat: nō aliunde parta uita uiuentē, sed qui sit ipse uitae largitor, nec accessionibus augetur, sed plenus, rectus, in seipso collocatus, qui nusquam nō adest: sanctificationis parentē: lucē intelligibilem, uniuersae potentiae rationali, ad ueritatis inuestigationē, uelut illustrationē quandam ex se praebentē: natura inaccessum, sed qui capi possit ob benignitatē: omnia quidem implentē uirtute, sed solis ijs qui digni sunt cōmunicabilem, quibus se nō eadem impertit mēsurā, sed iuxta portionē fidei dispertitur uim suā. Simpliciter iuxta essentia, sed potentis uariū: qui singulis totus adest, & totus ubique est: qui sic diuiditur, ut nihil ipse patiat, cuius sic omnes participes sunt, ut ipse maneat integer, radij solaris in morē, cuius beneficiū sic adest ei qui fruitur, quasi soli adest, qui & terrā illustret & mare, & aeri misceatur: itidē & spūs sanctus, unicuique capacium quū adlit quasi sol; omnibus sufficientē & integrā gratiā infundit, quo fruuntur quaecumque de illo participant, nō quantum ipsa sua natura possunt capere, sed quantum potest ille. Porro cōsortiū cum spiritu nō cōstat loci propinquitate: nam qui fiat, ut ad incorporeū corporaliter accedas: sed a cupiditate recessu, quae post accesserūt animae propter amicitia erga carnē, & a dei cōsortio alienarūt. Itaque purgata a probro quod eam per maliciā cōtaminarat, & ad natūā pulchritudinē reuerfa, ac uelut imagine regia ueterē formā puritate reddēs hoc uno demū modo potest ad paracletū appropinquare: ille porro, uelut sol, purū nactus oculū ostendet tibi in seipso imaginē illius qui uideri nō potest. In beata autē huius imaginis contemplatione, uidebis

debis ineffabilem archetypi pulchritudinē: per hunc corda sustolluntur in altū, manu ducuntur infirmi, proficientes perficiuntur. Hic eis qui à tumultu cupiditatis purgati sunt illuc celsens, per cōmunionem quā cum ipso habent, spirituales reddit. Et quēadmodum corpora illustrata per lucidatq; cōtacta radio solis, fiunt & ipsa supra modū splendida, & alium fulgorē ex se profundūt: sic & animā spiritu afflata, ac spiritu illustrata, fiunt & ipse spirituales, & in alios gratiā emittūt. Hinc futurorū præscentia, arcanorū intelligētia, occultorū cōprehensio, donorū distributiones, cōlestis cōuersatio, cū angelis chorea: hinc gaudium nunq; finendū, hinc in deo perseverātia, hinc similitudo cū deo, & quo nihil sublimius expeti potest, hinc est ut deus fias. Cōmunes igitur nostrae sententiā de sancto spiritu, quas de magnitudine dignitateq; illius, deq; operationib; ab ipsis spūs eloquijs sentire didicimus, ut ē multis paucas attulerimus, sic habēt. Nunc ad cōtradicendū cupidōs ueniendū est, conabimurq; illorū obiectiones refellere, quas ē falsi nominis sciētia nobis proponūt.

ADVERSUS EOS QVI DICVNT NON OPORTERE

patri & filio adiungere spiritum sanctum. Cap. x

NON oportet, inquiunt, patri & filio adiungere spiritū sanctū, partim eo quod sit alienae naturae, partim quod dignitate sit inferior. Quibus equum est, ut apostolorū uerbis respondeamus: Deo oportet obedire magis quam hominibus. Nam si dominus aperte in tradendo salutifero baptisinate praecepit discipulis, ut baptizarent omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti: haud dedignatus cum illo consortiū; contra isti dicunt, non oportere spiritū patri filioq; cōiungere: an non dei praecepto palam aduersantur? Etenim si dicant huiusmodi coniunctionē non declarare ullam cōmunionem, aut consortium, proferant, quid igitur hoc existimandum est, aut quam aliam adferunt magis peculiarē consortij rationem. Alioqui si dominus sibi & patri nō adunxit spiritum in baptisimo, ne nobis uitio uertant quod eos cōiungimus. Nihil em̄ nos ab illo prescripto diuersum neq; sentimus neq; loquimur. Quod si illic cōiunctus est patri & filio spiritus, nec quisquam est adeo impudēs, ut quicquam aliud dicat, nec sic quidem nos in ius uocēt, si scripturas sequimur. Sed apparatus belli aduersum nos instructus est, omnisq; cogitatio in acie cōstitit, & lingue maledicorū hic multo uehementius inculatur, q̄ Iudaei, qui Christū occiderant, olim lapidibus impetierūt Stephanū. Verum illic ne lateat istos, nos quidem esse belli occasionem, ceterum negocium reuera ad excelsum spectare. Itaq; in nos quidem machinas & insidias instruit, sedq; mutuo exhortantur ad ferendas suppetias, ut quisq; peritia aut robore ualeat: ceterum id quod oppugnatur, si des est, isq; scopus cōmunis est omnibus, ut soliditate fidei in Christū labefactent, apostolicā traditionē solo equata abolendo. Eapropter sicuti solent eris alieni debitores qui sanē cordati sunt, probationes ē scriptura clamore exigunt; patrū testimonia, quae scripto prodita sunt, ueluti nullius momenti rejiciunt. At nō deseremus ueritatē, neq; per ignauitā ab illi ferendis auxilijs desistemus. Etenim si dominus nobis ut necessariū ac salutare dogma tradidit, spiritū cum patre coniungendum esse, his autem secus uidetur, sed diuidere ac distrahere uolunt spiritū, & ad seruilem naturā detrudere, an nō uerum est, apud illos blasphemiam ipsorum plus habere ponderis, quā domini praescriptum? Agedum igitur omni contentione deposita, ita denū de his quae sunt in manibus cōsideremus. Christiani unde nos? Utiq; per fidem, dicet quislibet. Seruamur autē, quo modo? Nimirū regenerati per gratiā quae confertur in baptisimo. Nam unde alioqui? Et postea quomodo sciamus hanc salutē per patrem & filium & spiritū sanctum certo promitti, num doctrinae formam q̄ accepimus abijciemus? Id profecto multis dignum suspirijs fuerit, si comperiamur nunc longius abesse à salute nostra, quā tum quom credidimus. Etenim si quod tunc recepimus, nunc abnegamus, non minus damni fuerit, q̄ si quis expers baptismatis decedat; aut si in uno quopā eorū quae à Christo tradita sunt deficiens, baptismū accipiat: & professio ne quam in prima institutione deposuimus, quom liberati à simulacris accessimus ad deum uiuū, qui nos in omni tempore, perq; uitam omnem sua ui conseruat, tanquam tura custodia cinctus, seipsum alienū reddat à promissis dei, suo ipsius chirographo repugnās, quod in professione fidei deposuit. Nam si uitae inritū est baptismus, sicq; dierum omnium primus est dies regenerationis, perspicuum est & uocem illam omnium preciosissimam esse mihi, quae in adoptionis gratia prolata est. Itane traditionem quae me perduxit ad lucem

lucem ac dei cognitionē largita est, per quam factus sum filius dei, qui paulo ante propter peccatū eram hostis, deseram seductus istorum probabilibus sermonibus? Quin potius illud mihi precor, ut cū hac professione contingat hinc decedere ad dominum. Et ipsos horror, ut inuolatam seruēt fidem usq; ad diem Christi, & indiuisum à patre & filio custodiant spiritum sanctum, quam doctrinam in baptisinate receperunt, & in professione fidei atq; in persoluitione plenae gloriae perseuerent.

PRAEVARICATORES, QVI NEGANT

spiritum. Cap. XI.



VIUA: Cui afflictio & cui angustia ac tenebrae & cui sempiterna cōdemnatio? Nōne praearicatoribus? Nōne ijs qui fidem abnegatūt? Sed unde probantur abnegasse? Nōne hinc, quod suam ipsi professionē irritam fecerūt? Quid autē professi sunt, aut quando? Professi sunt se credere in patrem & filium & spiritū sanctū, quom renūciātes diabolo & angelis eius salutiferam illam uocē aciderūt. Quod igitur istis dignū uocabulum repertū est à filijs lucis? Nōne perfuga ac praearicatores appellātur ut qui sua salutifera pacta uiolarint. Quo igitur nomine uocem eum qui deū abnegauit, eum qui Christum abnegauit? Quoniam alio, q̄ praearicatoris ac desertoris? At ei qui negauit spiritū, quod me uis nomen imponere? Nōne hoc idem? quippe qui pactum cū deo inritum uiolarit? Ergo quom professio fidei in deum, pietatis beatitudinē nobis cōciliat; contra abnegatio, crimini abnegati dei faciat obnoxios, an non horrendum est hanc professionē nunc irritam facere, non ignem, non gladium, non crucem, non flagella, non rotam, non tormenta metuentes, sed solis sophismatibus seductionibusq; istorū qui spiritui rebelles sunt, impulsos? Testificor omni homini, Christum profitenti, sed & eum negāt, quod Christus nihil illi proderit, nec ei qui deum quidē inuocat, sed Christū spernit, quod inanis est fides illius. Similiter ei qui spiritū negat, testificor quod fides eius qua profitetur patrē & filium, inanis erit, quā nec habere potest, nisi simul adsit spiritus. Nō enim credit in filium, qui nō credit spiritui sancto; nō credit in patrē, qui nō credit filio. Nec em̄ potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, Et, Deum nemo uidit unquā, sed unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse nobis enarrauit. Insuper talis expers est uerae adorationis. Neq; enim fieri potest, ut quis filium adoret nisi in spiritu sancto, aut ut patrem inuocet, nisi in adoptionis spiritu.

ADVERSUS EOS QVI DICVNT, SVEFIA

cere baptisima tantū in nomine filij. Cap. XII.



NEMINE uero debet offendere illud Apostoli, quod nomē patris, & spiritus sancti mentionē, in baptismatis cōmemoratione frequenter omittit; neq; ideo putet harū uocū usum esse indifferentē. Quicumq; inquit, in Christū baptizati estis, Christum induistis. Quicumq; in Christo baptizati estis, in morte illius baptizati estis. Si quidem Christi appellatio, totius deitatis est professio: quippe quae simul declarat & deum qui unxit, & filium qui unctus est, & spiritū sanctum qui est unctio: quēadmodum à Petro in Actis didicimus, Iesum Nazarenū, quē unxit deus spiritu sancto. Itē in Esaia, Spiritus domini super me, eo quod unxit me. Et psalmicus ille cantor, Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis, ultra participes tuos. Videtur attamē interdum & spiritus tantū in baptismate fecisse mentionē Apostolus, Omnes em̄, inquit, in uno corpore, & in uno spiritu baptizati sumus: His & illud conso, nat, Vos baptizabimini in spiritu sancto. Rursum, Et ipse uos baptizabit in spiritu sancto. At nō ideo quis dixerit perfectū esse baptismū, in quo solum spūs nomē inuocātū est. Oportet enim inuolabile manere traditionē, quae in uiuifica gratia data est: eo quod qui liberauit de corruptione uitam nostrā, potestātē nobis renouationis dedit: quae potestas causam habet ineffabilem, & in mysterio reconditā, sed magnam animabus salutem conferentem, ut quicq; addere aut detrudere, planē sit ab aeterna uita excidere. Proinde, si in baptismō separare spiritū à patre & filio, ut periculosum est baptizanti, ita baptismū accipienti inutile, quomodo nobis tutum fuerit, à patre & filio distrahere spiritū? Fides, ac baptismū, duo sunt modi parādā salutis, inter se cognati, & inseparabiles. Nam fides perficitur per baptismū, baptismus uero fundamētō fidei nitit, & utraq; res per has uoces impletur. Sicut enim credimus in patrē & filium & spiritum sanctum, sic & baptizamur in no-

mine patris & filij & spiritus sancti. Ac precedit quidem professio ad salutem perducens, sequitur autem baptisma, consignans pactum nostrum.

QUARE APVD PAVLVM, ANGELI SIMVL CVM patre & filio adiunguntur. Cap. XIII.

Alia, inquit, quæ simul patri & filio annumerantur, non ideo per omnia simul cum illis glorificantur. Veluti quum apostolus obtestans Timotheum angelos simul adducit, dicens. Obtestor te in conspectu dei, & Christi Iesu, & electorum eius angelorum: quos tamen non separamus à reliquis creaturis, neque sustinemus eos patri & filio annumerare. Ego uero tamen hic sermo nulla dignus est confutatione, tam manifestâ præferens absurditatē: tamē illud dico, quod conseruū etiam testem aliquis adducere possit apud mansuetū ac placabilem iudicē, quicquid maxime per æquitatē erga reos iuste iudicandū irrefutabilem rectitudinē declararit. Ceterum ut aliquis fiat liber à seruo, atque uocetur filius dei, & à morte reuocetur ad uitam, à nullo alio potest dari, nisi ab eo qui cum deo naturalem habet societate, & à seruili cōditione sit alienus. Quomodo autē sociabit nos deo, qui ipse est alienus? Quomodo liberos reddet nos, qui ipse est iugo seruitutis obnoxius? Itaque non ob eadem sit spiritus & angelorū mentio, sed spiritus cōmemoratur tanquā autor ac dominus uitæ, angeli uero tanquā conseruorū adiutores, fidelesque ueritatis testes adhibentur. Siquidē mos est sanctis, dei præcepta testibus adhibitis tradere. Sicut hic ipse Timotheo loquens in hunc modum, Quæ accepisti à me coram multis testibus, ea deponere apud fideles homines. Et nunc angelos attestatur, sciens quod angeli pariter adfuturi sunt iudicē, quū uenerit in gloria patris, ut iudicet orbem terrarū in iustitia. Quisquis enim, inquit, confitebitur me coram hominibus, & filius hominis confitebitur eum coram angelis eius. Qui uero abnegauerit me coram hominibus, abnegabitur in conspectu angelorū dei. Et Paulus alibi dicit, in reuelatione domini Iesu de cœlis, cū angelis. Hanc ob causam cōtestatur angelos, firmas sibi præparas probationes ad magnū illud tribunal. Neque hic modo, uerū etiā simpliciter omnes, quibus aliquod uerbi ministerium commissum est, nullo unquam tempore cessant testari: non angelos tantum, uerum etiam cœlum & terram in clamant, ut intra quorū ambitum omnia gerantur, quicquid in examinatione in hac uita gestorū sint simul cum iudicandis futuri. Aduocauit, inquit, cœlum sursum, & terrā ad iudicandum populum suum. Vnde & Moses traditurus populo eloquia dei, Testor, inquit, hodie cœlum & terram. Et rursus in Cantico, Attende cœlum & loquar, & audiat terra uerba ex ore meo. Itē Esaias, Audi cœlū, & auribus percipe terra. Hieremias autem etiam admirationē ac stuporem cœlo tribuit, ob audita impia populi facta: Obstupuit cœlum super hoc, & exhorruit amplius terra uehementer, dicit dominus, quoniam duo mala fecit populus meus. Apostolus itaque sciens angelos hominibus datos ceu pedagogos quospiam ac morū gubernatores, uocauit illos in testimonium. At Iesus Naue etiam lapidem testem sermonū statuit. Iam uero & collis alibi testis appellatur à Iacob, Erit, inquit, lapis hic hodie in testimonium uobis in extremis diebus, quū mēti fueritis domino uestro: fortasse credens uirtute diuina & lapides uocem emissuros in redargutionē transgressorū. Sin minus, certe illud fore, ut omnium conscientia stimulo recordationis percussa uulneretur. Ad hunc igitur modum, in quibus commissa fuit animarum gubernatio, testes quicunque quandoque fuerint præparant, ut in posterū citari possint. Sed spiritus non ad usum occasionis, sed per naturæ communionem deo coniunctus est, haud ille quidem pertractus à nobis, sed à domino adiunctus.

OBIECTIO, QVOD IN MOSEN NONNULLI BAPTIZATI sunt, & in illum crediderunt, & huius dilutio, in quibus & de typis. Cap. XIII.

Verum, inquit, tamen baptizatur in spiritu, non inde par est ut spiritus deo copuletur, quando in Mosem nonnulli baptizati sunt & in nube & in mari. Similiter in confesso est & fidē tum temporis in homines peruenisse. Credidit enim populus deo, & Mosi famulo eius. Quid igitur, inquit, ex fide ac baptismo spiritū sanctum usque adeo attollis ac magnificas supra reliquā creaturam, quum eadem iam & in hominibus fuisse scripturarum testimonijs demonstratum sit? Quid dicemus? Nimirum illud, quod in spiritum quidem sanctum, ut creditur, æque

mus, æque atque in patrem & filium, similiter & baptizatur. Fides autē que erat in Mosem, & in nube, uelut umbra fuit, & figura. Neque uero quoniam diuina rebus humilibus & humanis præfigurata sunt, protinus & diuinorū humilis est natura, quam figurarum adumbratio frequenter innuit. Est enim figura rerum expectandarum declaratio, per imitationem ob oculos ponens, ac recte præmonstrans quod futurū est. Velut Adam figura erat futuri, & Christus figurate dicitur lapis, & aqua promanans à petra figura erat uitæ uicæ potentia uerbi. Si quis, inquit, sitit, ueniat ad me, & bibat. Et manna typus erat uitæ panis, qui de cœlo descendit. Et serpens pro signo positus, typus erat salutiferæ passionis per crucem consummata, eoque qui respexerunt ad illum seruati sunt. Similiter & quæ de eductis Israelitis scribuntur, ad significationem eorū qui baptismo salui sunt, narrata sunt. Seruabantur enim Israelitarū primogenita, quemadmodum & baptizatorū corpora, quum gratia datur ijs qui sanguine signati fuerint. Sanguis enim pecudis, figura est sanguinis Christi. Primogenita uero typus est hominis, qui primus conditus est: qui quoniam necessarius in nobis est, dum perpetuo tenore successionis usque ad finem propagatur, ideo in Adam omnes morimur, & regnauit mors ab Adam usque ad legis consummationē, & Christi aduentū. Porro primogenita à deo præterita sunt, ne ea tangeret angelus extinctior, ut ostenderetur, nos iam non amplius mori in Adam, qui in Christo uiuificati sumus. Ceterū mare & nebula ad præsens quidem tempus, induxit ad fidem admirationis, ad futurum autē, tanquam typus uenturæ gratiam præsignauit. Quis sapiens & intelliget hæc? Quomodo mare baptismi typum gerens, separat à Pharaone, sic & lauacrum hoc à diabolica tyranni de. Illud quidem occidit hostem in se, moritur & hic inimicitia quæ nobis fuit cum deo. Ab illo populus exiit illæsus. Ascendimus & nos ab aquis tanquā ex mortuis uiuimus, seruati per gratiam eius qui uocauit nos. At umbra quam fecit nubes, figura est doni proficiscens à spiritu sancto, quæ flammā cupiditatum mortificando, membra nos refrigerat. Quid igitur? num quia per figuram in Moese baptizati sumus, ideo protinus exigua est gratia baptismatis? Ad istam rationem nec aliud quicquid in nostris sacramentis fuerit magnum, si quod in singulis magnificum est, cum figuris conferamus. Ac ne dei quidem erga homines charitas quicquam erit magni aut eximij, qui filium unigenitū dedit pro peccatis nostris, quando quidem & Abraham filio suo non pepercit. Nec Christi mors erit gloriosa, quod aries loco Isaac uicimæ figuram expleuit. Neque descensus ad inferos erit horribilis, quod Ionas tribus diebus ac totidem noctibus mortis figuram prius expleuit. Idem ergo facit & de baptismo, qui ueritatem umbræ comparans, cum figuris conferens ea quæ figuris significatur, uniuersam pariter euangelicam dispensationem eleuare aggreditur. Nam quæ peccatorū remissio, quæ uitæ renouatio in mari, quod donū spirituale datum est per Mosem? Quæ illic peccati mortificatio? Non illi Christo cōmortui sunt, eoque nec cum illo resuscitati sunt. Non portabant imaginem illius cœlestis, non mortificationē in corpore circumferebant, non exuerant ueterem hominem cum factis suis, non induerant nouū, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem illius qui condidit. Quid igitur confers lauacra cum lauacris, quæ solam nominis appellationē habent cōmunem, rerum uero tanta est differentia, quanta est inter somnia & ueritatem, inter umbras imaginesque, & inter ea quæ reuera sunt. Quamquam & ipsa fides in Mosem non modo declarat, fidem quæ in spiritu parua esse dignitatis, sed iuxta istorū ratiocinationē, omnia potius quæ de deo profitemur extenuat. Credidit, inquit, populus deo, & Mosi famulo eius. Deo itaque copulatus est Moyses, non spiritus: eratque typus, non spiritus, sed Christi. Tum enim is qui medius intercedit inter deum & homines, per Mosem præsignabatur in ministerio legis. Neque enim spiritus figura fuit Moyses, qui inter deum & populū intercessit. Data est enim lex, disposita per angelos, in manu sequestris, uidelicet Mosi, iuxta prouocationem populi dicentis: Loquere tu nobis, & non loquatur nobis deus. Itaque fides quæ erat in Mosem, ad dominū refertur, qui sequestrer est inter deū & homines, qui dixit: Si crederetis Mosi, crederetis utique & mihi. An ideo parui momenti est, fides in dñm, quæ per Mosem præsignata est? Non opinor. Consimili ratione si quis in Moese baptizatus est, nequaquam ob id est exigua spiritus gratia in baptismo. Quamquam & alioqui possum dicere, consuetudinē esse scripturæ, Mosi nomine etiā significare legem, uelut illic, Habent Mosem & prophetas. Itaque

de legali baptisate loquens, Baptizati sunt, inquit, in Mose. Quir igitur gloriam nostram spei, ac diuitias dei, & seruatoris nostri, qui gratis per regenerationem renouat uelut aqua iuuentutem nostram, contemptibilem reddere conamini, ex umbris & figuris ueritatem calumnias: Profecto stulti, ac omnino infantilis animi est, puerique cui reuera laetitia est opus ignorare magnam illud mysterium nostrae salutis: quod quemadmodum doctores facere solent in instituendis discipulis, ita nos in exercitatione pietatis dum ad perfectionem inducimur, primum perceptu facilioribus, ac nostro modulo congruentibus ad incomprehensibilem scientiam paulatim introducti fuimus, deo qui nostra gubernat, oculos nostros uelut in tenebris enutritos, paulatim ad magnam illud lumen assuefaciendo subuehente. Dum enim parcat infirmitati nostrae in profunda opulencia sapientiae suae, inque imperferutabilibus iudicijs, placidam hanc nobis accommodam adhibuit institutionem, ut prius corporum umbras intueremur, & in aquis solem cerneremus, consuefaciens, ne protinus spectaculo purae lucis offensi, caligaremus. Ad consimilem rationem tum lex umbram habens futurorum, tum per prophetas facta delinatio, quae est ueritatis aenigma, exercitamenta excogitata sunt, quibus oculi cordis nostri prepararentur, ut ab his facilis nobis transitus esset ad reconditam in mysterio sapientiam. Itaque de figuris quidem haecenus. Neque enim licet huic loco diutius immorari. Alioqui quod obiter incidit, longe maius fieret argumento principalis. Quorsum igitur attinet his aliquid addere, in quibus abunde multae sunt obiectionum dissolutiones.

Alius deus

CONFUTATIO EORVM QUI OBJICIUNT, QVOD IN aqua baptizati sumus, in quo & baptisimi declaratio. Cap. xv



ITIAM in aqua baptizamur, at nequaquam ob id aquam uniuersae creaturae praefertimus, aut ei patris filijque honorem comunicamus. Atque illorum quidem uerba talia sunt, qualia essent hominum ira commotorum, qui ob rationem affectu obsecuratam, a nullo temperant, quod ad ulciscendum eum a quo offensi sunt, faciunt. Nos tamen haud grauabimur etiam de his disserere. Aut enim ignorantes docebimus, aut perperam obstitentibus non concedemus. Sed re paulo altius repetita dicemus: De ac seruatoris nostri circa hominem dispensatio, reuocatio est a prolapsu, reditusque ad dei contubernium ab alienatione quam induxit inobedientia. Hanc ob causam fuit aduentus Christi in carne, euangelicae conuersationis prodita forma, afflictiones, crux, sepultura, resurrectio, ut homo qui saluus fit per imitationem Christi, ueterem illam adoptionem qua in ius filiorum ascitus fuerat, recipiat. Itaque necessarium est ad uitae perfectionem Christum imitari, non solum exemplis, quae in uita demonstrauit, lenitatis, modestiae, ac patientiae, uerum etiam mortis illius, sicut Paulus ait, Christi imitator: conformor mortis eius, si quo modo perueniam ad resurrectionem e mortuis. Quomodo igitur fit, ut simus

Rom. 6

in similitudine mortis eius: Consepulti cum illo per baptisma. Quis igitur est modus sepulturae, aut quis ex imitatione fructus? Primum oportet uitae prioris seriem interrompere. Id autem nemo potest facere, nisi natus desuper, iuxta domini uocem. Si quidem regeneratio, quod ipsum etiam nomen declarat, alterius uitae initium est. Unde eum qui alteram uitam incepturus est, oportet superiori uitae finem imponere. Quemadmodum enim in his qui posteaquam ad studij finem peruenerunt, sese reflectunt, & priusquam in contrarium moueantur, consistunt paulisper, ac requiem aliquam interponunt: sic & in mutatione uitae uidebatur necessarium, ut mors inter priorem & posteriorem uitam intercederet, quae & praecedentem finiat, & initium det sequuturae. Quomodo igitur assequimur descensum ad inferos? Christi sepulturam imitantes per baptismum. Eorum enim qui baptizantur corpora, quodammodo aquis insepeliuntur. Proinde de positione operum carnis figurate significat baptismus,

Colos. 2

iuxta Apostolum dicentem: Circumcisi estis circumcissione non facta manu, per expoliationem corporis carnis, in circumcissione Christi, sepulti cum illo in baptismo, qui quodam modo repurgat animam, a carnalis affectus immundicia ipsi adnata, iuxta id quod scriptum est, Lauabis me & super niuem dealbabor. Eoque non Iudeorum more in quibuslibet inquinamentis abluimur, sed unum nouimus salutarium baptismum: quando quidem una est pro mundo mors, & una ex mortuis resurrectio, quarum figura est baptisma. Quapropter, qui nobis uitam dispensat Dominus, baptismatis pactum nobis statuit, mortis ac uitae typum habens: mortis quidem imaginem implente aqua, spiritu uero uitae arram praebente.

Hinc itaque

Hinc itaque nobis perspicuum est factum quod quaerebatur, quam obrem aqua coniuncta sit spiritui. Quum enim duo scopi propositi sint in baptismo, uidelicet ut aboleat corpus peccati, ne postea fructificet mortem, tum ut uiuat spiritu, & fructum habeat in sanctificatio ne: aqua mortis exhibet imaginem, corpus uelut in sepulchro recipiens, spiritus uero uim uiuificam immittit, a morte peccati renouans animas nostras in nouam uitam. Hoc igitur est desuper nasci ex aqua & spiritu, quasi mortificatio perficiatur in aqua, uitam uero nostram operetur spiritus. Tribus igitur demersionibus, ac totidem inuocationibus, magnum baptismatis mysterium peragitur, ut & mortis figura adumbretur, & per traditionem diuinae cogitationis animus repurgetur eorum qui baptisuntur. Itaque si qua est gratia in aqua, non est ex ipsius aquae natura, sed ex spiritus praesentia. Non enim est baptismus depositio sordium corporis, sed conscientiae bonae interrogatio apud deum. Itaque dominus ad uitam ex resurrectione nos praeparans, totam euangelicam conuersationem proponit, ut non irascamur, ut malorum tolerantes simus, & a uoluptatum amore puri, ut a studio pecuniae mores sint liberi, praescribens, utque quae illud seculum iuxta naturam possedit, haec nos occupantes corrigamus. Proinde si quis desinens dicat euangelium esse formam uitae, quae est ex resurrectione, mihi nequaquam uideretur a uero aberrare. Ad scopum igitur reuertitur: per spiritum sanctum datur in paradysum restitutio, in regnum caelorum reditus, in adoptionem filiorum reuersio: datur fiducia deum appellandi patrem suum, confortem fieri gratiae Christi, filium lucis appellari, aeternae gloriae participem esse, & ut semel omnia dicam, esse in omni benedictionis plenitudine, tum in praesenti hoc seculo, tum in futuro nobis repositum bonorum, quibus interim per fidem fruimur, perinde quasi ad sint, gratiam uelut in speculo contemplantes. Nam si talis est arrabo, quale est illud quod perfectum est: Et si tales sunt primitiae, quae erit uerbi consummatio? Insuper & illinc cognoscitur, quam excellens sit gratia quae a spiritu confertur in baptismo, quod Ioannes quidem baptizauit aqua, dominus autem meus Iesus Christus in spiritu sancto. Ego, inquit, baptizo uos per aquam ad poenitentiam: qui autem post me uenit, potentior me est, cuius non sum dignus ut gestem calciam eius: ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Ignis baptismum probationem quae fiet in iudicio, sentiens, quemadmodum ait Apostolus. Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Et rursum, Dies enim declarabit, quod in igni patefit. Iam uero sunt nonnulli, qui in certaminibus pro pietate, reuera non imitatione Christi mortem perpessi, nihil huiusmodi sacramentis quae sunt in aqua opus habuerunt ad salutem, nimirum in proprio baptizati sanguine. Neque haec ita loquor, quod aqua baptisma spernam, sed ut istorum rationes deiciam, qui aduersus spiritum eriguntur, quique commiscunt mixturam non recipientia, & similia faciunt, quae comparationem respuunt. Ad id igitur quod institutum est redeamus.

Reuertitur toties

Matth. 3

1. Cor. 3

Reditus

QVOD IN OMNI SENSU, SPIRITVS SANCTVS INSEPARABILIS est a patre & filio, siue in creatione intelligibilium creaturarum, siue in humana dispensatione, siue in iudicio quod expectatur. Cap. xvi



QUOD in omnibus spiritus sanctus inseparabilis, & prorsus indistractus sit a patre & filio, Paulus Corinthiis scribens declarat, eo in loco quo tractat de dono linguarum: Si omnes, inquit, prophetetis, ingrediatur autem infidelis, aut idiota, arguitur ab omnibus, iudicatur ab omnibus, & occulta cordis eius manifesta fiunt, atque ita procedens in faciem, adorat deum, renuncians quod deus sit uere in uobis. Itaque si ex prophetia, quae iuxta distributionem donorum spiritus operatur, agnoscitur deus in prophetis esse, consultant isti, quem locum tribuant spiritui sancto. Vtrum aequius sit illum cum deo iungere, an ad creaturarum ordinem extrudere. Praeterea ex his quae Petrus dixit Saphirae, Quid est quod conuenit inter uos, tentare spiritum sanctum, non mentiti estis hominibus, sed deo: declarat quae peccantur in spiritu sancto, eadem peccari in deum. Hoc autem pacto discere poteris, spiritum sanctum in omni operatione coniunctum & inseparabilem esse a patre & filio. Si quidem quum deus efficiat uarias operationum distributiones, ac dominus eas distributiones administret, simul adest spiritus sanctus, partitionem donorum pro cuiusque dignitate proprio arbitrio dispensans. Diuisiones, inquit, donorum sunt, unus autem spiritus. Et diuisiones administrationum sunt, unus autem dominus. Et

Act. 5

diuisiones operationum sunt, unus autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Hæc autem, inquit, omnia operatur unus & idem spiritus, diuidens seorsim cuique, prout uult. At tamen non quoniam Apostolus primo loco meminit spiritus, secundo filij, tertio dei & patris, protinus oportet suspicari totum omnino ordinem inuersum esse. A nostra siquidem conditione sumpterat exordium, eo quod nobis qui dona accepimus, primum occurrit is qui distribuit; mox cogitamus eum qui misit, postremo cogitationem subducimus ad fontem autoremque bonorum. Iam etiam ex rebus initio conditis discas licet, spiritus cum patre & filio communionem. Nam meræ, & intelligibiles, & ultramundanæ uirtutes, sanctæ tum sunt, tum nominantur, ex gratia per spiritum infusa sanctimoniam natiæ. Eoque prætermissa est mentio quomodo cœlestes uirtutes conditæ fuerint, sed de sensibilibus tantum creatorem nobis aperuit is, qui conscripsit historiam. Tu uero qui facultatem habes ex uisibilibus inuisibilium rationem deprehendere, glorifica conditorem in quo condita sunt omnia, siue uisibilia, siue inuisibilia, siue principatus, siue potestates, siue uirtutes, siue throni, siue dominationes, siue alia quæpiam naturæ rationales quæ nominari non possunt. In horum autem creatione cogita mihi principalem causam eorum quæ sunt, patrem, deum, conditricem filium, perfectricem spiritum sanctum: ut uoluntate quidem patris sint administratorij spiritus, filij uero operatione perducantur ut sint, spiritus autem aduentu perficiantur. Porro angelorum perfectio est sanctificatio, & in hac perseverantia. Ac nemo me credat, tres originales substantias ponere, aut filij operationem imperfectam esse. Principium enim eorum quæ sunt, unum est, per filium condens, per spiritum sanctum perficiens. Ac nec pater qui operatur omnia in omnibus, imperfecta habet operationem, neque filius inconsummata creationem, nisi à spiritu perficiatur. Hoc pater nec pater opus habebit filio; sola uoluntate creans, attamen uult & solet creare per filium. Neque filius eget auxilio, iuxta patris similitudinem operans, sed & filius uult, soletque per spiritum perficere. Nam uerbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Itaque nec uerbum est significatiuus aeris icus, per uocis instrumenta prolatus; nec spiritus oris halitus, e partibus respiratorij efflatus: sed uerbum quod in principio fuit apud deum, deus est; & spiritus oris dei, spiritus est ueritatis, qui à patre procedit. Itaque tria intelligis, mandantem dominum, creans uerbum, & confirmantem spiritum sanctum. Quæ porro alia possit esse confirmatio, quam in sanctimoniam perfectio, confirmationis uerbo significante, constantiam, immutabilitatem, ac soliditatem in bonis. Sanctificatio uero non est absque spiritu. Neque enim cœlorum uirtutes suapte natura sanctæ sunt; nam si id esset, nulla re differrent à spiritu sancto: sed iuxta portionem qua se inuicem superant, à spiritu habent sanctificationis mensuram. Quemadmodum enim cauterium non sine igni intelligitur, quum aliud sit subiecta materia, aliud ignis: itidem & in cœlestibus uirtutibus, substantia quidem earum, puta spiritus est aerius, aut ignis immaterialis, iuxta id quod scriptum est. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Eapropter & in loco sunt, et fiunt uisibiles, dum ijs qui digni sunt apparerent in specie priorum corporum. Attamen sanctificatio quæ est extra substantiam illorum, perfectionem illis adiungit per communionem spiritus. Conseruant autem dignitatem per perseverantiam in bono, habentes quidem in eligendo liberum arbitrium, nunquam tamen ab eius qui uere bonus est, consortio excident: ut si subtraxeris uerbo spiritum, perierint angelorum choreæ & sanctificatio, sublata sint archangelorum perfectio una cum sanctificationibus ac prophetijs, denique confusa fuerint omnia. Consequenter & nullis gubernata legibus, nullo digesta ordine, nullis finibus circumscripta fuerit illarum uita. Quomodo ergo dicent angeli, Gloria in excelsis deo: nisi à spiritu accepta potestate? Nemo siquidem potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto, & nullus in spiritu dei loquens, dicit Iesum anathema: quod sane dicerent impij & aduersarij spiritus, quorum defectio comprobabat quod dicimus, uirtutes inuisibiles esse sui arbitrij, æque ad uirtutem atque ad uitium uertibiles, & ob id opus habentes auxilio spiritus. Ego uero ipsum Gabrielem haud alio modo arbitror prædicare futura, quam præscientia spiritus, eo quod unum de numero uariorum donorum spiritus, sit prophetia. Porro qui mysteria uisionis uiro desideriorum iussus erat annunciare, unde natus est sapientiam, ut possit docere arcana, nisi per spiritum sanctum, quum patet factio superiorum

steriorum peculiariter ad spiritum sanctum pertineat, iuxta id quod scriptum est, Nobis reseruit deus per spiritum. Throni uero & dominationes, principatus & potestates, quomodo beatam illam uixissent uitam, nisi semper uiderent uultum patris, qui in cœlis est? At uisio non est absque spiritu. Quemadmodum enim si in nocte tollas lucernam e domo, superest ut nihil uideant oculi, nihil operetur uirtutes, nec agnoscat rerum dignitas, sed per ignorantiam aurum perinde conculcetur ac si ferrum esset: ita in intelligibili gubernatione, impossibile est illam insitiam manere uitam absque spiritu: nihil profecto magis quam exercitus in recto ordine manere potest absente duce, aut chorus in consonantia, nisi adsit chori præfectus, qui temperet harmoniam. Qui possent dicere Seraphim, Sanctus, sanctus, sanctus dominus: nisi docti per spiritum, quoties pium est hunc glorificationis hymnum canere. Siue igitur laudant deum omnes angeli eius, siue laudant eum omnes uirtutes eius, per spiritum in se in se fit, siue astant milies mille angeli, siue centies centum milia angelorum illi ministrantium, per uirtutem spiritus, suum officium citra reprehensionem perficiunt. Itaque tota illa supercœlestis & ineffabilis harmonia, tum in culturis dei, tum in ultra mundanarum uirtutum inter ipsas consonantia nequaquam seruari possent, nisi præsit spiritus. Ad eum quidem modum in creando adest spiritus sanctus, ijs quæ non proficiendam perueniunt ad perfectionem, sed ab ipsa protinus creatione perfecta sunt, in hoc ut perficiatur consummeturque illorum substantia, simul conferens gratiam suam. Cæterum dispositiones circa hominem, quæ factæ sunt à magno deo, & seruatori nostro Iesu Christo, iuxta bonitatem dei & patris, quis negabit per spiritus gratiam esse peractas? Siue uelis præscire, ueluti patriarcharum benedictiones, auxilium per legem datam, figuras, prophetias, fortiter in bellis gesta, miracula per sanctos acta; siue quæ circa Christi in carne aduentum dispensata sunt; per spiritum gesta sunt omnia. Primo enim adsuit ipsi carni dominicæ, dum illi factus est unctio, & inseparabiliter coniunctus, sicut scriptum est, Super quem uideris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est filius meus dilectus. Et, Iesum à Nazareth quem unxit deus spiritu sancto. Deinde cepit omnis actio præsentis spiritu sancto peragebatur. Hic aderat simul quum & à diabolo tentaretur. Sublatus est, inquit, Iesus à spiritu in desertum ut tentaret. Tum ædenti miracula simul aderat. Si enim, inquit, in spiritu eijcio dæmonia. Nec deseruit excitatum à mortuis. Dominus enim qui renouabat hominem, eique reddebat gratiam quam ex afflatu dei acceptam amiserat, inspirauit in faciem discipulorum, quibus ait: Accipite spiritum sanctum, si quorum peccata remiseritis remittuntur, & si quorum retinueritis, retenta sunt. Iam uero ecclesiæ ordo, & gubernatio, nonne palam & irrefutabiliter per spiritum sanctum peragitur? Ipse, inquit, dedit ecclesiæ primum apostolos, deinde prophetas, tertio doctores. Ad hæc uirtutes, præterea dona sanationum, subuentiones, gubernationes, genera linguarum. Hic enim ordo iuxta distributionem donorum spiritus digestus est. Quin si quis accuratus perpendat, comperiet ne in tempore quidem apparitionis de cœlo dominicæ, quam expectamus, otiosum fore spiritum sanctum, id quod quidam arbitrantur: sed simul ad futurum in die quo sese manifestabit filius, quo iudicaturus est orbem terrarum in iustitia, ille beatus, & solus potes. Quis igitur usque adeo rudis est, ut non audierit de bonis quæ deus preparauit dignis, ignoretque iustorum coronam esse spiritus beneficium, quod tum largius perfectiusque dabitur, spirituali gloria cuique pro recte gestis distributa? In splendoribus enim sanctorum mansiones multæ sunt apud patrem: hoc est, dignitatis discrimina. Sicut enim stella à stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum. Itaque que qui consignati sunt spiritu sancto in diem redemptionis, quique sancti spiritus primitias puras & incorruptas serauerint, hi sunt qui audient, Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisi fidelis, super multa te constituam. Similiter & qui contristauerint spiritum sanctum, malicia studiorum suorum, aut qui non fecerint lucrum è sorte data, spoliabuntur eo, quod acceperant, beneficio in alios translato, aut iuxta Euangelistam, omnino disscindentur. Dissectio autem omnino intelligenda est in hoc, quod prorsus & à spiritu sancto alienabuntur. Neque enim corpus diuiditur, ut una pars tradatur supplicio, altera absoluat. Nam id quidem fabulosum, nec eo dignum iudice, quum totus homo peccauerit, dimidium illius addici pœnæ. Nec anima in duas partes secatur, quum tota per totum homi-

tum hominē peccādi affectum habeat, simulq; cum corpore malum operetur. Sed quem admodum dixi, dissectio est animae, perpetua à spiritu sancto alienatio. Nūc enim tamen non admiscetur indignis, attamen aliquo pacto uidetur adesse semel consignatis, expectans ut ad salutem conuertantur. Tum uero in totum ab anima quae gratiam ipsius prophanauerit, resecebatur. Eoq; non est in inferno qui cōfiteatur, neq; in morte qui memor sit dei: quod iam non ad sit sancti spiritus adiutorium. Quomodo igitur intelligi potest, absq; spiritu sancto fieri iudicium? quum uerbum declarat spiritū esse iustorum promissū, quando pro arrabone exhibebitur quod perfectum est. Et haec est prima peccatorum condēnatio, quū eo quod uidebantur habere, spoliantur. Porro maximū argumentū, spiritus cum patre & filio arcuissimae societatis; illud est, quod eodem modo dicitur habere se erga deum, quo erga unumquemq; nostrū se habet spiritus, qui est in nobis. Quis, inquit, hominum, nouit ea quae sunt hominis, nisi spiritus, qui est in ipso. Sic, quae sunt dei nemo nouit, nisi spiritus, qui ex deo est.

ADVERSUS EOS, QUI DICUNT SPIRITUM SANCTUM non annumerari patri, sed subnumerari, ubi & de p̄a subnumeratione, summaris fidei decursus. Cap. xvii

T haec quidem haecenus: ceterū subnumerationē quid dicant, aut in cuius rei significationē uocem hanc usurpent, ne cogitare quidē facile est. Nam & hanc nobis ē mundi sapiētia fuisse inuectā, in propatulo est. At an aliquā habeat propriam rationē ad id quod nunc agitur, hoc cōsideremus. A sunt igitur qui circa res inanes curiosi sunt, quaedā nomina esse cōmunia, quorū significatio multa complectitur: alia magis propria, & alia plus alijs habere uim peculiare quiddā denotandi. Exempli causa, cōmune nomen est essentia, quod pariter de omnibus praedicatur, siue inanimis siue animatis. Peculiaris aut animal, quod de paucioribus praedicatur q̄ illud prius, de multis tamen quae uidentur illi subiecta. Siquidem in eo, rationaliū simul & irrationalium natura cōprehenditur. Rursum magis speciale nomen est homo, q̄ animal; rursum uir specialius est nomen, quam homo, & uirō specialius est, hic, aut ille uir, puta Petrus, aut Paulus, aut Ioannes. An igitur quū subnumerationē dicunt, sentiunt cōmunit uocabuli in ea quae subiecta sunt diuisionem? At non possum credere illos ad tantū stuporem deductos, ut dicant deum omnium rerum uelut cōmunionem quandā esse uerbo tantū intelligibilem, sed qui non habeat esse per substantiā, in subiecta diuidi, atq; hinc subdiuisionem hanc & subnumerationē dici. Istud sane ne infanti quidem dixerint. Nam praeter impietate, etiam sermonē institunt, cum eo quod proponunt pugnantē, propterea quod quae subdiuiduntur, eiusdem sunt essentiae, cuius sunt illa à quo diuiduntur. Sed ob nimiam istorum absurditatem uidetur oratione destitui, nec habere quibus uerbis illorum stultitiā reprehendamus, adeo ut mihi uideantur etiam propter amentia aliquid lucrifacere. Quemadmodum in corpora mollia cedentiaq; non possis egregiam plagam impingere, eo quod obistere contraq; niti non queant, ita eos qui palam insaniunt non possis forti iuueniliq; redargutione percellere. Superest igitur, ut abominandam illorum impietatem silentio praetereamus. At non patitur silere me nec fratrum charitas, nec aduersariorum improbitas. Quid igitur dicunt? Vide quanta sit in dictis illorum arrogantia. Nos, inquit, profitemur, ijs qui honore pares sunt conuenire connumerationem: ijs uero qui inferioris sunt conditionis, subnumerationem. Et istud quur tandem dicitis? Neque enim intelligo uestram peregrinam sapientiam. An quod aurum auro connumeratur, plumbum uero non item erit connumerari dignum, sed ob materiae utilitatem subnumerabitur auro? Tantamq; uim tribuitis numero, ut is uel rerum uiliū dignitatem attollere, uel preciosarum rerum maiestatem deicere ualeat. Ergo rursus aurum preciosis lapidibus subnumerabis, atque in his ipsis elegantioribus ac maioribus subnumerabis minus lucidos ac minores. Sed quid non dicant, qui ad nihil aliud uacant, nisi aut ad dicendum, aut audiendum aliquid noui? Post hac cum Stoicis & Epicureis nominentur, qui docent impietatem. Quae namq; uel possit fieri rerum uiliorum ad preciosiores subnumeratione? Aereus obolus, aureo stateri quomodo subnumerabitur? Quoniam non dicimus, inquit, duo possideri numismata, sed unum & unum. Vtrum igitur utri horum subnumeratur? Nam utriūque similiter

que similiter profertur. Sed si quodq; per se numeres, facis aequalitatem precij eodem numerandi modo. Rursum si ea contigas, eandem facis dignitatem, utrumq; alteri connumerans. Quod si quicquid in numerando posteriore loco posueris, id habebit subnumerationem, numeranti in manu est, ab aere numismate numerationem incipere. Sed imperitiā redarguere superfedeamus, & ad ea quae ad rem pertinent orationem uertamus. *Reditus* Etiamne filium dicitis subnumerari patri, ac spiritum filio, an soli spiritui tribuitis subnumerationem? Etenim si filium subnumeratis, rursus in eiusdem impietatis sermonem reciditis, uidelicet in disparilitatem essentiae, in dignitatis deiectionem, in natiuitatem tempore posteriorem: breuiter in omnes simul blasphemias contra unigenitum unico isto uerbo reuolui declarabimini: quibus contradicere prolixius est, quam ut huic conueniat festinationi, praesertim quum alijs in locis istorum impietas a nobis pro uiribus refutata sit. Quod si soli spiritui putant conuenire subnumerationem, discant spiritum simul eodem modo pronunciarī cum domino, quo modo filius pronunciatū cum patre. Nomen enim patris filij & spiritus sancti, similiter aeditum est. Itaq; quemadmodum se habet filius ad patrem, ita ad filium sese habet spiritus, iuxta uerbi dei ordinem in baptismo traditum. Quod si spiritus filio iunctus est, filius autem patri, liquet & spiritum adiungi patri. Quem igitur locum habet, ut dicant alterum connumerari, alterum subnumerari, quum in una eademq; serie nomina sint ordinata. In summa porro, quae res ex omni rerum genere, à sua ipsius natura excidit dum numeratur, ac non potius quae numerantur, talia perseverant, qualia condita sunt ab initio. Ceterum numerus adhibetur à nobis, ut signum quo declaratur multitudo eorum de quibus agimus. Nam corpora quaedam numeramus, quaedam metimur, quaedam libramus: & quorum continua est natura, ea mensura comprehendimus, quorum discreta, ea numero subiicimus, nisi quod quae subtilia sunt, ea rursus sunt etiam mensurabilia. Porro quae graua sunt, librae momento discernimus. Non itaq; quoniam iisdem signa ad significationem quantitatis excogitauimus, protinus etiam naturam eorum quae significantur immutauimus. Quaedam igitur quae libra expendimus, ea nō sublibramus inter sese, etiam si unū sit aurum, alterū stannū, neq; submetimur, quae mensura dijudicantur: ita nec ea quae numerantur, ullo modo subnumeramus. Quod si in ceteris nihil est, quod subnumerationē recipiat, qua fronte dicent spiritui cōpetere subnumerationē. Sed isti circa ethnica insaniētes, existimāt dignitates quae gradib. distāt, aut iuxta naturae submissionē sunt inferiores, ijs cōuenire subnumerationē.

QVOMODO IN PROFESSIONE TRIVM PERSONARUM

rum p̄ium monarchiae dogma seruamus, ubi & eorum qui dicunt spiritū subnumerari refutatio. Cap. xviii



QUOMODO IN PROFESSIONE TRIVM PERSONARUM patrem & filium & spiritum sanctum traderet dominus, non simul cum numero tradidit, non enim dixit, In nomine primi, secundi, ac tertij: neq; in uno, duobus, aut tribus: sed per sancta nomina fide ad salutem perducente cognitionem largitus est. Itaq; quod nos saluos facit, fides est. Numerus uero signum declarans quantitatem eorum de quibus loquimur, ab hominibus excogitatus est. Sed qui undiquaq; sibi ipsis noxias contrahunt, etiam numerandi facultate aduersus fidem abusi sunt. Alij uero qui ceteris in rebus nihil immutant propter additum numerum, in diuina natura uenerantur numerum, nec ob id honoris modum paraclito debitum transgrediuntur. Sed o sapientissime, sint maxime supra numerum, quae non possumus assequi, quemadmodum prisca Hebraeorum pietas proprijs ac peculiaribus notis ineffabile nomen dei figurabat, atque hinc in omnibus excellentiam commendabat. Quod si & numerus adhibendus est, nequaquam est in hoc deprauanda ueritas. Aut enim silentio honorantur ineffabilia, aut pie numerantur sancta. Vnus deus, *Eph. 4.* us & pater, & unus unigenitus filius, & unus spiritus sanctus. Vnamquamq; personam singulariter efferimus, ceterum ubi numerandum est, haudquaquam indocte numerando, eas proferimus, quasi plures deos intelligamus. Neque enim iuxta compositionem numeramus, ab uno ad plura facientes incrementum, ut dicamus, unum, duo, tria, neq; primum, secundum, ac tertium. Ego enim deus primus, & ego posterior. Secundum autem deum nunquam ante hac, ac ne hodie quidem audimus, eo quod deum ex deo ad-

rantes, etiam proprietatem profitemur personarum, manemusque in uno principatu, non dissipantes diuinæ naturæ rationem in multitudinem subdivisam: eo quod unam in deo patre, & deo unigenito, formam, ut ita loquar, contemplamur, inseparabili deitatis essentia unitam. Filius enim in patre, & pater in filio: quando quidem hic talis est, qualis ille, & ille qualis hic: atque hac quidem in parte unum sunt. Itaque iuxta personarum proprietatem, unus sunt & unus: at iuxta communem naturam, unum sunt ambo. Quomodo igitur si unus & unus sunt, non sunt duo dii: Quoniam rex dicitur regis imago, non autem duo reges. Neque enim potestas scinditur, neque gloria diuiditur. Quemadmodum autem principatus ac potestas nobis dominans una est, sic & glorificatio quam illi deferimus una est, non multæ. Itaque imaginis honor ad exemplar primum refertur. Quod igitur hic est per imitationem imago, hoc illic natura filius: & quemadmodum apud artifices imitatio fit ad formam, ita in diuina incompositaque natura, in communione deitatis est unio. Unus autem est & spiritus sanctus, qui & ipse per se profertur, ac per seipsum complet super omnia glorificandam ac beatam trinitatem: cuius cum patre & filio consortium satis illud declarat, quod in turba creaturarum positus non est, sed solitarie profertur. Neque enim unus est e uulgo, sed quemadmodum unus est pater, ut unus filius, ita & unus est spiritus sanctus, à creaturarum natura tantum semorus, quantum par est solitarii à rebus compositis ac multitudinem habentibus abesse. Patri uero in tantum unicus est, quantum consorti habet unitas cum unitate. Sed nec hinc solum probatur naturæ communiō, uerum hinc quoque, quod ex patre esse dicitur, non sic à patre ueniens, quemadmodum ex deo sunt omnia, neque per generationem quemadmodum filius, sed tanquam spiritus oris eius. Omnino tamen nec os membrum est, nec flatus resoluibilis spiritus: sed os dei maiestas dicitur, & spiritus essentia uiuens, sanctificationis autor: unde sic declaratur illius consortium, ut ineffabilis essentia modus seruetur. Quin & Christi spiritus dicitur, tanquam illi natura coniunctus. Eoque si quis Christi spiritum non habet, hic non est eius. Unde solus spiritus digne glorificat dominum. Ille, inquit, me glorificabit: non ut natura generabilis, sed tanquam spiritus ueritatis, dilucide in seipso declarans ueritatem, & tanquam spiritus sapientia: Christum, qui est dei uirtus ac dei sapientia, in sua magnitudine incomprehensibilem. Denique tanquam consolator in seipso exprimit, consolatoris à quo missus est bonitatem, & in sua propria dignitate eius à quo processit, maiestatem illustrat. Est igitur gloria, alia quidem naturalis, ueluti gloria solis est lumen: alia gloria aliunde ueniens: **10.14** alia ex proposito, quæ iudicio defertur pro meritis. At hæc rursum gemina est. Filius, inquit, glorificat patrem, & seruus dominum suum. Ex his duabus, ea quæ seruilis est à creatura defertur: altera uero quæ, ut ita loquar, contubernalis est à spiritu præstatur, quemadmodum de seipso dixit, Ego te glorificaui super terram, opus perfecti quod dedisti mihi ut facerem. Sic & de paraclito dictum est, Ille me clarificabit, quoniam de meo accipiet, & **10.7** annuntiabit uobis. Et quemadmodum filius glorificatur à patre, quum ait, Et glorificauit, & in æternum glorificabo, sic glorificatur spiritus per consortium quod habet cum patre & filio: & per unigeniti testimonium dicentis, Omnis blasphemia remittetur uobis hominibus, sed in spiritum blasphemia non remittetur. Quum autem per uim illuminatricem intendimus oculos in pulchritudinem imaginis dei inuisibilis, perque hanc subuehimur ad pulcherrimum spectaculum archetypi, ibi uidelicet adest inseparabiliter, cognitio nis spiritus, uim imaginis speculatiuam in sese præbens, ipsi qui ueritatis contemplatione **1. Cor. 2** delectantur, non foris ostendens, sed per seipsum inducens ad agnitionem. Quemadmodum enim nemo nouit patrem nisi filius, sic nullus potest dicere dominum Iesum, nisi in **10.11. 4** spiritu sancto. Non dixit Per spiritum, sed In spiritu. Et, Spiritus est deus: & qui adorant **Psal. 35** eum, in spiritu ac ueritate oportet adorare: sicut scriptum est, In lumine tuo uidebimus lumen: hoc est, in illustratione spiritus uidebimus lumen uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in mundum. Itaque in seipso ostendit unigeniti gloriam, & ueris adoratoribus in seipso dei cognitionem præbet. Proinde uia ad dei cognitionem est ab uno spiritu, per unum filium ad unum patrem. Ac rursus natia bonitas, & naturalis sanctimonia, & regalis dignitas à patre per unigenitum ad spiritum sanctum permanat. Ad hunc modum & personas profitemur, nec pium monarchiæ dogma labefaciatur. Cæterum

terum qui subnumerationem ponunt dicentes, primum, secundum, ac tertium, sciant se se deorum multitudinem, iuxta gentium errorem, in illibatam Christianorum de deo professionem inducere. Ad nihil enim aliud tendit subnumerationis dolosa inuentio, quam ut profiteamur, deum primum, secundum, ac tertium. Sed nobis sufficit à domino præscriptus ordo, quem qui confundit non minus peccabit, quam peccat istorum impietas. Quod ergo naturalis communiō nequaquam dissoluitur modo subnumerationis, factis dictum est. Sed concedamus pertinaci & inaniter sapienti, donemusque per subnumerationem spiritus significari quiddam alio posterius. Videamus quid ex hoc sermone consequatur. Primus, inquit, homo de terra terrenus, secundus homo de cælo. Et alibi, Non primum, inquit, quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Ergo si primum subnumeratur secundum, id quod subnumeratur uilius est eo cui subnumeratur. Ita iuxta uos uilius est homo spiritualis animalis, & cælestis homo uilius est terreno.

ADVERSUS EOS, QUI DICUNT NON ESSE
glorificandum spiritum. Cap. XIX.



ONE MV S ista, inquit, at ea gloria nullo pacto debetur spiritui, ut à nobis hymnis sit attollendus. Unde igitur probaturi sunt spiritus dignitatem, omnem intellectum superantem, si patris & filij communiō uisa est istis paruigravis ad testificandum: attamen possumus, & ad ea quæ nominibus significatur respicientes, & ad operationum magnitudinem, & ad operationem quam in nobis, imò quam erga creaturam omnem suppeditat, naturæ illius sublimitatem ac potentiam incomprehensibilem demonstrare. Quatenus igitur mente tenetur, spiritus dictus est, quemadmodum spiritus dicitur deus & spiritus uultus nostri, Christus dominus. Sanctus dicitur, quemadmodum sanctus pater, & sanctus filius. Creaturæ siquidem aliunde inducta est sanctimonia, at spiritui sanctitas est consummatiuua naturæ. Ideoque non sanctificatur, sed sanctificat. Bonus ite dicitur sicut pater, & bonus, is qui bonus ex bono natus est, cui bonitas est ipsa essentia. Rectus dicitur, ut rectus dominus, & rectus deus non ster, eo quod per se sit ipsa uirtus & ipsa iustitia, quæ se non potest nec in hac parte nec in illa flexere, propter naturæ incōmutabilitatem. Paracletus, id est, consolator, dicitur spiritus, quemadmodum & unigenitus: sicut ipse dixit, Ego rogabo patrem meum, & dabit uobis alium **10.14** paraclitum. Hoc pacto communiā sunt nomina patri, filio, & spiritui sancto, quæ appellatiōnes competunt illis iuxta naturæ consortiū. Nam unde alioquit? Rursum spiritus principalis, & spiritus ueritatis, & spiritus sapientia: dictus est. Spiritus diuinus qui fecit me. Et Be **Exod. 31** se lehel, inquit, impleuit deus spiritu sapientia: & intellectus & scientia: Huiusmodi igitur nomina & præclara sunt & magnifica, nec ob id declarant inter personas esse ullam excellentiam, quod quidem attinet ad gloriam. Operationes uero partim ineffabiles sunt ob magnitudinem, partim innumerabiles ob multitudinē. Nam quo pacto intelligemus ea quæ fuerunt ante secula? Quales erant illius operationes ante creaturam intelligibilem? Tum quàm multa ab illo erga creaturam beneficia? Ad hæc quæ potestas ad uentura secula? Erat enim, & præerat, & simul aderat cum patre & filio ante secula, ut esset am si quid cogitaris ante secula, hoc tamen reperias spiritu esse posterius. Quod si creaturam reputes, consolidata: sunt cælorum uirtutes à spiritu, sic ut consolidationem intelligentiam firmitatem, qua non possunt à bonis excidere. Etenim quod deo coniunctæ sunt, quodque ad maliciam uerti non queunt, quodque in beatitudine nihil desiderant uirtutes, id illis à spiritu accessit. Christi aduentus est, spiritus præcurrit. In carne fuit aduentus, & spiritus inseparabilis. Operationes uirtutum sunt dona sanationum, sed per spiritum sanctum. Dæmones expulsi sunt, sed in spiritu dei. Diabolus spoliatus est imperio, sed in tu præsentem spiritu. Peccatorum facta est remissio, sed in gratia spiritus. Abluti estis, sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu sancto. Conglutinatio cum deo à spiritu est. Misit enim deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, Abba pater. Resurrectio mortuorum à spiritu est. Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & re **Rom. 8** nouabis faciem terræ. Siue quis creaturam accipiat, de extinctorum reuiuiscencia, an non magna spiritus operatio, quæ suppeditat nobis uitam ex resurrectione, & ad spiritua **Psal. 109** lem illam uitam animas nostras transcribit. Siue creaturæ nomine intelligantur, qui hic à peccat

à peccato recedentes, ad id quod optimum est transformati sunt: nam ita quoque nonnunquam usurpatur, iuxta scripturę consuetudinem, uelut quum Paulus dicit, Si qua in Christo noua creatura. Et renouatio que hic fit, & à terrena mortalitatis uita ad cęlestem conuersionem transmutatio, quę fit per spiritum, ad summam admirationem subducit animos nostros. In his utrū metuere debemus, ne dignitatem in modicis honoribus transgrediamur: an contra, ne cogitationem de spiritu nostram ad humilia deprimamus, etiam si uideamur maxima de eo loqui, quę quidem humana mente concipi, humanaque lingua proferrī possunt. Hęc dicit spiritus sanctus, sicut. Hęc dicit dominus: Descende, & ambulacum illis, nihil diiudicans, quoniam ego misi illos. Num hęc sunt humilis aut aspersionis uerba? Separate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod accessiui illos. Num seruus ita loquitur: Et Esaias, Dominus misit me, & spiritus eius. Et, Descendit spiritus à domino, & deduxit eos. At ne rursus mihi deductionem accipias pro humili ministerio, Nam hoc opus etiam dei esse testatur uerbum. Deduxisti, inquit, sicut oues populum tuum. Et, Adducens uelut ouem Ioseph. Deduxisti, inquit, eos in spe, & non timuerunt. Proinde quum audieris, Quum uenerit paracletus, ille uos commonefaciet omnis ueritatis: cogita deductionem, sicuti docui es, ne calumniaris intellectum. Quin & interpellat, inquit, pro nobis. Itane quantum supplex est infra beneficii autorem, tantum spiritus iuxta dignitatem excidit à deo? At tu nondum audisti de unigenito, quod is est in dextra dei, & interpellat pro nobis. Num ideo quod spiritus est in te, si tamē omnino in te est, aut quod nos excæcatos, ad eligendum id quod utile est, docet, deducitque, ideo pia ac diuina gloria illum multabis? Nam isthuc profectio extrema sit ingratiudinis, benemerentis humanitatem uertere in occasionem ingratiudinis. Nolite igitur cōtristare spiritum sanctum, audite quid dicat primitiæ martyrum Stephanus, inobedientiam, ac rebellionem exprobrans populo. Vos, inquit, semper spiritui sancto resistitis. Et rursus Esaias, prouocauerunt spiritum sanctum, & uersus est illis in inimicitiam. Et alibi, Domus Iacob prouocauerunt spiritum domini. An hęc non declarant potentiam cum autoritate coniunctam, iudicio legentium permitto. Eos qui hęc audiunt, quas tandem opiniones oportet animo concipere? An tanquam de instrumento, de quo obediēte, & parem honorem cum creatura sortito, denique nobis conseruor? An grauissimum est uel dictio tantum hanc blasphemiam subire piorum aures animosque? Seruum appellas spiritum? Sed seruus, inquit, non nouit quid faciat dominus ipseus. Spiritus autem nō aliter nouit quę sunt dei, quam spiritus hominis nouit quę sunt hominis.

ADVERSUS EOS QUI DICUNT, SPIRITVM NEC
in seruilis, nec in herili cōditione esse, sed in libertate. Cap. XX

NEQVE seruus inquit, neque dominus, sed liber. Mirum stuporem, o miserandam audaciam ista loquentium. Quid amplius deplorem, utrum inscitiam an blasphemiam istorum, qui de deo dogmata humanis exemplis corrumpunt, & quę est in rebus hominum consuetudo, per quam dispar est dignitatum excellentia, eam ad diuinam & ineffabilem naturam accommodare nituntur, haud reputantes apud homines quidem nullum esse natura seruum. Aut enim qui uiribus pressi sunt, sub iugum seruitutis induci sunt, uelut in bello capti: aut ob paupertatem in seruitutem adducti sunt, uelut Aegyptij Pharaoni: aut iuxta sapientiam quandam & arcanam dispensationem, qui inter filios deterrimi sunt, parentum uoce, sapientioribus ac melioribus in seruitutem adducti sunt, sed quam haudquaquam condemnationem, sed beneficium potius duxerit æquus rerum æstimator. Nam qui ob sensus inopiam, non habet in sese id quod natura imperat, huic expedit in alterius esse potestate: ut dum potētioris prudentia gubernatur, similis sit curui qui aurigam recipit, aut nauis que nauclerum habet clauo aspidem. Hanc ob causam Iacob dominus Esau ex benedictione patris factus est, ut stultus à sapiente, uel inuitus beneficio afficeretur, quippe non habens proprium curatorem, uidelicet mentem. Et Chanaam filius, seruus erat fratribus suis, quoniam indocilis erat ad uirtutem, quod imprudentem haberet patrem, uidelicet Cham. Ad hunc quidem modum hęc sunt serui. Liberi uero sunt, qui effugerunt paupertatem, aut bellum, aut qui aliorum cura non egent. Itaque quamuis hic herus, ille seruus appellatur, omnes tamen uel

quia

quia sumus eiusdem inter nos honoris, uel quia sumus creatura illius qui fecit nos, conseruati sumus. Illi porro quid potes e seruitute eximere? Simul ut nati sunt, additum est, ut seruitutem seruiant. Sibi quidem inuicem nō imperant, eo quod cęlestia expertia sint usurpationis, deo tamen subiecta omnia, ac tanquam domino debitum timorem, ac tanquam conditori debitam gloriam persoluunt. Filius enim honorat patrem, & seruus metuit dominum suum. Et ex his duobus alterum deus à nobis requirit. Nam si pater, inquit, sum ego, ubi est honor meus? Si dominus sum ego, ubi est timor meus? Alioquin ista hęc fuerit omnium maxime miserabilis, nisi subdita sit prouidentię diuinę. Cuiusmodi sunt uirtutes desertices, quę quod ceruicem erexerunt aduersus deum omnipotentem, excutiunt seruitutem, non quod taliter conditę sint, sed quod subditę non sint ei, à quo conditę sunt. Quomodo igitur appellas liberum? Qui regis imperio non obtemperat? Qui nec in alterum principatum gerere nouit, nec principi parere sustinet? At nec est istiusmodi natura in rebus conditis, & talem imaginari euidens est in spiritu impietas. Quod si spiritus creatura est, nimirum seruit cum ceteris omnibus. Omnia enim, inquit, seruiant tibi. Si supra creaturam est, regni quoque consors est.

TESTIMONIA E SCRIPTVRIS, SPIRITVM APPELLARI dominum. Cap. XXI.

SED quid opus est ex rebus humilibus pugnantem, uerbis turpiter parare uictoriam, quum liceat citandis grauioribus testimonijs irrefutabilem glorię sublimitatem declarare? Quod si proferremus ea quę scriptura nos docuit, forsitan magno uehementique clamore uociferantes, & auribus obturatis lapides tollent, aut quicquid forte occurrerit, in arma uertentes isti qui repugnant spiritui, in nos iruerint. Sed nō est nobis incolumitas anteponenda ueritati. Inuenimus igitur apud Apostolum, in epistola ad Thessalonicenses secunda, Dominus autē dirigat corda nostra, in dilectionem dei, & in sustinentiam Christi. Quis est dominus inducens in dilectionem dei, & in sustinentiam pro afflictionibus Christi. Respondeant nobis, qui spiritum in seruitutem adigunt. Siue enim de patre fiat sermo, omnino dici poterit, Dominus uos dirigat in dilectionem sui: siue de filio, addi poterit, in suam ipsius sustinentiam. Quærant igitur quęnam sit alia persona, quā domini uocabulo deceat honorari. Huic affine est illud, quod alibi positum est: Dominus uos impleat, & abundare faciat charitate, in uos inuicem & in omnes, quemadmodum & nos in uos, ad confirmandum corda uestra irreprehensibilia in sanctificatione, coram deo & patre nostro in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis suis. Quem dominum optat coram deo & patre nostro in aduentu domini nostri irreprehensibilia fidelium Thessalonicensium corda confirmata in sanctitate constabiles? Respondeant nobis qui cum ministratorijs spiritibus, qui mittuntur ad ministerium, collocant spiritum sanctum. At non habent quod respondeant, quapropter audiunt & aliud testimonium, euidenter spiritum sanctum appellans dominum. Dominus, inquit, spiritus est. Et rursus, Tanquam à domino spiritu. Ne uero ulla relinquatur occasio cōtradicens, ipsum Apostoli sermonem recitabo: Usque ad hodiernum, inquit, diem, idem uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo abrogatur. Quum autem conuersus fuerit ad dominum, tollitur uelamen. Dominus autē spiritus est. Quir hoc dicit? Quoniam qui nudæ intellectui literę assidet, & illic circa legales obseruationes occupatus est, Iudaica literę intelligentia quasi uelo tectū habet cor: & id accidit illi eo quod ignoret corporalem legis obseruationē in aduentu Christi abolitā esse, iam figuris ad ueritatē trāslatis. Euanescent enim lucernę solis aduentu. Et cessat lex, ac propheta silent simul ut illuxit ueritas. Attamen qui potuit ad profunda legalis intellectus oculis penetrare, ac discussa legis obscuritate ceu uelamēto introire ad arcana, hic imitatus est Moyses, in hoc quod cū deo loquēs sustulit uelamē, & ipse se conuertens à litera ad spiritum: ut uelamini quod impositum est super faciē Moysi respondeat legalium doctrinarum obscuritas, conuersio autē ad dominum respondeat spirituali intelligenti. Ergo qui in lectione legis aufert literam, conuertit sese ad dominum, (Dominus autē nunc hic spiritus dicitur) ac similis redditur Moysi per illustrationē dei, qui faciē habet glorificatā. Sicut enim quę iuxta floridos colores posita sunt, e splendore promanante colorantur & ipsa: sic qui euidenter intendit

intendit oculos in spiritum, ex illius gloria quodam modo transformatur ut fiat illustris, dum ueritate à spiritu promanante ceu luce, corde illuminatur. Et hoc est transformari à gloria spiritus ad propriam gloriam, haud parce, neque tenuiter, sed in tantum quantum par est illustrari eum qui à spiritu illuminatur. Nō ueris & homo Apostolum dicentem, Templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis. An scriptura admisit unquam ut seruire domicilium appellatione templi honoraret? Quid ille qui scripturā diuinitus inspiratam appellat, eo quod afflatu spiritus scripta sit, num contumeliosus & spiritum attenuantibus uerbis usus est?

CONFIRMATIO NATURALIS SPIRITVS COMMVNIONIS, eo quod aequae ac pater & filius incomprehensibilis est. Cap. XXII

NON solum autem ex hoc quod eandem habet appellationes, & in operationibus confors est patri & filio, dilucet naturae illius excellentia, uerum etiam ex eo quod pariter atque ille incomprehensibilis est intellectu. Quae enim de patre loquitur, quod sit supra cogitationem humanam, quaeque de filio, eadem dominus de spiritu sancto dicit, Pater iuste, mundus te non cognouit, inquit filius: mundum hic appellans non eum qui constat è caelo & terra, sed insyncerissimam in numerisque mutationibus obnoxiam uitam. Ac de seipso loquens, Adhuc modicum, inquit, & mundus me non uidebit, uos autem uidebitis me: rursus hic eos qui materiali carnalique uita deuincti sunt, & oculis tantum expendunt ueritatem, mundum appellans: qui quoniam non credebant resurrectionem, non amplius oculis cordis uisuri erant dominum nostrum. Haec autem eadem dixit & de spiritu, Spiritum, inquit, ueritatis mundus non potest accipere, neque uidet illum, neque nouit eum: uos autem nouistis illum, quod apud uos manet. Carnalis siquidem homo mentem habens ad contemplationem minus exercitatem, aut in affectu carnis uelut in caeno defossam gerens, non potest ad spirituale lumen ueritatis attollere oculos. Quapropter mundus, hoc est, carnis cupiditatibus dedita uita, uelut oculis imbecillis non ferens solis radios, spiritus gratiam non recipit. At dominus collaudatis discipulis, quod mundae essent uitae ob doctrinam ipsius, dat isdem, ut ad speculationem contemplationemque spiritus sint idonei. Nunc, inquit, uos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum uobis. Vnde mundus non potest illum capere: eo quod non uidet illum. Vos autem nouistis eum, quoniam apud uos manet. Eadem dicit & Esaias, Qui stabiluit terram, & quae in ea sunt, deditque spiritum populo qui est super illam, & spiritum calcantibus eam. Nam qui conculcant terrena, ipsaque superiores euaserunt, digni praedicati sunt dono sancti spiritus. Proinde de spiritu quem mundus capere non potest, sed à solis sanctis per cordis puritatem uideri potest, quid aliud iudicandum est, quam omnis generis honores illi competere? Reliquae uirtutes omnes in loco circumscriptae esse creduntur. Nam angelus qui astabat Cornelio, non erat in eodem loco, quo quum astaret Philippo. Neque qui loquutus est Zachariae ab altari, per idem temporis etiam in caelo suam implebat stationem. At spiritus simul & in Abacuch operatus, & in Daniele in Babylonia creditus, & in catarracta fuit cum Hieremia, & cum Ezechiele in Chobar. Spiritus enim domini repleuit orbem terrarum. Et, Quod ibo à spiritu tuo? & à facie tua quod fugiam? Et propheta, Quoniam ego, inquit, uobiscum sum, dicit dominus. Et, Spiritus meus stat in medio uestri. Eum uero qui ubique est, qui deo praesens est, cuius esse naturae credere oportet: Vtrum omnia complectentis, an particularibus arctatae locis: Qualem esse naturam angelorum dei filius demonstrauit. Verum hoc nequaquam diciturus es. Igitur qui natura dominus est, qui magnitudine incomprehensus, qui potens in operationibus, qui bonus in beneficentijs, hunc non efferemus, non glorificabimus?

SPIRITVS GLORIFICATIONEM ESSE ENVMERATIONEM eorum quae illi adsunt. Cap. XXIII

NGO uero nihil aliud intelligo gloriam, quam commemorationem mirabilium quae illi adsunt. Itaque aut isti interdicerent nobis, ne prorsus mentionem faciamus bonorum quae ab illo accepimus, aut omnino ea quae illi adsunt commemorasse, est summam glorificationem implese. Nam ne patrem quidem dominum

domini nostri Iesu Christi, & unigenitum illius filium aliter glorificare possumus, quam prouirili nostra illius prodigia recensendo.

REDARGVTIO ABSVRDITATIS EORVM QUI NON glorificant spiritum, ex collatione eorum quae in creaturis gloriosa sunt. Cap. XXIII



ITA ne gloria & honore coronabitur plebeius homo. Et gloria, & honor, & pax homini facienti bonum in promissis reposita sunt. (Est autem peculiaris Israelitici populi gloria, quorum, inquit, est adoptio, & gloria, & cultura. Et suam ipsius gloriam quandam commemorat psalmorum cantor, Exurge gloria mea. Et rursus, Gloria solis, lunae, & stellarum. Iuxta Apostolum Psal. 50 uero administratio iudicij fiet cum gloria.) Itaque quum tam multa sint quae gloria potuntur, uis spiritum unum ex omnibus inglorium esse? Et tamen ministratio, inquit, spiritus est in gloria. Qua igitur fronte facitis illum indignum gloria? Et magna est gloria iusti, iuxta psalmodiam, Magna est gloria eius in salutari tuo. Et rursus, Timentes autem dominum glorificabit. At gloria spiritus iuxta tuam opinionem nulla est. An non igitur eius densus periculum est, talibus dicitis inexcusable crimen in se accersere? Verum homo qui saluus fit per iustitiam operum, plurimum absit ab eo, ut spiritum debita gloria fraudet. Sit, inquit, glorificandus, at non cum patre & filio. Et qui consentaneum est rationi, alium locum imaginatione designare spiritui, eo relicto quem statuit dominus: & gloriae consortio spoliare, eum qui ubique coniunctus est diuinitati, in professione fidei, in baptisate redemptionis, in operatione uirtutum, in inhabitatione sanctorum, in donis ad obedientiam conferentibus. Neque enim est ullum donum absque sancto spiritu ad creaturam perueniens, quando nec simplex uerbum in Christi laudibus quis possit dicere, nisi cooperante spiritu, quemadmodum in euangelijs à domino & seruatore nostro didicimus. Esse qui haec omnia neglexerint, & ignorata communionem quae est in omnibus patri & filio, distrahent spiritum, nescio an quisquam sancti spiritus particeps conficiendus sit. In quem igitur ordinem illum deportabimus? Creaturarum? At uniuersa creatura seruit. Spiritus autem liber est. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Atque quum multa sint quae possim hic commemorare, quam non conueniat spiritum sanctum annumerare rebus creatis, de his dicere superfedo. Nam si incipiam pro argumenti dignitate, & quae pro nobis faciunt, probationes adducere, & quae ab aduersarijs obijciuntur diluere, prolixo sermone fuerit opus, loquacitateque uoluminis deterrero lectores. Eoque illis alteri tractatui referatis, propositis adhaereamus. Consideremus igitur singulatim. Natura bonus est spiritus, ut bonus pater, & bonus filius. Creatura uero per electionem eius qui bonus est, particeps est bonitatis. Nouit profunda dei: sed creatura, per spiritum accipit arcanorum reuerationem. Uiuificat unam cum deo qui uiuificat omnia, cumque filio qui dat uitam. Qui enim excitauit, inquit, Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, per ipsius spiritum qui habitat in uobis. Atque iterum, Oues meae uocem meam audiunt, & ego uitam aeternam do illis. Sed spiritus quoque uiuificat. Ac rursus, Spiritus autem, inquit, uita per iustitiam. Quin & dominus testatur spiritum esse uiuificum. Caro non prodest quicquam. Quomodo igitur eum à uiuificandi potentia submouentes naturae coniungemus, quae ipsa uita eget? Quis adeo contentiosus, quis adeo expers doni caelestis, & absque gustu honorum dei uerborum? Quis adeo à spe caelestium alienus, ut spiritum creaturae copulet à diuina natura distractum? In nobis, inquit, spiritus est tanquam donum dei. At donum nequaquam isdem honoribus afficitur, quibus is qui dedit. Donum quidem dei spiritus est, sed donum uitae. Lex enim dicit: Spiritus uitae liberauit te. Et donum potentiae. Accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientis in uos. An ob id contemnendus est? An non & filium pater dedit hominibus? Qui, inquit, proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non unam cum eo omnia nobis donabit? Et alibi, Ut sciamus quae à deo nobis donata sunt: de mysterio assumpti hominis loquens. Itaque qui ista loquuntur, an non Iudaicam ingratitude amentiamque superarunt, qui excellentiam diuinae bonitatis uertunt in insultum blasphemiae. Accusant enim spiritum,

quod no bis dat fiduciam deum appellandi patrem nostrū. Emisit enim deus spiritum filij sui in corda nostra clamantē, abba pater, ut spiritus uox propria fiat eorū qui acceperunt. **QVOD SCRIPTVRA HAC SYLLABA IN, PRO CVM, VSA**
sit: ubi & In, idem pollere quod Cum. Cap. xxxv



[Psal. 104]

QVI fit igitur, inquit, ut scriptura nequaquam tradat spiritum glorificari cum patre & filio, sed studiose uitet ne dicat, cum spiritu. Sed maluit esse glorificari in deo: quasi hoc iudicari congruentius. At ego nequaquam dixi hanc syllabam In, significare sensum minus honorificum, imò potius si sanè accipiatur, ad maximam spiritus celsitudinem erigere mentem, quando quidem obseruauimus hanc frequenter usurpari pro Cum. Quod genus est illud, In, grediar domum tuam, in holocaustomatibus: pro eo quod erat, cum holocaustomatibus. Et, Eduxit eos in argento & auro. Item illud, Egredietur deus in uirtutibus nostris, aliaque huius generis innumerabilia. Omnino lubens ab ista noua sapientia didicero, qualem glorificationem Apostolus absoluerit per hanc dictionem In, iuxta formam quam isti nunc à scriptura proferunt. Nequaquam enim inuenimus dictum, Tibi patri honor & gloria per unigenitum tuum in spiritu sancto. Qui sermo modo istis uisitator est ipsa, ut ita loquar, respiratione. Florū enim singula separatim inuenire licet, coniunctim posita in tali ordine nequaquam poterūt ostendere. Itaque si exacte urgent ea quæ in scripturis habentur, ostendant unde ista dicant. Quod si concedunt consuetudini, ne nobis facessant negotium. Nos enim ambas dictiones, à fidelium usu mutuati, ambabus utimur: glorificationē quidem ex æquo per utramque impleri persuasi, eis uero qui deprauant ueritatē magis obturari os credimus proposita dictione, quæ quum uim habeat scripturis congruentem, non est amplius ad contraria accommodabilis. Est autem hæc, cui nunc ab istis contradicitur, quæ pro Et, cōiunctione sumitur. Nihil enim refert utrum dicas, Paulus & Siluanus, & Timotheus, an Paulus cum Timotheo & Siluano. Nominum enim connectio, utraque pronuntiatione similiter seruatur. Itaque si quō dominus dixerit: Patrem & filium & sanctum spiritum: ipse dicam, Patrem & filium cum spiritu sancto: nihil diuersum dixerō, quod ad sententiæ uim attinet. Porro per præpositionē connecti nomina, multis argumentis probari potest. Gratia, inquit, dñi nostri Iesu Christi, & charitas dei, & cōmunitio spiritus sancti. Ac rursus, Obsecro uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem spiritus. Itaque si pro coniunctione Et, uoluerimus uti præpositione Cum, quid differentia fecerimus? Ego sanè non uideo, nisi quis iuxta frigidam grammaticen, coniunctionem tanquam copulatiuam, ac maioris unionis declaratiuam præferens, præpositionem reijciat, quasi nō obtineat parem uim. Sed si hæc de his esset nobis cōtrouersia, haudquaquam multis uerbis opus esset nobis ad respondendum. Nūc uero neque de syllabis, neque de hoc aut illo dictionis sono disputant, sed de rebus iuxta uim ac ueritatem maximo inter se discrimine dissidentibus. In quibus quum indifferens sit syllabarum usus, isti has quidem, ut in scripturis repertas inducere, illas uero ab ecclesia submouere moluntur. Ego uero tametsi primo statim auditu euidens sit utendi libertas, attamen etiā rationem reddam, iuxta quam patres nostri nō ociose simul amplexi sint & huius propositionis usum. Nam præterquam quod hæc syllaba Et, idem ualens refellit Sabellij malitiam, & similiter atque illa personarum proprietatem declarat, uelut, Ego & pater uenimus, Ego & pater unum sumus: exitium habet sempiternæ communionis, & cum deo coniunctionis testimonium. Nam qui dixit, cum patre filium esse, simul & personarum proprietatem & inseparabile consortium expressit. Quod idem fit in rebus humanis, in quibus Et, coniunctio, declarat operationis consortium: at præpositio Cum, significat etiam communionem. Quod genus est, Nauigarunt in Macedoniam Paulus & Timotheus, sed & Tychicus & Onesimus missi sunt Colossensibus. Ex his discimus illos rem eandem fecisse. Caterum si audierimus, conuigarunt, & collegæ missi sunt, etiam illud addiscimus, eos actionem pariter operatos esse. Ita Sabellij errorem destruens hæc uox, ut non alia æque, addidit illis & diuerso impietatis genere insanientes. De his loquor, qui temporalibus interuallis filium à patre, & spiritum sanctum à filio distrahunt. Cui sensui maxime repugnat syllaba Cum, eo quod Cum, coniunctionem inter se communicantium exprimit.

primit, uelut simul nauigantium & simul inhabitantium, aut quiduis aliud communiter perficientium. At præpositio In, declarat relationem ad id in quo sunt operantes. Siquidem quum audimus In nauigant, aut In habitant, protinus cogitamus scapham, aut domum. Itaque iuxta communem usum harum syllabarum talis est inter ipsas differentia, aut si quid amplius inueniri possit à studiosis. Neque enim mihi uacat de ratione syllabarum exquirere. Quoniam igitur demonstratum est præpositionem Cum, significatissime reddere cōiunctionis intelligentiam, sit uobis si uideatur scederata, ac desistite atrox, & in denunciatum bellum cum illa gerere. Attamen quanquam ea uox a deo boni ominis est, si cui cordi est per syllabam Et, glorificando connectere nomina, sicut in euangelij de baptismo didicimus, patrem & filium & spiritum sanctum, ita fiat, nemo contradicurus est. Hac conditione deponamus arma. Sed isti citius abiecerint linguas, quam hanc uocem recipiant. Hoc igitur est, quod nobis indenunciatum & irreconciliabile bellum excitat. In spiritu, inquit, sancto, danda est gloria deo, non ipsi spiritui: ac mordicus hanc uocem In, uelut humilem addunt spiritui. De qua nō inutile fuerit prolixius dicere. Quæ quum audierint isti, demitabor si non eam proditricem, & ad spiritus gloriam ultrò transfugam pronunciarint.

QVOT MODIS DICITVR IN, TOTIDEM MODIS
de spiritu accipi. Cap. xxxvi



MHI consideranti quum simplex ac breuis sit huius syllabæ pronuntiatione, tamen uaria uidentur quæ per eam significantur. Quot enim modis dicitur In, totidem modis inuenimus eam de spiritu conceptibus subservire. Nam forma dicitur esse in materia, & potentia in eo quod est alterius formæ capax, & habitus in eo qui secundum illum affectus est, aliaque huius generis multa. Itaque quatenus spiritus sanctus uim habet perficendi creaturam rationalem, absolvens illius fastigium, formæ rationē obtinet. Nam qui iam non uiuit secundum carnem, sed spiritu dei agitur, & filius dei nominatur, & con formis imagini filij dei factus est, spiritalis dicitur. Et sicut cernendi uis est in oculo sano, sic & operatio spiritus in anima purgata. Eoq; Paulus optat Ephesijs, ut oculos habeant illuminatos in spiritu sapientiæ. Et quemadmodum ars est in eo qui natus est illam: ita gratia spiritus in eo qui recipit, semper quidem præsens, at non perpetuo operans. Nam & ars, potentia quidem est in artefice: actu uero tum, quum secundum illam operatur: itidem spiritus, semper quidem ardeat dignis, sed operatur in illis iuxta utilitatem, aut in prophetijs, aut in sanationibus, aut in alijs miraculorū operationibus. Præterea sicut in corporibus est sanitas, aut calor, aut in genere affectiones facile mobiles: sic & in anima frequenter est spiritus, ijs qui mente sunt instabili, ac facile quam acceperant gratiam expellunt: qualis erat Saul, & septuaginta seniores filiorum Israel, præter Eldad & Modad: apud hos enim solos apparet mansisse spiritum sanctum: & in genere, si quis est istis animi proposito consimilis. Item quemadmodum uerbum est in animo, interdum ut in corde cogitatum, interdum ut lingua prolatum, sic est & spiritus sanctus uel quum testimonium præbet spiritui nostro, uel quum clamat in cordibus nostris Abba pater, uel quum loquitur pro nobis, iuxta id quod dictum est, Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Iam quemadmodum totum est in partibus, intelligitur & spiritus esse in aliquo, iuxta donorum distributionem. Omnes enim inuicem sumus membra, sed habentes dona secundum gratiam dei quæ data est nobis diuersa. Ea propter non potest dicere oculus manui, non opus habeo te, aut rursus caput pedibus, non est mihi uobis opus. Sed omnia simul implent corpus Christi in unitate spiritus, necessariam autem utilitatem sibi inuicem reddunt, ex donis. Deus posuit membra in corpore unum quodque ut uoluit. Membra eandem habent pro se mutuo sollicitudinem, iuxta spiritualem communionem sensus qui ipsis communiter adest. Eoq; si affligitur unum membrum, similiter affliguntur omnia membra. Siue glorificatur unum membrum, simul gaudet omnia membra. Rursus quemadmodum partes sunt in toto, ita singuli sumus in spiritu, eo quod omnes in uno corpore in unum spiritum baptizati sumus. Porro quod dictum mirum uidebitur, nihilo tamen minus uerum est, etiam ueluti locus eorum qui sanctificantur, hæc

penumero dicitur spiritus. Ostenditur nec hic sermo diminueret spiritum, sed glorificare potius. Nomina corporalia etiam ad spirituales intellectus, euidentiæ gratia frequenter transfert sermo diuinus. Obseruauimus igitur & psalmodum de deo loquentem, *Esto* *psal. 30* *mibi in deum protectorem, & in locum munitum, ut saluum me facias. De spiritu uero,* *Exod. 33* *Ecce locus, inquit, apud me est, sta super petram: quid aliud sentiens locum, quam uisionem in spiritu, in qua quum esset Moses, potuit uidere deum euidenter ipsi apparentem. Hic est locus ueræ adorationis sempiternus. Attende, inquit, ne offeras holocaustoma tuum in quouis loco, sed in loco quemcumque elegerit dominus deus tuus. Quod igitur est holocaustoma spirituales Sacrificium laudis. Quo in loco hoc offeremus? In spiritu sancto. Vbi* *psal. 50* *hoc didicimus? Ab ipso domino, dicente, Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Hunc locum quum uidisset Iacob, dixit, Dominus est in loco hoc. Itaque spiritus uere locus est sanctorum. Sanctus item & domicilium dicitur, spiritui seipsum præbens ad inhabitandum, & templum eius appellatur. Sicut enim in Christo loquitur Paulus, Coram deo, inquit, in Christo loquimur, ita Christus in Paulo, uelut ait ipse, An experimentum queritis qui loquitur in me Christi. Sic et in spiritu loquitur mysteria. Ac spiritus rursum loquitur in eo. In rebus ergo conditis ad hunc modum, multifariam uarijsque rationibus dicitur spiritus inesse. Caterum magis pium est, dicere eum esse cum patre, quam inesse patri. Nam gratia ab eo manans habitante in ijs qui digni sunt, ac suas operationes in illis exerente, recte dicitur inesse ijs qui sunt illius capaces. At illius subsistentia quæ fuit ante secula, nec unquam desitura permanentia cum filio & patre considerata, sempiternæ potentia & conjunctionis requirit appellationes. Proprie siquidem ac uere coesse dicitur, de ijs quæ sibi inuicem inseparabiliter adsunt. Ut calorem ferro ignito inesse dicimus, & unam simul cum ipso igni inesse. Item corpori sanitatem inesse dicimus, uitam autem simul cum anima esse. Ergo ubi peculiaris & conaturalis atque inseparabilis communitio est, significantiore uox est, quæ inseparabilis consortij cogitationem suggerit intellectui. Contra, ubi intelligitur accidere cuiuspiam ab illo gratia quæ & decedere possit, similiter & hic proprie uereque inesse dicitur, etiam si in ijs qui receperunt, sapenunero propter affectus in bono perseverantiam gratia illius permaneat. Proinde quoties peculiarem spiritus dignitatem intelligimus, cum patre & filio ipsum esse contemplamur. Vbi uero gratiam in ijs qui spiritus participes sunt sentimus, in nobis esse spiritum dicimus. Et quæ a nobis defertur glorificatio spiritui, non habet professionem dignitatis illius, sed nostræ ipsorum imbecillitatis confessionem, dum ostendimus, quod nec idonei sumus à nobis ipsis glorificare, sed sufficientia nostra est in spiritu sancto, in quo corroborati, pro beneficijs acceptis deo nostro gratias absoluius, iuxta quod à malitia purgati sumus. Alius enim alio plus, aut minus, auxilio spiritus adiuuamur ad offerendum hostias laudis deo. Hoc pacto iuxta communem modum pie gratiarum actionem spiritui persoluimus. At sane illud nequaquam leuis est momenti, ut aliquis de seipso testificetur, dicatque, Spiritus dei est in me, & per gratiam illius sapiens factus, refero gloriam. Nam hæc uox Paulum decet, Videor & mihi spiritum dei habere. Et rursum, Egregium depositum serua per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Item de Daniele legimus, quod spiritus dei sanctus fuerit in eo. Et si quis illis ad similes sit uirtute. Alter autem intellectus est, nec ipse reiiciendus, quod sicut in filio uideatur pater, sic filius uideatur in spiritu. Itaque adoratio quæ fit in spiritu, animis nostris uelut in lucem adductis uim suam suggerit, ut discere licet ex his quæ Samaritanæ dicta sunt. Dominus enim adorationem quæ iuxta regionis illius consuetudinem erat usitata, sua doctrina abrogans. In spiritu, inquit, & ueritate oportet adorare: nimirum seipsum appellans ueritatem. Quemadmodum igitur in filio dicimus adorationem, uelut in imagine dei ac patris: sic & in spiritu dicitur, tanquam in seipso domini diuinitatem exprimente: unde & in adoratione inseparabilis est à patre & filio spiritus sanctus, eo quod si extra illum, nullo pacto sit adoraturus: contra, in illo si fueris, nullo loco seiungeris à deo, nihilo profecto magis quam lumen separabis ab his quæ uisui patent. Impossibile siquidem est cernere imaginem dei inuisibilis, nisi in lumine spiritus. Etenim qui intuetur imaginem, hunc impossibile est lumen ab imagine separare. Quod enim ut uideas in causa est, id necesse est, ut simul cum his quæ cernuntur, uideatur. Itaque proprie & congruenter per illuminationem*

tionem spiritus uidetur splendor gloriæ dei. Per characterem autem ad eum cuius est character, & eiusdem figuræ signum subuehimur.

VNDE INITIUM HABEAT SYLLABA CVM, ET QVAM
uim habeat, ubi & de ecclesiæ legibus nullo scripto
proditis. Cap. XXVII.



QVAM ob causam, inquit, quum proprie conueniat hæc syllaba In, spiritui: ac nobis ad exprimendum quemuis de spiritu intellectum sufficiat, uos nouam istam syllabam induxistis, qui dicitis, Cum spiritu, non In spiritu sancto, alioqui nec necessarijs, nec ab ecclesia probatis uocibus utentes: Quod igitur hæc syllaba In, spiritui sancto non in sortem proprie cessit, sed patris filijque communis est, in superioribus dictum est. Arbitror autem & illud satis demonstratum, quod In, non solum nihil detrahit dignitati spiritus, uerumetiam ad summam celsitudinem erigit cogitationes eorum qui non prorsus mente corrupti sunt. Superest autem differere de syllaba Cum, unde coeperit, & quam uim habeat, & quatenus scriptura concordet. Dogmata quæ in ecclesia prædicantur, quædam habemus & doctrina scripto prodita, quædam rursus ex apostolorum traditione, in mysterio, id est, in occulto tradita recepimus. Quorum utraq; parem uim habent ad pietatem, nec his quisquam contradicit, quisquis sane uel tenuiter expertus est, quæ sint iura ecclesiastica. Nam si consuetudines quæ scripto prodita non sunt, tanquam haud multum habentes momenti contemnerentur rejicere, imprudentes & ea damnabimus quæ in euangelio necessaria ad salutem habentur, imò potius ipsam fidei predicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus est, ut eius quod primum est & uulgatissimum primo loco commemorem: ut signo crucis eos qui spem collocarunt in Christum signemus, quis scripto docuit? Ut ad orientem uersi precemur, quæ nos docuit scriptura? Inuocationis uerba quum ostenditur patris eucharistiæ & poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit? Nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Euangelium; uerum alia quoque & ante & post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione citra scriptum accepimus. Consecramus autem aquam baptismatis, & oleum unctionis, præterea ipsum qui baptismum accipit, ex quibus scriptis? Nonne à tacita secretaque traditione? Ipsam porrò olei unctionem, quis sermo scripto proditus docuit? Iam ter immergi hominē, unde est traditum? Reliqua item quæ fiunt in baptismo, ueluti renuunciare satanæ & angelis eius, ex qua scriptura habemus? Nonne ex priuata & arcana hac traditione? Non ex doctrina, quæ patres nostri in silentio, quod curiosos & ociosos submouet, seruarunt? Pulchre quidem illi nimirum docti arcanorum uenerationem silentio conseruari. Nam quæ nec intueri fas est non inuitatis, qui conueniebat horum doctrinam publicitus circumferri scripto? Aut quid tandem sibi uoluit magnus ille Moses, qui non omnia quæ erant in templo passus sit omnibus esse peruisa, sed prophanos extra sacros cæcellos statuit. Sed priora atria purioribus permittens, Leuitas solos dignos censuit numinis ministerio: mactationes autem & holocaustorum oblationes, reliquumque ministerium sacerdotibus assignauit: atque unum ex omnibus selectum in adyta recepit: ac ne id quidem semper, sed uno tantum die quotannis: rursus & huius diei certam horam quæ fas esset ingredi, præstituit, quo propter nouitatem & inueteritatem, cum stupore intuerentur sancta sanctorum: probe sciens pro sua sapientia, res usu tritas & undecumque parabiles, expositas esse contemptui: caterum ei quod sepositum est, quodque ratum est, huic natura coniunctam esse summam admirationem ac studium. Ad eundem profecto modum, & qui in primordijs ecclesiæ certos ritus præscripserunt, apostoli & patres, in occulto silentioque mysterijs suam seruaere dignitatem. Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares ac uulgares aures effertur. Hæc est ratio quare quædam citra scriptum tradita sunt, ne dogmatum cognitio propter assuetudinem uulgo ueniret in contemptum. Aliud autem est dogma, aliud edictum. Nam dogmata silentur, edicta uero publicantur. Est autem silentij species etiam: obscuritas qua uitur scriptura, mentem ad contemplationem dogmatum inhabilem exercens, idque ad utilitatem in scripturis uersantium. Hanc ob cau-

iam omnes spectamus ad orientem quem precamur. Pauci tamen nouimus, quod id facientes antiquam requirimus patriam, uidelicet paradysum, quem conferuit deus in Eden ad orientem. At in prima sabbati erecti perficimus deprecationes, sed rationem non omnes nouimus. Non solū enim quod ueluti simul cum Christo resuscitati, quæ sursum sunt querere debeamus, in die resurrectionis datæ nobis gratiæ stando precātes nosmetipsos cōmonefacimus, sed quod is dies uideatur aliquo modo imago uenturi seculi. Eoq; quum sit principium dierum, non primus à Mose, sed unus appellatus est. Facta est, inquit, uespere & mane dies unus: tanquam qui saepe recurat, ut unus sit idem & octauus, unū illum singularem ac uerum octauum cuius Psalmista alicubi in psalmis meminit, per se significans, diem inquam post horum temporum statum nunquam finiendum, ac uesperæ nescium, nec successori cedentem, hoc est, aternitatem, quæ nec finem habet, nec senium nouit. Necessarium igitur in hoc die ecclesia suos alumnos docet, stantes absoluere preces suas, ut absidua commonitione uitæ illius nunquam desitura, nō negligamus ad eam de migrationem parare uaticum. Quin & totum tempus usque ad pentecosten, admonitio est resurrectionis quam in illo seculo expectamus. Nam unus ille, & primus dies septies multiplicatus, septem sacra pentecostes hebdomadas absoluit. A primo enim incipiens, in principium desinit, per similes qui in medio intercedunt dies quinquages evoluit. Vnde & aternitatē similitudine refert, dum uelut in motu circulari, ab isdem orsus signis in eadē desinit. In quo corporis erecto habitu precari potius nos ecclesiæ ritus docuerūt, nimirū per euidentem cōmonitionem quasi transferētes mentem nostram à presentibus ad futura. Insuper & quoties genua fleximus, & rursus erigimur, ipso facto ostendimus, quod ob peccatum in terram delapsi sumus, & per humanitatem eius qui creauit nos, in cœlum reuocati sumus. Deficiet me dies, si ecclesiæ mysteria citra scriptum tradita pergam recensere. Omitto cetera, ipsam fidēi professionem, qua credimus in patrem & filium & spiritum sanctum, e quibus habemus scriptis: Etenim si quoniam ex baptismi traditione, iuxta pietatis cōgruentiam, ut baptizamus, ita credere debemus, similem baptismi professionem exhibemus: concedant nobis, ut iuxta eandem consequentiam similiter glorificemus deum ut credimus. Quod si glorificandi modum, ueluti scripto non traditum reijciunt, proferant nobis & fidēi professionis & ceterorum quæ commemoramus probationem e scripturis. Et postea, quum tam multa sint quæ scripto prodita non sunt, & tantum habent momenti ad pietatis mysterium, unicam dicitur uinculam quæ à maioribus ad nos deuenit, non concedunt: quam nos ex inaccessata consuetudine, in incommutabiles ecclesiarum ritus permanentem inuenimus, haud mediocrem rationem habentem, neque mediocrem perfectionem ad mysterij uim adferentem. Dicitur est igitur eandem esse uim utriusque proloquij. Dicitur autem & rursus ubi concordent inter sese, ubi differant: non quod inter se pugnent per contrarietatem, sed quod utraq; peculiarem adferat intellectum ad pietatem. Siquidem præpositio In, magis denotat dei societatem nobiscum: at præpositio Cum, exprimit communionem spiritus cum deo. Eoq; uocibus ambabus usi sumus, altera quidem dignitatē spiritus exprimentes, altera gratiā quæ nobis ab illo est, declarantes. Ita in spiritu & gloriā offerimus deo, etiā cum spiritu, nihil ex nobis dicentes, sed uelut e regula dominicæ doctrinæ, ad ea quæ iuncta sunt, sibiq; inuicem coherent, ac mysterijs necessariā unionem habent, dictionem transferentes. Nam quod in baptisate cōnumeratū est, necessario indicamus & in fide oportere copulari. Professionem autē fidēi, uelut inuicem quoddam glorificationis fecimus. Sed quid faciendum est? Nunc enim doceant nos, ne baptizemus quemadmodū accepimus, aut ne glorificemus quemadmodū credimus. Demonstrat aliquis, aut non esse necessariā & indiuisam horū inter se consequentiā, aut in hisce nouitate non esse totius destructionē. At non desinūt isti sursum deorsum iactare, dei cum sancto spiritu glorificationem carere testimonio, carere scriptura, & alia huiusmodi. Dicitur est igitur nihil referre ad sensum siue dicas Gloria patri & filio cum spiritu sancto, siue dicas Gloria patri & filio & spiritui sancto. Non igitur fas est cuiquam syllabam Et, ex ore domini profectā reijcere, aut aliter scribere: nec quicquam uetat alteram quæ idem pollet, recipere: quæ quomodo cum illa uel conueniat uel discrepet, superius demonstrauimus. Confirmat autem rationem nobis Apostolus

stolus indifferenter utraq; uoce usus, interdum ita loquens, In nomine domini Iesu Christi, & in spiritu dei nostri: & rursus, Congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini nostri Iesu: nihil interesse ratus ad nominum coniunctionem, siue utaris coniunctione, siue præpositione.

QUOD QUAE DE HOMINIBVS DICIT SCRIPTURA

tanquam unā cum Christo regnantibus, eadem de spiritu dicit

non cōcedant aduersarij. Cap. XXVIII.



IDEAMVS siquam excusationem patribus nostris super huiusmodi usu possimus excogitare. Nam qui nobis ita loquendi fuerunt autores, magis quam nos harent in crimine. Paulus igitur Colossensibus scribens: Et uos, inquit, quum essetis mortui delictis ac præputio, uiuificauit simul cum Christo. Num igitur toti populo & ecclesiæ donauit deus uitam, quæ est cum Christo, sancto autem spiritui non est uita cum Christo? Quod si istud uel animo concipere impium est, an non pium est professionem ut natura coniuncta est, ita coniunctim persoluere? Ad hæc, an non extremi stuporis est, fateri sanctos esse cum Christo: sicut dem Paulus peregrinans à corpore, præsens est apud dominum, ac resolutus iam est cum Christo: istos uero ne id quidem spiritui qui in eos uenit tribuere, ut sic cum Christo sit, quemadmodum sunt homines. At Paulus seipsum dei cooperarium appellat in administratione euangelij. Sed spiritum sanctum, per quem in omni creatura quæ sub cœlo est fructificat euangelij, si cooperariū appellemus, impietatis nos reos peragēt: Et ut uideatur, uita sperantiū in domino absconsa est cum Christo in deo, quumq; Christus apparuerit uita nostra, tunc & ipsi cum eo manifestabuntur in gloria: ipse autē spiritus uitæ qui liberauit nos à lege peccati, nequaquam est cum Christo, neq; in uita latente & abscondita cum illo, neq; in illustratione gloriæ, quam nos in sanctis patefaciendam expectamus. Hæredes dei, & cohæredes Christi nos sumus, spiritus uero exhaeres est & alienus à communionem dei & Christi eius. Et ipse quidem spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quod simus filij dei: Nos uero spiritui, ne eius quidem societatis quam illi cum deo esse à domino didicimus, testimonium præbemus: Porro quod est amentia caput, nos per fidem in Christum quæ est in spiritu, confurrexisse cum illo, & simul cum illo sessuros, esse in supercœlestibus speramus, quum transformauerit corpus humilitatis nostræ, ab animali ad spirituale: spiritui uero non confessum, non gloriā, non aliud quicquam eorum quæ ab ipso habemus, impartimus: & quibus nos esse dignos, iuxta donum eius, qui promisit haudquaquam uanum, credimus: horum nihil spiritui, quasi superent illius dignitatem, concedimus. Et tibi quidem iuxta dignitatem licet semper esse cum domino, & expectas, ut raptus in nubibus in aerem, semper sis cum domino: spiritum autem nunc esse cum Christo negas, ut qui illum commemoret computetq; patri & filio, in exilium agas, ueluti qui impietatem non ferendam admiserit. Pudet reliqua adiungere, quod tu quidem expectas fore, ut cum Christo glorificeris: nam simul affligimur, ut simul glorificemur: spiritum autem sanctificationis non glorifices simul cum Christo, ut pari saltem tecum honore digneris: & tu quidem speras te conregnaturum, spiritum uero gratiæ afficis contumelia, serui famulicq; locum illi assignans. Atq; hæc dico, non ut ostendam tantumdem honoris deberi spiritui in glorificatione, sed ut illorū dementiā redarguā, eorum qui ne hoc quidē illi cōcedunt, sed uelut impietate horrent, in gloria spiritus consortium cum patre & filio. Quis potest hæc absq; gemitu cōmemorare? An non a deo manifestū est, ut uel puer intelligat, hæc quæ nūc fiunt, esse proœmia defecturæ fidēi, id quod minatus est dominus. Quibus cōtradici fas nō erat, ea facta sunt ambigua. Credimus in spiritū & nostris ipsorū professionibus repugnamus. Baptizamus, & rursus pugnamus. Ut uitæ primariū ducē inuocamus, & ut conseruū despiciamus. Cum patre & filio spiritū accipimus, & eum ut creaturæ partem contemptū habemus. Quid autē orābunt isti, qui quū nesciant an aliquid magnificum uel loqui prouocētur à spiritu, tamē tanquā assequi possint dignitatis modum, quod in dicitis nimium est, castigant, quos oportebat suam deplorare infirmitatē: quoniam pro his quæ facta accepimus, ne uerbis quidē agere gratias sumus idonei. Excellit enim omnē intellectum, omnēq; rationis naturam refellit, quū ne minima qui-

dem ex parte spiritus dignitatem adaequet iuxta sermonē libri, qui inscribitur Sapia. Excitate, inquit, quantumcumque potestis, superat enim adhuc, & exaltantes eam multiplicite. Nolite laborare, non enim assequemini. Profecto metuendum est uobis, ne pro istiusmodi sermonibus horribiliter accusemini, qui a deo mentiri nescio audistis, irremissibilem esse blasphemiam aduersus spiritum.

ENumeratio eorum qui celebres in ecclesia, in scriptis suis usi sunt hac uoce Cum Cap. XXIX



ANE contra id quod dicunt, praepositionem Cum, & carere testimonio, nec in scripturis extare, illud dicimus: si nihil aliud est receptum absque scripturis, ne hoc quidem recipiatur: si plurima arcana citra scriptum recepta sunt nobis, cum alijs pluribus & hoc recipiamus: Arbitror autem apostolicum esse, etiam non scriptis traditionibus inherere. Laudo, inquit, uos, quod omnia mea meministis, & quemadmodum tradidi uobis, traditiones obtinetis quas accepistis, siue per sermonem, siue per epistolam. Quarum maxime una est, & haec de qua nunc agimus, quam qui ab initio prescripserunt, tradideruntque posteris, usu semper simul cum tempore progrediente per longam consuetudinem ecclesiae irradicarunt. Ergo si apud tribunal probandi est scripto destituti, multos uobis testes produceremus, nonne sententiam absoluentem a uobis consequeremur? Ego quidem arbitror, in ore siquidem duorum ac trium testium stabit omne uerbum. Quod si etiam temporis diuturnitatem pro nobis facientem uobis euidenter ostenderimus, an non uidebimur uobis probabilia dicere, non posse litem istam nobis intendi? Veneranda sunt enim uetusta dogmata, quod ob antiquitatem ceu canicem quandam, habeant quiddam reuerendum. Enumerabo itaque uobis huius sermonis auctores. Simul autem aestimatur in eo quod tacetur, etiam tempus. Neque enim ex nobis primum coepit impetus. Qui potuit nos quidem reuera hesterni sumus, quemadmodum dicit Iob, sane ad tam longum tempus huius consuetudinis aequale. Ipse quidem, si quid de me proprie loquendum est, uocem hanc tanquam hereditatem paternam conseruo, acceptam a uiro multo temporis in seruitio dei uersato, per quem & baptizatus sum, & ecclesiae ministerio admotus. Caterum quum apud me reputo si quis ueterum ac beatorum uiuorum, his quibus nunc reclamatur uocibus usus sit: multos reperio quibus antiquitas fidem conciliat, qui iuxta exactam eruditionem, non iuxta horum temporum homines, quorum alij praepositione, alij coniunctione in glorificatione sermonem copulant, statuerunt nihil referre, sane quod ad rectam attinet pietatis intelligentiam. Irenaeus ille, & Clemens Romanus, & Alexandrinus Dionysius, id quod etiam auditu mirum est, in secunda ad sibi cognominem epistola, de accusatione ac defensione, hunc in modum finit sermonem. Transcribam autem uobis ipsa hominis uerba: His, inquit, congruenter & nos, etiam forma regulaque a senioribus qui ante nos uixerunt, accepta, concordibus uocibus cum illis gratias agere, ac nunc etiam uobis scribere desinamus: Deo autem patri & filio domino nostro Iesu Christo cum sancto spiritu gloria & imperium in secula seculorum, amen. At haec nequaquam dicere posset aliquis a scriptoribus esse mutata. Neque enim ita sermonem produxisset, formam ac regulam se a maioribus accepisse, dicens, Si in spiritu dixisset, huius enim usus creber est, at illud erat quod egebat excusatione. Qui quidem & in medio scripti, sic alicubi loquitur aduersus Sabelianos: Si eo quod tres sunt personae, diuisas esse dicunt, tres sunt, etiam si nolint, aut diuinitatem, est trinitas. Sed & Clemens antiquior, Viuit, inquit, deus & dominus Iesus Christus & spiritus sanctus. Irenaeus autem ille, qui uicinus fuit apostolorum temporibus, quomodo mentionem spiritus faciat, disputans aduersus haereses audiamus: Eos uero, inquit, qui effrenes deferuntur ad suas concupiscentias, nullum habentes diuini spiritus desiderium, merito Apostolus carnales uocat. Et alibi dicit idem, Ne expertes facti diuini spiritus, frustremur regno caelorum. Inclamat Apostolus, quod caro non possit hereditatem capere regni caelorum. Quod si cui Eusebius Palaestinus propter eruditionem uariam idoneus uideretur cui habeatur fides, & ex illo uoces easdem ostendimus, in dubitationibus, de priscorum multiplici consuetudine loquitur enim hunc in modum, exhortans seipsum ad uerba prophetarum: Sanctum

Sanctum deum lucis actorem per seruatorem nostrum Iesum cum sancto spiritu inuocantes. Iam uero & Origenem multis in locis expositionum quas in psalmos adidit, deprehendimus: cum sancto spiritu gratias agentem deo, uirum qui non omnino sanas habet in omnibus de spiritu opiniones: nihilominus & hic reueritus consuetudinis robur, pijs uoces emittit de spiritu, qui quidem in sexto ni fallor libro Enarrationum in euangelium Ioannis, etiam adorandum spiritum euidenter pronunciat, ita scribens ad uerbum: Quoniam aquae lauacrum significat purgationem animae ab omnibus maliciae sordibus abluta, nihilo tamen minus & per seipsum, ei qui seipsum praebet diuinitati adorandae trinitatis, per uirtutem inuocationum gratiarum principium ac fontem habet. Ac rursus in Comentaribus, quibus exponit epistolam ad Romanos, Sacrae, inquit, uirtutes capaces sunt uirgeniti & sancti spiritus deitatis. Ad hunc modum opinor, traditionis uis saepe compulsi homines, etiam suis ipsorum dogmatibus contradicere. At nec Africanum historicum, talis glorificandi forma praeterijt. Si quidem palam est in quinta de temporibus epitoma, & ipsum ad hunc loqui modum. Nos uero qui & illorum uerborum mensuram didicimus, nec ignoramus fidei gratiam, gratias agimus ei, qui praebet nostris patribus, omnium seruatorem ac dominum nostrum Iesum Christum, cui gloria, maiestas, cum sancto spiritu in secula. At de ceteris fortassis dubitari possit, aut credi possint per intolerabilem audaciam a scribis immutata, quum in unica syllaba sit discrimen. Verum quae pluribus uerbis dicta citauius, ea nec recipiunt insidiarum suspicionem, & ab ipsis libris paratum habent testimonium. Porro quod alioqui fortassis humiliter uidebitur, quam ut in medium adducatur, sed ei tamē qui de nouitate accusatur, necessarium ad testificandum temporis antiquitatem, hoc quoque nunc adijciemus. Visum est patribus nostris, uesper tini luminis gratiam haudquaquam silentio arripere, sed mox ut apparuit agere gratias. Quis autem fuerit autor illorum uerborum, quae dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non possumus. Populus tamen antiquam profert uocem, neque cuiquam unquam uisi sunt impietatem committere, qui dicunt: Laudamus patrem & filium & spiritum sanctum dei. Quod si quis etiam nouit Athenogenis hymnum, quem tanquam aggressorium discipulis suis reliquit, festinans iam ad perfectionem quae sit per ignem, is nouit & martyrum sententiam de spiritu. Et haec quidem haecenus. Caterum Gregorium Magnum, & illius uoces quo loco ponam? An non cum apostolis & prophetis, uirum qui eodem spiritu quo illi uersatus sit, quique sanctorum uestigijs per omnem uitam inhererit, quique euangelicae conuersationis uigorem quamdiu uixit praestiterit. Equidem illud dixerim, profecto iniuria afficiemus ueritatem, si non animam illam annumeremus is qui deo iuncti sunt, qui uelut insignis magnaque lucerna in ecclesia dei resplendunt, qui e spiritu ope terrorem habuit aduersus daemonum potestatem. Nam tantam acceperat gratiam ad obedientiam fidei inter gentes, ut assumptis non plus septemdecim Christianis, uniuersum populum, & urbanum, & rusticum, per agnitionem adiunxerit deo. Ille & fluminum cursus in diuersum uertit, praecipiens illis in magno nomine Christi, & paludem exsiccauit, belli causam praebentem fratribus avaris. Caterum praedictiones de futuris eiusmodi sunt, ut nihilo sit inferior ceteris prophetis. Sed omnino personae fuerit uiri percensere miracula, qui propter donorum excellentiam quae in ipso operabatur spiritus, in omni uirtute, signis ac prodigijs, ab ipsis etiam ueritatis hostibus alter Moses appellatus fuit. Intantum in illo in omnibus tum dictis tum factis, eorum quae per gratiam peragebantur, ueluti lumen refulsit, supercoelestis uirtutis indicium quae ex occulto asseclabatur illum. Cuius in hodiernum quoque diem magna est apud eius regionis homines admiratio, recensque ac semper uigens memoria sic infixae est ecclesiae, ut nullo tempore obsolecat. Itaque non factum aliquod, non dictum, non figuram ullam mysticam, ultra quam illis reliquit, ecclesiae adiecerunt. Imo hic multa in his quae apud illos aguntur in ritibus uidentur imperfecta, propter institutionis antiquitatem. Neque enim sustinebant qui in ecclesiae administrationem successerant, additamenta quae post illum adinuenta sint recipere. Idem igitur fuit glorificationis modus, quae instituit Gregorius, & is cui nunc contradicitur, ex illius institutione ecclesiae obseruatus. Haud multum sit negocij, ei qui se paulum excitavit, super his certitudinem accipere. Hanc fidem & Firmiliano nostro

fuisset

fuisse, testantur illius libri quos reliquit. Insuper & Meletium illum admirandum, in eadem fuisse sententia, narrat qui cum illo uixerunt. Sed quid opus est uetera commemorare? Imò nunc qui sunt Orientales, nonne hoc uno potissimum pie sentientes agnoscunt, hac uoce ueluti signo, suos ab alienis diiudicantes? Vt autem ego è quodam Mesopotamio auidui, uiro & linguæ eruditæ & mentis integræ, ne licet quidem illis, etiam si uelint, aliter sonare uocem eo loco receptam, sed necesse est illis, per uoces idem cum hac pollutentes, iuxta quamdam maiorum proprietatem glorificationem offerre. Quin & Cappadoces sic iuxta regionis morem loquimur, iam tum in linguarum diuisione, dictionum usum prouidente spiritu. Quid porro Occidens totus, propemodum ab Illyrico usque ad fines nostri orbis? Nonne per hanc uocem orat? Qui sit igitur, ut ego sim inuouator, & recentiorum uerborum architectus? quæ totas nationes, ciuitates, & consuetudinem omni hominum memoria uetustiore, insuper & uiros ecclesiæ columnas, & omni scientia ac uirtute spiritus uenerandos, duces & autores huius uocis exhibeam? Ob hæc aduersus nos mouetur hostilis acies, omnesque ciuitates, uici, & omnes extremi fines, pleni sunt nos calumiantium uocibus. Molesta quidem hæc ac lugenda cordibus quærentium pacem: uerum quoniam est magna merces eorum, qui perseueranter pro fide sustinent afflictiones, præter hæc & gladius splendescat, & securis acuatur, & ignis ardeat, Babylónico illo uehementius, & omnia suppliciorum instrumenta in nos moueantur. Quod ad me quidem attinet, nihil arbitror formidabilius, quam non formidare minas, quas dominus in spiritum blasphemias iacentibus intantauit. Igitur apud cordatos homines ad purgationem mei, sufficiunt hæc quæ dicta sunt, quod recipimus uocem adeo gratam & amicam sanctis, insuper & tam diutino usu comprobata, quæ ex quo tempore est annunciatum euangelium usque ad præsens, demonstratur in ecclesijs usitata fuisse, & quod est omnium maximum, quæ pium ac religiosum habet sensum. Cæterum apud magnum illud tribunal, quam nobis excusationem appaauerimus: Nimirum quod induxit nos ad gloriam spiritus, primum honos illi habitus à domino, in baptisate spiritum adiungente sibi & patri: præterea quod quisque nostrum per talem initiationem ad dei cognitionem institutus est. Super omnia uero terror minarum, arcens omnem indignitatis & humilioris opinionis cogitationem. Aduersarij porro quid tandem dicuntur? Quam blasphemiam excusationem adferent? qui neque honorem quem dominus tribuit spiritui, reueriti sint, nec minis illius deterriti. Istis quidem liberum est de suo consultare negocio, aut etiam mutare consilium. Ipse uero optarim, primum ut deus bonus det suam pacem uincens in cordibus omnium, ut isti qui fremunt in nos, atrociterque conglomerati insurgunt, in spiritum lenitatis & charitatis, compescantur. Quod si prorsus sic efferati sunt, ut non possint mansuescere, certe det nobis illorum facta tolerantiter ferre. In summa, qui condemnationem mortis in se habent, his molestum non est pro fide affligi, sed maxime intolerabile est in ea non certasse, quandoquidem athletis non perinde graue est in certamine plagas accipere, quam omnino non admitti in stadium. Aut fortassis hoc erat silentii tempus, iuxta sapientem Solomonem, Nam quid prodest reuera clamare aduersus uenturum, quum tempestas adeo uiolenta uitam occupet, à qua mens qualibet eorum, qui uerbo initiati sunt, uelut oculus puluerulentia quadam, ex errorum seductione, oppleta, confusa est: qualibet aures grauissimis & insolitis sonis obtunduntur, turbine uero circumaguntur omnia, suntque in periculo ruinae.

EXPOSITIO PRÆSENTIS ECCLESIAE
status. Cap. xxx. & ultimum.

Celestia



VI igitur comparabimus præsentem statum: Profectio similis belli naualis, quod ex multo odio, ex ueteribus offensis inter ipsos per longum tempus uolito, naumachi quipiam ac bellaces instituerunt. Nunc igitur in hac imagine mihi spectata terribile utrinque concursus, innoxia iam eorum erumpente ut sit immedicabile, utraq; partem simul prostratam confici. Pone si uis uiolento turbine circumagi classem, caliginemque densam è nubibus incumbere, adeoque obscurare rerum uisibilem speciem, ut nulla sit amicorum & hostium discretio, propterea quod ob confusionem symbola militaria sunt ignota. Huic imagini propter euidentiã addamus etiam mare intumescere, atque ab imò subuerti, rapidumque Aquilonem è nubibus deorsum erumpere, horribilemque procellam

procellam ingentibus fluctibus, quos tricymias uocant, exurgere: post hæc uentis undique concurrentibus, totam classem inter se cum fragore collidi: atque in conflictu, alios quidem ueluti sui proditores ad ipsam desperationem ultrò transfugere, alios cogi, ut pariter & scaphas impellant à uentis actas, & occurrant irumpentibus, seseque mutuo per seditionem trucident: quam seditionem partim iam ad extremum prouecta inuidia, partim quæ singulis adest uincendi cupiditas excitauit. Ad hæc cogita confusum quandam & indiscretum clamorem, per uniuersum illud mare resonantem, partim è uentorum strepitu, partim è collisione nauium, partim ex undarum impetu feruentium, partim ex uociferatione præstantium uarias uoces pro singulorum affectibus emitti, ut neque naucleri, neque gubernatoris uocem exaudire liceat, sed prodigiosam quandam mixturam confusionemque incredibilem mariorum, dum ob omnem uitæ spem ereptam, prorsus non timent peccare. Adhuc ipsidem & immedicabilem quandam morbum, ac insanabilem præ gloriæ cupiditate insaniam, ut quum nauis iam in fundum maris deferatur, tamè nautici duces primam assequendi laudem contentionem non remittant. Transi iam ab imagine, ad ipsum mali archetypum. An non olim uidebatur Arianum schisma, in aduersariam ecclesiæ dei partem separatam in hostium acie ipsum per se solum obstitisse. Verum posteaquam è longa atrocique contentione, usque ad manifestum certamen in nos instructi sunt, tum denique bellum in multas partes iuxta modos innumerabiles dissectum est, ut partim ob publicam simultatem, partim ob peculiarem suspicionem omnibus odium irreconciliabile esset. Hæc uero tempestas ecclesiarum, qua tandem marina procella non est atrocior: In qua ut tota patrum ditio commota fuit, ita omne fundamentum, & si quod dogmatum munimentum conuulsus est. Voluntur insuper & quassantur omnia, putribasi innitentia, alij ab alijs subuertimur. Et si te prior non percussit hostis, is qui auxiliatur, uulnerat. Quod si ille ceciderit icus, commotus protector insurgit. Tantum inter nos habemus societatis, quantum communi odio aduersarios prosequimur. Vbi porro præterierint hostes eos, iam uidemus hostes inter ipsos esse mutuos. Hoc rerum statu quis enumerare possit naufragiorum multitudinem, uel eorum qui hostium impressione demerguntur, uel qui ex occultis sociorum insidijs occidunt, uel qui per imperitiam dum perirent, quum ecclesiæ unã cum ipsis hominibus hæreticorum dolis uelut sub aqua latentibus scopulis illisæ, perditæ sint. Alij uero ex hostibus saluiferi spiritus, qui gubernacula occupant, circa fidem naufragium fecerint. Cæterum turbationes ab huius mundi principibus proficiscentes, an non quauis procella, quouis turbine horribilius subuertunt populos? Ecclesias uero caligo quædam adeo tristis ac mœsta occupat, uidelicet luminaribus mundi, quæ deus posuerat ad illuminandas populorum animas, domo profligatis. Porro, immodica iam inter ipsos uincendi contentio, quum iam imminet terror, minitans internitionem uniuersam, adimit mali sensum. Nam priuata simultas, plus est quam commune publicumque bellum, dum aduersarios uincendi gloria, præfertur publicæ omnium utilitati, quibus præsens temporariaque gloria uoluptas, prior ac potior est, præmissis in posterum repositis. Eoque omnes pariter quocumque possunt modo parricidiales manus sibi inuicem adferunt. Acerbus autem quidam clamor eorum, qui per contentionem inter se disceptant, confusaque uociferatio, & indistinctus sonitus è nunquam silentibus tumultibus, totam propè iam ecclesiam impleuit, per excessus ac defectus rectum pietatis dogma subuertentibus. Nam alij quidem ad Iudaismum, ob personarum confusionem: alij contra, ad paganismum per naturarum contrarietatem deferuntur: adeo ut nec diuinitus inspirata scriptura inter illos sequestram agere possit, nec apostolica traditioes illos inter se conciliare ualeant. Sed unicus amicitiae finis, est ad gratiam loqui: ac sufficiens est inimicitiae causa, opinionibus dissentire. Porro, erroris similitudo, res est quauis coniuratione fidelior ad seditionis societatem. Theologus uero quilibet est, etiam si maculis innumerabilibus conscientiam habeat notatam. Hinc rerum nouatoribus multa copia simul adiuuantium seditionem. Itaque qui seipsum suis elegerunt suffragijs, quicquid affectant principatum, ij ecclesiarum præfecturas sortiuntur, repulsa sancti spiritus administratione: iamque prorsus euangelicis ritibus ob sublatum rerum ordinem confusis, ineffabilis est ad præfecturas irruptio eorum, quorum quisque se palam ingerit ad dignitates, ut depulsis cæteris. Itaque grauis quædam anarchia, ab hoc principatus amore populi

re populos inuasit: unde irritae sunt & ociosae praefectorum exhortationes, dum nemo magis alteri auscultare, quam alijs imperare debere, ob factum ex inscitia conceptum existimat. Has ob res, silere utilius iudicavi, quam loqui, tanquam hominis uox per tantos tumultus exaudiri non possit. Nam si uera loquutus est Ecclesiasticus, Verba sapientum in quiete audiri plurimum abest, ut in hoc statu rerum de his loqui conueniat. Me uero etiam illud propheticum dictum reprimi, Intelligens in tempore illo tacebit: eo quod tempus malum est, in quo alij quidem supplantant, alij uero insultant lapsi, alij uero dominantur, ceterum qui lapsi manum ex misericordia porrigat, nullus est. Atqui iuxta legem ueterem, qui uel iumentum inimici sub onere collapsum praeterierit, non caret damnatione. Sed non itidem fit hisce temporibus. Qui nam fieret, quando refrigerata omnium charitate, sublata est fratrum conspiratio, concordiae uero etiam nomen ignoratur. Sublatae sunt autem etiam amicae admonitiones. Nusquam uiscera humana, nunquam lachryma ex condolentia. Non est qui infirmum in fide suscipiat, sed tantum odium inter contribulatos exarsit, ut quisque magis proximi ruina, quam de proprijs recte factis exulset. Quemadmodum in contagijs pestilentiarum, etiam ij qui summa cura seruant uictus rationem, tamen isdem morbis quibus aegroti laborant, dum ob consuetudinem eorum, qui corrupti sunt, opplenitur & ipsi. Itidem nunc omnes similes inter nos facti sumus, a contentione, quae nostros animos occupauit, ad malorum aemulationem redacti. Hinc implacabiles & amari sedent errorum examinatores, iniqui uero & maluoli recte factorum iudices, ac tantum ut uideatur, malum nobis insedit, ut etiam brutis facti simus brutiores. Siquidem inter illa quae sunt eiusdem generis in eodem armato pascunt: at nobis atrocissimum bellum est aduersus domesticos. Itaque propter has omnes causas silendum erat, sed in diuersam partem retraxit charitas, non querens quod ipsius est, ac uincere cupiens omnem temporum ac rerum difficultatem. Quin & pueri qui fuerunt in Babylonia docuerunt nos, etiam si nemo sit qui pietati suffragaretur, tamen per nos ipsos quod officij nostri est peragere, qui quidem ex incendio medio canebant hymnos deo, haud reputantes multitudinem aspernantium ueritatem, sed sibi inuicem sufficentes, quum essent tres. Quapropter ne nos quidem deterruit hostium densissima turba, sed fixa spe in praesidio spiritus, cum omni fiducia uirtutem annunciauimus. Alioqui foret omnium miserimum, eos qui conuictijs incessunt spiritum tam facile ad impie loquendum audaciam sumere, nos uero qui talem habemus protectorem ac patronum, non audere sermonem suppeditare, qui ex maiorum traditione perpetua memoriae serie ad nos usque seruatus fuit: magis tamen excitaui impetum nostrum, igneus charitatis tuae non fictae feruor, morumque tuorum grauitas, ac taciturnitas, quae res spondebant fore, ut ea quae dicturi essemus non prodirent in uulgus, non quod digna sint quae coelentur, sed ne margaritae proijciantur porcis. Et haec quidem haecenus. Quod si tibi de his satis dictum uideatur, sit hic sermonis finis: sin minus, nulla inuidia est, studiose assidentem inquisitioni, per interrogationem a contentione alienam aliquid addere cognitioni. Dabit autem dominus per nos & per alios, eorum quae desunt suppletionem, iuxta scientiam quae dignis ministratur a spiritu.

F I N I S.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVS ORNATISSIMO
uero, D. Ioanni Cholero praeposito Curienli. S. D.

NE semper accipias a nobis epistolas steriles atque *alios*, mittimus duas homilias de laudibus ieiunij, quod nunc magna ex parte sublatum est uita Christianorum & uidemus & dolemus. Dices has ante fuisse uersas: fateor, nimium a Raphaele Volaterrano. Sed ob id ipsum hoc operae sumpsi, quod declararem, quantum sit periculum quorumlibet uersioni fidere, quantoque rectius sit ex ipsis haurire fontibus. Demiraberis ipse fat scio, si utriusque nostrum translationem cum graecis contuleris. Nam id ut cuius in promptu sit, prouisum est a dno graece Basilio. Posterior homilia mihi non uidetur Basilij, sed studiosi cuiuspiam sese ad prioris aemulationem exercentis. Equidem non pugnabo, si quis diuersum sentiat, arbitror tamen eruditos, si propius admouerint oculos, meae sententiae subscripturos. Probo genus exercitationis, at eorum fucos non probo, qui nota ac degenerantia summorum uirorum titulis

titulis obtudunt orbi. Impositura hanc & in Athanasij, & in eloquentissimi cuiusque scriptis deprehendimus. Ab hac audacia saltem Basilij magni diuinitas debuit absterere. Quamquam in hoc autore parcius est peccatum. Adiecit & Hieronem Xenophonticum, cui admouimus *ad uersas epistolas*. Bene uale. Datum apud Fruburgum Brisgoiae. Anno a Christo nato M D XXXII.

HOMILIA DIUI BASILII DE LAVDIBVS

IEIUNI, ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.



LANGITE, inquit, in initijs mensium, buccina, in insigni die solen-
nitatis uestrae. Haec quidem iusio est prophetica. At nobis festum
quod reliquos antecellit dies, quauis tuba uocalius, & quouis in-
strumento musico significantius indicant recitatae scripturae. Nam
ex Ebraea didicimus ieiuniorum gratiam, qui ut Iudaicum ieiunian-
di modum detestatus est, ita uerum ieiunium nobis demonstrauit:
Nolite ad contentiones ac lites ieiunare, sed dissolue omne uinculum
iniquitatis. Er dominus: Nolite fieri tristes, sed laua faciem tuam. Sic
igitur animis affecti sumus, quemadmodum sumus edocti, ac dies instantes haudquaquam
tristi animo, sed alacri affectu excipiamus, sic uti decet sanctos. Nemo deiectione mentis co-
ronatur, nemo moerens trophaeum statuit. Noli tristis esse dum curaris. Absurdum fue-
rit, si ob cibos subtractos contristemur, ac non potius super animae sanitate laetemur, sique
uideamur plus tribuere uoluptati uentris, quam curae mentis. Satietas enim in uentre de-
fert delectationem, sed ieiunium in animam subuehit lucrum. Sis hilaris animo, quod tibi a medie-
co datum est pharmacum efficaciter abolendo peccato. Quemadmodum enim uermes qui
in puerorum intestinis germinant, pharmacis quibusdam uehementer acerbis, & amaris
excutiuntur, ita peccatum in intimis secessibus habitans, extinguit, enecatque simul atque in ani-
mam superuenit ieiunium, ob hoc ipsum suo dignum nomine, quod inedia purget animae
uiscera. Vnge caput tuum, & faciem laua. Ad reconditiorē sensum te uocat sermo dei. Qui
alios ungebat, unctus est, qui lauabat, ablutus est. Verba praecipi fac ad interna membra
accommodes. Animam a peccatis abluere, unge caput unguento sancto, ut confortium habeas
cum Christo, qui nomen habet ab unctione, atque ita demum accedito ad ieiunium. Noli ob-
scurare faciem tuam more hypocritarum. Obscuratur facies, quum internus affectus externa
specie uelut incrustamento inducto tegitur, ac mendacio, ceu uelo obtento coelatur. Siqui-
dem hypocrita dicitur histrio, qui in theatro personam sustinet alienam, saepe heri, quum
sit seruus; aut regis quum sit priuatus. Itidem in hac uita plerique uitam suam uelut e proscenio
ad ostentationem epōnunt, aliud in corde gerentes, aliud in specie hominum oculis praes-
se ferentes. Noli igitur obscurare faciem. Qualis es, talis appare, ne te ipsum transfigures
in habitum tristem ac tetricum, hinc laudem ac gloriam aucupans, si uideare sobrius ac
temperans. Neque enim ulla utilitas benignitatis, cui tuba praecinit, neque fructus ullus
ieiunij, quod ad publicam sit ostentationem. Nam quae geruntur ad praesentem ostenta-
tionem, ea nequaquam porrigunt fructum in seculum uenturum, sed ad hominum lau-
dem detorquent. Proin hilariter accurre ad ieiunij donum. Vetus donum est ieiunium,
quod non ueterascit nec senescit, sed usque renouatur, sed perpetuo uigore pubescit. Putas
me ieiunij antiquitatem a legis initio supputare? Etiam ipsa lege antiquitas est ieiunium.
Mane paulisper & comperies uerum esse quod dixi. Caue existimes diem propitiationis,
qui designatus Israelitis erat mense septimo, decimo die mensis, fuisse ieiunandi principium.
Ades huc, ac per historiam decurrens, uelut ieiunij antiquitatem. Neque enim recens in-
uentum est, sed pretiosus thesaurus a maioribus repositus ac traditus. Quicquid uetustate
praecellit, idem uenerabile est. Reuerere igitur ieiunij canicie. Tam uetus est, ut simul cum
homine condito coeperit, in paradiso praescriptum est: Primum illud praecceptum accepit
Adam, ne de ligno scientiae boni ac mali ederet. Hoc autem uerbum non edetis, ieiunij &
abstinentiae lex est. Si a ligno ieiunasset Eua, nequaquam hoc nunc ieiunio opus haberemus.
Neque enim qui ualent egent medico, sed qui male habent. In morbum incidimus per pec-
catum, sanemur per poenitentiam. Sed poenitentia sine ieiunio ociosa & infrugifera est.

Tom 3

Q Maledicta

Maledicta terra, spinas & tribulos progignet tibi. In tristitia uiuere iustus es, non indulgere delicijs. Per ieiunium satisfactio deo. Quin & ipsa quondam in paradiso uita ieiunij simulacrum est, non ob id modo quod homo angelorum ritu uiuens, dum paucissimis contentus est, similitudinem cum illis assequitur, uerum etiam, quod quæcunq; post hominum cogitatio commenta est, ea nondum erant excogitata in paradiso degentibus, nondum uini potatio, nondum pecudum maceratio, non alia quæcunq; perturbant mentem humanam. Quonia non ieiunauimus exulamus è paradiso. Ieiunemus igitur, ut ad illum postliminio reuertamur. An non uides, quomodo Lazarus per ieiunium ingressus est paradysum? Noli imitari Eua inobedientiam, noli rursus serpentem adhibere in consilium, qui dum gratificatur carni, cibum suggessit. Ne causeris corporis infirmam ualitudinem, ne dixeris te ieiunium ferre non posse. Neq; enim mihi istas excusationes profers, sed iuxta prouerbium, scienti loqueris, nimirum deo quem nihil fugit. Age dic mihi, ieiunare non potes, & potes expleri delicijs, potes conficere corpus escarum ponderer? Atqui infirmis, non uariam ciborum copiam, sed inediam & abstinentiam à medicis solere præscribi scio. Qui sit igitur, ut cum ista possis, illa te non posse causeris? Vtrum uentri facilius est, tenui uictu transmittere noctem, an copia ciborum grauati iacere? Imò ne iacere quidem, sed crebro huc & huc uerti, distenti ac gementi. Nisi forte simul dicitur es illud, quod naucleri facilius seruant nauim sarcinis onustam, quam eam quæ ad cursum expedita est ac leuis. Nam oneris magnitudine grauata, quamuis exiguus fluctus adoriens demergit. Contra, quæ modicis sarcinis temperata est, facile suffert undarum impetum, eo quod nulla res impediatur eam quo minus fluctum in altum surgentem superet. Eundem ad modum & hominum corpora, assidua expletione degrauata, facile à morbis demerguntur. Ceterum quæ facili, leuiq; utuntur alimentia, non modo malum, quod à morbo imminente expectabatur, ueluti temporis assultum effugiunt, uerum etiam præsentem iam ægritudinem, ueluti turbinem quendam coorientem discutunt. Videlicet iuxta tuam sententiam laboriosius erit quiescere quam currere, et ociosum esse quam lucrari, siquidem iudicas congruentius esse infirmos delicijs expleri, quam parco, tenuiq; uti uictu. Nam naturæ uis, quæ dispensat alimentiam animalium corporibus, temperatum ac paruum uictum facile concoquit, & in corporis quod alitur substantiam uertit. At eadem ubi sumptuosos uariosq; cibos complexa est, nec deinde ad conficiendam eduliorum portionem pares uires habet, diuersa gignit morborum genera. Sed iam ad historiam se nostra recipiat oratio, ieiunij antiquitatem percurrans, & quantopere omnes sancti perinde quasi hæreditatem à maioribus traditam, ieiunium obseruarint, patresq; suis quicq; liberis tradiderint, unde & in nos perpetua quadam successione serie hæc deuenit possessio. Non erat in paradiso uinum, non erat pecudum maceratio, non carni uelut: Post diluuium coepit uinum, post diluuium coepit uelut quibuslibet, æque atq; ante, terræ frugibus. Posteaquam desperata est perfectio, tum deniq; concessa est fruitio. Porro tum nullam fuisse uini experientiam, argumento est Noe, qui nesciebat uini uisum. Nondum enim in uitam hominum irruperat, nondum mortalium usu assiduo terebatur. Itaq; quum ille nec alium quenuam eo liquore utentem uidisset, nec ipse esset expertus, incautus incidit in noxam, quæ uinum adferre solet. Plantarum enim Noe uinea, bibitq; de fructu eius, & inebriatus est, non quidem eo, quod uinolentus esset, sed quod ob imperitiam ignoraret modice sumendum esse. Itaq; inuentum bibendum uinum recentius est paradiso, adeo uetusta est ieiunij dignitas. Quin & Moysen cognouimus per ieiunium penetrasse in montem. Neq; enim id ausus fuisset, fumante montis cacumine, neq; sustinisset ingredi in nubem, nisi fuisset obarmatus ieiunio. Per ieiunium legem accepit digito dei scriptam in tabulis, atq; in summo quidem monte ieiunium legem impetrauit, in imo uero montis, luxus & ingluuius ad idolatriam dementauit. Sedit enim populus ut ederet ac biberet, & surrexit ad ludendum. Quod famulus quadraginta dies ieiunus assidue uersans cum deo, deprecansq; confecerat, id unica temulentia reddidit irritum, infrugiferumq;. Nam tabulas, quas ieiunium impetrarat conscriptas digito dei, ebrietas comminuit, dum propheta iudicat indignum, si populus ebrius legem acciperet à deo. In unico temporis momento populus ille, qui maximis prodigijs dei cognitionem acceperat, per luxum ad insaniam idola Aegyptiorum more colendi deuolutus est. Hæc utraq; inter se componito, hinc quomodo ieiunium adiungat

adiungat deo, illinc quomodo luxus salutem uerterit in exitium. Descende, ac uia qua cœpisti ad inferiora perge. Quæ res Esau alienauit à deo, fratrici in seruitutem tradidit, nisi unicum edulium, cuius gratia uendidit ius primogeniti? Iam Samuelem nonne deprecatio cum ieiunio coniuncta donauit matri? Quæ res fortissimum uirum Sampsonem in expugnabilem reddidit, An non ieiunium? Cum ieiunio in utero matris conceptus est, cum ieiunio educatus est, ieiunio in uirtu adoleuit, quod ieiunium angelus matri indicerat. Quicquid proficiscitur è uinea, ne edat, uinumq; & siceram ne bibat. Ieiunium prophetas generat, potentibus addit robur. Ieiunium legum latoribus subministrat sapientiam, bonæ animæ custodia, corpori tutus conuictor, armatura fortiter belligerantibus, athletis exercitium. Hoc tentationes depellit, hoc ungit ad pietatem, uigilia familiaris comes, sobrietatis architectus. In bellis addit fortitudinem, in pace docet quietem. Nazaraum sanctificat, sacerdotem reddit sacris idoneum. Neq; enim fieri potest, ut is absq; ieiunio sacrum ministerium cum fiducia peragat, non tantum in mystico horum temporum ueroq; cultu, uerum etiam in eo qui iuxta legem in figuris peragebatur. Ieiunium Heliam magni illius miraculi spectatorem fecit, qui quum quadraginta dierum ieiunio repurgasset animam, ita demum in spelunca, quæ est in Choreb, promeruit uidere dominum quatenus quidem homini uidere datum est. Ieiunans uidet filium suum restituit, aduersus ipsam etiam mortem robustus factus per ieiunium. Vox ab ore ieiunio proficiscens, populo transgressori clausit cœlum, annos tres ac menses sex. Vt enim indomitum obstinatorum, duramq; ceruice deo rebellium cor emolliret, uoluit & seipsum ea calamitate cum ceteris condemnare. Propterea uiuit dominus, si erit aqua super terram, nisi per os meum. Et adegit omnem populum ad ieiunium, ingrauescente fame, uidelicet ut maliciam, quam è delicijs uitæq; dissoluta contraxerant, abstinentia corrigerent. Helisseus autem cuiusmodi uictu est usus? Quomodo apud Sunamitidem hospitio refocillatus est? Quomodo ipse prophetas excepit? Nonne agrestia holera ac farinae paucillam hospitalitatis munus expleuerunt? Quo tempore calamitate simul cum herbis sumpta, periclitabatur qui gustarant, nisi ieiunatoris prece ueneni uis diluta fuisset. Atq; ut semel omnia dicam, reperies quotquot fuerint sancti, omnes per ieiunium ad uitam deo dignam fuisse institutos. Est lapis quidam eius naturæ, quæ hinc Amianton Greci uocant, ut inquinari non possit. Hic ab igni non uincitur, sed impositus igni uidetur ignescere, & in prunam uerti, rursus exemptus igni, perinde quasi fuisset aqua candidatus, apparet purior. Huiusmodi erant trium illorum puerorum corpora apud Babylonios, illud ieiunio consequuta, ut nulla ui possent inquinari. Siquidem in uehementi fornacis flamma quasi natura fuisset aurei, ita apparuerunt noxia ut ignis superiores. Quin & auro potentiores declarati sunt. Neque enim illos liquefecit ignis, sed integros, illibatosq; seruauit. Atqui nihil est, quod illam tum flammam sustinere potuisset, quam naphthe, pix, & sarmenta sic alebant, ut ad quadraginta nouem cubitos diffunderetur, at in circuitum dispersa, plurimos Chaldaeos absumperit. Hoc igitur tantum incendium pueri cum ieiunio ingressi conculcarunt, liquidum ac roscidum aerem in igni tam uehementi respirantes. Neque enim ignis uel pilos illorum ausus est attingere, eo quod à ieiunio essent allati. Porro Daniel uir desideriorum, quum tres hebdomadas panem non edisset, nec uinum bibisset, demissus in lacum, etiam leones ieiunare docuit. Neq; enim leones dentes in illum impingere ualuerunt, perinde quasi è lapide, aut ferro, aut alia quapiam rigidior materia concretus fuisset. Ad deo quemadmodum tinctura ferrum indurefcit, ita ieiunium puri uiri corpus durauerat, ac leonibus insuperabile reddiderat. Neq; enim aduersus sanctum os aperuerunt. Ieiunium restinxit uim ignis, obturauit ora leonum. Ieiunium preces nostras subuehit in cœlum, dum illis alarum uice fit, quo sursum ferantur. Ieiunium familiarum est incrementum, sanitatis mater, iuuentutis pædagogus, ornamentum senibus, bonus comes uiatori, tutus conuictor coniugatis. Non suspicatur quenquam insidias struere coniugio maritus, conspiciens uxori familiare ieiunium. Non contabescit uxor zelotypia cernens maritum amplecti ieiunium. Quis rem familiarem diminuit in ieiunio? Recense hodie domus supellecilem, ac postea denuo numera, nihil ob ieiunium deesse comperies in rebus domesticis. Nullum animal deplorat mortem, nusquam sanguis, nusquam flagitatio aduersus animantia, ab implacabili uentre ueniens. Cessat machara coquorum, mensa

contenta est sponte nascentibus. Sabbatū Iudæis erat traditū, ut quiescat inquit, iumentū & famulus tuus. Sic ieiunū famulis requies à perpetuis laboribus, quæ tibi per totū annū inferuunt. Dato respirationē eo quo tuo, da ocū mensarū apparatori, quiescat manus pocilatoris, sit aliquādo respiratio uariorū bellariorū ac cupediariū architecto. Cōquiescat tandem ipsa domus ab infinitis tumultibus, à fumo, à nidore; ab his qui sursum deorsum curstant, ac uentri uelut imperiosa dñæ ministrant. Prorsus etiā tributorū exactiores sibi obnoxiijs paulisper concedunt libertatē. Det aliquantū uacationis & uenter, det inq̄, concede nobis quinq̄ dierū inducias, qui semper alio qui flagitat, nec unquā desinit; dum quod accepit hodie, cras obliuiscitur. Quū fuerit expletus, tum de temperantia philosophatur, ubi discussit tumorem, placitorū illorū obliuiscitur. Ieiunū non nouit scenoris incrementum, non olet usuras ieiunantis mensa, non præfocat orphanū ieiunatoris filium as alienum à patre conflātū, quod serpentū ritu circumuolutum strangulat hæredem. Quāq̄ & alias ieiunū occasionē adfert ad hilaritatē. Nam quemadmodum sitis efficit, ut iucundus sit potus, & sicut fames præcedens, epulas facit suauis, ita & eduliorū sumptionē ieiunū condit atq̄ edulcat. Dum enim se mediū interponit, ac deliciarum perpetuū usum interruptit, efficit ut quū ad sumptionem intermissam reditur, ea tibi sit tanquā noua iucundior. Proinde si uis tibi mensam apparare suauem, adhibe ex ieiunio uicissitudinem. At tu dum nimis delictijs addictus es, nō sentis, quod tibi delictias reddis insipidas, ac præuoluptatum amore uoluptatem perdis. Nihil enim tam est appetendum, quin abeat in fastidium, si perpetuo fruare. At quæ raro contingunt, his auidē fruimur. Sic & qui condidit nos deus sapienter & illud procurauit, ut quæ nobis ad usum uitæ largitus est, gratiā apud nos obtineant ipsa uicissitudine. An non uides solem esse latiore post noctem? ac uigiliam esse iucundiorē post somnum? & sanitatem esse desiderabiliorē diuersa expertis? Itidem & cibus gratior est post ieiunium, idq̄ pariter & diuitibus, quibus mensa est opipara, & tenuibus parabili faciliq̄ uictu utentibus. Terreat te diuitis exemplum, quem uita in delictijs acta tradidit incendio. Non enim ob crimen iniustitiæ, sed ob uitæ molliciem exustus est in camino ardente. Proin ut hoc incendium extinguamus, aqua opus est. Adde, quod non solum ad uenturi seculi fugienda mala, & assequenda bona, utile est ieiunium, sed hic interim ipsi carni conducibilis est. Si quidem habitudo corporis extreme bona, sensim mutatur, & in diuersum recidit: nimirum succumbente natura, nec ualente corpulentia pondus sustinere. Vide ne qui nunc aquam respuit, in posterum exemplo diuitis illius, stillam aquæ concupiscas. Nemo per aquam potum lapsus est in crapulam, nulli caput unquam doluit, aqua grauatum. Nullus egit alienis pedibus cum aqua potu familiaritatē habens. Nullum sui pedes destituerunt, nulla manus factæ sunt inutiles, quæ aqua irrigantur. Nam concotionis uictum, quod uiuentes in delictijs necessario comitantur, acres morbos gignit, in hominum corporibus ieiunantis color uenerabilis est, non in uerecūdo rubore floridus, sed sobrio pallore decoratus, oculi placidi, cōpositus incessis, uultus cordatus, nec intemperanti risu distortus, cōcinnus sermo, purum cor. Reuoca in memoriam quotquot ab orbe condito fuere sancti, quibus dignus non erat mundus, qui circumibant in pellibus ouium & caprarum, egentes, pressi, afflicti, illorum imitare uitā, si modo illorum cupis assequi partem. Quæ res Lazaro quietem parauit in sinu Abrahæ. Nonne ieiunū? Porro Ioannis Baptistæ uita, quid aliud erat, q̄ unicū ac perpetuū ieiunium? qui non habebat lectum, non arua, non aratorem (ut ait Hesiodus) bouem, non triticum, non pistorem, deniq̄ non aliud quicquam eorum quæ ad uictum pertinent. Ideoq̄ inter natos mulierum non extitit quisquam maior Ioanne Baptista. Paulum quum aliatum præcipue ieiunium quod super afflictionibus suis glorians recenset, in tertium cœlum subuexit. Porro qui caput est omnium quos commemorauimus, dominus noster, nō prius in carne, quā pro nobis adsumperat, diaboli insultus excepit, quā eam ieiunio communiasset, simul & nos erudiens, ut nosmet aduersus tentatoris confictus exemplo palæstritarum ungamus, & exerceamus. Et uide quā mirabiliter ille tentatori per esuritionem præbuit ansam. Alioqui propter diuinæ naturæ sublimitatem non patebat ad illum aditus diabolo; nisi se per esuritionem ad humanam imbecillitatem submisisset. At tamen cum rediens ascenderet in cœlum cibum gustauit, quo fidem faceret naturale uerumq̄ corpus

corpus esse, quod excitatum erat à morte. At tu supra modum saginandi te ipsum, carniq̄ onerandi, nullum finem facis, rursus dum mentem nulla salutarū ac uiuificorum dogmatum alimonia pastam sinis extabescere, nulla tibi cura est. An ignoras quod perinde atq̄ in acie hinc atq̄ hinc instructa ad confictum, qui alteri parti fert suppetias, facit ut altera uincatur, ita qui carni sese adiungit, expugnat spiritum, & qui stat à spiritu, carnem in seruitutem redigit. Hæc enim sibi inuicem aduersantur. Proinde si cupis mentem reddere ualidam, fac carnem domes ieiunio. Hoc enim est quod ait Apostolus, quod quantum externus homo corrumpitur, tantum internus renouatur. Item illud: Quum infirmor tunc potens sum. Itane non contemnes istas escas, quæ corrumpuntur: ita ne non te capiet illius mensæ desiderium, quæ est in regno cœlorum, quam prorsus hic ieiunando tibi præparabis. An ignoras quod immoderata expletione, tibi ipsi pinguem paras uermem, conscientia carnificem ac discruciatorem. Quis enim in splendidis epulis, perpetuisq̄ delictijs particeps factus est ullius doni spiritualis? Moses dum alteram accepit legem, altero ieiunio opus habuit. Nisi apud Ninuitas simul cum hominibus ieiunassent & bruta animantia, haudquaquam effugissent subuersionem quam deus per Ionam fuerat comminatus. Quorum membra ceciderunt in deserto. Nonne eorum qui esum carniū flagitabant? At illi donec erant contenti manna, & aqua de petra fluente, superabant Aegyptios, per mare fecerūt iter, non erat infirmus in tribubus eorū. Cæterū postea q̄ recordati sunt carniū, ac lebetum: posteaquā concupiscentia reuerſi sunt in Aegyptum, non uiderunt terram repromissam. Non metuis exemplum? non horres edacitatem? ne forte te à bonis quæ speramus excludat. Ac ne Daniel quidem ille sapiens uisiones uidere meruisset nisi ieiunio reddidisset animam limpidiorem. Si quidem è copiosiore pastu ceu fumosi quidam uapores exhalantur, qui lucem sancti spiritus in hominis mentem irradiantem, quāsi densa nubes interueniens, intercipiunt. Quod si angelorum quoque cibus est ullus, panis est; quemadmodum ait propheta, panem angelorū comedit homo. Non carnes, non uinum, non deniq̄ quæcunq̄ alia quæ uentri seruientibus ingenti studio apparentur. Ieiunium armatura est ad configendum cum impijs spiritibus. Nam hoc genus non eijcitur nisi per deprecationem ac ieiunium. Tam multa bona proueniunt è ieiunio. E diuerso fatietas lasciuia initium est: protinus enim unā cum delictijs, ebrietate, & omni genere conditis bellarijs, irrum pit omnis forma pecuinæ imperantia. Hinc equi insipientes in foeminas, fiunt homines ob cœstrum ac furorem quem in animo gignunt delictia. A temulentis orta est natura inuersio, dum in masculino sexu foemininū, in foeminino masculinum quærunt. Ieiunium uero etiam in usu coniugij modum temperantiamq̄ docet, ac uoluptatum lege concessarum immodicum usum castigans, parit concors ocū, ut perferent in precatone. Cauē tamen ne ieiunij utilitatem sola escarum abstinentia metiaris. Verum enim ieiunium est ab omnibus uitijs esse alienum. Solue omne uinculum iniquitatis, condona proximo, si quid doler animo, remitte illi debita. Nolite ad contentiones ac lites ieiunare. Carnes non edis? sed comedis fratrem tuum. A uino abstines, sed ab iniurijs tibi non temperas. Expectas uesperam, ut cibum capias, sed diem totum absumis apud tribunalia. Væ his qui ebrii sunt, non à uino. Ira mentis est temulentia, eamq̄ à sobrietate excutit, haud aliter quā uinum. Quin & dolor temulentia est sensum hominis obruens ac demergēs. Rursus alia temulentia metus est, quoties ad ea fertur, ad quæ non oportet. Si quidem à timore inimici inquit, erue animam meam. In summa, qui uis afflictus dimouens animum à statu suo, merito dicitur ebrietas. Considera mihi hominem iraperitum, quā temulentus sit eo morbo. Non est sui compos, non nouit semetipsum, non nouit qui adsunt, sed uelut in pugna nocturna, tentat omnia, impingit in omnia, inconsiderata loquitur, non potest cohiberi, conuiciatur, cædit, minatur, deierat, uociferatur, clamore dirumpitur. Fugito istam temulentiam, sed ne illam quidem quæ ex uino nascitur, admittite. Noli te ad largiorem uini portionem aquæ potu præparare. Ne te ad ieiunij mysteria introducat ebrietas. Non est per temulentiam aditus ad ieiunium, quemadmodum nec ad iustitiam iter est per fraudationem, nec ad sobrietatem per lasciuiam, nec (ut summatim dicam) per maliciam ad uirtutem. Aliud ostiū est ad ieiunium. Ebrietas ad lasciuia inducit, ad ieiunium frugalitas. Athleta ante certamen exercetur, ieiunator ad ieiunandum

inandum temperantia preparatur. Ne uelut ulciscens ieiunij dies, neu ueluti succu facturus legis auctori, in hos quinque dies crapulae thesauri reponito. Stulte si quid facis, si corpus quidem cōficias, nec tamen solatiū esuritioni admoues. Ista infida penuri cella est, in peritulum hauris dolium. Fit enim ut uinum perfluat ad suam recurrens uiam, peccatum uero maneat in dolio. Famulus profugit ab hero uerberante: tu uero non recedis a uino, quod quotidie cōtundit caput tuū. Modus utendi uino optimus est, corporis necessitas. Quod si fines prætergredieris, posttridie uenies capitis grauedine affectus, oscitans, uertigine laborans, putrefactū obolens uinum, omnia tibi circumferri, omnia circumuolui uidebuntur. Ebrietas ut somnū adfert mortis germanū, ita uigiliam habet somnijs ad similem. An ignoras quæ es hospitio excepturus? Nimirū illum qui nobis ita pollicitus est: Ego & pater ueniemus; & mansionem apud eum faciemus. Quis igitur prius recipis temulentiam, ac domino ingressum præcludis? Quis permittis ut hostis munimenta tua prior occupet? Ebrietas nō recipit dominū, ebrietas spiritum sanctū hostis pellit. Fumus quidem abigit apes, dona uero spiritualia fugat luxus. Ieiunium ciuitatis est ornamentū, fori tranquillitas, domorum pax, incolumitas facultatū. Vis ieiunij uidere dignitatem? Confer mihi hodierni diei uesperam cum uespera crastini, conspicias ciuitatē tumultu ac tempestate mutam in profundam tranquillitatem. Vinam autē & hodiernus dies crastino similis sit, quod ad sobrietatem attinet, & crastinus dies hodiernū æquet hilaritate. Cæterum qui nos perduxit ad hunc temporis recursum dominus, præstet nobis tanquā certatoribus, ut per hos dies, quibus ad certamen euocamur, robur ac nervos cōtinentiæ declaremus, quo præparemur et ad illū diē, qui coronas distribuit pro meritis, ut recordemur nūc quidē salutiferæ afflictionis, in futuro uero seculo præmij reponēdi pro his quæ gessimus in hac uita, in iusto iudicio Christi ipsius, quoniam illi gloria in secula, Amen.

DE IEIUNIO ORATIO SECUNDA, EODEM INTERPRETE.

Es. 40



Xhortamini, inquit scriptura, sacerdotes populū loquimini ad aures Hierusalem. Ea uis est orationis, ut & studiosis possit impetū intendere, & ignauis ac segnibus excitare promptitudinē. Hanc ob causam duces quū milites in acie statuūt, exhortatorijs orationibus ante cōficiū uti solēt, Tantāq; uim habet ea exhortatio, ut cōpluribus etiā mortis contemptū frequēter adferat. Similiter qui athletic exercendis, puerisq; ad huiusmodi certamina instituendis præfati sunt, si quando in stadijs certaturos producūt, hortādi gratia multa differūt, de necessario tolerandis laboribus, deq; coronis. Adeoq; multis persuadent, ut dum uictoriae gloriā ambiunt, corpora sua cōtemnant. Proinde mihi quoq; qui Christi milites ad prælium cum inuisibilibus hostibus gerendum in aciem digero, athletasq; pietatis ad iustitiæ coronas per temperantiam instruo, opus est oratione exhortatoria. Quid igitur est quod dico fratres? Nempe quod his qui bellis in rebus exercentur, quiq; in palæstris luctando desudant, conuenit, ut copia ciborum reddant seipos corpulentos & obesos, uidelicet quo ualidioribus ueris labores queant capeffere. Contra uero, quibus non est colluctatio aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos tenebrarum harum, aduersus spirituales malitias, hos oportet per sobrietatem ac ieiunium ad certamen exerceri. Etenim quemadmodum oleum oblinat athletam, ita ieiunium robur addit ei qui ad pietatem exercet sese. Itaq; quantum subtraxeris carni, tanto reddes animam habitudine spirituali nitidiorē. Nam robur aduersus inuisibiles hostes non superat corporis distensione, sed fortitudine spiritus, & erga afflictiones tolerantia. Ita ieiunium per omne quidem tempus utile est, ijs qui illud sponte suscipiunt (Neque enim asultus dæmonum quicquam audet aduersus ieiunantem, ac uitæ nostræ custodes angelis diligentius adsunt ijs, qui ieiunio purgatam habent animam) sed multo magis hoc tempore, quo per uniuersum terrarum orbem undiq; denunciatur ieiunij præconium. Nec ulla est insula, nec ulla terra continens, non ciuitas, non gens ulla, non extremis mundi angulus, ubi non sit auditum ieiunij edictum. Quin & exercitus, & uiatores, & nauatæ, & negociatores, omnes pariter audiunt edictum, & summo gaudio excipiunt. Ne quis igitur semet excludat a numero ieiunantium, in quo omne hominum genus, omnis aetas, omnia

omnes dignitatum formæ censentur. Angeli sunt, qui in singulis ecclesijs describunt ac recensent ieiunantium capita. Vide ne ob breuem edendi uoluptatem, simul & priueris angelis recensione, & teipsum apud eum qui recensuit exercitum, obnoxium facias deserto/ris crimini. Leuius periculū est, si quis rhipaspis appelles, quod in acie clypeū abiecerit, q̄ si magnam illam armaturam ieiunium uideatur proiecisse. Diues es? Ne ieiunium affeceris contumelia: afficies autem, si graueris illud ad mensa tuæ consortium admittere, neque nullo tuæ domus honore dignatum dimittas, quum illa interim præ delicijs ac uoluptate suauiter agat, ne quando te reum peragat apud eum qui de ieiunio legem tulit, si atq; ut ex condemnatione ad longe maiorem inedia adigaris, siue ex aduersa ualitudine corporis, siue ex alio quopiam tristi casu. Contra qui pauper est, ne simulatione ac subfannatione utatur erga ieiunium, quum illud iam olim habeat, & domus, & uitæ socium. Porro mulieribus q̄ est naturale respirare, tam est cōueniens ieiunium. Pueri ueluti plantæ lactiores, aqua ieiunij irrigantur, senibus leuē reddidit laborē, iam olim contracta cum ieiunio familiaritas. Siquidem labores quibus diutino usu assueueris, minus offendunt, si inciderint in exercitatum. Iam uiatoribus expeditus itineris comes est ieiunium. Quem admodum enim luxus cogit illos onustos incedere, nimirum ea quibus se ingurgitarunt circumferentes, sic ieiunium eos & leues reddit & expeditos. Et postea quum, posteaquam exercitū castra metata sunt, militibus comœatus suppeditetur, non ad delicias, sed ad necessitatem, an non multo magis nobis, qui aduersus hostes inuisibiles prodimus in prælium, ac post eos deuictos ad supernam patriam festinamus, conueniet, tanquam in castris degentibus, necessarijs esse contentos: Suffer afflictionem, ut bonum decet militem, certa legitime, ut coroneris, illud reputans, quod quicūq; certat, in omnibus sibi temperat. Sed quod mihi modo inter dicendum uenit in mentem, indignum est quod præteatur, uidelicet, quod huiusmodi militibus, iuxta laborum modum, augetur obsonium. Contra inter spirituales cataphraos, ijs qui minus habet alimoniam plus habet honoris, quemadmodum & galeæ nostræ ex diametro dissident a natura corruptibilibus. Harū enim materia ferrum est, nostræ uero ex spe salutifera constant. Itidem illis scutum e ligno ac tergo bubulo cōfectum est, nostrum uero munimentum fides est. Rursum nos thorace iustitiæ obarmamur, illi tunicā anis contumaciæ circumferunt. Præterea nobis adest gladius spiritus ad defensionē, illi ferro defenduntur. Ex his perspicuū est, quod nō iisdē cibarijs nos quibus illi uegetamur uiresq; colligimus, sed nos pietatis dogmata corroborat, illis ad parandas uires expletionē uentris est opus. Quoniam igitur temporis circulus, dies hos uel hemeter optabiles nobis reduxit, omnes eos tanq; ueteres nutricios lubetes & hilares excipiamus, per quos ecclesia nos ad pietatē educat. Proinde ieiunaturus, nolit tristis esse Iudæorum exemplo, sed iuxta doctrinam euangelicam teipsum hilarem & alacrem præbe, neq; luceas uentris inedia, sed animæ potius gratulare spiritualibus epulis fruenti. Scis quod caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē. Itaq; quum hæc sibi inimicem aduersentur, subtrahamus carni uoluptatē, augeamus animæ robur, ut per ieiunium collectis uiribus ad superandas cōcupiscentias, coronis abstinentiæ repositis cingamur. Iam igitur teipsum exhibeas dignū ieiunio cū primis uenerabili, ne hodierna temulentia crastinam temperantiā corrupas. Improbum istuc consiliū est, praua cogitatio est, ita dicentium, quoniam nobis quinque dierū ieiunium indictū est, hodie nos ipsos temulentia obruamus. Nemo pudicā uxore legitime ducturus, ante scorta & concubinas inducit in edes. Neq; enim coniunx legitima patitur conuictū contuberniūq; domesticū, stupro corruptum, quæ est impudentiæ mater, quæ risu gaudet, quæ insanit, quæ ad omnē dedecoris spegiem facilis ac procliuis est. Neq; enim ieiunium & precatio introibunt in animam temulentia marcidam. Ieiunantem intra sacrorum cancellos recipit dominus: at luxu crapulāq; plenum ueluti prophænum & a sacris alienum nequaquam admittit. Etenim si crās uenas uinum obolens, idq; cruditate corruptum ac putrefactum, quomodo tibi crapulam pro ieiunio sim imputaturus? Neq; enim illud cogita, quod merum tibi recēs infusum nō est, sed quod a uino purus nō es, hoc reputa. In utro te ordine collocabo? Inter ebrios, an inter ieiunantes? Præterita uinolentia te sibi asserit, Præsens inedia ieiunij testificat. Anteps

es & controuersum temulentiae ueluti mancipium, nec illa abs te abstinebit manu iniectionem, idque optimo iure: quippe quae manifesta seruitutis argumenta proferat, odorem uini uelut in lagena residentem. Hic protinus primus ieiunij dies tibi reprobis fuerit, ob temulentiae reliquias in te repositas. Quorum autem primitiae rejiciuntur, haud dubium quin in his totum quoque sit rejiciendum. Ebrij regnum dei non possidebunt. Si temulentus accedat ad ieiunium, quid utilitatis auferat? Nam si te ebrietas excludit a regno caelorum, quis deinceps est ieiunio fructus? An non uides, quod qui in domandis equis, qui ad certamina aluntur, peritissimi sunt, quum instat certaminis dies, eos inedia preparant: tu contra studio temetipsum saturitate reddis obesum. Adeo uentris studio bruta etiam animalia praecurrunt. Venter onustus, non solum ad cursum, sed ne ad somnum quidem accommodus est, eo quod distento ciborum copia, non datur quiescere, sed cogitur subinde semet nunc in dextrum nunc in leuam latus uertere. Ieiunium seruat paruulos, sobrius reddit iuuenem, uenerabilem facit senem. Venerabilior enim est canities ieiunio decorata. Ieiunium foeminae ornatus est congruentissimus, aetate ac robore uigentibus pro freno est. Ieiunium matrimonij custodia est, uirginitatis nutritius. Atque haec quidem commoda adfert priuatum ieiunium, in singulis aedibus in quibus colitur. At publice quomodo uitam nostram gubernat? Totam semel ciuitatem, totumque populum ad tranquillitatem componit, consoopat clamores, sedat litas, conuictis imponit silentium. Cuius magistrum interuentus puero rum strepitus tam subito compescit, quam ieiunium obiter exorients ciuitatis tumultus cohercet. Quis comessator prodijt in ieiunio? Quis unquam chorus lasciuens a ieiunio constitutus est? Teneri risus, cantiones meretriciae, infanae saltationes subito diffugiunt a ciuitate, a ieiunio tanquam ab austero quopiam iudice in exilium actae. Quod si omnes ieiunium ad res gerendas in consilium adhiberent, nihil obstaret, quo minus per uniuersum terrarum orbem pax esset, uidelicet nec gentibus inter se conflitantibus, nec exercitiis inter se impressionem facientibus. Ne arma quidem cuderentur, si ieiunium rerum potiretur, nec forensium controuersiarum strepitus esset, neque quisquam habitaret in carceribus. In summa nec deserta haberent latrones, nec respublice sycophantas, nec mare piratas. Si omnes essent ieiunij discipuli, prorsus non audiretur, ut ait beatus Iob, uox exactoris, nec uita nostra tot suspirijs, tot mœroribus esset diffusa, si ieiunium uitam nostram gubernaret. Perspicuum est enim, quod omnes doceret, non tantum in edulij temperantiam, uerum etiam ab auaritia & rapinis, denique ab omni uitio prorsus abhorre, & immunem esse. Quibus extirpatis, nihil ueretur quo minus & nos in alta pace animorumque tranquillitate uitam nostram transmitteremus. Nunc uero qui ut ieiunium rejiciunt, ita delicias tanquam in his sita sit uita felicitas, expetunt, non tantum infinitum illud uitiorum examen induxerunt, uerum & sua ipsorum corpora perdunt uitiantque luxu. Obserua mihi uultuum discrimen, tum eorum qui hodie sub uesperam conspiciuntur, tum eorum qui cras apparebunt. Hodie tument, rubore suffusi, sudore tenui rorantes, oculi humentes, praecipites, atque ob nebulam intus est stomacho exhalantem, exacte cernendi facultate priuati. Crastino uero die uidebis eosdem uultus compositos, graues, colore naturali recepto, toto habitu praesentem animum praeseferentes, omnibus sensibus integris, utpote quorum naturalibus actionibus nulla intus causa tenebras offundit. Ieiunium similitudo est hominum cum angelis, iustorum contubernalis, uita sobrietas. Per ieiunium Moses factus est legislator, ieiunij fructus est Samuel. Ieiunans Anna, deum deprecata est, Adonai domine deus omnipotens, si respiciens respexeris ad ancillam tuam, dederisque mihi prolem masculinam, dabo illam in conspectu tuo donum. Vinum & liceram non bibet, usque ad diem obitus sui. Ieiunium magnum illum Sampsonem educauit, idque quam diu uiro adfuit, singulis conflictibus mille hostes prostrati sunt, urbium portae subrutae sunt, leones robur manuum illius non sustinuerunt. At simul atque ebrietas ac scortatio corripuit hominem, captus est ab hostibus, atque exoculatus, pro ludo expositus est pueris alienigenarum. Helias cum ieiunasset, clausit coelum tres annos, ac menses sex. Etenim cum uideret multam insolentiam nasci a satietate, necesse erat illos per famem inuitos ad ieiunium adigere. Eoque peccata illorum iam in immensum excurrere cohibuit, dum ieiunio, uelut uisione aut sectione, progressum ad maiora mala interrumpit. Excipite hoc pauperes contubernale uobis ac mensae socium


cium. Excipite serui, ut respiratione a perpetuis seruitij laboribus. Excipite diuites, quod noxae a luxu contractae medeatur, quodque uicissitudine & nouitate uobis iucundiora reddat, ea quae nunc ob assuetudinem fastidiuntur. Excipite male ualentes sanitatis matrem. Qui bona estis habitudine, excipite bonae habitudinis custodem. Interroga medicos, ac dicent tibi, nihil esse periculosius habitudine corporis, extreme bona, Eoque qui peritissimi sunt artis, per ieiunium detrahunt redundantia, ne uis naturae pondere corpulentiae fracta succumbat. Studiose quidam inedia detrahit superuacuis, locum faciunt uirtuti nutritiuae ad nouam alteram alituram, ac de integro faciendum corporis incrementum. Adeo in omni serio negotio, in omni corporis habitu ieiunij praesto est utilitas, ac pariter omnia condecorat, domos, fora, noctes, dies, ciuitates, deserta. Quum igitur nobis tot modis suam honestatem largiatur, hilariter illud iuxta domini praecipitum excipiamus, non tristes sicut hypocritae, sed mentis hilaritatem absque furo praenobis ferentes. Quanquam non arbitror mihi perinde opus esse, ut uos ad ieiunium exhorter, atque ut dehorter ne quis hodie in uitium ebrietatis incidat. Nam ieiunium quidem plerique partim ob consuetudinem, partim ob pudorem inter ipsos mutuam suscipiunt. Verum ab ebrietate metuo, quam uino uolenti non aliter quam paternam haereditate mordicus tenent. Quem admodum enim qui longinquam perfectionem adornant, componunt sarcinas & comestum parant, ita nonnulli uecordes hodie aduersus quinque dierum ieiunium uino indulgent. Quis est usque adeo uesanus, ut priusquam bibere incipiat, ebriorum more deliret? An nescitis quod uenter non seruat depositum? Venter conciliator est pessimae fidei, penu incustoditum, in quod quum multa reposeris, noxam quidem retinet, at non seruat deposita. Vide ne tibi quoque si cras ueneris cum ebrietate, dicta sint ea, quae sunt ex Esaiam recitata. Non istud ieiunium elegi dicit dominus. Quid misces ea quae misceri non possunt? Quod consortium temulentiae cum ieiunio? Quae societas uinolentiae cum abstinentia? Quis consensus templo dei cum idolis? Templum enim dei sunt, in quibus habitat spiritus dei. Contra templum idolorum sunt, qui per ebrietatem, uilem ac plebeiam admittunt intemperantiam. Hodiernus dies uestibulum est ieiunij, quo profecto qui in uestibulo prophanatur, indignus est qui ad sancta introeat. Nullus seruus cupiens hero suo reconciliari, hostem illius patronum ac reconciliatorem adhibet. Ebrietas inimica est deo, ieiunium poenitentiae initium est, itaque si cupis per confessionem reuertit ad deum, fugito temulentiam, ne magis etiam abs te deum alienet. Atramen ad hoc, ut laudem promereatur ieiunium, non est per se satis temperare a cibis, sed ieiunium ieiunemus acceptabile, deo gratum. Verum ieiunium est a uitijs immunem esse, continentia lingua, ira cohibitio, concupiscentiarum amputatio, obtreccationis, mendacij, periurij. Ab his abstinere uerum est ieiunium. In his igitur honestum ac bonum est ieiunium. Caeterum deliciemur erga dominum, in meditatione spiritualium loquiorum, inque suscipiendis salutaribus praecipitibus, denique in cunctis dogmatibus, quibus emendantur animi nostri. Rursus ab interno mentis ieiunio caueamus, quod & propheta deprecatur: Num fame occides domine animas iustorum? Ac rursus: Non uidi iustum desertum, nec semine eius quarere panem. Nec enim loquitur de panibus sensibilibus, qui nouerat filios patriarchae Iacob, panum inopia coactos descendisse in Aegyptum, sed de spirituali loquitur alimonia, qua interior noster homo perficitur. Ne ueniat in nos ieiunium quod deus comminatur Iudeis: Ecce enim dies uenient dicit dominus, & inducam in terram famem, non famem panis, neque sitim aquae, sed famem audiendi uerbum domini: quae ideo immisit iustus iudex, quod perspiceret eorum mentem uerorum dogmatum penuria macrescere, externum uero hominem supra modum pinguescere, & obesum fieri. Per omnes igitur hosce sequentes dies conuiuio excipiat nos spiritus sanctus, matutinis simul & uespertinis epulis, ne quis sua sponte seipsum fraudet hoc epulo spirituali. Omnes participes sumus sobrii calicis, quem ipsa sapientia temperauit, ac nobis apposuit ex aequo, quatenus cuique datum est, exhauriendum. Miscuit enim craterem suum, occidit hostias suas, hoc est, perfectorum cibum, qui per habitum, sensus habent exercitatos, ad discernendum a malo bonum. Quibus affatim expleti, reperiamur & illo digni conuiuio, quod exhibebitur in sponsi thalamo, per Christum Iesum dominum nostrum, cui gloria & imperium in saecula. Amen.

SERIES CHARTARVM.

abcdefghijklmnopqrstuxyz.
ABCDEFGHIJKLMNO P Q.

Omnes sunt terniones.

BASILEAE APVD HIERONYMVM FROBENIVM
& Nicolai Episcopi Anno M. D. XL.



PRO BEN